BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
19 — N
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
15. C

8. C. 8.

8. 4. 11.
8
D
12

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

LVDOVICVS
AB
ALCASAR

IN EAS VETERIS
TESTAMENTI PARTES,
quas reſpicit APOCALYPSIS.

[illegible]
B. 5.
[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

LVDOVICI AB ALCASAR HISPALENSIS,

E SOCIETATE IESV THEOLOGI,

ET IN PROVINCIA BÆTICA
ſacræ Scripturæ Profeſſoris,

IN EAS VETERIS TESTAMENTI PARTES,
quas reſpicit APOCALYPSIS,

LIBRI QVINQVE.

Cum opuſculo de malis Medicis.

PRODEVNT NVNC PRIMVM.

INDICIBVS, CVM SCHOLARVM, TVM CONCIONVM
vſui percommodis, inſigniti.



ROM·SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·
IHS

LVGDVNI,
Sumptibus Iacobi & Andreæ Proſt.

M. DC. XXXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

REVERENDO ADMODVM

P. MVTIO VITELLESCHI,

SOCIETATIS IESV PRÆPOSITO GENERALI,

GEORGIVS HEMELMAN, EIVSDEM Societatis Prouincialis Bæticus, debita ergò obſeruantia.

QVOD hic à me liber V. Paternitati dedicetur, vt alia non eſſent nomina, quæ ſunt quidem complura, illud ducendum maximi, quòd is, in Bætica licèt natus, Romanus tamen totus ſit. Sanè quàm fauſto, felicíque ſub ſidere nata eſt Roma vrbs, vtpote

Qua nihil in terris complectitur altius æther.

Vt illud vatis Hiſpanienſis lenocinium,

Terrarum Dea, Gentiúmque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Extorſerint quodammodo merita præclara huius vrbis; quare non poëticè, ſed verè cecinit alter ab Vmbria,

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natum hîc poſuit, quidquid vbique fuit.

Et hæc iſti, qui tamen Romanæ amplitudinis ſingularis, ac maximæ cognitione caruerunt. Vnicam autem illius dignitatem vix fortaſſe inter Scriptores alius ita ſeriò, grauiter, ac verè fuerit perſecutus, quàm noſter Hiſpalitanus LVDOVICVS, planè medullitus Romano addictus primatui. Germana quidem ſoboles noſtri Patriarchæ IGNATII ſanctiſſimi, qui Sedis iſtius ſacræ amplificationem anhelauit ardentiſſimè, eiúſque obedientiæ Societatem noſtram ſpeciali vinculo obſtrinxit. Eas ſuſcepit partes Ludouicus, expleuítque in iis Commentariis quàm copioſè, quos edidit in S. Ioannis Apocalypſin, quos ideò PAVLO V. felicis recordationis Pontifici maximo, atque adeò Sedi iſti conſecrauit. Ex eadem ſunt officina, idémque proinde ſapiunt vbique inſtitutum hi alteri, quos nunc damus. Equidem

dem amaui ſemper, ac colui maximè P. Alcasar nobile ingenium; cuius admirer ne magis ſubtilitatem ſolidam, antiquámve pietatem, dubius hæreo. Eapropter ſimul ac V. Paternitas onus meis humeris longè impar impoſuit huius adminiſtrandæ Prouinciæ, nihil habui potius, quàm vt horum Commentariorum expetitam à multis procurarem lucem. Exeunt iam ſub tua tutela, non ideò quia Romanus vir, & qui in vrbe iſta ſtemmata habet prænobilis familiæ, prædicationem Romæ longè maximam libenter accipiet; neque etiam tantùm, quod ſentiam, mea apud te munera, pro eo ac mihi minimè ſanè pro merito faues, & ornamenta congeris, quamlibet forent parua, vultum hilarem, honeſtúmque locum repertura. Sed verò quoniam id volumen, quod in confirmanda, ac roboranda glorioſa iſta Petri Sede plurimum verſatur, ad te P. admodum Reu. rectà adeat eius ſacræ familiæ Antiſtitem ſupremum, quæ eidem Sedi nexu peculiari deuota eſt, & mancipata libentiſſimè. Porrò ſi præclaras tuas in hoc vaſto imperio laudes promere fas eſſet, illud denunciarem priùs, quod agens cum Eutropio Nazianzenus, *Alius*, inquit, *aliam quandam virtutum tuarum partem laudet; omnino autem pluribus linguis ſufficies, ſi in partes tribuaris*. Atenim nefas id nobis & tua fit modeſtia, & meo rubore, ac more: atque adeò in hac parte omnino ſilentio operandum. Huc demum eiuſdem Nazianzeni ad Themiſtium apto verba, & finio. *Eximij viri*, P. Lvdovici del Alcasar, *filium* hunc tibi, P. admodum R. *offero: præclariſſimum*, inquam, *maximéque commemorandum filium, doctrina quidem*, addo ego, acumine, pietate, *qualem ipſe reperies*, τὰν λίθον ποτὶ τὰν σπάρτον ἄγειν, ὡς ἡ παροιμία, adagio vtitur apud Doctores frequente. Billius reddit, *lapidem, vt prouerbio dicitur, Spartæ admouens*. Sumendum autem hunc lapidem pro pretioſo, genus indicat fœmineum, & σπάρτον pro examine, prodit quod ſequitur, atque in te quadrat comprimis: *quæ autem à Muſis te iuſtior?* Seruet Paternitatem V. Ieſus Chriſtus Societati ſuæ, quam tam prudentem prouehit, incolumem diu. Cordubæ ad Kalend. Febr. Anni 1625.

LECTO

LECTORI
De hoc opere, & de Auctore illius.

EXIT iam in lucem opus, quod moratum eſt bene diu. Nimiam ſcripti edendi moram vt ſignificaret Catullus, de libello amici, cui nomen Smyrna, ita cecinit:

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem
Quàm cœpta eſt, nonámque edita poſt hiemem.

At noſtrorum Apocalypticorum annus certè decimus iam eſt, cùm expectatur editio. Genium planè libri noſtri auctoris tardigradum nacti, quippè qui moliminis ſunt ingentis. Nam Apocalypſis quot annos in expectatione fuit? Effectum tandem vt in lucem exeat P. ALCASAR *hac etiam parte altera genuinus. Neque enim venditatur aliena opera tanti nominis obtento velo. Suum eſt quidquid offert liber; nihil ei aſſutum, nihil immutatum Hoc præſtamus bona fide. Scimus non aliorum additamenta, ſed pura, & integra Alcaſaris ſenſa deſiderari. Hac cauſa nullibi quidquam, ne ad ornatum quidem, eſt adiectum. at ineſt multis in hoc opere ex paupertate ac nuditate pudor. Sanè, licèt occurreret paſſim ea pauperies, eſſet tamen liber magni ducendus. Etenim magnorum auctorum permagni ſiunt vel nuda dicta. Nam quid eſt politioris gazæ in plerìſque etiam recentiorum, quos terimus, auidius? Citarem, ſi foret opus, aliquot Iſaiæ, & commentatores alios magni vbique ſenſus, & cenſus: quibus ſanè noſtrum non poſtponat æquus iudex. Sed verò illum nudum incedere, verum non eſt: vbi enim res exigit, quam ſeriò tractat, iungit cum copia eruditionem ſolidam, neceſſariam, exquiſitam.*

Illud porrò tam longam conſequutum eſt moram, vt plurium examen ſubierint hi commentarij; ſed vnde laudati mirificè exierunt. proferrentur laudes; ſi eſſet operæ; ſed non eſt. Neque enim vino vendibili (vt fert priſca vox) hedera opus. Eæ certè veteris Scripturæ partes, quæ difficillimæ habitæ ſunt ab omni æuo, ita hìc explicantur, vt cum ſubtilitate mira præſignis nobilitas ſenſus, nouitas admirabilis cum Eccleſiæ recepta ſemper doctrina copulentur; atque aureum præcipuè in ijs demonſtretur filum, quæ hactenus vel putabantur ſoluta, vel ægerrimè nectebantur.

 Atque

Atque hæc ita propria LVDOVICI prædicatio eſt, vt non ingenio modò (quamuis eo fuit longè præcellente) nec humana tantùm ſolertia perfeciſſe multa videatur. Ac ſanè, cùm numquam non illud ſit veriſſimum: Dei conuerſatio, ſeu ſecretum (quod denotat nomen סוד)cum ſimplicibus eſt,cum humilibus.nam abſcondit prudentibus,& ſapientibus, paruulis autem reuelat; ALCASAR noſter ideò ad participationem adſcitus abſtruſorum Dei arcanorum, quia fuit profectò humillimus. Certè Theologorum iudicio maximorum præaltum diuinæ Sapientiæ gradum conſequutus fuit. eius quippè inhiabat ſuauiſſimo ſtudio & amori. Huic dabat dies, noctes ſæpe inſomnes, ei denique, quoad vixit, omnino immerſus. ibi gaudium, ibi delicias omnes reperiebat. Adeò verò eum tanta ſapientia non inflauit, vt eo nihil eſſet humilius,nihil ſubiectum magis. Obtemperandi bonum habuit ſemper in corde, & in re quauis iniuncta ſibi, foret licèt ad exequendum difficilis, opere comprobauit. Mutare iuſſus aliquando domum, quod non ſine magno illius incommodo fieri poterat, equidem ſalsè, (nam ſeſſitabat in eius labiis religioſus lepos) & tranquillè inquit: Mobilis facilè ſum. ex hoc obediendi intimo affectu faciebat de induſtria, & loquebatur multa, quibus contemneretur, & minimè gubernando idoneus vir alioqui prudentia inſignis, haberetur. Prodebat hanc humilitatem tam conuerſatione, quàm tota cultus exterioris ſpecie. nam qui ex hac æſtimaret hominem, minimi quidem duxiſſet. Mira verborum eius affabilitas; facilitas ſumma cum omnibus; iucunda cum ſimplicioribus, ac rudioribus, & beneuola colloquutio; veſtitus,rerúmque omnium ad vſum attinentium paupertas maxima. nam,cùm ſiue à parentibus, ſiue à Fratribus impensè copioſis quæuis ornando cubiculo ſupellex vel obtruderetur, curioſum quid non habuit, ſed ne librum quidem ſui vſus: humanorum adeò omnium inſignis in eo contemptus. Huius puer adhuc ſpecimen eximium dedit, cùm patrimonium eximiè locuples ſibi, quod prima eſſet parentum nobilium, Hiſpalenſiúmque Senatorum ſtirps obueniens ſúſque déque habuit, vt Chriſti IESV ſocius humilis allegeretur. Ac retinuit hanc rerum vbique deſpicientiam, cum animo tamen non fracto, aut demiſſo, ſed enim prompto, & erecto ad difficillima quæque aggredienda, vnde ceſſiſſet honos Deo & Religioni ſuæ, cuius in obſeruantia tuendæ, & amplificandæ zelo ardentiſſimo tenebatur. atque in deuorandis acerbiſſimis quibuſque adhibebat (quo de ſic extulit Socratem M. Tullius) liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à ſuperbia. Quippe fuit tolerantiſſimus, ſpiritualis planè vir,deditus omnino diuinis perfectionibus,& admirandis operibus contemplandis:huic ocio, actuoſiſſimo illi quidem, ſemper, etiam cùm minus putabatur,indulgebat. Teſtificantur id omnia illius ſcripta, expoſitio Cantici Cant. euincit. vbique erigens ad ſuperiora mentem, & in altiſſimam Dei prouidentiam defigens. De hac & meditabatur aſſiduè; & profundo ſenſu identidem agebat. Neque ſilenda in hoc loco diuinæ prouidentiæ erga LVDOVICVM ſignificatio ſingularis. Lactens infans erat, nummóque argenteo,quem tenebat

nebat manu , luſitabat. Hunc temerè , vt fit , in os ingeſsit , atque ita demiſit altè , vt ad imas fauces accederet , ibique tranſuerſus ſubſiſteret. & vide , an huc veniat ſanctus Ambroſius , qui Matthæi 17. locum 1. epiſt. lib.1. tractans : Hic ſtater , *inquit* , in ore piſcis inuenitur,illius piſcis qui ponderat ſermones ſuos , vt igne examinato proferat. *Miſerè infans præfocabatur , quin iuuari poſſet arte vlla. Reſtitit ita non paucos dies,ſed integros menſes , & mortuus fuiſſet vel inedia, quam tranſuerſus efficiebat nummus , niſi is foramen habuiſſet , quo guttæ lactis in ſtomachum tranſmittebantur. Apparuit hoc , cùm infans maiori demum vi nummum , cui iam caro adhæſerat , expulit. Sic ergo diuina prouidentia prædicatorem ſui egregium ſeruauit. Euchariſtiæ ſacramento , quod viuens mirificè colit, ſemel & iterum munitus , extremum diem obijt,ſingulari animi tranquillitate.*

IVDI

Digitized by Google

IVDICIVM R. P. FR. DIDACI DE CAMPO Auguſtiniani, ſanctæ Generalis Inquiſitionis Calificatoris, & in hoc Toletano Archiepiſcopatu Examinatoris Synodalis.

DE mandato ſupremi Senatus euolui Tractatum, cui titulus, *In eas veteris Teſtamenti partes, quas reſpicit Apocalypſis*, editum ab eruditiſſimo Magiſtro P. Ludouico ab Alcaſar. approbo, laudo, & prælo dignum iudico. multa enim, varia & plena eruditione refert, continet nihil quod aut noſtræ fidei, aut bonis moribus aduerſetur. Datum in hoc D. Philippi Conuentu die 20. Februarij anni 1625.

FR. DIDACVS DE CAMPO.

NOs quoque ſacræ Theologiæ facultatis Pariſienſis Doctores vidimus ac legimus hoc præclarum opus *Reuerend. Patris Ludouici ab Alcaſar, Hiſpalenſis, in eas veteris Teſtamentis partes, quas reſpicit Apocalypſis*, nihilque in eo fidei indignum Catholicæ reperimus, ſicque in lucem publicam dari cenſuimus. Lugduni in Conuentu Fratrum Minorum S. Bonauenturæ hac die decima menſis Iunij anni 1631.

FR. BERNARDINVS MOLLIASSON
Lector præfati Conuentus.

FR. DESIDERIVS RICHARD
Guardianus S. Bonauenturæ.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, in Parochiali Eccleſia S. Crucis apud Cathedralem Lugdunenſem Cuſtos, in hac Diœceſi officialis Vicegerens, ac D. D. Alphonſi Ludouici du Pleſſis de Richelieu, Illuſtriſſimi Cardinalis ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis, Vicarius Generalis ſubſtitutus: fidem facimus, Nos ab ordine Illuſtriſſimi Domini, iuxta Tridentini Concilij decretum, necnon Francici Regni edita, in librorum cenſuram incumbere iuſſi, hoſce Ludouici ab Alcaſar Hiſpalenſis, è Societate IESV Theologi, in eas veteris Teſtamenti partes, quas reſpicit Apocalypſis, libros quinque euoluiſſe, nihilque in iis ab Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ fide, & ſanctorum Patrum ſana doctrina alienum, non modò non contineri; ſed elaboratum planè opus, multiiuga lectione, mirabilis ingenij ſolertia, & mentis acumine, ac pergrata floruentæ eruditionis amœnitate perilluſtre, ideóque Chriſtianæ Reipublicæ Concionatoribus, ſacrarúmque litterarum Profeſſoribus perutile comperiſſe. Lugduni Idus Iunij 1631.

DE VILLE.

Digitized by Google

INDEX

Librorum, & grandiorum partium quæ in quinque libris tomi huius exponuntur.

IN LIBRO I.

Enarrantur quattuor poſtrema capita libri Iob. nimirum 38. 39. 40. & 41. à fol.5

IN LIBRO II.

Qui eſt de Pſalmis, adnotatio præuia in titulos eorum. 41
In Pſal.28. *Afferte Domino filij Dei*, commentarij fuſi. 43
Pſal. 8. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt*, enarratio. 65
Pſal.44. *Eructauit cor meum*, enarratio. 66
Pſal.47. *Magnus Dominus*, enarratio. 68
Pſal 67. *Exurgat Deus*, enarratio. 70
Pſal.86. *Fundamenta eius*, paraphraſis. 84
Pſal.91. *Bonum eſt confiteri Domino*, enarratio. *ibid.*
Pſal.96. *Dominus regnauit, exultet terra*, enarratio. 86
Pſal.104. *Confitemini Domino, & inuocate*, enarratio. *ibid.*
Pſal.105. *Confitemini Domino quoniam bonus*, enarratio. 92
Pſal.106. *Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum*, enarratio. 95
Pſal.109. *Dixit Dominus*, enarratio. 97
Pſal.110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*, enarratio. 105
Pſal.111. *Beatus vir qui timet Dominum*, enarratio. 107
Pſal.112. *Laudate pueri Dominum*, enarratio. 108
Pſal.113. *In exitu Iſraël*, enarratio. 110
Pſal.114. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus*, paraphraſis. 113
Pſal.115. *Credidi propter quod*, paraphraſis. *ibid.*
Pſal.118. *Beati immaculati in via*, paraphraſis. *ibid.*
Pſal.147. *Lauda Ieruſalem*, enarratio. 121
Pſalmorum omnium argumenta. 123
In Pſalm.1. notæ quædam. *ibid.*
Pſal.22. *Dominus regit me*, paraphraſis. 124
Pſal.35. *Dixit iniuſtus, vt delinquat*, paraphraſis. 126
Pſal.39. *Exſpectans exſpectaui Dominum*, paraphraſis. 127
Pſal.48. *Audite hæc omnes gentes*, enarratio. 129
Pſal.50. *Miſerere mei Deus*, notæ aliquot. 130
Pſal.57. *Si verè vtique iuſtitiam*, paraphraſis. 131
Pſal.61. *Nonne Deo ſubiecta erit*, explicatus v.5. *Verumtamen pretium meum*, &c. 132
Pſal.64. *Te decet hymnus*, notæ aliquot. 133
Pſal.65. *Iubilate Deo omnis terra*, explicatus v.3. *Mentientur tibi inimici tui.* *ibid.*

Pſal.

LVDOVICI AB ALCASAR HISPALENSIS E SOCIETATE IESV

Theologi in eas veteris Teſtamenti partes, quas reſpicit Apocalypſis,

LIBRI QVINQVE.

PROLOGVS.

A VISVS, qui inter cæteras animati corporis facultates, ac ſenſus primas facilè tenet, duobus potiſſimùm defectibus eſt obnoxius. Alter nonnullis ab ipſa pueritia, atque infantia eſt inſitus à natura, cõſiſtitque in obtusâ, atque hebeti oculorum acie: quo fit, vt res longius diſtantes oculi diſcernere nequeant. Alter ex ipſius obtutus defatigatione prouenit annorum decurſu, itaut exactâ iam ætate ſenes non ad ea modò, quæ procul diſtant cernenda; ſed ad exiguas quaſque res, & minutula ſegmenta propius inſpicienda debili ferè, ac defecta oculorum acie ſint. Vtrique viſus defectui ſolers, ac prouidens naturæ humanæ architectus ſapienti prouidit inuento, quod prima *Mirabile conſpiciliorũ inuentum.*
B ſpecie oculis impedimento fore videbatur. Id autem fuit perſpiciliorum artificium: quo vitrum ſiue cryſtallum oculis imponitur, cuius interiectu, & adminiculo acutior redditur oculorum aſpectus. Porrò illud in hoc experimento compertum, exploratumque eſt, vitrea nempe iſthæc, ſiue cryſtallina conſpicilia obtuſis à natura luminibus concaua; ſenio laſſatis conuexa applicari debere. Qua etiam in re varia eſt, ac multiplex concauitatis, ſiue conuexitatis diuerſitas, iuxta cuiuſque viſus indigentiam. Quin & experientia pariter, ac ratione edocti nouimus rem ipſam oculis obiectam conuexo vitro maiorem, concauo minorem reddi. Hinc fit, quibus hebetior eſt acies, quamuis ea mediis perſpiciliis diſcernant, quæ abſque illorum ſubſidio diſtinguere neutiquam poſſent, eadem tamen exigua iam ac diminuta coram obtutibus

Digitized by Google

proponi : è contrario qui debili, atque effæto ſunt viſu , illis vel exiguos cha- A
racteres debita magnitudine grandiores obiici ob oculos,quo pacto quæ prius
intueri nequibant , facile diſtinguunt.

Vetuſne an recens.

Abſtruſum hoc , & abditum arcanæ naturæ inuentum (dignum ſanè, quod
ditiſſimi inſtar theſauri debeat æſtimari) quot ante hac ſæculis hominum in-
duſtria prodierit , non ſatis apud doctos liquet. Sunt , qui pro certo habeant,
veteres Græcos, ac Romanos penitus latuiſſe ; quando nulla apud Plinium de
re adeò eximia , & admirabili mentio reperitur. Alij autumant huius inge-
nioſiſſimi artificij originem iam inde ab antiquiſſima priſcorum memoria
repetendam : id à Varrone *ſpecillum*,à Plauto *conſpicilium*,à Polluce *διείδιον* nun- B
cupari. Vtcumque ſit , illud certe aſſerendum videtur in hac perſpiciliorum
ſtructura , tot graduum (quos vacant) varietatem antiquis ignotam omnino
fuiſſe : cum veterum ſcriptorum nemo eam expendat , ne dum admiretur.
Quid ſi hanc Deus occultæ artis induſtriam in id temporis reſeruarat , quan-
do illâ opus maximè foret ? Si tamen ſolida eſt aliquorum coniectatio opi-
nantium , crebram hanc , adeoque vulgarem , tum obtusè , tum debiliter cer-
nentium multiplicitatem eſſe nuperam quamdam morbi rationem in noſtra
ſæcula inuectam. Et verò ſiue iſthæc perſpiciliorum inuentio vetus ſit , re-
cénsve ; illud ſaltem nuperrimum eſt artificium , quod hiſce diebus in lucem
editum cernimus , vt res oculis expoſita , grandi licet interuallo diſſita, viſui C
tum proxima,tum etiam in ingentem magnitudinem aucta ſubiiciatur,atque
adeo mediocri oculorũ perſpicacitate homo poſſit amicum vno milliari re-
motum dignoſcere , & turris longè diſiunctæ characteres planè internoſcere.
Mirum inuentionis eiuſmodi artificium ita conflatur , ſi congruenti diſtantia
ac proportione duo opponantur perſpicilia , concauum alterum oculis pro-
ximum , alterum conuexum aliquanto remotius : itaut viſus per vtrumque
tranſmiſſus intendatur. Sic fit, obiectum ſanè quàm diſtans mirâ prorſus ma-
gnitudine , & vicinum ſatis adſpicientis obtutibus repræſentari. Atque hoc
pacto diſtinctè & expreſsè dignoſcitur , quod antea nulla ratione cernebatur.
Huius inuentionis executio nòn ita quidem facilis , initio ſaltem , fuit ; Sed D
verò effectus mirabilitatis eſt ſummæ , habetur quin etiam inſtar prodigij.

Fiſtula dioptrica, inſtrumentum vaſorium (quod dicũt) repertum nuper.

Quæ hactenus dixi pro idonea mihi comparatione ſunt, quæ illud me do-
cet in primis , quod in ſacrarum litterarum ſtudio accidere frequenter ſolet.
Ad quarum lectionem pariter & commentationem niſi animum homines
diligenter adiecerint, diuina myſteria arcana ex ſeſe, atque recondita diſcer-
nere vtique , ac diſtinguere perfectè non poſſunt ; ſed in eis perſpicaciſſimus
quiſque cæcutit planè , atque caligat. Scripturam ergo veluti quædam animi
conſpicilia ad rerum diuinarum contemplationem eſſe arbitror. Et veteris
quidem inſtrumenti hiſtoriæ , atque figuræ veluti concaua perſpicilia ſunt,
quibus longè diſſita cerni queant. Per eas enim antiqui illi veteris teſtamenti E
Patres longè proſpiciebant noui teſtamenti myſteria,quæ ipſiſmet erant pro-
cul obiecta : nec tunc illa intueri, & contemplari potuère æquali cum vicini-
tate, tum magnitudine , & diſtinctione, quibus Chriſtiana deinceps Eccleſia
lynceis plus quam oculis eadem vſurpauit. At verò teſtamenti noui hiſtoriæ,
ac ſacræ Scripturæ conuexa quodammodo conſpicilia agunt ; ſine quorum
adminiculo perſpici minimè poſſent exigui atque minuti myſteriorum ad-
mirabilium characteres , qui nobis cominus propoſiti ſunt. Vix enim in ter-
ris quiſpiam inuenitur, cuius oculorum acies laſſa, ac defatigata non ſit. Qua-
re , generatim loquendo , myſticis omnes huiuſmodi perſpiciliis indigemus
ad

Pro perſpicilis ad diuina cernenda eſt Scriptura.

Pro concauis vetus Teſtamentum.

Nouum pro conuexis.

Digitized by Google

A. ad tantam myſteriorum ſubtilitatem, præſtantiam & excellentiam diſpicienda. Hac igitur conſpiciliorum vice egregiè funguntur ſacra noui teſtamenti monumenta, quorum ope, & adiumento dignoſcere, ac diſtinguere valemus eximiam & admirandam obiectorum nobis myſteriorum ſubtilitatem.

Illud tamen dignè, vt par eſt, æſtimari non ſatis poteſt; nimirum admirabilis planè efficientia, quæ ex locorum vtriuſque teſtamenti collatione perficitur: quando veteres figuræ nouis veritatibus ad debitæ proportionis diſtantiam obiectæ, atque oppoſitæ ſingularem inter ſeſe harmoniam, & concinnitudinem ſeruant. Quippe idem fere in eiuſmodi compoſitione deprehendi-

Vtrumque proportione reſpondes viſorium conſtat admirabile.

B tur, quod in nupero perſpiciliorum inuento hodie experimur; vbi duplicis vitri, ſeu cryſtalli, alterius quidem concaui, alterius conuexi adminiculo viſus pariter fulcitur; quo fit, vt ingenti tum magnitudine, tum diſtinctione cernantur, quæ prius diſtingui minimè poterant. Itaque quamuis perſpicuum ſit, complures ex inſignioribus veteris inſtrumenti locis, atque figuris in Apocalypſin eleganter accerſiri, & cum noui teſtamenti doctrina ad euangelicæ veritatis maieſtatem, ac magnitudinem diſpiciendam componi, ni tamen congruenti diſtantia, ac proportione vtrumque conſpicilium diſponatur (id eſt, niſi veteres figuræ ſcite cum nouis veritatibus concilientur) mira prorſus confuſio, & rerum perturbatio oriatur, neceſſe eſt. Si verò rectè, & congruen-

C ter omnia diſponantur, egregius ſanè inde effectus, perſpicua lux, atque diſtinctio in ipſam refunditur doctrinam; & maieſtatis, atque amplitudinis plurimum accedit ad ipſum rei ſignificatæ myſterium. Vt ſi, exempli gratiâ, ſcienter ac peritè compingantur inter ſeſe antiquæ Babylonis expugnatio per Cyrum, & Darium facta, & myſtica Romæ inuaſio per viros apoſtolicos præſtita, quod fit in ſexta Apocalypſeos plaga cap. 16. item ſi interpres antiqua babylonicæ euerſionis vaticinia cum myſtica Romæ ethnicæ exuſtione (quod cap. 17. & 18. Apocal efficitur) nouerit appoſitè diſponere. Idemque dixerim de vniuerſis Apocalypſeos ſymbolis; quibus in omnibus & concauum, & conuexum conſpicilium reperitur; id eſt, tum veteris teſtamenti figura, tum

D noui veritas mirificè inter ſe cohærentes, & euangelicæ veritatis diſtinctioni, ac maieſtati concinentes. Hoc autem perinde eſt, ac ſi dicatur Apocalypſin alluſionibus ad inſigniores veteris Teſtamenti locos eſſe refertam: atque hos alluſionum reſpectus, ſi quidem eleganter, & artificioſè teneantur, mirum in modum conducere ad Euangelij veritatem, maieſtatem, ac diſtinctionem.

Cum ergo Apocalypſis tot vndique ſcateat alluſionibus, fieri nequaquam potuit, vti Apocalypſeos commentarium ab earum alluſionum examine ſegregaretur omnino. Atqui nihilo congruentius erat in ipſam Apocalypſeos telam tot alluſionum fila fusè, & prolixè ducta ſuis locis intexere: ne opus ipſum in infinitum excreſceret, quod etiam acoluthiæ ordini haud exiguo fo-

F ret impedimento: *ipſa enim ſibi obſtat magnitudo* (vt ſapienter Florus) *& aciem intentionis abrumpit*. Propterea illud conſilij cepi, vt in Apocalypſeos commentarios inſererem nonnullas ex iis alluſionibus, quæ paucis poterant exponi; maiores verò, ac longiores in ipſorum commentariorum exitum reiicerem; contentus ſuis quaſque locis veluti digito indicaſſe. Quamobrem cum in ſecundi huius tomi inſcriptione legis, *in eas veteris Teſtamenti partes, quas reſpicit Apocalypſis*, ſic partium nomen accipias velim, vt de potioribus & grandioribus partibus dictum putes. Etenim quæ commentariis ipſis alluſiones ſunt admiſtæ, eæ reſpiciunt veteris inſtrumenti particulas: hæ verò, quæ ſeorſum in poſtremos hoſce libros referuntur, ad grandiores ſpectant, ac nobiliores

Digitized by Google

partes; id eſt, ad integra capita, ad multorum etiam capitum ſeriem: non- A
nulla item ad integrum prorſus librum, nempe ad Canticorum Canticum.

In horum librorum primo ſermo mihi inſtituendus eſt de alluſione ad ſermonem Domini cum Iobo habitum, qui quatuor ſolida continet capita, nimirum duodequadrageſimum, & tria ſubſequentia. Secundus liber eos continebit Pſalmos, qui ab Apocalypſi reſpiciuntur, ij autem ad triginta & eo amplius ſe extendunt. Tertius Cantici Canticorum acoluthiam texet, ſimulque facem indicabit, quam illi Apocalypſis præfert. Quartus, & quintus integra explicabunt Prophetarum tum maiorum, tum minorum capita, quibus plurimum lucis ex Apocalypſeos alluſione oboritur.

Spero autem, viſuros facile doctos, quemadmodum hi libri quinque, quam B
in eas veteris Teſtamenti partes lucem refundunt, ab Apocalypſi mutuantur: ita etiam eos maximè conducere ad perfectam ipſius Apocalypſeos intelligentiam. Demum, quod Apocalypſin in quinque libros, & maiores etiam alluſiones in totidem etiam partitus ſum; eo potiſſimum reſpexi, vt ex vtriſque integra Decas coaleſceret: item vt quini alterius manus digiti quinos alterius iuuarent in hac myſteriorum Apocalypſeos expoſitione, quæ veluti artificioſum eſt opus, aut ſericum periſtroma, quod vtrâque manu contexitur, altera alteri opem, auxiliumque præſtante.

LIBER

Digitized by Google

LIBER PRIMVS

(qui eſt totius operis Sextus) in quatuor libri Iobi capita, id eſt, in trigeſimum octauum, & tria ſequentia.

PROOEMIVM.

A QVOD in homine diſcrimen inter animam & corpus reperitur, idem in hiſtoriis inter ipſius hiſtoriæ corpus, ſeu corticem, & mentem, ſiue medullam exiſtimo reperiri. Quapropter ſapientes viri in hiſtoriarum lectione diu verſati illud maximi æſtimare ſolent, ſi ipſarum animam, ac mentem cum primis attendant. Quod cum in profanis hiſtoriis locum habet, tum in ſacris potiſſimum myſteriorum fruge plenis videre eſt. In his illuſtriſſima haud dubiè eſt Iobi hiſtoria; in qua diuinus ſpiritus illud nos præ cæteris edocet, quantò accuratius ingenij acies in eius hiſtoriæ animam, quàm in corpus ipſum debeat intendi. Quippe totum hiſtoriæ corpus exiguum ſatis eſt, & ad duo vel tria omnino capita redigi facilè poteſt. Vnde id vel maximè ſacri ipſius libri magnitudinem auget, nempe longiores ratiocinationes, quæ de eâdem texuntur hiſtoriâ, dum ipſius mens, atque medulla impensè examinatur. Hanc in rem impenduntur longa illa Iobi, & ipſius amicorum colloquia; quibus quaſi appendix adnectitur ſermocinatio, quam Deus è nube *In libro Iobi corpus & anima conſideranda.*
B ſub ſpecie viſibili ſuper ipſo Iobi euentu habuit. Quod ſi productiora libri huius colloquia directè ipſius animam ſpectant, cum varij referantur diſcurſus tum hominum, tum etiam ipſius Dei; profectò recta, ac vera libri huius animæ conſideratio, illa erit, quæ in Dei concione ad Iobum habitâ, inque admirabili eâ doctrinâ, quam inde Iobus hauſit, continetur. Excellentiſſima ergo libri Iobi pars, & quæ totius in primis hiſtoriæ animam, mentemque complectitur, prorſus includitur in ea Dei ſermocinatione, quæ per quatuor capita, videlicet trigeſimum octauum, & tria ſequentia protenditur.

Si ergo Apocalypſis lumen nobis præferret ad veram quatuor horum capitum intelligentiam, id ſanè plurimi deberet duci, non ſolum quod quatuor Scripturæ capita hoc pacto nobis explicata manerent; verum etiam quod lux eadem totius Iobi libri myſterium redderet illuſtre, atque conſpicuum. Etenim ſi notio illa, quam combuſtum piſcis iecur, & fel Tobiæ oculis infuſum ex Apocalypſi aſciuerunt, toti hiſtoriæ Tobiæ lucem præfert, dum eius animam, & quaſi medullam explicat: quanto illuſtrior dimanabit ſplendor in vniuer- *Lux Iobo ex Apocal.*
C ſum Iobi librum, atque hiſtoriam ex Dei alloquio ad Iobum eâdem de re per quatuor integra capita perducto?

Exiſtimo igitur ex Ioannis Apocalypſi mirum in modum quatuor illa Iobi capita illuſtrari. Nam capitum 38. & 39. explanatio ex eo maximè pendet, quod cum duobus ſequentibus, id eſt, 40. & 41. appoſitè connectantur. Atqui in his poſterioribus ſermo inſtituitur de Behemoth, & Leuiathan duabus belluis inſignibus, terræ alterâ, alterâ maris; ad quas Apocalypſis alludit capite 13. vt eo loci indicauimus. Quare huiuſmodi alluſio nos quaſi manuducet ad veram Behemothi, & Leuiathani explanationem, atque adeò ad Dei concionem ſuper Iobi hiſtoria percipiendam. *Vtriuſque collatio.*

Atque vt illud etiam obſeruemus, quemadmodum in Apocalypſi Beſtia maris, ac Beſtia terræ in eamdem cum Dracone capitis 12. conſpirationem pedibus eunt; ac proinde Ec-

Digitized by Google

cleſiæ Chriſti victoria de maris ac terræ beſtiis comparata Draconem pariter, id eſt, Dæmonem profligat. Ita etiam habendum pro certo eſt (vt inferius oſtendemus) in Iobi hiſtoria præſtitui, atque ſupponi coniurationem inter Satanam, Behemoth, & Leuiathan fuiſſe initam; hos item tres Iobi fuiſſe hoſtes; atque vt Iobus glorioſum de Satana triumphum ageret, oportuiſſe eum de Behemoth, & Leuiathan triumphare. Id vbi ſtatuatur, liquido mox conſtat alluſio in tribus Eccleſiæ hoſtibus Dracone è cœlis dilapſo, & maris Beſtia, ac Beſtia terræ ad tres Iobi aduerſarios relata. Quippe de Dracone agens Apocalypſis capite 12. ait ipſius nomen eſſe Satanam, eiuſque proprium eſſe Sanctos accuſare *ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte:* quod manifeſtè ſumptum eſt ex Iobi libro: nec enim alibi in veteri inſtrumento mentio reperitur vlla Satanæ Sanctos accuſantis. Deinde vbi fuerit poſitum, hinc, quod Draco cum beſtiis marina & terreſtri fuerit fœderatus, illinc, quod in libro Iobi Deus de bello inferendo Behemotho, & Leuiathano glorietur: Præterea quod Behemothus ſit maxima beſtiarum terreſtrium, & marinarum Leuiathanus, ſequitur ſtatim, marinam Apocalypſeos Beſtiam reſpondere Leuiathano, terreſtrem Behemotho, ac proinde eorum intelligentiam, quæ Deus de Behemoth, & Leuiathan diſputat, ex Apocalypſeos myſterio capite 13. petendam fore. Verum enim vero vt diuinus de Behemoth, & Leuiathan ſermo plenius, ac iucundius excipiatur, paulo altius repetenda res eſt, nimirum ab ipſorum verborum exordio, quæ Deus fuit cum Iobo colloquutus. Tota enim concionis ſeries orditur à cap. 38. & integra quatuor capita comprehendit: Bipartitus eſt autem Dei ſermo, in duas ſcilicet conciones, vt ex ſequenti conſtabit ſumma. A B

Duplicis concionis à Deo ad Iobum habitæ diuiſio; & ſumma eorum, quæ in ipſa littera præferuntur.

Diuiſio. CApita 38. & 39. eumdem ſermonem, vt liquet ex textu, continuant, cui Iobus reſpondet per ſui accuſationem, ac Dei commendationem: *Qui leuiter loquutus ſum, reſpondere quid poſſum? Manum meam ponam ſuper os meum. Vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem; & alterum, quibus vltra non addam.* Hic exitus capitis 39. & primæ concionis. Sequitur altera, quæ per duplex caput 40. & 41. ſeſe extendit. C

Summa prima. In prima concione Deus agit de ſua admirabili potentia, bonitate, atque ſapientia in terræ, maris, atque lucis creatione. Vbi ſingillatim docet, nihil ipſius oculis abditum, & occultum latere, & hominum ſingulis tam natiuitatis, quàm mortis diem ab ipſius prouidentia præſcitum, deſtinatumque eſſe. Addit, ſe cœlorum & meteororum opificem eſſe, ac molitorem; necnon primarium fontem, ex quo quidquid aut veræ ſapientiæ in hominibus, aut apparentis in brutis animantibus cernitur, deriuatur. Poſtremo animantium nonnullas percurrit, in quibus admiranda Dei ipſius prouidentia ſingulariter ſplendeſcit. Porrò animalia, de quibus ſingularem inſtituit ſermonem, hæc ſunt, Leones, Corui, Capreæ, & Cerui, Onagri, Rhinocerotes, Struthiones, Equi, Accipitres, Aquilæ, ſeu Vultures. Atque hic prima terminatur concio. D

Summa ſecunda. Quod ad ſecundam attinet; ipſius ſcopus is eſſe videtur, vti probet Deus, ad ſuam potiſſimùm ſpectare prouidentiam, vt ſuperbos deiiciat, ac deprimat (vide caput 40. num. 5. 6. 7. 8.) hoc autem duplici confirmat exemplo; altero Behemothi, altero Leuiathani, quibus Elephas, & Cetus grandis, ſiue Balæna denotantur, vt videre eſt apud libri huius expoſitores.

Singularis obſeruatio. Illud inſuper obſeruatione dignum: cum enim in prima concione Deus tot brutarum animantium ſpecies exprimat, cumque glorietur eorum animalium ſingula eſſe opus ipſius manibus ſapienter fabricatum, & ſuam ipſius prouidentiam omnibus ſolerter conſulere: nulli eorum gloriatur ſe exitium, & interitum afferre, ſed potius in rebus omnibus ad vitam neceſſariis prouidere. At in concione altera, dum de Behemoth, & Leuiathan verba fecit, videtur ſe illorum euerſorem, & interfectorem iactare. Etenim de Behemoth capite 40. num. 14. ſic ait: *Qui fecit eum, applicabit gladium eius;* ac ſi dicat, ipſius opificem probe noſſe, quà illum gladio ſit traiecturus, vt exanimatus intereat. Et infra num. 19. *In oculis eius quaſi homo capiet eum: & in ſudibus perforabit nares eius.* id eſt, ille optimè cognoſcit inſtrumenta, quibus & ipſius effodiat oculos, & nares perforet, vt victus occumbat. De Leuiathan verò ſic habet capite 40. num. 28. *Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.* Et cap. 41. num. 3. *non parcam ei.* Et num. 14. *mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.* Hoc eſt collibratus ictus non aberrabit. De occiſione item Leuiathani ſermo eſt Iſaiæ 27. E

Hæc cum ita ſint, mens ſcire auet tanti diſcriminis cauſam; cur ſcilicet nō ſe Deus Leonis,

aut

Digitized by Google

A aut Rhinocerotis interfectorem glorietur; bene tamen Elephantis, ac Balænæ? Cur etiam Elephantem potiſſimum vſurpet, vt probet ſuam in ſuperbis opprimendis gloriam, atque potentiam; non verò Leonem, qui citra controuerſiam elatior eſt, atque ſuperbior, aut Rhinocerota, qui multo etiam crudelior, efferatior, & perniciosior eſt? Demum cur Elephantem nobile, ac generoſum animal cum Balæna componat?

Noſtræ declarationis ſcopus.

Breui proponitur.

EA mihi mens, is animus, id ſtudium in hac explanatione eſt, vt in vtraque Dei concione ad Iobum admirabile artificium, atque myſterium occultari contendam. Itaque quam Deus victoriam in ſecunda concione à ſe partam gloriatur, eſſe eam, quam Iobus Dei ope & auxilio fultus de duplici hoſte infeſtiſſimo, nempe ſui ipſius Amore, & Amore exter- B norum corporis bonorum reportauit: atque duos hoſce aduerſarios à Iobo deuictos dum de ſe ipſe, de honorum ambitione, deque diuitiarum cupiditate triumphauit: Ad hæc, quod Deus Iobo dolores, atque cruciatus inflixerit, perinde exſtitiſſe quaſi Behemothum proſtrauerit, atque occiderit. Quod verò Iobum ipſum honore, atque fortunis ſpoliaret, nihil fuiſſe aliud, quam immanem cetum Leuiathanum de medio ſuſtuliſſe; vtrumque tamen in magnam Iobi ipſius incolumitatem, verumque bonum ceſſiſſe.

Quibus præcipue ex hac explicatione conſolatio.

Hic meæ expoſitionis finis, hic ſcopus. Spero autem facile probatum iri, id non futili aliqua ingenij ſubtilitate, ſed ſolidè, atque germanè ediſſeri. Atque hoc ab æquis æſtimatoribus poſitum iri in Dei donis, quod per Apocalypſin afflata demum lux ſit ad attingendam ſacri ſpiritus in his duabus concionibus mentem genuinam. Sperò item non obſcurè conſtiturum de doctrinæ huius integritate, déque æquiſſima ipſius ad textum applicatione; necnon de ſingulari ſolatio hinc redundante ad eos potiſſimum homines, qui ſummi Dei C tum cognitioni, tum amori in primis addicti doloribus, anguſtiis, ac perſequutionibus angi, & excruciari ſe cernunt. Illud etiam ex hac explanatione elici velim, quanta ſcilicet ſit huiuſmodi doctrinæ vtilitas, vt ex ea conſtet vnumquemque hominum infeſtum ſui ipſius eſſe aduerſarium; & inanem huius ſæculi gloriam, ac diuitiarum affluentiam non ſecus atque horribilia monſtra mortalibus formidanda. Porro in duarum Dei concionum diuiſione ita Dei ipſius mentem conſidero, vt in prima ſermonem inſtituat de ſua admirabili prouidentia; idque per ſuauem quamdam dulcedinem, qua Iobum ipſum demulcet: non tamen eô ſingillatim deueniat, vt in hac priori parte oſtendat, quantopere Iobus indigeat rigido, & acerbo illo medicamento, quo Deus ad eius ſalutem, & incolumitatem fuerat vſus: ſed illud intendiſſe ſolum, vt cauſas, ac rationes præſcribat, cur homo in rebus aduerſis & calamitoſis ſe diuinæ prouidentiæ fidenter credere debeat. In altera verò concione Deus Iobo rationem reddat, cur eum in eas redegerit dolorum, & acerbitatum anguſtias. Totius au- D tem diſcurſus ſumma hæc eſt, ne Iobus ſecundo fœlicium rerum flatu euectus ſe nimium gloriabundus iactaret, neu in ſumma rerum affluentia criſtas tolleret; idcirco à Deo in illud aduerſæ fortunæ diſcrimen fuiſſe vocatum: vt hoc pacto Behemothum, & Leuiathanum pariter vno eodemque ictu proſterneret. Atque extrema hac prælectione tantopere Iobus in Dei cognitione, & vera rerum æſtimatione profecit; vt fateatur ingenuè, ſibi antea Deum famâ tantum, & auditione acceptum, deinceps oculis iam ipſis vſurpatum videri.

Dei magiſterium admirabile. *Summa diſcurſus.*

Cur nanus interpres cernat quandoque plus veteri.

Non ſum neſcius hanc de Behemoth, & Leuiathan interpretationem nonnullis nouam, & inſolitam viſum iri. Fortè tamen vbi ipſius fundamenta attentè examinentur, pro ſolido ac literali ſenſu reputabitur. Nec verò aut nouum, aut inauditum eſt, noua ſemper ex locupletiſſimo Scripturæ penu ſenſa atque myſteria erui, & firmiſſimis aliorum præiactis fundamentis ſtructuram ipſam ab aliis nonnihil prouehi, & extolli. Nanus videlicet aſſequitur *proſpectu, quod nequit gigas, ſiquidem ſupra huius humeros fuerit ſublatus.* Certè ſi propriam diui- E ni ſpiritus mentem ego tetigerim; præterquam id ipſi acceptum refero, ſolertiæ id quoque eorum debeo ſingulari, qui ſuum ad hæc capita ſtudium prius contulerunt. Etenim ſine fundamentis, quæ iacta reperi, meam ego nequirem fortaſſe ſtructuram promouere. Demum ad Deum attinet gloria eius, quidquid eſt boni; quod ſecus habet, noſtrum eſt, atque id cenſere, Eccleſiæ eſt, & ſapientium.

Digitized by Google

NOTATIO I.

Senſum valde myſticum nonnunquam etiam literalem eſſe poſſe, adſtruitur.

IN ænigmatis ſiue parabolis quando primus literalis corticis ſenſus non requirit neceſſario veritatem, nemo dubitat quin myſticus ſit literalis. Si tamen literalem eum ſenſum accipiamus, qui in illis verbis ſignificari intenditur. At vbi per verba ipſa proximè ſignificari contenditur verus aliquis ſenſus; tunc opinantur non pauci, quod iis verbis non proximè reſpondet in ſenſu, illud minimè literale, ſed myſticum, ſiue tropologicum eſſe.

Excutitur, quis ſenſus literalis ſit.

Hac explicandi regula ducti nonnulli affirmant in Behemothi, & Leuiathani tractatione illud eſſe duntaxat literale, quod proximè, & immediatè de Elephanto, ac de Balæna enunciatur: vbi tamen ſenſus ad rem aliam magis ſubtilem, ac ſpiritalem aſſurgat; tunc verò non iam literæ ipſius ſenſum, ſed myſticas, aut tropologicas applicationes indagari.

Certè, ſi quæſtio hæc in ipſo ſolum nomine conſiſteret, non admodum laborarem, quod myſticus vocaretur aliquis ſenſus literalis. Scio enim veterum doctorum aliquibus grammaticum tantummodò ſenſum appellari literalem. Cæterum, ſi literalis ſenſus nomen iuxta Scholaſticorum Doctorum definitionem vſurpemus; non iam de nomine quæſtio, aut parui momenti eſt, ſed grauiſſima ſanè; vtrum ſcilicet literalis ſit ſenſus, quem aliqui myſticum vocant? Etenim S. Thomæ definitio literalem ſenſum ſtatuit eſſe, quidquid auctor per verba ſignificare contendit. Nec modo diſputo, poſſit ne plures literales ſenſus idem locus admittere? Sed intra integri vnius ſenſus limites, atque cancellos permagni refert, illud in primis decernere, quem Spiritus ſanctus ſenſum per verba aliqua conatur exprimere; ſæpe non id eſſe ſolum, quod in primo literæ cortice proſtat, & in quo nimium literales conquieſcunt; ſed illud etiam, quod ipſi interdum myſticum, ac tropologicum reputant.

Definitio illius.

Senſus literalis ſæpe nõ is tantum quem præfert cortex.

Dixi, quæſtionem hanc permagni eſſe momenti: nam ex ea plerumque illud dependet iudicium, literalem nempe ſacræ Scripturæ ſenſum, id eſt, quem diuinus Spiritus verbis aliquot concipere & explicare voluit, eſſe ſancto ipſo Spiritu, & infinita eius ſapientia (ſi omnia expendantur attentè) digniſſimum.

Huius intelligentia quãti ſit.

Hoc igitur primo exemplis probo, quæ ex Prouerbiorum libro peti poſſunt, vbi plures reperimus veritates, quæ primo quidem aſpectu adeò ſimplices, & explicatu faciles apparent; vt qui Salomonis ingenium nihil aliud iis verbis, præter id, quod ſono ipſo præferunt, ſignificare voluiſſe credat; næ ille nimis exiliter de ipſius Salomonis ſapientia diuinitus indita ſentiret. Exemplum eſto; affirmat Salomon ſemel atque iterum: *Pondus & pondus, menſura & menſura: vtrumque abominabile eſt apud Dominum.* Hoc ſi perinde ſolum ac ſonat (de cicerum nempe menſura, & de prunorum pondere) intelligatur, vera quidem erit ſententia, non tamen digna, quam Salomon ſuis Prouerbiis interſerat, Præſertim cum in prologo ipſo lectorem præmoneat, vt animaduertat *parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ænigmata eorum.* Qua admonitione docemur, quæ non nimis profundæ veritates apparent, eas quidem per comparationem aſſumi, vt inibi ſapientes viri multò ſubliniora & abſtruſiora ſenſa recondant: atque adeò verbis illis, quæ ſimplicitatem quamdam, atque humilitatem præ ſe ferunt, nobis Salomonem excelſa alia, atque præſtantia indicare voluiſſe. Itaque literalis eorum verborum ſenſus in Prouerbiorum libro (id eſt, quem Salomon eo loci per verba eiuſmodi ſignificare contendit) ne ipſam Prouerbiorum inſcriptionem dedeceat, non ille putandus eſt ſolum, qui primo ipſo verborum textu affertur, ſed ea veritas, ad quam Salomon innuendam, fuit ea comparatione vſus: nimirum rem eſſe deteſtabilem, vti iniuriam aliquis irroget iuſtitiæ, & æquitatis ſimulatione, ſiue per iuſtitiæ ipſius inſtrumentum; cuiuſmodi eſſet iudicis, aut ſcribæ officio ad iuſtorum calumniam, & oppreſſionem abuti. Quam loci intelligentiam (eſto, myſtica nominetur) qui à Salomone non fuiſſe in iis verbis intentam putaret, meâ quidem ſententiâ illi faceret iniuriam.

Exemplo docetur.

Prou. 20. n. 10. & 23. & cap. 11. n. 1. Superficiarius ſenſus interdũ parum dignus S. Spiritu.

Pondus & pondus apud Salomonem quid?

Secundo, inficiari poteſt nemo, quin ſapientes frequenter viri per comparationes loqui ſoleant, & applicationes tamen prætermittant: quia *ſapienti* (quod aiunt) *dictum ſat.* Hoc in Pythagoræ ſymbolis liquido cernitur: in quibus meras ageret nugas, qui per ipſa verba nihil aliud præter eorum ſonum à Pythagora ſignificatum fuiſſe contenderet. Atque hac ratione ſciti plerumque homines adhibent in ſermone ſuo narrationes. Si hoc igitur prudentiæ nec iniuriâ adſcribitur: cur ſacris id literis totius ſapientiæ fonti denegabimus?

Tertio, in parabolis, ſiue hieroglyphicis, quæ ex rebus ſapienter confictis adſciſcuntur ad rerum aliarum ſignificationem; inficias nemo ibit opinor, quin myſticus ſenſus literalis etiam ſit. Quis ergo non videat qua ratione fictio vſurpatur ad myſticum explicandum ſenſum; poſſe etiam veram aſſumi narrationem, ſiue ex naturali philoſophia, ſeu ex ſacrorum etiam hiſtoria annalium petitam? Si ergo medio apologorum acciru potêre myſtica literaliter affirmari: poterunt itidem in ſenſu literali aſſeri per veritates aliquas, quæ ex ſe ipſæ humiliores ſint; atque adeo integer tunc literæ ſenſus non inuoluet modo proximam veritatem, ſed præcipuam etiam, cui applicatur. Tunc enim per verba exprimi contenditur comparatio ipſa, quæ vtramque partem extremam complectitur.

Narratio vera aut res naturalis vſurpata ad aliud ſignificandum.

Quarto, dubium non eſt, quin quæuis mentis conceptio, quantumuis licet myſtica & ſpiritalis ſit, verbis poſſit per comparationem aliquã enunciari. Iam ergo literalis eorum verborum ſenſus ſenſum pariter myſticum tunc manifeſtè amplectetur.

Quinto, nemini mirum videri debet, quod diuinus

Digna Spiritu S. locutio.

Digitized by Google

inus Spiritus velit per comparationes; quibus :ur, myſtica, & ſpiritualia ſenſa depromere; n ſi id in ſpiritali viro ſæpe agnoſcimus; cur diuino Spiritu miremur? Præſertim ſi ad eiuſodi perſonas dirigatur ſermo, quibus veriſimile Spiritum ſanctum doctrinam, & inſtitutionem erfectiſſimam tradere voluiſſe: quemadmodum um Iobo ſe geſſit, poſtquam illum rerum aduerſarum conflictione ſatis probauit.

Quando ſenſus qui apparet myſticus putãdus omnino literalis.

Sexto, quam reddi oportet rationem, vt quod dicitur, extra rem non eſſe credatur, ea quidem ex literalis ſenſus adytis petenda eſt. Si ergo congruens omnino ratio non poſſit adduci, niſi ad myſticum recurratur ſenſum; tunc ſane ille ipſe literalis ſit, neceſſe eſt. Id plane perſpicitur in Pythagoræ ſymbolis: quæ cum ad quæſtionem aliquam propoſitam adducuntur, minimè forent ad rem niſi myſticus ſenſus in eis imbibitus attenderetur. Eâdem etiam ratione quotieſcumque in Scriptura opus eſt ad ſenſum peruenire myſticũ, vt de optima contextus ſerie & cohærentia, perſpectis omnibus, conſtet: id argumento debet eſſe, myſticum illum ſenſum, quo ratio inibi dictorum ſolidatur, eſſe omnino literalem. Vt ſi probaretur, quæ Deus de Elephanto, & Balæna Iobo dicit, minimè conducere ad finem à Deo intentum, niſi myſticus ſpectaretur ſenſus: tunc quidem myſticus ille ſenſus neceſſario literalis eſſet.

Argumentũ alterum.

Septimo, quando myſticus ſenſus ad totum contextum per ordinem applicatus à carceribus ad metas vſque feliciter decurrit: veriſimile ſatis tunc eſt, eum in literali pariter comprehendi: quandoquidem oſtenditur eiuſmodi ſenſum vniuerſis iis verbis, quo ordine ſunt conſcripta, ſignificari potuiſſe.

Tertium.

Octauo, ſi in ipſa textus ſerie atque ordine non leuis inceſſeret difficultas iuxta ſenſum, quem tenaciores literæ ſectatores adſtruunt: iuxta myſticum tamen nihil difficultatis in eo ordine, & connexione, ſed plurimum congruentiæ ineſſet; perſpicuum tunc fieri videtur, qui myſticus dicitur ſenſus, eum præcipuè per textus ipſius verba intendi. Etenim in comparationibus non alio opus eſt ordine ac ſerie, quam vt præcipuo ſenſui potiſſimum intento deſeruiant. Huic rei documento eſſe poteſt Apocalypſis, in cuius acoluthia & ordine, ſi Riberæ, Viegæ & aliorum explicationes diſcernamus, plurimæ, atque grauiſſimæ difficultates occurrunt: & neceſſarium illis eſt ad violentas anticipationes, poſtpoſitiones, & tranſgreſſiones confugere. Cum tamen in noſtra explanatione nullus alius potuerit ordo cohærentior, nullum filum magis continuum ipſa contextus ſerie, & acoluthiâ optari.

Nono, ſi ſemel admittamus ſenſum myſticum poſſe in literalem euadere; euadimus facile ingentem ſatis difficultatem, quæ nimis literalibus plurimum faceſſit negotij: nimirum quod nonnulla

Commoda huius doctrinæ.

ex ipſis contextus verbis ſuum ipſi ad ſenſum aptare minimè poſſunt, niſi manifeſtam eis vim inferant. Quod ſi ſtatuatur præcipuum eorum verborum ſenſum, qui inibi maximè procuratur, eum eſſe, quem myſticum vocant: mox liquido conſtat, nihil abſoni, aut diſſentanei concedi, ſi verba aliquot in principali tantum ſenſu verum teneât. Quippe alius minus principalis per comparationem ſolum vſurpatur: nec opus eſt ipſa comparationis lineamenta per totum duci contextum non interrupta. Euidens namque eſt poſſe de Chriſto Domino ſermonem inſtitui per compa-

A rationem à Salomone petitam in aliquot verſibus, in aliis vero eiuſdem ſiue capitis, ſiue Pſalmi Chriſtum Salomoni ac cæteris omnibus anteferri per eorum additamenta, quæ Salomoni, aut cuilibet alij neutiquam poſſint congruere, vt videre eſt in Pſalmo 71. Simili etiam ratione de ſpiritali aliquo aduerſario poteſt eſſe ſermo, dum in aliis verſibus Elephanti, aut immani ceto comparatur: in aliis vero nonnihil additur; in quo & idem prouehatur ſermo, & comparatione relicta de ſpiritali ſolum hoſte agatur. Qua in re qui difficultatis aliquid intereſſe arbitratur, non ſatis videtur aduertere, ineptum planè eſſe, ſi concionator quiſpiam cogeretur comparationem ſemel initio concionis inceptam toto ſermonis decur-

B ſu ad exitum vſque prouehere. Sunt aliqui ingenij adeò natura conſtricti, vt comparationem omitti, & ſermonem longius produci non poſſe exiſtiment: atque ad ipſum comparationis corticem ita adhæreſcunt, vt ſine cortice (quod aiunt) natare non audeant; quem tamen natandi periti facilè, cum libet, reiiciunt.

Vtile conſectarium.

Decimo, hinc elicitur, opus non eſſe, vti comparatio ſemper in ſolida ac certa veritate innitatur. Interdum enim ad myſtici ſenſus rationem non minori adiumento eſt vulgaris opinio, aut apologus communi conſenſione receptus, quam ſi verum aliquid aſſumeretur. Hoc etiam pacto ſacrarum literarum interpres nequaquam tenetur ad illud pro certo aſſerendũ, quod forte in Scri-

C ptura non affirmatur, eſto, per comparationem vſurpetur ad ſenſus myſtici confirmationem. Sufficit ergo, quod certum ex ſe eſt vt certum; quod fabuloſum, vt fictum; quod opinabile, intra opinionis limites circumſcriptum ſtatui. Hiſce enim omnibus vti plerumque ſolent ſapientes, vt per comparationem loquantur. Vide illud Pſal. 57. num. 5. *Sicut aſpidis ſurdæ, quæ non exaudiet vocem incantantium*, &c.

Vndecimo denique moralis aliquis ſenſus quãtumuis myſticus videatur, poteſt pro literali interdum iure optimo computari; ſi quid fortè illius moralitatis causâ dictum fuit. Tunc enim eiſdem Scripturæ verbis intenditur illa moralis doctrinæ inſtitutio. Atqui pro literali ſenſu repu-

D tari debet, qui per verba ipſa iuxta proferentis intentionem ſignificatur: nam ea eſt, vti ſuperius diximus, communis Beati Thomæ & Scholaſticorum definitio.

NOTATIO II.

Vnde poſſimus conijcere, in Dei colloquio ad Iobum plus re ipſa ſignificari, quam verbis præferatur?

E

SI Dei conciones ad Iobum habitæ iuxta literam ipſam ſolum acceptæ, eiuſmodi deprehendantur eſſe, quæ Deum minimè deceant, vt Iobum ita eo tempore affectum alloquatur: neceſſario erit fatendum, iis verbis diuinum Spiritum ſublimius quidpiã ſignificare voluiſſe, quam prima fronte literalis cortex promittit. Etenim quemadmodum orationem Dominicam non ſatis videtur percipere, qui non ita exponit, vt omnium optimam orationum, quotquot excogitari poſſunt, eſſe appareat; (quando eam Chriſtus Dominus

Quis idoneè interpretetur Scripturam!

minus ſuos Apoſtolos docuit) ita etiam, qui Dei ſermones cum Iobo collatos non ſic explanat, vt videatur Iobo eò ærumnæ atque miſeriæ adducto nihil aptius, & congruentius dici potuiſſe, Dei certe mentem & ſcopum in ſermonis huius explicatione non admodũ videtur attingere. Econtrario ille hac in re collineabit,opinor, qui huius ſermocinationis verba eo modo interpretetur, vt admirabilem importent ſapientiam, & ad Iobi miſeri, & ærumnoſi conſolationem, doctrinam, & inſtitutionem plurimum conferant.

Arcanè accipere Behemothum & Leuiathanũ quid Patres monuerit?

In harum quidem concionum ſerie ſi litteræ ſolum tenorem ſpectemus; quicumque ſanè vir ſpiritalis ac prudens ſolari & excitare velit aliquem ita afflictum & anxium,vt Iobus tunc temporis erat, alia multo diuerſa eidem videretur dicturus. Nam vbi ad ſermonem de Behemoth & Leuiathan peruenitur; cordati & prudentis hominis mentem illico ea pulſat cogitatio: Ita ne vero? Nihil ne aptius ad Iobum conſolandum reperiri potuiſſe; quam de Elephante, atque Balæna longum contexere ſermonem; deque ea laude atque gloria, quæ in Deum ex eorum internecione redundat? Dubium mihi non eſt,quin attenta huiuſmodi conſideratio tot, tamque graues interpretes permouit, vt ſibi perſuaderent, ſenſum alium magis ſublimem, & ſpiritalem ſub literæ cortice Deum innuere voluiſſe. Pro hac re noſter Ioannes Pineda tomo 2. cap. 40. poſt numerum 19. vbi de ſecunda Behemoth interpretatione, ſex & viginti auctores, omnes fere grauiſſimos,adducit: nimirum ex Græcis Origenem, Athanaſium, Cyrillum, Nazianzenum, Nyſſenum, Baſilium, Chryſoſtomum, Nicetam, Theodoretum, &c. Ex Latinis Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, Gregorium, Philippum, Thomam, Gloſſam, Lyranum, Hugonem, Abulenſem, Caietanum,&c. Scio Chryſoſtomum,& Eugubinum pro vtraque parte citari. Poſtea verò eodem capite; de Leuiathan verba faciens Pineda eoſdem refert auctores: quibus etiam Iſidorum, aliosque nonnullos adiungit.

Auctoritas tot, tamque grauium expoſitorum maxima certè eſt. Quod ſi eorum interpretatio de Behemoth & Leuiathan minus arrideret; non continuo debilis & infirma foret ratio, qua adducti credidêre, literalem ſenſum eſſe cortice ipſo ſublimiorem. Hinc enim potius infertur, quam valido fuerint impulſi argumento, vt iudicarent eam intelligentiam, quæ in Ceto & Elephante ſiſtit, minimè ſatisfacere: quando minus abſonum exiſtimarunt fore, ſi ad ſublimiorem ſenſum (fortaſſe violentum) ſeſe attollerent, quam ſi in Elephanto & Ceto hærentes conquieſcerent.

Quid ſenſerint nuperi.

Nec ſatis eſt, ſi dicas hunc ſenſum de Balæna, & Elephanto nonnullis placere recentioribus, vt Forſtero, Marino, Vatablo, Titelmano, Pererio, & Viegæ. Hi enim aut veterum Patrum, & expoſitorum rationem non valdè examinarunt; aut, fortè nihil aliud contendunt, quam de Elephanto atque Ceto ad literam eſſe ſermonem; non tamen in ſenſu præcipuo, ſed vt Pſalmo 71. de Salomone agitur.

Illud etiam, fateor, me ſatis vrget, vt myſticum loci huius ſenſum credam eſſe literalem, nam alioquin Deo videtur indignum, duo vt integra capita in Elephante atque Balæna, inque gloriatione de ipſorum interitu ponat. Item nimiam redolet exaggerationem, quod cap. 40. num. 14. de Elephanto aſſeritur: *Ipſe eſt principium viarum* A *Dei*: & de grandi Ceto cap. 41. num. 25. *Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.*

Iam, ſi in Elephantis & Ceti ſenſu cõſiſtamus; ille ad Iobi inſtitutum neutiquam facit. At ſi myſticum ſpectes, nihil potuit ſalubrius, nihil præſtabilius ei proponi, vt omittam (quod & infra oſtendetur) ſapientiſſimum eſſe huiuſmodi diſcurſum. Hic ergo exiſtimandus erit verus eſſe Dei verborum ſenſus.

Hæ belluæ pro cõparatione ſunt ad ſenſum principem.

Aduertendum etiam eſt,in myſtico,quem ipſe conſector,ſenſu duo à me maximè contendi: alterum,comparationem quidem verè ab Elephante & Ceto, & ab eorum proprietatibus deſumi: atque hac ratione comprehendi,quidquid optare poſſunt, qui in vtraque hac bellua literalis B ſenſus ſectatores pedem figunt. Nec enim expetendum illis eſt, ne Deus in ſuæ loquutionis myſterio longius procedat; ſed, vt quod de Behemoth, & Leuiathan aſſeritur, ad Elephantem atque Cetum verè, quoad eius fieri poſſit, applicetur: qua in re ſatis eorum deſiderio fit. Alterum, myſticum ſenſum(qui mihi literalis eſt,)non ſeorſum accipi de Elephanto,& de Ceto:ſed vt inſtitutionem ac doctrinam, quæ ex vtriuſque beſtiæ comparatione aliquid aliud doceat. Etenim myſticum ſenſum comminiſci, qui cum primario literali non apte cohæreat; id quidem diſcrepare videtur, & prorſus diſſentire à myſticæ interpretationis fundamento: debet enim myſterium in ipſa hiſtoriæ litera, ac ſerie fulciri. Hoc autem C præceptum ita firmum,& ſtabile obliuiſci videntur complures eorum, qui Behemoth, & Leuiathan allegoricè interpretantur. Quin & nonnulli vtrumque amplectentes ſenſum (alterum pro literali, pro myſtico alterum)expoſitionem myſticam ſupra literalem minimè ſolidant. Exempli gratia: Elephantis caſtitati aliquid applicãt,quod textus de Behemoth edixerit: atque ea ipſa verba (quod mireris valde) iuxta myſticam intelligentiam ad ſpiritum luxuriæ volunt applicari. Illud hîc interim non prætermittam; ex capitis 13. Apocalypſeos intelligentia Behemoth & Leuiathan myſterium magna ex parte mihi fuiſſe elicitum. Quippe integrum illud caput in duplicis Beſtiæ prorſus admirandæ nempe marinæ & D terreſtris deſcriptione conſumitur: in quibus vero ſimile valdè eſt,manifeſtum contineri reſpectum, & alluſionem ad duas has Iobi belluas capitis 40. & 41. ex quibus terreſtris altera, altera marina eſt. Atque vt Apocalypſi ponderatur impenſe marinæ Beſtiæ ſuperbia, eiuſque nomen eſſe *ſuperbia vitæ*, innuitur (hoc enim eſt numeri 666. myſterium,quo caput 13. terminatur)ita ſimiliter apud Iobum tractatio de Leuiathan iis finitur verbis: *ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Proportio iſthæc & conuenientia,quæ inter duas Apocalypſeos Beſtias, & inter totidem Iobi Belluas reperitur, me ſane coëgit, vt vtraſque inter ſeſe conferrem; & tam conuenientiæ, quam differentiæ rationem pro virili reddere conarer. E Cuius rei notionem,ac lucem (ſi quam forte ſum in hac parte aſſequutus) fateor me vni Apocalypſi, ſecundum Deum, acceptam referre. Nonnulli econtrario volunt, ex hoc Iobi libro lucem elicere, quam Apocalypſi impertiant; cumque per Leuiathan figurari Dæmonem ſtatuant, inde inferunt per marinam capitis 13. Apocalypſeos Beſtiam Dæmonem pariter adumbrari.Quod tamen argumentum ſi quid roboris, & firmitatis habet, facile ipſe à conuulſione conſequentis ad conuellendum

Superficiarius & recõditus ſenſus coagmẽtandus.

Ex Apocal. in Iobum redũdauit lux.

Digitized by Google

lendum antecedens regredi poſſim. Atqui conſequentem aſſertionem textus ipſe non obſcurè euertit. Draconem enim, qui è cœlo decidit, Dæmonem eſſe manifeſtum eſt: & de illo ſermo præceſſerat capite 12. Apocalypſeos. Deinde verò capite 13. dicitur Draco ſuam marinæ Beſtiæ poA tentiam communicaſſe: *Et dedit illi Draco virtutem ſuam & poteſtatem magnam.* Si ergo Draco Dæmonem deſignat, euidens eſt, marinam capitis 13. Beſtiam eſſe alium Eccleſiæ hoſtem à Dæmone diſtinctum. Sed de hoc latiùs diximus in Apocalypſeos commentario.

SEQVITVR CAPITIS 38. ET 39. IOBI TEXTVS; vbi prima Dei Concio ad Iobum ipſum continetur.

CAPVT 38.

1. *Reſpondens autem Dominus Iob de turbine dixit:*
2. *Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?*
3. *Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & reſponde mihi.*
4. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, ſi habes intelligentiam.*
5. *Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? Vel quis tetendit ſuper eam lineam?*
6. *Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? Aut quis demiſit lapidem angularem eius,*
7. *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?*
8. *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens.*
9. *Cum ponerem nubem veſtimentum eius & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem?*
10. *Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia;*
11. *Et dixi: Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.*
12. *Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum?*
13. *Et tenuiſti concutiens extrema terræ, & excuſſiſti impios ex ea?*
14. *Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum.*
15. *Auferetur ab impijs lux ſua, & brachium excelſum confringetur.*
16. *Nunquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſſimis abyſſi deambulaſti?*
17. *Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?*
18. *Nunquid conſideraſti latitudinem terræ? indica mihi, ſi noſti, omnia,*
19. *In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit:*
20. *Vt ducas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius.*
21. *Sciebas tunc quod naſciturus eſſes? & numerum dierum tuorum noueras?*
22. *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti?*
23. *Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ, & belli?*
24. *Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?*
25. *Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui,*
26. *Vt plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur;*
27. *Vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes?*
28. *Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris?*
29. *De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit?*
30. *In ſimilitudinem lapidis aquæ durantur, & ſuperficies abyſſi conſtringitur.*
31. *Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?*
32. *Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis?*
33. *Nunquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?*
34. *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?*
35. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Adſumus?*
36. *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? Vel quis dedit gallo intelligentiam?*
37. *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?*
38. *Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?*
39. *Nunquid capies Leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis,*
40. *Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur?*
41. *Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod non habeant cibos?*

CAPVT 39.

1. *Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris; vel parturientes ceruas obſeruaſti?*

2. *Dixit*

Digitized by Google

2. *Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum?*
3. *Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.*
4. *Separantur filij earum, & pergunt ad paſtum, egrediuntur, & non reuertuntur ad ea.*
5. *Quis dimiſit onagrum liberum; & vincula eius quis ſoluit?*
6. *Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis.*
7. *Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.*
8. *Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit.*
9. *Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuum?*
10. *Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te?*
11. *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?*
12. *Nunquid credes illi, quod ſementem reddat tibi, & aream tuam congreget?*
13. *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij & accipitris.*
14. *Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea?*
15. *Obliuiſcitur quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat.*
16. *Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui; fruſtra laborauit nullo timore cogente.*
17. *Priuauit enim eam Deus ſapientiâ, nec dedit illi intelligentiam.*
18. *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & aſcenſorem eius.*
19. *Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?*
20. *Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium eius terror.*
21. *Terram vngulâ fodit, exultat audacter: in occurſum pergit armatis.*
22. *Contemnit pauorem, nec cedit gladio.*
23. *Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta, & clypeus.*
24. *Feruens & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem.*
25. *Vbi audierit buccinam, dicit; vah: procul adoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.*
26. *Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum?*
27. *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?*
28. *In petris manet & in prærupiis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus.*
29. *Inde contemplatur eſcam, & de longè oculi eius proſpiciunt.*
30. *Pulli eius lambent ſanguinem: & vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt.*
31. *Et adiecit Dominus, & locutus eſt ad Iob:*
32. *Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquieſcit? vtique qui arguit Deum, debet reſpondere ei.*
33. *Reſpondens autem Iob Domino, dixit:*
34. *Qui leuiter loquutus ſum, reſpondere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum.*
35. *Vnum loquutus ſum, quod vtinam non dixiſſem: & alterum, quibus vltra non addam.*

Notæ ad primam Dei concionem, quæ his duobus capitibus comprehenditur.

Diuini huius colloquij prologus is eſt. *Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?* A.
Quod ſi ad Iobum referendum eſſet, illo in primis imbueretur documento; nempe, vt aduerſitatis, & calamitatis tempore conticeſceret: melius quippe eſſe ac ſecurius tunc linguam ſilentio compeſcere, quàm proferre ſententias aliis admiſtas verbis, quæ à ſententiarum pondere, & grauitate longe abſint. Valde tamen ſuſpicor hæc verba ad Eliu dirigi. Iobus enim iam dudum taciturnus perſtabat.

Suſtentatur Iob ex conſideratione fundationis terræ.

Deinde Deus Iobo primum omnium præcipit, vt attentè conſideret, quemadmodum ſua ipſius Dei prouidentia orbem terrarum fundauerit; & firmum, ſtabilemque reddiderit, nullâ aliâ baſi, quam eius imperio, quo fuit in ſe ipſa in medio aquarum globo ſolidata. Naturale quidem miraculum, ſed ſolerti conſideratione dignum; quinam tellus, quæ noſtris ſubiaceat pedibus, non deprimatur id ima; cum altera ex parte nihil ſit aliud præter aquam. vide 2. Petri 3. num. 5. *Terra de aqua, & per aquam conſiſtens Dei verbo.* Crediderim id pro- B
pterea Iobo edici, vt cum Deus erigeret conſolatione & ſpe, fore vt quantumuis ipſe, terræ inſtar, à Deo videretur derelictus abſque vllo alio fundamento, quo poſſet inniti, niſi laborum, & ærumnarum mari (valetudine, liberis, diuitiis, amicis, honore, ac reliquis omnibus ſublatis) Deus tamen ſit eumdem firmaturus: ſicuti terram in mari ſolidauit, ne corruens demergeretur: nouâ item fœlicitate ſit ipſum amicturus, veluti gramine, floribus, arboribus,

ac

Digitized by Google

A ac plantis terra conueſtitur. nam Dei omnipotentiæ ſunt hæc omnia factu quàm facilia. Hic eſt verborum capitis 38.4.ſenſus: *Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi, ſi habes intelligentiam. Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam?* (totum hoc de dimenſione & funiculo ſpectat ad prima fundamenta iacienda) *ſuper quo baſes illius ſolidata ſunt? aut quis demiſit lapidem angularem eius?* Quod verò mox additur: *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*, eò videtur referri, vt cæli ipſi atque Angeli vehementer admirati fuerint infinitam Dei potentiam, pariter atque ſapientiam, quæ terræ molem in ſeipſa ſuſtinebat, ne in ſubteriacentem aquam collaberetur: atque adeò ſint quoque ipſum laudaturi Deum, quod Iobo in medijs rerum aduerſarum vndis conſtantiam & firmitudinem addat.

Secundò Deus Iobo proponit nobile illud prodigium: quòd cum tanta aquarum copia in mare perpetuo confluat; non tamen exundet, nec circumſcriptos ſibi à Deo limites tranſiliat: ac proinde tumidæ ipſius maris minæ, quibus terræ inundationem interminatur, ſemper elidantur pariter & eludantur. Id capite 38.8. indicatur, ibi: *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi & vulua procedens?* Atque id quidem ex ipſo mūdi naſcentis exordio: *Cùm ponerem nubem veſtimentum eius*, &c. *circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia. Et dixi: Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* Hiſce omnibus vocetur Iobus, Deo vti ſecurus ſe credat. Quantumuis enim calamitatum & aduerſitatum exereſcat mare, ad eum tamen ſuperandum ac deuorandum, non peruenturum. Nam Deus, qui ſedet arbiter ac diſpenſator, vndis ac procellis rerum aduerſarum certos præfiniuit cancellos: *Nec patietur* (ait Apoſtolus) *vos tentari ſupra id, quod poteſtis.* Quare credi par eſt, quod Deus beneficium terræ præſtat, ſuis familiaribus non denegaturum; ſed virtutem ac robur præbiturum Iobo, C vt illam aquarum vim, quæ in ipſius irrumpit laborum mare, exorbeat totam, digerat, & concoquat: accedente maximè cæleſtis Solis feruore, qui & humoris exuperantis conſumptionem iuuet, & exhalationes ad ſuperna euocet, ſanctas nimirum ad cælos affecti ones.

Ex repreſſis maris fluctibus.

Tertiò. Quidquid Deus de luce & tenebris Iobo enunciat, pro comparatione, meo iudicio, vſurpatur: vt ſibi perſuadeat Iobus, Deo perquam facile eſſe, vti aduerſitatis nocti matutina lætitiæ, & hilaritatis lux ſuccedat: quódque Iobus non poſſit complecti cogitatione, nedum exequi re ipſa, id Deum moliri facile ac præſtare. Id ea volunt cap. 38.12. *Numquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum?* (ſuam nimirum vicem,) eò, vt fures ac tenebrarum filij præ rubore & terrore diffugiant. (hoc refer ad cacodæmones & Iobi inimicos pudore ac verecundia occupandos, dum cernerent, & Iobum fortiter ſe geſſiſſe, & Deum ſuo honori gloriáque conſuluiſſe.) Id enim eſt: *Tenuiſti concutiens extrema terræ, & excuſſiſti impios ex ea.* quaſi dicat, modum ac rationem innoteſcere Deo, qua tenebrarum filios per diuinam lucem confundat, diſpellátque. Pergit: *Reſtituetur vt lutum ſignaculum.* id eſt, gratis omnino, perinde quaſi lutum eſſet abiectiſſimum, Deus mundo rurſus impertitur pretioſum ſuæ lucis theſaurum. quod diuinæ benignitatis ſignaculum appellatur, ſiue diuini furoris ſignum ac ſymbolum. *Et ſtabit ſicut veſtimentum.* hoc eſt, clara diei lux gloria ac ſolatio mundum illuſtrat conueſtitque. *Auferetur ab impijs lux ſua.* & diei luce fugati veſpertiliones deliteſcunt, quibus firma oculorum acies non eſt ad Solis claritatem excipiēdam, eorumque lux nocturna eſt. Atque hoc pacto ſuperborum gigantum (qui ſunt tenebrarum filij) brachia ac robora laſſantur. *Et brachium excelſum confringetur.* Eodem ſpectat quod infrà num. 19. dicitur: *Noſti in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit*; ac ſi dicat. Nouit Deus, qua via lux felicitatis alicui occidat, & qua etiam ei rurſus oboriatur. Et infrà num. 24. *Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?* id eſt, non ſolum matutina lux, ſed meridianā quoque. Et num. 32 *Numquid producis luciferum & veſperum?* innuens, proprium eſſe Dei ipſius, vt & luceſcere & tenebreſcere iubeat, & Luciferi atque Solis ortum præſcribat.

Ex lucis ac tenebrarum viciſſitudine.

Quartò, quòd Deus dicitur maris profunda, & abdita terræ viſcera penetrare, eo tendit, vt ſi Iobus in abyſſi ima demerſum ſe, aut in mortis ergaſtula detruſum reputet; ſciat tamen, in iis etiam occultis ſiue maris, ſiue terrarum latebris Deum ſibi comitem habere: qui eum inde educere, atque in vitam reuocare valeat. num 16. *Numquid ingreſſus es profunda maris, & in nouiſſimis*, id eſt, imis, *abyſſi deambulaſti? Numquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?* ſi illuc, ait, forte perrexiſti, ſcito, me inibi priùs iam eſſe, nec meorū amicorum ſubſidio ſuperſedere. Quod ſi eò te quàm mox vereris iturū; animaduertas oportet, nil eſſe, cur tantopere extimeſcas; cum neſcias omnino, quid in abſtruſis illis penetralibus accidat; nec quid in extima ipſa terræ facie agatur. Quæ

Ex inſpectu à Deo terræ & abyſſi profunditatibus.

Digitized by Google

omnia, qui perfectiſſimè noui, tibi edico, vt te mihi ſecure committas: *Numquid conſideraſti latitudinem terræ?* A

Ex ortu & interitu ipſius Iobi.

Quintò, inſtituitur etiam Iobus, quemadmodum ab æterno Deus ipſius tum ortum tum interitum præfinierit, vt ſic animaduertas, nihil temere & caſu & abſque diuinæ prouidentiæ conſilio euenire; quare neceſſariò illi eſſe fidendum Deo, qui in ſuam illum defenſionem ac patrocinium ſuſcepit. num. 21. *Sciebas tunc, quod naſciturus eſſes, & numerum dierum tuorum noueras?*

Ex pluuia grandinis ſimiliumque diuiſione.

Sextò, addit Deus, pluuiam, grandinem, glacies, ac tempeſtates ſua ipſius manu diuidi atque immitti. Quo Iobum hortatur, vt cum ſe laborum & ærumnarum tempeſtatibus iactari & conquaſſari cernat; diligenter obſeruet, nihil à Deo in homines deriuari, quòd in maius ac præſtabilius ſuorum familiarium bonum non cedat. lege caput 38. à num. 22. vſque ad 31. Eodem recidit diuerſorum cæli influxuum ſyderúmque concurſus, quibus ad pluuiam ſiue inducendam, ſiue auertendam, opus eſt. quæ omnia vnius B Dei prouidentia fiunt, num. 32. & 33. Item, tonitrua, fulgura ac turbines Dei eſſe miniſtros ipſius iuſſis obſequentiſſimos, num. 34. & 35. ac proinde omnia in amicorum Dei bonum & incolumitatem ordinari.

Erigitur ad orandam patientiam alacritatemque

Septimò, num. 36. *Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?* In aduerſorum euentu maxima hominis prudentia duabus ſpectatur in rebus, in patientia, & in erecto atque alacri animo. De primo Sapiens ait Prou. 14. 29. *Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia.* Hæc autem in eo potiſſimum verſatur, ne tunc ſe nimis anxie ob aduerſæ fortunæ flatum diſcruciet. Atque hoc eſt, *ſapientia in viſceribus.* hebraïcè *in renibus.* quo nomine ſæpe ſignificantur affectus. De ſecundo, id eſt, de erecto atque inuicto animo gallus exemplo eſſe poteſt, qui in media noctis caligine ſeſe dici expectatione erigit, excitat, atque ſolatur. Ait ergo Dominus Iobo, tam patientiam, quam animi erectionem eſſe ſingulare ſui ipſius donum: vt vtrumque Iobus contrariis rebus C afflictus ab ipſo Deo precibus cõtendat: cúmque eas acceperit, vni Deo referat acceptas.

Commñdata in cælu Dei prouidentia.

Octauò, *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? Quando fundebatur puluis*, &c. num. 37. & 38. vſitata eſt in ſacris locutio, ſtellas in nocte per diuinæ prouidentiæ repræſentationem vigilare, & quaſi excubias agere. Si cælorum igitur harmonia tanta eſt, neque vnquam declinant lumina ſomno, ex quo à Deo ſunt conditi; (id enim eſt, *Quando fundebatur puluis in terra*, &c.) perſpicuum fit ſane, cælorum opificem & architectum non abiecturum ſuorum familiarium curam, nec ſomno ſopitum iri, quamuis dormire ſe interdum ſimulet.

In catulis leonis.

Nonò, Quòd ſi Deus leænæ, & eius catulorum non obliuiſcitur, cùm noxia animalia ſint; quînam ſit credibile, illum ſuorum amicorum non meminiſſe? num. 39. & 40. *Numquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis*, &c.

In coruis.

Decimò, eumdem ad finẽ pertinet, quod Deus pro capitis 38. coronide de ſua in coruos prouidentia ſubiungit. D Quorum exemplo Iobum inuitat atque elicit, vti ad Deum perſeueranter clamet, ſi velit ab eo exaudiri. num. 41. *Pulli eius clamant ad Deum*, &c.

CAPVT IOBI 39.

In quo Deus primam concionem proſequitur.

Diuinam prouidentiam oſtendit in ibices ſiue capreæ & cerui.

PErgit Deus inceptum ſermonem, & num. 2. 3. & 4. Iobum admonet, vt ſuam erga capreas ſeu ibices & ceruas prouidentiam conſideret: quo ſcilicet modo eis in edendis fœtibus præſtò ſit. Vt ſi Iobi ipſius dolores parturientis inſtar videantur eſſe; ſi tamen erigat atque confirmet cum videat ſibi opitulari Deum, neque vnquam defore. Sin autem filiorum, E quos illi Deus abſtulit, deſiderio affligetur, animaduertat, id eis fortaſſe fuiſſe congruentius. veluti cum oportunum tempus aduenit: *ſeparantur filij earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.*

Onagri.

Deinde in ea ſolitudine, ac rerum omnium deſiderio, quo Iobus fuerat redactus, illum Deus ſolatur ac recreat: dum ei reuocat in mentem, ita ſe magis liberum & expeditum remanere, vt facilius ſe in diuinam contemplationem dedat: neque in hac rerum penuria. Deum facile perfectam ei conſolationem afferre poſſe. *Quis dimiſit onagrum liberum? & vincula eius quis ſoluit?* &c. num. 5 6. 7. 8. quaſi dicat: Vincula tibi erant & compedes, quæcumque rerum humanarum ſtudio & amore proſequebaris. Quare ſi mentis oculis id attente inſpicias, antea quidem iumentum oneribus comportandis addictum, nunc

Digitized by Google

A nunc onager liber ac tui iuris eſſe videbere. Si præſepi deſtitueris, maius eſt libertatis bonum: nec Altiſſimi prouidentia vſquam aberit.

Rhinoceros.

Gradum hinc facit ad rhinocerota, in quo contemplari Iobus diuinam iubetur prouidentiam, quæ animal adeo ferum & immane condiderit: non quidem vt bouis fungatur vice, (conſtat enim non ita eum facile ſubiectum iri) ſed vt elephanti infenſus negotium faceſſat. Quibus ita Iobum videtur Deus inſtruere ſi calamitates non ſecus in te irruere arbitraris, atque rhinoceros in elephantum ruit; ne tamen id euenire exiſtimes fortuito, vt elephas adeo crucem ac præferocem habeat aduerſarium. Quod hic de rhinocerote aſſeueratur, perinde eſt quaſi tacitè inſinuetur quod in concione ſequenti ſub nomine Behemoth diſſeritur. Porrò de rhinocerote notatione 3. ſeorſum agemus.

Struthio.

De ſtruthione illud Iobo conſiderandum proponitur, nempe plumæ, atque oua. Si B enim diuina ſapientia animalis huius ita ſtolidi memoriam non deponit, ſed ei alas tribuit, vt perſequentium manus poſſit effugere: ſi Deus ipſius fouet oua, quæ derelictui videbantur haberi; æquum eſt, Iobum alacri erectum fiducia eſſe, fore vt diuinæ prouidentiæ nunquam eum obliuioni tradat.

Equus bellator.

His accedit equi deſcriptio: in cuius vigore, alacritate, ac robore aduerſus hoſtilem exercitum egregia nobis documenta præbet Deus, vt in rerum aduerſarum conflictu ne concidamus animo, ſed nos ad prælium fortiter ineundum excitemus. Quò enim plures, quò validiores aduerſarij ſunt: eò illuſtrior de illis, & glorioſior victoria nos manet. Ad hæc, vt à Deo obnixè oremus, & contendamus, nos vt ad congreſſum ipſum fortes, & inuictos præſtet, quando tantum vis, atque animi equo indidit.

Accipiter.

Sequitur: *Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum?* Id eſt, vnius Dei prouidentia pennas accipitri congruentes ſuppeditat, quibus è terra in C ſublime elatus ſeſe aduerſis ventorum flatibus firmus obiiciat, & ventum ipſum hianti ore excipiens grauidetur. Si tamen verum eſt hoc in loco de accipitre ſolùm fœmina agi, eámque furenti Auſtro oppoſitam concipere. Hinc illud eliciamus oportet, (eò enim hæc de accipitre inſtitutio tendit.) ingruentibus contrariæ fortunæ ventis minimè nos deficere debere, ſed à Deo celeres pennas expoſcere, quæ nos & ad ſublimia extollant, & ventorum turbini fidenter opponant: vt ſic demum diuinus Spiritus per aduerſarum rerum tolerantiam nos reddat fœcundos, & optimis deſideriorum, & affectionum cæleſtium fœtibus locupletet.

Aquila.

Denique exemplum ex quadam aquilarum, ſiue rapacium volucrum ſpecie, ad duo in primis hortatur pios, & ſpiritales viros. Primum, vt infima hæc, & terreſtria pro nihilo ducentes, in altò ac ſublimi loco nidum, ac domicilium figant. Alterum, ne hebeti mentis acie ſint: ſicuti illi eſſe ſolent, qui vitæ huius infortunia maxima, atque inſupera- D bilia reputant: ſed acutâ potiùs animi perſpicacitate diſpiciant, vitæ huius calamitates, & ærumnas eſſe veluti virorum ſpiritalium eſcam: nam & voluntaria carnis maceratione, & contrariarum rerum perpeſſione alliciuntur animi, vt magna cum feſtinatione ad ſanguinem exugendum aduolent; id eſt, ad vtilitatem, & emolumentum percipiendum ex iis, quæ formidinem, atque horrorem illis incutiãt, qui de aquilarũm genere non ſunt. Hoc enim iis verbis ſignificatur: *Vbicumque cadauer fuerit, ſtatim adeſt.*

Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ; quo ſenſu à Chriſto dictum.

Huc Chriſtus reſpexit, opinor, Matthæi 24. num. 28. & Lucæ 17. num. 37. *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Quæ (vt id obiter explicem) eodem ſenſu Chriſtum Dominũ dixiſſe arbitror, quo ſuperiora illa Deus fuit Iobo loquutus. Etenim Chriſtus hanc protulit ſententiam agens de maximæ calamitatis tempore, ſicuti ex ipſo contextu videre eſt. Quippe quæ proximè verba ſequuntur apud Matthæum, ea ſunt: *ſtatim autẽ poſt tribulationem dierum illorũ ſol obſcurabitur; & luna non dabit lumen ſuũ*, &c. Apud E Lucã ſimiliter inciderat ſermo de ingẽti afflictione & ærumna. Ea enim verba præcedũt; *Quicũque quæſierit animã ſuã saluã facere, perdet illã: & quicũque perdiderit illã, viuificabit eã. in illa nocte erũt duo in lecto vno*, &c. Si ergo Chriſtus ſermonem inſtituit de grauiſſima perſequutione, & aduerſitate, quæ Eccleſiam ante extremi iudicij diem cõflictabit; quid obſecro, magis aut doctrinæ Euangelicæ, aut ipſius Chriſti ſpiritui conſentaneum, quàm pios ac ſanctos viros admonere, in ipſamet corporum carnificina illis temporibus exercenda, ingentis vtilitatis atque ſolatij occaſionem animabus offerri? Hæc declaratio inde roboratur, quòd Chryſoſtomus, & Euthymius per aquilas intelligunt ſanctorum martyrum animas. Licèt autem verba iſthæc ſoleant ferè exponi de vltimo iudicij die; ex contextu tamen ipſo ſatis veroſimile redditur, ſermonem eſſe de grauiſſima oppreſſione, quæ poſtremũ antecedet iudicium. Porrò in hac expoſitione nihil ineſt violentiæ, quam cõmuniter deuorant, qui cadaueris nomine Chriſtũ in die iudicij ſignificari concedunt. Illud item vel maximè optandum in hac explanatione inuenitur, apud Iobum

Ea erigunt bonorum animos, quæ nata videbantur ad deiiciendum.

ſcilicet & in Euangelio ſententiam illam eodem ſenſu vſurpari. Si per cadauer Chriſtus mortuus intelligeretur; id certe haud perperam meæ declarationi, ſed appoſite ſatis accideret. Etenim ſi in carnis caſtigatione, ſi in tormentis, ſi in ipſo martyrio tantam martyrum animæ conſolationem reperiunt; hoc profecto inde ſibi aſciſcunt, quod ex Chriſti paſſionis exemplo atque gratia, veluti proprio ex fonte hauriant. A

Alia ſuperiorum verborum expoſitio præſtabilis.

Expende etiam vtrùm hæc de aquilis Philoſophia poſſit ad Angelos cõgruenter transferri: itaut doceatur Iobus, Angelos in ſublimi cælorum domicilio degentes, qui nec humiles & abiecti, nec obtuſa mentis acie ſunt, properare lætos atque hilares ad iuſtorum hominum afflictiones, & corporis caſtigationes iucundâ celeritate peragendas. Nec enim inuſitata eſt ſacrarum literarum loquutio, in peccatorum conuerſione Deum Angelis opiparum extruere conuiuium. Multo ergo potius, ac melius in Sanctorum mortificatione *gaudium eſt in cælo.* Vide Apocal. 19. num. 17. epulum cæli auibus paratum: quod ab Ezechielis cap. 39. deſumptum eſt. Idem ergo ſenſus præſcribi poteſt B Chriſti verbis; *vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Vbi etiam ſignificatur obiter ſubſidium, quod iuſtis in ſumma aduerſitate laborantibus ab Angelis, qui ea ſe repaſcunt, mirificè præſto eſt.

NOTATIO III.

De Rhinocerotis & Vnicornis ſignificatione in ſacris.

Rhinoceros, Indicum animal cuiuſmodi ſit.

ILlud in primis cum communi ſententia ſtatuo, iumentum, ſiue equum Indicum reperiri, cui ingens in fronte ſit cornu; vnde & vnicornis vocatus. Pro hoc enim aſſerendo & plures, iiſque graues referuntur auctores, & ipſius animalis cornua bene longa quotidie viſuntur, quæ Rhinocerotis non eſſe conſtat. C

Vtrum Rhinoceros diuerſum animal ab vnicorne ſit.

Similiter præmitto, auctores non infimæ notæ Rhinoceroti duplex adſcribere cornu, quæ in crucis normam tranſuerſa & effigiata volunt: horumque alterum maius, alterum eſſe minus. Lege Genebrardum in Pſal. 28. num. 6. ex Iuſtino, & Clemente Alexandrino.

Vtrumque eſſe vnum idemque animal probatur.

His tamen minimè moueor, quominus aſſeram in ſacrarum literarum vſu Rhinocerota, & Vnicornem pro vno, eodemque animali vſurpari: ac proinde nullum alium in ſacris eſſe Vnicornem præter Rhinocerota; neque huic plus, quàm vnicum cornu, idque in naſo ineſſe: quod ſi alterum habeat exiguum, nullam tamen de illo rationem duci, nec ſolido aliquo fundamento figuram crucis cornibus ipſius attribui. D

Prima aſſertionis huius probatio ex eo petitur, quod Hebraïcum nomen רים ſemper eſt idem: pro quo Hieronymus interdum Rhinocerota, interdum Vnicornem interpretatur. Vt videre eſt apud Pinedam, qui id latè. & eruditè tractat cap. 39. verſ. 9. num. 2. vbi de Rhinocerote. Secunda, verus Rhinoceros ille eſt, qui vulgò *Bada* vocatur. Hanc autem omnis fere Hiſpania Madriti noſtra ætate conſpexit, atque ipſe etiam videre me memini vnico cornu conſtantem. Tertia: in Palæſtina ſaltem & in Ægypto nullus alius agnoſcitur Vnicornis. Et comparationes quidem ex rebus notis ſolent deſumi. Certè quæ in ſacris litteris ab Vnicornibus petitæ reperiuntur, videntur omnino quaſi à notis animalibus acceptæ. Quarta: ex ipſo contextu liquet; quando in vulgata editione Vnicornis exprimitur, de Rhinocerote tunc agi: vt Pſal. 21. num. 22. *Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.* & Pſal. 28. n. 6. *Et dilectus quemadmodum filius vnicornium.* & Pſal. 91. num. 11. & Iſaiæ 34. num. 7.

De myſtica ſignificatione.

Rhinoceros in bonam, & in malam partem ſumptus.

NOuitatis ſpeciem præ ſe fert, Rhinocerotis ſiue vnicornis ſymbolum nonnunquam ad Deum, ac Sanctos applicari; vt Num. 23. num. 2. & cap. 24. num. 8. (vtrobique enim de Deo ſermo eſt.) & Deuter. 33. num. 17. Rhinocerotis ſimilitudo ad Ioſephi tribum transfertur, & Pſal. 77. num. 69. Dei templum cum vnicornium domicilio comparatur. & Pſalm. 91. num. 11. idem ſymbolum ad regni Dauidici cornu ſignificandum vſurpatur. Nonnunquam verò ad Chriſti hoſtes, & aduerſarios referri, vt Pſal. 21. num. 22.

Id tamen mirandum minimè eſt, cum idem in Leone accidat: cuius ſymbolum interdum Chriſto, interdum Dæmoni aptatur. Cæterum obſeruatione dignus eſt varius in Rhinocerotis comparatione vſus. Etenim ſi Chriſtus veluti Elephas aut vitulus concipiatur; Rhinoceros ipſius eſt aduerſarius: quippe nemo neſcit, Rhinocerota Elephanto aduerſari, eiuſque ventrem cornu transfigere; item cum vitulo inimicitias gerere. Nam de Rhinocerote Martialis ſcribit in Cæſaris amphitheatro.

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

Manifeſtum autem eſt Chriſtum vituli interdum comparatione ſignificari. Quod ſi Iobus ſub nomine Behemoth ſe Elephanti comparat, vt videre eſt Iobi 40. eo ipſo Elephantis comparatio congruit Chriſto. Tunc vero Dæmon per Vnicornem ſiue Rhinocerota ſignatur, qui Iudæorum interuentu Chriſto vitam abſtulit: quatenus ſcilicet Chriſtus ſe per Dæmonem occidi fuit paſſus; & quatenus permiſit Deus Dæmonem Iobi victorem videri; cum ei ſalutem, fortunas, filios, honorem, cæteraque corporis bona, vnâ vitâ excepta, eripuit.

E Cum verò Dei fortitudo ſuis omnibus aduerſariis ſuperior, & potentior exiſtat, ſi conſideremus nullum reperiri taurum quantumuis præferocem, quem Deus non facillimè poſſit proſternere; nullum Elephantem fortiſſimum, quem non valeat facili negotio deiicere: eleganter quidem ac propriè Deus Vnicorni, ſiue Rhinoceroti comparatur. Nec ipſe ſolum, ſed ipſius etiam ſerui ac familiares, eius ope, & adminiculo fulti. Tunc ergo Dei, & eius ſanctorum aduerſarij cum tauris conferuntur. Hinc illud Pſ. 67. n. 31. *Congregatio taurorũ in vaccis populorum.* Quibus in tauris ſtragẽ edit Rhinoceros, eóſque pilæ inſtar, iactat.

Locus

Digitized by Google

Locus ex Pſalmo 28. num. 6.

Comminuet eas, (ſcilicet cedros Libani) *tanquam vitulum Libani; & dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Aduerte hic aliquorum explicationes, ſiue notas videre violentas; quòd cum vulgata lectione nō ritè conſentiūt. Id propterea dixerim, quia Hieronymus & alij vertunt, *tanquam vitulos.* Deinde; *Libanus & Sarion tanquam filius vnicornium.* Mihi tamen noſter textus videtur longè aptiſſimus. Etenim vt Euangelicæ prædicationis tonitruum dicatur Libani montes deiecturum; quid aptius, quàm dicere, Euangelij prædicationem non ſecius eis vaſtitatem allaturam, ac Rhinoceros vitulis afferre ſolet? Itaque myſticæ montis Libani cedri perinde futuræ erant ac quidam vitulus: Dilectus autem (id eſt Chriſtus Chriſtiano populo chariſſimus) veluti Rhinoceros. Hoc ergo eſt: *comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus* (erit tunc) *tanquam filius vnicornium.* Vt indomitus vitulus, ſic Dæmon potentioris aduerſatij robur experimento ediſcat. Habes de hoc loco latius in noſtra expoſitione Pſalmi 28.

Locus ex Iſaia, cap. 34. num. 7.

Agit ſacer Vates de ingenti quadam ſtrage, quā Deus Idumæam vlciſcetur; atque ait: *Deſcendent vnicornes cum eis, & Tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum ſanguine.* Non rectè conſiderantur vnicornes & Tauri, quaſi earumdem ſint partium. Duces ergo Edom cum Tauris comparantur: ait tamen Deus, eos non cum impotentibus aduerſariis, ſed cum Rhinocerotibus congreſſuros. Quamobrem dum dicitur; *Deſcendent vnicornes cum eis*, idem eſt atque cum eis in arenam de-

A ſcendent, confligent, prælium inibunt; *cum eis*, id eſt, *contra eos.* Vide Geneſ. 32. num. 28. vbi eadem eſt præpoſitio עם & ibidem noſter interpres bis tranſtulit *contra.* Ait enim: *ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis?* Similiter ergo in præſenti accipienda eſt eadem præpoſitio. Et pari ratione cum ſubditur: *& tauri cum potentibus*, ſcilicet deſcendent, idem eſt, ac ſi dicantur tauri Idumæi cum validioribus hoſtibus dimicaturi.

Hebræa præpoſitio עם *pro contra.*

Locus ex Pſalmo 77. num. 69.

Ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum in terra, quaſi dicat, Dei templum eſſe vnicornium
B domicilium, id eſt, fortiſſimi Rhinocerotis Dei: *cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinoceroti*, Num. 23. num. 22. ac proinde, dum ipſius populus eo beneuolo ac propitio vteretur, nihil eis ab hoſtibus vllis extimeſcendum eſſe.

Pro duplici vnicornis ſiue Rhinocerotis myſtica ſignificatione citat Lauretus in ſua allegoriarum Sylua Tertullianum, Origenem, Baſilium, Hieronymum, Auguſtinum, Gregorium, & Eucherium. Sed habemus firmiorem propheticum ſermonem; de hoc enim, vt vidimus, expreſſi in ſacris reperiuntur loci.

Refert etiam de Rhinocerote Lauretus: *Fertur in ſinu Virginis fortitudinem amittere; atque ita à venatoribus capi.* Feſtiuus ſanè apologus; forte ab Alberto Magno petitus. Quod enim maius
C figmentum, quàm hoc animal ante venationem fortitudine deſtitui, quia in cuiuſdam Virginis gremio recumbebat? Quis non videat, eam primo fuiſſe myſticam locutionem: deinde ſtolidā ſimplicitate loquutionem myſticam ad rei naturam referri?

Quod à Virgine rhinoceros ſuperetur quale commentum.

SECVNDA PARS LIBRI PRIMI, ſiue altera Dei concio ad Iobum habita.

NOTATIO I.

Ad caput 40. & 41. Iobi, quo ſenſu accipiendæ ſint duæ beſtiæ Behemoth, & Leuiathan.

PRæmitto per nomen Behemoth, Elephātem: per Leuiathan, immanem cetum, ſiue Balænam ſignari, vt doctè, & eruditè probat noſter Pineda. Verū in ſuperioribus iam ſtabilitū manet myſticum ſenſum eorum, quæ de his beſtiis apud Iobum aſſeruntur, eſſe eum, qui & ab Spiritu ſancto intenditur, & literalis omnino vocandus eſt.

Argumentum concionis.

Concionis huius argumentum illud eſt potiſſimum, Deum videlicet in ſuperbis & arrogantibus deprimendis maximè gloriari: atque huiuſmodi eſſe facinus, quod Iobus ipſe præſtare nequaquam poſſet, cum Dei ipſius eiuſque roboris ac virtutis ſit proprium. Hoc eſt, quod Deus capite 40. num. 4. 5. 6. 7. & 8. affirmat: *Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas; circunda tibi decorem, & in ſublime erigere; & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia. Reſpice*

D *cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam.* Qui locus cum iis verbis ſanctiſſimæ Virginis conſonat Lucæ 1. num. 51. *Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* Atque hic dubio procul eſt ſecundæ huius Dei concionis ad Iobum ſcopus. Quare quidquid de Behemoth & Leuiathan (qui totam concionem ſibi vendicant) traditur, eò debet ſpectare vt ſuperborum abiectio in Dei gloriam cedat. Hoc item meā ſententiā euidenter probat, de Elephanto atque Ceto eatenus ſolum agi, quatenus per comparationis modum deſeruiunt: ac proinde principalem ſenſum, qui vel maximè at-
E tenditur, eſſe magis ſublimem, atque ſpiritalem.

Ita pro comperto habuerunt Eccleſiæ Patres, atque Doctores tam Græci, quam Latini; vt ſupra iam indicauimus. Qui tamen eum fere ſenſum amplectuntur; in duplicis ſcilicet huius beſtiæ Behemoth, & Leuiathan internecione Deum oſtendere, quantopere ſibi glorioſum, & honorificum ſit, vti Dæmonis ſuperborum omnium Ducis ac Principis aſtus comprimat, frangatque ceruices. Cæterum, quamuis in hanc explicandi rationem omnes fere Græcorum, ac Latinorum Patrum pedibus eant: in ſingulorum tamen verſuum applicatione ita varij ac diuerſi feruntur,

Patrum de hac concione ſenſus.

Digitized by Google

vt Pineda cap.40. vbi de duplici Behemoth expoſitione iudicium atque ſententiam profert; illud demum ſtatuerit, hanc Behemoth de Dæmone expoſitionem non modo non literalem, ſed nec ad ſenſum allegoricum ſibi ſatis aptam videri. Quod quidem, ſi ſtricto iure agẽda res ſit, à veritatis ſcopo non abhorret, vt infra latius cõſtabit.

Quanti is faciendus.

Nihilominus tamen, cum ſingulorum verſuum applicatio in diſputatione de Behemoth, & Leuiathan difficilis admodum viſa ſit, ob ingentem diuini huius ſermonis obſcuritatem: ſingulari Dei conſilio factum eſſe arbitror, vt dum clarior de his duabus beſtiis cognitio nõ ſuppetebat. nec diſtinctior apparebat partiũ ſingularium explicatio; generatim perhiberetur hæc Dei eſſe victoria aduerſus Dęmonis ſuperbiã. Etenim cum vtraque hæc beſtia concipienda ſit quaſi Dei imperio, ac virtuti contraria; conſectarium eſt, Dei triumphum de ipſis beſtiis partum, perinde eſſe, ac ſi de Dæmonis ſuperbia Deus ipſe triumpharet. Quippe Dæmon belli huius in diuinum obſequium, & in omnem ſanctitatem ſuſcepti caput, ac principem agit: & idcirco quancunque Deus ſiue virtus victoriam reportent, in eam verè & eleganter dicitur Deus Dæmonis ſuperbiam frangere. Id quod verum in primis comprobatur in quolibet bello, quo Deus ſuperbiam domat, & comprimit: dum hominem adigit, vt ſe ipſe Deo ſuppliciter ac dimiſsè ſubiiciat. id namque in Dæmonis erubeſcentiam ac deiectionem directè redundat. Quin imo alia etiam validior extitit ratio, vt Dæmon inglorius, & ignominioſus abſcederet, quia illius verſutiam, ac malitiam Deus in glorioſum de ſuperbia triumphum conuerterat, triumphatis Behemoth, & Leuiathan; vt ſuo loco videbimus. Nũc illud obſeruaſſe ſit ſatis, dum clarius ac diſtinctius de Behemoth, & Leuiathan non conſtabat, prudenter æquè atque vtiliter ſanctos Eccleſiæ Doctores in eâ aſſenſione conquieuiſſe, vt per victoriam de vtrâque beſtia partam dicerent glorioſum Dei triumphum ex Dæmone reportatum figurari. Quemadmodum ſi Chriſtianorum claſſis de duobus Turcici Imperatoris Ducibus triumphum ageret, dum de profligatorum Ducum nominibus non liquet, ſatis ſibi iure putat nuncius, ſi referat huiuſmodi victoriam per Chriſtianos aduerſus Turcarum Imperatorem fuiſſe comparatam. Si tamen permagni eſſet momenti, vt eorum Ducum nomina renunciarentur; gratiſſimum Reipublicæ faceret, qui ea & diligenter inquireret, & in lucem tandem erueret.

Fateor me id cum primis optare: vt qui pluribus conuictus rationibus exiſtimem; quamuis Dei prælium cum Behemoth, & Leuiathan initum, cum Dæmone pariter ineatur; non tamen aut Behemoth aut Leuiathã eſſe Dæmonis ipſius perſonam. Nec verò parum momenti eſſe reputo vtriuſque huius beſtiæ cognitionem; quando tot earum ſigna, atque indicia Deus Iobo præſcribit. Iam quibus adducor rationibus, vt in Behemoth & Leuiathan ipſummet Dæmonem figurari non credam, eæ ſunt, quæ ſequuntur.

Behemoth & Leuiathan non repræſentant ipſam Dæmonis perſonam.

Probatur 1.

Collatio huius loci cum Apocalypſi.

Prima; hæ ſunt beſtiæ duæ, maris altera, altera terræ. Atqui hæc marinæ & terreſtris beſtiæ diſtinctio eſt ſanè ad Dæmonem exprimendum minimè apta. Quod ex cap. 13. Apocalypſeos probatur, vbi, poſtquam Dæmonis ferocia & immanitas ſub Draconis teterrimi è cælo deiecti ſpecie fuit depicta; mox maris beſtia, & beſtia terræ inducuntur, quaſi perſonæ factionem quidem Draconis ſectantes, ab eo tamen diſtinctæ; itavt nulla poſſit hac de re ſupereſſe dubitatio. Nam Draco ſuam tribuit potentiam maximæ beſtiæ. Deinde beſtia terræ tertiam aliam agit perſonam; quæ in ſermone Draconem imitatur, non tamen eſt Draco. Nec dubium, quin hi tres Duces diuerſi ſint, qui aduerſus Deum conſpirant. Vnde & apud Iobum iidem eſſe debent Satan, Behemoth, & Leuiathan: itavt Satan cum Apocalypſeos Dracone ſit idem. Nam & Ioannes ipſe in ſua Apocalypſi ſic exprimit capite 12. num. 9. & 12. *vocatur Diabolus & Satanas, accuſator fratrum veſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri.* Quod perinde eſt, ac digitum intendere in ſibi accuſatorem capite 1. & 2. Præterea conſtat etiam proportionem atque reſpectum inter duas Apocalypſeos beſtias, & inter Behemoth, & Leuiathan reperiri, ac proinde à Dracone, qui & Satanas, perſonas eſſe diſtinctas.

Probatur 2.

Secunda; violenter ſatis Dæmoni applicantur complura ex iis, quæ de Behemoth, & Leuiathan affirmantur. Ac ne ſingula hìc percenſentes diutius immoremur, lectorem exoratum velim, vt ſerio conſideret, Behemoth eſſe Elephantem, qui inter cætera animantia rationis experti a pluribus naturæ dotibus eſt inſignitus, pluresque virtutes animæ repræſentat. Grandi quidem eſt robore: adeò tamen innoxio, vt cum huiuſmodi inſcriptione ſoleat depingi; *Non iniurium robur.* Iam docilitate, clementiâ, caſtitate, obedientia, ac beneficentia eſt admirabilis. Nec alicuius vitij, ſed totius potius ingenuitatis, ac bonitatis ſymbolum in eo conſpicitur. Si ergo ſymbola ac hieroglyphica aptam habere debent cum ſuis ſignificatis proportionem; facile eſt coniectare, Elephantum ad Dæmonis ſignificationem minimè eſſe aptum, ſicuti nec equus eſt, aut bos. Elephantis certè aduerſarij Rhinoceros & Draco ſatis erant huic Dæmonis ſymbolo appoſiti: at Leonem ac Rhinocerota (quos Deus cap. 38. & 39. depinxerat) vt innoxios ac minimè malos prętermittere, & Elephantem ad eiuſmodi ſignificationem vſurpare; id verò procul videtur ab omni proportionis ordine abhorrere. Etenim quod inter omnia terreſtria animalia ſit prægrandis Elephantus; id profectò non eſt vitio dandum. Præſertim cum conſtet, ipſius tum magnitudinem, tum robur nequaquam noxia, ſed ſalutaria potius eſſe.

Behemothi ſeu Elephantis laudes.

Probatur 3.

Tertia: hæc de Behemoth & Leuiathan diſputatio concionem Dei continet ad Iobum ſubmiſſum iam atque ſubiectum; vt magis, magiſque faces ſubmittat; ac demum recognoſcat non ſolum nihil ſibi eſſe de Deo conquirendum, ſed etiam maximas ſe illi gratias agere multas ob cauſas debere. Quapropter eò tandem tota hæc ſermocinatio euadit, vt Iobus Deo cedat omnino, & in eius cognitione mirum in modum proficiat. *Scio* (ait ille c. 42. n. 2.) *quia omnia potes; & nulla te latet cogitatio. Quis eſt iſte qui celat conſilium abſque ſcientia?* (hoc elegantiſſime per contrarium ſenſum accipitur; quaſi dicat: Qui clariſſimè docet, conſilium ſuum fuiſſe ſapientiſſimum.) *ideo inſipienter loquutus ſum; & quæ vltra modum excederent ſcientiam meam.* & num. 5. *Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Si hic igitur fuit Dei ſcopus, ſi hic concionis effectus; oportet accuratè diſpicere. nam quæ de Behe

Vt Iobus Deo prorſus cedat, ſpectat hæc concio.

Explicatur I.b.

Digitized by Google

Behemoth & Leuiathan explicatio traditur, ſit maximè expediens ad eiuſmodi concionem, quæ ad integerrimum Dei ſeruum habetur fortunis, filiis, viribus atque honoribus ab ipſo Deo ſpoliatum. Qui (inquam) poſt tantam ingruentium malorum procellam ita ſe ad Dei nutum prorſus effinxerat, vt diceret cap. 39. num. 34. *Manum meam ponam ſuper os meum*, &c. Hic enim ſi rurſus ſit admonendus, & inſtituendus vt ſe magis adhuc humilem & abiectum exhibeat, vt maximum Dei beneficium in ſe collatum recognoſcat, vtque in attenta diuinæ prouidentiæ conſideratione maiores faciat progreſſus; nihilne ad hunc finem aptius, aut congruentius poſſet reperiri, quàm aut Elephantis atque ceti deſcriptio, aut Dei victoria de Antichriſto reportanda, aut etiam contumax Dæmonis ſuperbia, & arrogantia? Certè, ſi rem diligenter expendentes, diuerſa alia inueniamus capita, quæ multo magis ſint Iobi appoſita, vt reapſe ad eum plenioris cognitionis, ac profectus exitum deducatur; ad illa videtur eiuſmodi ſermo iuxta literalem ſenſum omnino reuocandus. Quare, ſi qua occurrat interpretatio, in qua abſque vlla textus violentia, ſed magna potius ſacræ loquutionis conſenſione, Behemoth & Leuiathan vſurpentur ad eorum ſignificationem, quæ tunc Iobo ſummopere ad eum finem conducebant; ne huiuſmodi expoſitio cæteris antefeſatur oportet. Quippe, ſicuti Deus egregium Iobi patientiæ exemplum nobis propoſuit, ita etiam ſapienter decreuit, in hoc ſermone congruentiſſimam tradi doctrinam iis omnibus, qui inſtar Iobi pluribus eſſent ærumnis ac doloribus diſcruciati. Nec enim fruſtra ſacra teſtatur hiſtoria Deum è nube ita fuiſſe cum Iobo colloquutum.

Quàm non eo faciant aliquæ interpretationes.

Iobo perutilis depreſſio, ne efferret ſe.

Sed vt hoc interim ſubiiciam; Iobo fuit maximè congruens, vt à Deo tantopere demitteretur; ne ſuperbia & inanis mundi gloria eum deiicerent atque proſternerent. Quod vt pro certo habeatur, expendendum primo eſt, quot quamque innumerabiles ad exceſſum olim ſanctitatis culmen euectos vna deturbarit ſuperbia. Quid aliud Dauidis peccatum in populo recenſendo nobis indicat? 2. Reg. 14. num. 1. & 1. Paralip. 21. num. 1. *Conſurrexit Satan contra Iſraël.* Deinde Iobo plurimum imminebat periculi, eandem ruinæ aleam ſubeundi, cum adeò foret glorioſus, adeò diues ac proſper, adeò ſui temporis hominibus ſuperior, & ab ipſo Deo dilaudatus. Lege cap. 29. Præterea illud etiam hanc ad rem obſeruatione dignum, quod de Henocho Sapientiæ 4. num. 11. dicitur; *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius; aut ne fictio deciperet animam illius.* In quibus apparet ſummum Dei beneficium Henocho fuiſſe impenſum, cum eum in medio ætatis flore abripuit: eadémque ratione Iobum afflictum, deiectúmque eſſe, ne ſuperbia *mutaret intellectum eius; aut ne* inanis gloria *deciperet animam illius.* Vide 2. Corinth. 12. num. 7. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Et pariter obſerua Iobum magnis item reuelationibus fuiſſe illuſtratum. Conſule cap. 29.

Dimiſſa obiectio.

At enim; non aſſerit, inquies, Scriptura Iobum propterea fuiſſe demiſſum ac depreſſum, quod illi hoc maximè expediret; ſed *vt poſteris daretur exemplum patientiæ*, Tobiæ 2. num. 12. Reſpondeo: Deus quidem Iobi atque Tobiæ familiarium ſuorum honori voluit ire conſultum, ne quis forte putaret, labores, & ærumnas illis idcirco accidiſ-

A ſe, quia grauia aliqua ſcelera admiſerant: ideoque ſubiunxit diuinus Spiritus, eos hoc rerum aduerſarum turbine fuiſſe iactatos, *vt poſteris daretur exemplum patientiæ.* Cæterum dubium non eſt, quin in ſingulari Dei erga ſuos amicos prouidentia non primum obtineat locum exemplum optimum reliquis prodendum, ſed propria ipſorum amicorum vtilitas, & emolumentum. Quid ergo ipſiſmet Dei ſeruis vtilius, atque ſecurius, quàm ſuperbiæ, & inanis gloriæ periculum declinare? Iam, ſi Paulo electionis vaſi diſcrimen imminebat, ne futilem ac vanam mundi gloriolam nimiū caperet, ideoque *datus eſt* illi *ſtimulus carnis* ſuæ, *Angelus Satanæ*, qui eum *colaphizet*: quid mirum Iobo idem impendiſſe diſcrimen; cùm in eo tot
B diuitiæ, tantus populi plauſus, necnon reuelationes vnà coaceruarentur?

An tactus Iobus occulta gloriola.

Adde huc, Iobum fortaſſe in leuia aliquot occultæ ſuperbiæ peccata incidiſſe. Quamuis enim nobis eum ſacræ literæ vt ſanctiſſimum & integerrimum virum proponant: ipſe tamen ſuos accuſat defectus. Et quamuis ſe aliàs purget; huius tamen in ſpeciem repugnantiæ concordia eiuſmodi videtur eſſe: vt Deus non in eum animaduerterit ob grauia aliquot ac lethalia crimina; cū tamen Iobus ipſe in leuia ſit lapſus defecta. Atqui ſubtiliora, & minus obſeruatu facilia videntur ea, quæ ad inanem gloriam ſpectant: in eo præſertim cui tot inerant popularis auræ captandæ incitamenta. Quamobrem ſatis eſt veroſimile,
C ipſum vel leui gloriolæ labe iam adſperſum, adeò tamen tacitè, & occultè, vt Deus id ſolus obſeruaſſet. Verum enim verò quidquid hac de re ſit; illud certè exiſtimandum, Iobo tunc vanitatis ac ſuperbiæ periculum imminuiſſe, eámque ad rem per occaſionem deſeruiſſe maximè Dei dona ac beneficia tum externa, tum interna in eum collata. Quapropter ſingulari Dei beneficentia ac pietate factum eſt, vt tot humilitatis ac demiſſionis occaſionibus circumuentus periculum elationis, atque iactantiæ ſic demum feliciter euaderet.

Dei conſiliū in affligendo Iobo.

Iam, quod ad diuini conſilij exequutionem attinet, maximopere conduxit, vti Deus ſuum de Iobo ſupprimendo, & è ſuperbiæ ſtimulis libe-
D rando decretum obtegeret: quo facilius & efficacius Dæmonis calliditatem ac malitiam ad eius rei efficientiam vſurparet. Quare Dei conſilium fuit eiuſmodi, vt ſuauiſſima ipſa, ac ſapientiſſima rerum diſpoſitio eam præ ſe ferret ſpeciem, vt illa Iobi afflictio, atque abiectio quaſi per importunum Dæmonis incitamentum, & prenſationem, ſolo Dei permiſſu, videretur inducta. At in abditis diuini decreti penetralibus præſtituta iam erant, ac diſpoſita omnia, vt reipſa acciderunt: nimirum vt ad Iobi ſalutem, & incolumitatem erant conſentanea. Et quidem haud difficilè videtur Deus Iobum affligere ac deprimere voluiſſe, quando Dæmonem fuit percontatus, *Nunquid*
E *conſideraſti ſeruum meum Iob?* cap. 1. num. 8. & c. 2. num. 3. Verum, dum ſuum Deus conſilium diſſimulans à Dæmone ſe permittit ſollicitari; perinde fuit quaſi omnia ita ſapienter ordinaret, ſicuti ad Iobum ex ſuperbiæ periculo eruendum congruebant: vt hoc pacto victoria, quam Iobus erat de ſuperbia, atque iactantia conſequuturus, Dæmoni ignominioſior foret; dum cerneret ſuos omnes conatus non irritos ſolum, ſed eò etiam euaſiſſe, vt Iobus ſe ſe intra modeſtiæ, ac demiſſionis limites contineret: quos tamen fuiſſet

Digitized by Google

prætergreſſus, niſi Deus Dæmonis aſtutiam ac fraudem in Iobi ipſius ſalutem conuertiſſet.

Quod Iobum à ſuperbiæ diſcrimine eximeret, gloriatur Deus.

De hac igitur victoria glorioſiſſimâ, quã Deus de ſuperbiſſimo Dæmone in Iobi liberatione comparauit, gloriatur Deus in huius concionis prologo, dum ſic Iobum alloquitur: *Sic habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere; & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in furore tuo; & reſpiciens omnem arrogantem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos; & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in puluere ſimul; & facies eorum demerge in foueam. Et ego confitebor quòd ſaluare te poſſit dextera tua.* His in B verbis gloriatur Deus de egregio, & præclaro facinore, quo & Iobum ſuperbiæ periculo ſubduxerunt, & Dæmonum arrogantiam hoc pacto deiecerat. Quare ſic ille ad Iobum, ſublime hoc corpus mei brachij ac roboris eſt proprium, non tui: nec enim tua dextera te poſſet ab hoc periculo, quod tibi imminebat, eximere. Hoc autem facinus adeò reputo inſigne, vt pro triũpho celeberrimo ducam. Et huius quidem triumphi deſcriptio eſt; *Circundare ſibi decorem*; *in ſublime* (id eſt, in triumphalem currum) *conſcendere, atque glorioſis & ſpecioſis veſtibus indui.* Subdit Deus: quod furoris ſpeciem tibi videbatur habere, cum te doloribus & afflictionibus premebam; in Dæmones potius, in arrogantiam ac vanam gloriam immittebatur. *Diſperſi ſuperbos in furore meo;* C *& reſpiciens* (irato ſcilicet, & indignanti vultu) *omnem arrogantem humiliaui.* nam & Dæmones proſtraui, & manifeſtum præbui documentum de ſupplicio, quod de ſuperbis, atque arrogantibus ſumam; qui familiarem meum, ne in aliquam iactantiæ, & elationis ſpeciem prolaberetur; adeò grauiter afflixi. Dæmones impios ac ſuperbos pudore, & ignominiâ affeci: qui præ verecundia, atque erubeſcentia in inferorum cauernas ſeſe abdent, nec amplius apparere audebunt. *Abſcondi eos in puluere ſimul, & facies eorum demerſi in foueam.*

Quatenus apta veterũ expoſitio.

Deducitur ex dictis quàm aptè ex ſermonis huius præfatione Doctores tam Græci, quàm Latini potuerint elicere, Behemothi, & Leuiathani occiſionem neceſſariò intellectum iri de D inſigni aliqua victoria ex ſuperbis Dæmonibus parta. Nihilominus cum concio iſthæc à Deo habeatur ad Iobum, vt beneficium ſibi præſtitum recognoſcat: non ſatis appoſitè, & congruenter ſenſus literalis complectetur victoriam, quam Deus generatim de Dæmonibus comparauit; ſed ſingulatim eum triumphum contineat oportet, quem de Dæmonibus reportauerat Deus, dum Iobum ex ſuperbiæ diſcrimine liberauit, inferorum cateruis confuſis, ac profligatis. Quare, vt in germano de Behemoth, & Leuiathan ſenſu, collineetur; conſiderandum eſt in primis, quænam perſonæ Iobum eò diſcriminis reuocarint? Etenim ſi deprehendamus, à du- E plici beſtia, maris alterâ, alterâ terræ Iobum validè oppugnari, atque ad ſuperbiam, & iactantiam illici: has item belluas à Deo fuiſſe interemptas, vt Iobum periculo eriperet: adhæc, ſymbola Behemoth & Leuiathan, id eſt Elephantis ac Balænæ figuram vtrique beſtiæ congruenter aptari: ſi denique hiſce omnibus peridonea reperiatur applicatio; licebit tunc per Doctores, opinor, coniectare veram Behemoth & Leuiathan interpretationem nobis fortaſſe innotuiſſe. Reliquum eſt, vt noſtram ſubiiciamus explicationem; quo facilius docti valeant de illa decernere.

Propriis bonis magnopere impugnamur.

Vt ergo veniamus ad rem: Propria cuiuſque bona ſunt, vel maximè, quibus homines deliniti ſuperbiæ, & arrogantiæ periculum ſubire ſolent. Quippe hiſce in rebus miſeri homunciones plus ſatis gloriamur; dum ex iis, quæ in nobis ſunt, bonis honorem & gloriam nobis arrogamus, quam tamen vni Deo referre par eſſet. Sic ſe Dæmon humani generis hoſtis quondam extulit; ſicque terreni Adami filios ſecum in eamdem perniciem trahere conatur. Itaque ex ipſis beneficiis, quibus nos cumulat Deus, inanis gloriæ, & elationis periculum nobis per occaſionem creamus. Quare, ſi meis ipſe bonis oppugnor, eadem mihi hoſtis inſtar infenſiſſimi ſunt: atque adeò ipſamet bona perinde poſſum ſub hac ratione accipere, veluti efferatas belluas, quæ mihi perniciem moliuntur.

Hæc interna, altera, altera externa.

Deinde, vt huiuſmodi periculum ad duplicem beſtiam aptè redigatur, ex bonis quidem alia conſiderantur, vt ipſius perſonæ propria, & intra ipſam ſita: alia vt externa & aduentitia. Perſonalia bona (ſic enim appellare libet) ſunt homo ipſe, & quidquid in ipſo abditum continetur. Externa, fortunæ atque honores, & quidquid extra ipſum hominem eſt. Sunt ergo duæ beſtiæ, quæ mihi bellum inferunt, & interitum machinantur: altera quidem ego ipſe: altera, externorum mundi bonorum poſſeſſio; vt diuitiarum, honorum, amicorum, &c. Ex his altera, id eſt, ego ipſe ex terra effictus, beſtia terræ eſt: altera verò beſtia maris, qua ratione mundus appellari ſolet mare. qua de re late in Apocalypſi egimus. Et tam hic quàm ibi Draco, & duæ beſtiæ denotant Diabolum, mundum, & carnem. Nec enim ipſe diuerſus à mea carne hoſtis ſum, ſed vnus, atque idem. Et verò quemadmodum ad Chriſtianæ Eccleſiæ perſequutionem malitia Dæmonis, mundi potentia, & ſapientia carnis conſpirarunt: ita ſimiliter aduerſus Iobum tres hoſtes, Satan, Behemoth, & Leuiathan velut agmine facto præliabantur: id eſt, Dæmon, caro, ſiue ipſius Iobi perſona, & mundi bonorum poſſeſſio.

Repræſentata per Behemoth & Leuiathan.

Iobi ab Apocalypſi diſcrepantia.

Hinc apparet trium horum hoſtium figuras apud Iobum non eſſe debere omnino eaſdem, quæ in Apocalypſi. Nam mundus, qui Eccleſiam fuit perſequutus, non alius erat, quàm vniuerſum Romanum imperium idololatriæ addictum: ac proinde hæc maris beſtia erat longè diuerſa ab ea, quæ Iobum oppugnabat. Beſtia etiam terræ Iobo aduerſaria ipſemet erat Iobus: atque adeo aliam præ ſe ferre debebat figuram à carnis ſapientiæ ſpecie, quæ aduerſus Chriſti Euangelium arma cepit, Simonis Magi, & Apollonij Tyanæi præſtigiis adiecta. Denique Draco omnia conflauit cornua, capita omnia, veluti exercitum validiſſimum, vt perſequutionem contra Eccleſiam excitaret. At aduerſus Iobum ea ſolum poteſtas Dæmoni permiſſa eſt, quæ ſatis erat, vt damnum ac detrimentum in ſacra hiſtoria relatum ipſi inferret: nimirum vt eum prius accuſaret, deinde Dei permiſſu ſuum exerceret furorem. Quapropter, cum trium beſtiarum figuras oporteret ad illius belli ibidem deſcripti ſignificationem aptari; cúmque Apocalypſeos bellum adeò ſit à Iobi certamine diuerſum: mirandum minimè eſt, figuras ipſas

atque

Digitized by Google

atque perſonas tantopere inter ſe diſtingui:quan- rumuis ſignificatio vtrobique ad tres animæ aduerſarios Mundũ,Dæmonẽ, & Carnem referatur.

Supereſt nunc obſeruare, quàm fuerit appoſi- A ta Elephantis figura ad Iobi perſonam denotandam; quámque eleganter inducatur in ſactam hanc ſcenam cetus ingens ad ſignificandam mundi bonorum poſſeſſionem.

PROLOGVS SACRÆ CONCIONIS.

CAPVT IOBI 40.

1. *Reſpondens autem Iob de turbine, dixit:*
2. *Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi.*
3. *Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris?*
4. *Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas?*
5. *Circunda tibi decorem; & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus.*
6. *Diſperde ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia.*
7. *Reſpice cunctos ſuperbos; & confunde eos, & contere impios in loco ſuo.*
8. *Abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam.*
9. *Et ego confitebor, quod ſaluare te poſſit dextera tua.*

Prima pars Concionis, in qua agitur de Behemoth.

10. *Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet.*
11. *Fortitudo eius in lumbis eius; & virtus illius in vmbilico ventris eius.*
12. *Stringit caudam ſuam quaſi Cedrum, nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.*
13. *Oſſa eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ.*
14. *Ipſe eſt principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius.*
15. *Huic montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi.*
16. *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus.*
17. *Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torrentis.*
18. *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.*
19. *In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius.*

Secunda pars Concionis, in qua agitur de Leuiathan.

20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?*
21. *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armillâ perforabis maxillam eius?*
22. *Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?*
23. *Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum?*
24. *Nunquid illudes ei quaſi aui; aut ligabis ancillis tuis?*
25. *Concident eum amici, diuident illum negotiatores?*
26. *Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?*
27. *Pone ſuper eum manum tuam: memento belli, nec vltra addas loqui.*
28. *Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.*

CAPVT 41.

1. *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?*
2. *Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? Omnia, quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.*
3. *Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis.*
4. *Quis reuelabit faciem indumenti eius: & in medium oris eius quis intrabit?*
5. *Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido.*
6. *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus.*
7. *Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas.*
8. *Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.*
9. *Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi.*
10. *De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſæ.*
11. *De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ, atque feruentis.*

Digitized by Google

12. *Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur.*
13. *In collo eius morabitur fortitudo,& faciem eius præcedit egeſtas.*
14. *Membra carnium eius cohærentia ſibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.*
15. *Cor eius indurabitur tanquam lapis,& ſtringetur quaſi malleatoris incus.*
16. *Cum ſublatus fuerit,timebunt Angeli; & territi purgabuntur.*
17. *Cum apprehenderit eum gladius,ſubſiſtere non poterit neque haſta,neque thorax:*
18. *Reputabit enim quaſi paleas ferrum; & quaſi lignum putridum,æs.*
19. *Non fugabit eum vir ſagittarius,in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.*
20. *Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum; & deridebit vibrantem haſtam.*
21. *Sub ipſo erunt radij ſolis,& ſternet ſibi aurum quaſi lutum.*
22. *Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum mare; & ponet,quaſi cùm vnguenta bulliunt.*
23. *Poſt eum lucebit ſemita; æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.*
24. *Non eſt ſuper terram poteſtas,quæ comparetur ei,qui factus eſt vt nullum timeret.*
25. *Omne ſublime videt,ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.*

EXPLICATIO.

NOVUM primi verſiculi capitis quadrageſimi ſupra iam explicati ſunt,quare ad Behemothi conſiderationem faciamus gradum. Ac primò ea Pauli ad Romanos 7. Philoſophia atque doctrina expendenda eſt, nimirum quemlibet hominem ſibimet ipſi contrarium eſſe. Vnde,quod attinet ad ſuperbiendi,& inaniter gloriandi periculum; qui pluribus ac potioribus eſt dotibus inſignitus, validiorem in ſe hoſtem videtur habere. Iam, ad hoſtis exprimendam figuram, iuxta receptam in ſacris loquutionem, frequentius vſurpari ſolet ſymbolum alicuius ex efferacioribus animalibus, vt tauri,Leonis, aut rhinocerotis. Quapropter ſi ipſius Iobi perſona erat inducenda ſub ſpecie feræ alicuius immanis: pereleganter figuratur in grandi quodam Elephante. Cuius ſi proprietates attentè obſeruemus; facile erit aduertere,quàm rectè & appoſitè Iobo congruant.Primò,Elephas eſt terreſtrium animalium maximus; ideóque Behemoth plurali numero appellatur. Eſt etiam orientale animal. Iobus autem cap.1.num.3.dicitur *vir magnus inter omnes orientales.*

Iobus ipſe per Elephantem repræſentatus efficitur.

Secundò,ait textus; *Quem feci tecum.* Quod ſi certa eſſet locutio, quam hîc noſter obſeruat Pineda, ſcilicet præpoſitione *cum* in ſacris literis ſimilitudinem ſignificari ſolere, peridonea erat huiuſmodi phraſis, vt ſignificaret Elephantem Iobo ſimilem à Deo fuiſſe creatum; ideſt iis dotibus ac proprietatibus præditum,vt ad Iobi ſymbolum & comparationem mirificè deſeruiret. Cæterum Hebraica præpoſitio, quæ eſt עם in nullo Scripturæ loco,quod quidem ſciam,ſimilitudinem ſignificat. Quod ex Geneſi 2. num.18. adducitur, non eſt ad rem. ibi enim alia eſt in Hebræo præpoſitio, vbi dicitur: *Adiutorium ſimile ei.* Hebraicè, *coram eo.* Illa quidem prior Hebraica præpoſitio in nonnullis locis ſignificat vicinitatem,ſeu propinquitatem:vt Gen.25.num.4. *Subter quercum, quæ eſt poſt vrbem Sichar.* ideſt iuxta Sichar. Ioſue 7. num. 2. *Hai, quæ eſt iuxta Bethauen.* 2.Reg.19.num.23. *Iuxta ſepulchrum patris mei.* Geneſ.25.num.11. *Iuxta puteum.* Iudicum 19. num.11. *Iuxta Iebus.* Fortè quæ præpoſitio propinquitatem ſignificat, poteſt eadem vſurpari ad ſimilitudinem, & proportionem ſignificandam; quæ eſt aliqua vicinitatis ratio. Vt apparet ad

Vſus præpoſitionis עם

A Galat.4. num.25. vbi de monte Sina dicitur. *Qui coniunctus eſt ei,quæ nunc eſt Ieruſalem.* ideſt, ſimilitudinem,ſeu proportionem habet cum Ieroſolyma. Sic Pſalm. 72. num. 5. *Et cum hominibus non flagellabuntur.* ideſt, reliquis mortalibus ſimiles. Quo facere etiam poteſt Pſalm. 71. num.5. *Permanebit cum Sole.* vbi aliqua ſubeſt comparatio. Quare quod textus ait; *Quem feci tecum*, forte idem eſt ac ſi diceret; Quem feci,vt tecum compararem; tecum,inquam,ideſt non cum homine in communi,ſed cum Iobo.

Mons Sina in Paulo coniunctus Ieruſalem, quid.

Niſi affirmare quis velit (quod & fortaſsè melius) nomen Behemoth proximè & immediatè ad Iobi perſonam cum Elephanto comparatam referri. B Tunc autem dicere, *Ecce Behemoth, quem feci tecum*, idem eſt,ac ſi admoneatur,vti attentè conſideret myſticum quemdam Elephantem, quem Deus in ipſius Iobi perſona expreſſit. Quaſi dicat; *Hunc ipſum,de quo loquor,Elephantem tecum, ſiue in temetipſo habes.* Atque hac ratione, *Quem feci tecum*, perinde erit,quaſi, *Quem feci in te.* Et verò Hebraica præpoſitio עם aliquando Latinè vertitur *in*,vt Iudic.18.num.22. *viri,qui habitabant in ædibus Michæ*,Hebraicè,*cum ædibus.*

Præterea cum myſticus hic Elephas Iobo fuerit contrarius, cúmque hoc in loco ea ratione conſideretur (ſic enim omnium hominis inimicorum maximus eſt homo ipſe ſibi) fortaſsè, *Quem feci tecum*,idem erit,ac ſi diceret; *Quem poſui* C *contrarium tibi; vt tecum depugnaret.* Sic Geneſ. 32. num. 28. *ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis?* Quo in loco pro *contra*, Hebraicè eadem præpoſitio vtrobique ponitur.

Tertiò, *fœnum,quaſi bos comedet*; Iobi innocentia cum Elephantis innocentia comparatur: qui crudelis non eſt,aut carniuorus;vtpote qui herbâ,ac fœno,bouis inſtar veſcatur.Facit illud Iſaiæ 11. num.7. *Leo quaſi bos comedet paleas.* Quod autem nouitatis & admirationis importatur in bellua adeò ingenti,quæ carnium vorax non ſit,nec noxia,aut immanis; id etiam non parum conducit ad rem, quod ſcilicet Iobus rex fuerit potens; nec tamen læſerit quemquam: quippe pauci regum ac principum reperiuntur,quin ſubditorum D ſuorum ſanguinem exugant. Vide Iobi 31. n. 39. *Si fructus terræ comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi.* Atque hæc virtus, cæteræque omnes,quæ in hac Elephanti comparatione de Iobo prædicantur,per modū ponderationis videntur eum ad finem dictæ;vt Deus ipſe quantumuis innoxium animal, innocens atque vtile, ſolo

Iobi innocentia.

Digitized by Google

ſolo tamen proſternere decreuerit, ſicuti inferius conſtabit. His inſuper innuitur, quot Iobo fuerint ſuperbiendi occaſiones.

Fortitudo.

Quartò, *Fortitudo eius in lumbis eius.* Vt hominem aliquem ingenti animo, ac robore ſignificemus, ſolemus dicere, maximis eum eſſe humeris. Huic ergo fortitudinis ſignificationi reſpondet in Elephanto vis ingens, ac robur, quod habet in lumbis: ita vt tres & triginta homines ſtrenuos, ligneúmque caſtellum armis munitum ſupra ſe ſuſtineat, 1. Machab. 6. Quid ergo potuit magis appoſitum exprimi ad Iobi animum, ac vires denotandas; qui ſuis humeris regni totius molem fulciebat? Sicuti de Chriſto dicitur Iſaiæ 9. num. 6. *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.*

Vmbilicus patet ad interna vitalia.

Quintò, *& virtus illius in vmbilico ventris eius.* Referendum id videtur ad vigorem ingentem, & natiuum calorem Elephantis, vt ſibi plurimum concoquat, ac digerat. quod mirabile in Elephanto eſt, iuxta ea, quæ Ariſtoteles lib. 8. hiſt. cap. 9. & Ælianus cap. 43. affirmant. Sed loquutionis nouitatem mirabitur fortaſsè quiſpiam: quid enim vmbilici virtus cum ſtomachi vigore commune habet? Reſpondetur, hoc nomine ſacræ literæ ſignificare ſolent intima corporis vitalia, quæ viſcera, ſtomachum, iecur, aliáque interiora comprehendunt. Huic aſſertioni fides adſtruitur ex Prouerb. 3. num. 8. *Sanitas erit vmbilico tuo.* & ex Cant. 7. num. 2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.* Vbi certum exiſtimo non agi de externo vmbilico; ſed de intimis ventris partibus, vt libro 3. in eius explicatione planum fiet; & eandem hîc innui ſignificationem, quam Chriſtus Dominus Ioannis 7. numer. 38. intendit verbis illis: *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* ideſt, intra ſe habebit vitalis aquæ fontem, quæ prorſus extinguat ſitim eam inſatiabilem, qua premuntur, qui veram felicitatem, hoc eſt, Chriſtum viuâ fide cognitum non inuenerunt. Itaque violentum minime eſt, ſed potius iuxta vſitatam Scripturæ loquutionem, vt per vmbilici nomen ſignificentur intima corporis vitalia; atque ea potiſſimum, quæ cibum digerunt, ac famem perſentiſcunt, quando edendi vrget auiditas. *Virtus* igitur *in vmbilico ventris,* non aliud erit, quam interior corporis vigor ad plurimum cibi concoquendum. Id quod rectè conſentit cum iis, quæ de grandi Elephantis robore ad laborem ſuſtinendum proximè anteceſſerunt. Etenim magnis viribus ingens ferè ſtomachi calor ac virtus reſpondere ſolent.

Per vmbilicum deſignata Iobi patientia & pectoris bonitas.

Iam, validus Elephantis ſtomachus, & ad cibos digerendos robuſtus adumbrat Elephantis myſtici, nempe Iobi, patientiam prorſus admirabilem; quæ tolerabat fortiter, & concoquebat, quod alius virtutis non ita vegetæ ac robuſtæ ſuſtinere minimè poſſet. Quò etiam poteſt fortaſſis aptari, quod de Elephanto perhibent; eum ſcilicet ſitis eſſe patientiſſimum. Hæc namque tolerantia in viſcerum (quæ nomine vmbilici notantur) vigore ac virtute poteſt congruenter deſignari. Ælianus quidem lib. 14. cap 44. de Elephanto ſic habet: *ſine potione octo dies fert.* Hæc autē in perferenda ſiti patientia videtur ex intimo vigore ac ſanitate prouenire. Quid, ſi huiuſmodi etiam virtute egregia Iobi indoles (quam vulgò bona viſcera compellant) ſignificetur. Huc enim poteſt quoque extendi nominis vmbilici ſignificatio.

חפץ
Verbi ſtringo ex Hebræo vis.

Stringit caudam, quaſi cedrum. Hebræa vox, quæ verbo *ſtringit*, reſpondet, ſtrenuum amorem im-A portat. Itaque ſtringere hîc perinde eſt atque arctiſſimo amore proſequi, & ſibi in cauda complacere. Quod verò hiſtoriographi obſeruant, Elephanti caudam exilem, glabram, inutilem, & nullius omnino pretij eſſe; ac proinde videri prorſus indignam, quæ cum cedro conferatur: hoc, inquā, ſi expendatur attentè, comparationi ſignificationem addit energiam. Nec enim Scriptura aſſerit abſolutè, Elephanti caudam cedri eſſe ſimilem; ſed eam ſibi non ſecus eſſe caram, ac iucundam, quam ſi cedrum magnitudine, pretio & æſtimatione exæquaret. Id quod licet in naturali Elephanto verum fortaſse teneat, & aliquo ipſe indicio ſuum in caudam amorem teſtetur; enimuerò quis non videat ad myſterium Elephantem, ideſt, B Iobum, eſſe in primis referendum? Vt ergo charitas & arctiſſima beneuolentia denotetur, qua Iobus infimum quemque & abiectiſſimum ex ſua familia proſequebatur; vtque innoteſcat, quanti ſubditorum quoſuis, inopes licet & pauperculos, æſtimaret; haud ſcio, quibus aliis verbis ad propoſitam Elephantis allegoriam aptioribus vti poſſet Scriptura, quàm his; *ſtringit caudam ſuam, quaſi cedrum.* Primò enim *ſtringere*, vt ſupra iam diximus, eſt ſtrictiſſimo amore complecti. Deinde cauda eſt viliſſima animalis pars. Eamque ob rem ipſius ſymbolum in ſacris ad infimos Reipublicæ homines figurandos vſurpatur. Sic Iſai. 9. num. 14. *Diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam.* & cap. 19. numer. 15. *Non erit Ægypto opus,* C *quòd faciat caput, & caudam, incuruantem & refranantem.*

Iobi in ſuos vel abiectiſſimos beneuolentia.

Cauda pro abiecto.

Ad hæc; peculiaris eſt elegantiæ ratio in Elephantis caudæ állegoria, quòd illa ab Elephantis magnitudine, & dignitate adeò videatur degenerare, adeóque breuis & contracta ſit, vt eâ nec ad abigendas muſcas commodè vti poſſit. Quamobrem, cum dicitur myſticus Elephas perinde ſuam caudam diligere ac colere, quaſi cedri proceritatem & ſplendorem haberet; mirifica eſt comparatio, & ad præſens inſtitutum appoſita. Nam vt cauda eſt rei contemptiſſimæ ſymbolum: ita etiam cedrus nobile quidpiam, conſpicuum & pretioſum adumbrat. Hinc videas paſſim in ſacris litteris, cedrum pro diuite, pro po-D tente, pro nobili & generoſo poni. Cuiuſmodi loquutiones in Pſalmis frequenter occurrunt: vt Pſalm. 28. num. 5. *Vox Domini confringentis cedros,* &c. item Pſalm. 36. num. 35. & Pſalm. 79. num. 11. & Pſalm. 91. num. 13. & Eccleſiaſtici 24. num. 17. & alibi ſæpe apud Prophetas. Porro quantopere ſpiritalis Elephantis caudam pro cedro amauerit, ſiue Iobus viliores & abiectiores ex ſuis famulis & ſubditis dilexerit; videre eſt Iobi 31. numer. 13. *Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me.* & eodem capit. à numer. 16. ad 21. vbi ſuam in eos caritatem & beneuolentiam teſtatur.

Cedrus pro ſublimi.

Cur cedrus in comparatione allata.

E Prædicta cedri comparatio fortaſsè alicui longius petita videatur; atque adeo propius, facilius, & aptius ab ipſius Elephantis oculis, dentibus eburneis, aut proboſcide potuiſſe deſumi: quæ cum eiuſdem Elephantis ſint partes, congruentior fieret vnius cum alia collatio, nimirum ignobilioris cum nobiliore multo, & ſibi propterea cariore. In earum namque partium ſingulis locum haberet idoneum vis illa verbi *ſtringit*, ſiue *diligit*: nec opus eſſet comparationem adſciſcere à cedro, re procul poſitâ, nec ipſi Elephanto in

deliciis

deliciis habitâ. Quippe veroſimile eſt, pluris ab eo arundineta aut ſaliceta, quàm editiſſimas Libani cedros fieri.

Hæc quæſtio bifariam ſoluitur. Primo enim hoc in loco non dicitur Elephas ſuam caudam perinde atque cedrum diligere: ſed eam, exilem licet, gracilem & deſpectam, non ſecus diligere, ac ſi cedri craſſitudinem, & proceritatem referret. Quam ad rem apta ſatis eſt cedri comparatio: præſertim cum Elephanti vaſtitas prægrandem, cedri inſtar, caudam videatur expoſcere. Deinde mirum eſt Scripturæ ſacræ artificium, cum duas interdum metaphoras coniungit diuerſas omnino, nec ſatis inter ſe conſtantes; vt vel hoc diſcriminis indicio admoneamur in ipſo literæ cortice ſiſtendum minimè eſſe, ſed ad myſticos ſenſus progrediendum. Atqui egregia eſt de Elephante myſtico prædicatio, quòd Reipublicæ caudam, ſiue fæcem æque ac myſticos cedros aſſeratur amare.

Quando in cortice Scriptura non ſiſtendum.

Duo ex dictis elicio. Alterum; extra rem omnino eſſe, quam aliqui hîc caudæ acceptionem excogitarunt, vt ſcilicet pro membro genitali ſumatur. Præterquam quod vſum huiuſmodi, ſiue locutionem in ſacris reperiri, vt non oſtenditur, ita mihi nequaquam perſuadeo: quidquid Albertus & Pererius dixerint. Alterum; à veræ explicationis ac myſterij ſcopo aberrare eos, qui transferunt *quaſi cedrus* (ex quibus ſunt Pagninus, & Arias) & multò verius atque elegantius verti cum noſtra vulgata *quaſi cedrum.*

Præfertur noſtra verſio quaſi cedrū.

Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Hoc, ſi Elephanti ſpectemus naturam, handdubiè illud eſt, quod Ariſtoteles lib. 2. de hiſtor. animal. cap. 20. affirmat: *Teſtes non foris conſpicuos, ſed intus circa renes conditos habet.* Nerui autem teſticulorum ij ſignificari videntur, quibus corpori annectuntur teſticuli. At eſſe perplexos, ſiue implicatos idem eſt, ac non poſſe extendi; quod erat neceſſe vt foris prominerent. Ceu lineus aliquis, laneúſve glomus; qui adeò implexus, atque implicatus eſſet, vt volenti filum ducere, nullus pateret aditus. Quod ſi præcipuum ſenſum reſpiciamus, peridonea eſt metaphora ad Iobi pudicitiam & caſtimoniam explicandam: quem Dei timor atque amor continentiæ repagulis ita tenebant conſtrictum; vt, præter matrimonij vſum, ſpiritalis omnino naturæ atque angelicæ videretur ſimilis; nec ex carne & oſſibus, cæterorum inſtar hominum, compactus. Liquet id præſertim cap. 31. num. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* & ibidem verſ. 9 *Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere; & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum,* &c.

Iobi caſtimonia.

Oſſa eius velut fiſtulæ æris: cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. Sunt qui primam partem ad eburneos Elephanti dentes prominentes, nimirum duos, qui Elephanti ſunt pro cornibus, ſecundam ad promuſcidem referendas putent. Sanè, ſi præcipua Spiritus ſancti mens hîc eſſet, vti Elephanti naturam nobis deſcriberet; facilè cernitur duplicem hanc partem in eo nobiliſſimam, ebur ac proboſcidem, prætermitti minime debuiſſe. Cæterum, ſi literalis ſermo eſt de Iobo, non vero de Elephanto, niſi quatenus per comparationem aſſumitur: mirum non eſt, illud de induſtria reticeri, quod ad Iobi comparationem nihil attinet, alioqui maximè ad belluæ deſcriptionem conducens. Quin imo, quod per incuriam videtur

An hic de Elephanti ebore, & promuſcide?

A omiſſum, id conſilij & prudentiæ plenum eſt: vt innuatur nihil aliud in hac Elephanti mentione curare Deum, quàm quod ad Iobum exprimendum deſeruit.

Sed prius quam ipſa textus verba tracto, illud mihi minime perſuadet noſter Pineda, quod nec ebur ſit cauum, nec item fiſtula æris caua ſit. Nam de eboris cauitate, res eſt manifeſtaria; nec alia eſt cauſa cur ea pars, quæ pertinet ad acumen, pluris fiat, quam quod cauitatem non pertingat. Nec itidem quæ non eſt caua, fiſtula eſt. Quare hinc fiſtulæ æreæ comparatio non malè ebori cauo congruebat. Sed nihilominus crediderim, nullum hîc de ebore, nullum de proboſcide ſpeciarim haberi ſermonem. B Non de ebore; tum quia proprium ipſius nomen Hebraïcum hoc loco nō apponitur (vt patet 3. Reg. 10. num. 22.) ſed quod oſſibus commune eſt: tum etiam quia fiſtulæ comparatio ebori non omnino quadrat. Ebur enim etſi ex parte (nempe qua craſſius eſt) concauum eſſe liqueat; cætera ſolidum eſt. atqui fiſtula ſiue ferrea ſit, ſiue lignea, ſiue ex quauis alia materia conſtet, adeo concauitati patet; vt caua niſi ſit fiſtulæ reſpuat nomenclaturam. Non de proboſcide: huic quippe non congruit ferreæ laminæ ſimilitudo; vt ex Plinij verbis fit planum lib. 8. cap. 7. *Proboſcidem eorum* (inquit) *facillimè amputari, Pyrrhi præliorum experimentis patuit.* Quod ergo ita tenerum eſt ac molle, *vt poſſit facillimè amputari*, C ferreæ laminæ nomine & comparatione quis exprimat? Deinde, quamuis Elephanti manus partem aliquam habeat cartilagineam, quæ proinde flecti non poſſit; vt tradit Ariſtot. lib. 2. de hiſtoria animal. cap. 1. illud tamen in ea vt admirabile prædicatur, quod valde flexibilis eſt, & manus propterea officium, nomenque vſurpauit. quare cartilaginis appellatio ad promuſcidem deſignandam abs re eſt. Nihilo plus confert Hebræa vox, quæ hoc loco cartilagini reſpondet; quæ os potius, quàm cartilaginem ſignificat, vt rectè probat Pineda cap. 40. verſ. 13. num. 3. Nec verò opus eſt, vt nomen cartilago ſtrictè admodum in noſtra vulgata ſumatur. Denique, cartilago hîc, vt mox videbi- D mus, oſſa ſignificat: atque ita textus oſſa alia quaſi ærea, alia quaſi ferrea, aut chalybea proponit.

Non agitur.

Quamobrem cum Deus de Elephanto ait, *oſſa eius velut fiſtulæ æris: cartilago illius quaſi laminæ ferreæ.* crediderim toto hoc verſu Elephantis ipſius robur, firmitudinem, atque conſtantiam deſcribi; qui perinde quaſi æreis oſſibus, & vertebris ferreis conſtaret, ita nullum præbet defatigationis aut infirmitatis indicium. Id quod (ſi literæ ſpiritum attendamus) Iobi conſtantiam, & in diuino obſequio firmitatem facilè demonſtrat: in qua adeò ſtabilis, immobiliſque perſtitit, vt nihil vnquam ex tanta contentione, aut omiſerit, aut remiſerit. E Quid aliud nobis indicant illa cap. 27. num. 6. *Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere non deſeram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* & cap. 31. num. 7. *Si declinauit greſſus meus de via,* &c. quin & Deus ipſe de Iobo idem teſtatur cap. 2. num. 3. cum Satana colloquens; *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus, & adhuc retinens innocentiam?* Vbi expende duplicem illam vocem, *adhuc retinens:* quæ fortitudinem & perſeuerantiam in media ſæuientium calamitatum procella ac turbine

Sed de robore ac conſtantia Elephantis.

Digitized by Google

bine præ ſe ferunt. Hoc etiam non obſcurè vxoris verba innuunt, acerba licet & amarulenta; eodem capite ſecundo, numero nono. *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua?* Ad huiuſmodi autem ſignificationem appoſita deſumitur comparatio ex æreis oſſibus, quæ cum aliis ferreis neruorum nexu colligata quoquo verſus facilè vertantur, atque colludant. Concinit id Canticorum ſeptimo, numero primo. *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia.* vbi de oſſium vertebris ad gradiendum aptis verba fiunt, & ſub eâ allegoria de infatigabili fortitudine, vt lib. 3. ad eum locum diſputabitur.

Expenditur adhuc comparatio ex quatuor tibiis & vertebris Elephantis.

Reliquum eſt, vti probemus, hoc loci ſermonem inſtitui de quatuor tibiarum oſſibus, quibus veluti columnis totidem, vaſta Elephanti moles ſuſtinetur; nec non de vertebris, ſeu iuncturis, quibus oſſa iſthæc aptantur, atque vertuntur. In primis ergo, quod attinet ad quatuor oſſa, totius corporis veluti fulcra, id ſequitur Pineda, hoc cap. 40. num. 13. Deinde, quotquot cartilaginis nomine oſſa etiam neceſſariò ſignificari contendunt, licet cum aliqua diſcriminis ratione (ex his autem ſunt Caietanus, Clarius, & Vatablus) congruentiorem ſuæ expoſitioni viam, quàm vt de oſſium vertebris agatur, inuenire minimè poſſunt. Præſertim cùm in vertebris ipſis nonnihil ſit, quod c. r ilagineam referat naturam, nimirum oſſium tendines ac neruі. atque ita videtur intelligere Stunica, dum nomen cartilaginis explicat. Secundò, quod alia oſſa cum ære, alia cum ferro ſeu chalybe comparentur; id quidem vacare myſterio veroſimile non eſt. Et verò ad conſtantiæ ac fortitudinis in virtutis via capeſſenda ſignificationem comparatio iſthæc mirificè conducit. Nam ratione, & experimento compertum eſt, vbi metallum aliquod cum alio ſæpius colliditur, ne aſſiduo conflictu atteratur, percommodè accidere, ſi ex ære alterum, alterum ex ferro aut chalybe ſit. Niſi fortè dicat aliquis probabiliter hoc in loco vtrumque oſſium genus ferreum eſſe, aut chalybeum denotari. Etenim *nehheoſeh* ferreum etiam ſignificat: præcipuè cum ad fortitudinem indicandam vſurpatur; vt videre eſt Daniel. 10. numer. 6. Tertiò; quod noſter interpres cartilaginem tranſtulit, Olympiodorus de nexu membrorum accepit. eſt autem haud dubiè mens eius, opinor, de oſſium nexu interpretari. Etenim Hebræa vox oſſa ſignificat: atqui iunctura ſiue vertebræ & nexus oſſium perinde ſunt. Illud demum obſeruo, nomen laminæ non eſſe ad tenuiſſimam laminam contrahendum, ſed ad craſſiorem dilatandum: ita vt pro ferrea maſſa in extenſionem nonnihil porrecta ſumatur.

Hæc minimè quadrant in materialem Elephantum.

Ipſe eſt principium viarum Dei. Qui de naturali Elephanto explicant, ita hæc accipiunt: quaſi Elephas ſit aut cæteris animantibus prior à Deo conditus, aut eorum, quæ rationis ſunt expertes, Princeps & quaſi primipilus. Quod ex eo probare nituntur, quia iuxta ſacrarum literarum conſuetudinem, Dei viæ appellantur ipſius opera. Sic enim Prouerb. 8. numer. 22. Sapientia de ſe prædicat; *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Doctè illi quidem; ſed haud ſcio, verum ſatis aptè ad Dei concionantis decorum, amplitudinem,

A dignitatem: quippe qui nullum videam in hac explicandi ratione diuino conſilio dignum pronuntiatum. Rogo enim in primis, quid ſucgis aut ſoliditatis habet diuina hæc aſſertio, Elephantum irrationalium animantium primum fuiſſe à Deo creatum? Iam, vt Elephanto primas inter cætera animalia deferamus; quid hoc, vt propterea *principium viarum Dei*, honorifico plus ſatis elogio nominetur? Et eſto, Dei opera vocentur eius viæ, ſatin' eſt id, vt irrationalium animantium princeps appelletur *principium viarum Dei*? Nam ſi viæ Dei ſunt ipſius opera: ſi principium, quod præcipuum eſt; *principium* ergo *viarum*

B *Dei* oportet vtique ſit, quod inter Dei opera primum eſt, ac præcipuum. At enim huiuſmodi phraſis ad irrationalia animalia eſt aſtringenda. Ita ſanè. Verum quæ iſthæc locutio eſt, Dei vias ſiue opera ad irrationalia contrahere; quorum eſſe præcipuum ſit ſatis, vt viarum Dei principium dici queat? Nunquid Deus hominum aut etiam Angelorum memoriam depoſuerat, cum inſigni hoc titulo Elephantum decorauit.

Certè, vt meam hac de re ſententiam proferam; demiror vehementer hominum doctorum cæteroquin & prudentium in hac re expoſitionem. Ego quidem animum inducere numquam potui, vt locutionem aut Scripturæ ſacræ Spiritu, aut etiam diuinæ ſer-

C monis ad Iobum habiti dignam reputarem, aſſerere, Elephantum Dei operum præſtantiſſimum; idque eſſe *principium viarum Dei*. niſi forte *viæ Dei* noua & inaudita loquendi formula ad belluarum ſignificationem coarctentur. Hæc mihi ratio tanti eſt, vt propterea non dubitem hiſce verbis nos ab Spiritu ſancto inſtrui, & erudiri, non agi hic de materiali Elephante, ſed de excellentiori alia re, quæ per Elephantis comparationem indicetur. Et viarum quidem Dei mentio nobis haud obſcurè innuit, ni fallor, vt attenta mentis acie conſideremus, de re longè ſublimi eſſe ſermonem. Hoc etenim ſenſu vias Dei in ſacris accipi, Deus ipſe per Iſaiam nos docet,

Viæ Dei de conſiliis eius profundis.

D cap. 55. numero 8. *Non enim cogitationes meæ, cogitationes veſtræ; neque viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus. quia ſicut exaltantur cæli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* Vbi apparet Altiſſimi conſilia, & cogitationes in Scriptura vias Dei appellari. Nec aliud ſibi vult diuina ſapientia, Prouerb. 9. num. 22. cum apud Dominum fuiſſe ſe ait, *in initio viarum ſuarum*, quando mundi fabricam, & Eccleſiæ Chriſtianæ ædificationem æternâ ſuâ mente molitus, *Antequam quidquam faceret à principio.*

Declaratus Salomon.

Iob exemplar eorum quæ Deus cum Chriſto & Eccleſia olim erat perfecturus.

Cum ergo Behemoth ſit myſticus Elephas, id eſt, Iobi ipſius perſona, dum dicitur, *ipſe eſt principium viarum Dei*, ſenſus eſt, in Io-

E bo cœpiſſe Deum re ipſa typicè oſtendere, quod in Chriſto poſtea, eiúſque Eccleſiâ cumulatè explere decreuerat. Summum porrò Dei conſilium, ac decretum illud erat, vt cum Chriſto & ipſius Eccleſia adeò ſtrictò iure ageret, ac ſe cum Iobo geſſerat: id eſt, vt ſibi chariſſimum & familiaritate coniunctiſſimum vehementer deprimeret, affligeret, diſturbaret, quò glorioſiùs de Dæmone humani

Digitized by Google

mani generis hoſte triumpharet, & ex morte atque ignominia vitam, decúſque immortale ſibi eliceret. Meam ipſe interpretationem paucis expoſui: quam Spiritus ſancti fuiſſe mentem, atque adeò literalem huius loci ſenſum, hiſce mihi rationibus perſuadeo. Prima; ſenſus hic grauiſſimus iuxtà ac celſiſſimus eſt, ſucco plenus ac medulla; nec minus dignus, qui Iobo fuerit ab ipſo Deo reuelatus: nihil enim illum æque poſſet aut in ærumnis ſolari, aut in laborum tolerantia prouehere. Quare credibile non eſt, prætermiſiſſe Deum in eâ concione, quam ad Iobum recreandum pariter & excitandum habuit, quod huic ſcopo omnium maximè conducebat. Secunda; inficiari poteſt nemo, quin, iuxta ſacræ paginæ conſuetudinem, poſſint mirificè huic ſenſui congruere Dei verba ad Iobum prolata, nempe, *ipſe eſt principium viarum Dei.* Vidimus namque *vias Domini* pro altiſſimis ipſius conſiliis, ac decretis ſumi. Adhæc, Latina vox *principium* & Hebræa illi reſpondens, licet interdum pro principali, ac præcipuo accipiatur; frequentius tamen vſurpatur, vt ſonat, pro cuiuſque rei principio, ſiue initio. Et ſanè in Iobo cœpit Deus arcanum hoc conſilium executioni mandare.

Tertia; ipſa contextus ſeries ac filum mirificè hoc pacto dicitur. Præeunt enim egregiæ, ac præclaræ Iobi virtutes. Subſequitur mox; *Qui fecit eum, applicabit gladium eius.* Quod perinde eſt, ac ſi aſſerat Deus, poſt decantata adhuc tot laudum præconia, voluiſſe tamen ſe æternum illud exequi decretum, vt viri ſanctiſſimi, ac ſibi familiariſſimi deiiciantur, & conculcentur, & tanti conſilij, atque executionis exordium à Iobo ſe capere decreuiſſe, quo ſolidior eſſet, & expreſſior Chriſti effigies. quippe vt Elephantem probum licet, & innoxium, rhinocerotis cornu veluti gladio applicito Deus interficit; nouítque viam, qua illi mucronem adigere, & aluum perfodere poſſet (vide Plin. lib. 8. cap. 20.) ita etiam ſe Dæmonis operâ depreſſiſſe Iobum, & eò anguſtiarum, atque ærumnarum redegiſſe. Iam verò, quod attinet ad Chriſtum Dominum, in Iobi perſona adumbratum, non obſcurè ſe indicat, Iobi ac Elephantis inſtar, à rhinocerôtibus exagitatum; cum Pſalm. 21. num. 22. ait; *& à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Vbi obſeruandum ex Hebræo vnum idémque nomen ab Hieronymo modò vnicornem, modò rhinocerota, modò monocerota indiſcriminatim verti: vt noſter probat Piueda loco ſuperius indicato notatione 3. Si quod autem eſt animal, cui cornu in fronte ſit, hoc ſaltem non eſſe videtur Scripturæ vnicornis, ſed rhinoceros vnicum habens cornu iis regionibus notus.

Fortè etiam, conſiderata Elephantis cum rhinocerote pugnâ, dici poteſt aliquo modo Elephas principium viarum Dei ſymbolicè figurare; quatenus viam ac rationem in ſe repræſentat, qua Deus familiares ſuos demittere, ac deiicere ſolet: aut quatenus rudimentis quibuſdam vel potius lineamentis obſcurè ſaltem adumbrat, quo pacto Deus cum ſanctiſſimis viris ſe gerat. Multo tamen congruentius eſt, vt verba iſthæc proximè ad Iobum, vti iam diximus, referantur.

Cur principium viarum Dei?

Quod ſi opponat quiſpiam, Iobum non fuiſſe primum, quem depreſſerit, & affixerit Deus, erigendum poſtea, & exaltandum: ſed hanc laboris, & calamitatis aleam à Deo ſubiiſſe prius Abelem, necnon Abrahamum, cum immolandi filij præceptum illi impoſuit: Reſpondeo, in Abele quidem humiliationem, & exaltationem pariter non fuiſſe in hac vita conſpectas: in Abrahamo verò, egregia licèt ipſius virtus emicuerit, deiectionem tamen ac depreſſionem non admodum fuiſſe magnam, quòd filij immolationem ei præciperet: cum & filius reipſa ſuperſtes, & Abrahami ipſius valetudo, diuitiæ, atque honor ſarta tecta manerent. Iobum itaque omnium videri primum, quem Deus loco, ac dignitate motum, atque adeò ſalute, liberis, amicis, fortuniſque omnibus deturbatum, per hanc ipſam rerum omnium ſpoliationem ad ingentem ſplendoris, & gloriæ cumulum euexerit; ſicuti Chriſti & Eccleſiæ figuram decebat. Ex quibus perſpicuum fit, quàm rectè myſticus hic Elephas appelletur *principium viarum Dei:* tum quòd hæc iuſtos deprimendi, & extollendi via inter cæteras diuinæ prouidentiæ emineat: tum etiam quòd inter viæ huius ſectatores primus princepſque Iobus extiterit.

Dei magnificentia erga Iobum.

Huic montes herbas ferunt. Supra num. 10. dictus eſt Elephas paſci herbâ ſiue fœno; quorum vtrumque in Scripturæ locutione pro eodem ſumitur. Ne ergo idem hic repeti aſſeramus, quod ibi iam fuerat dictum; horum verborum ſenſus eiuſmodi videtur eſſe, vt paſtus Elephanti neceſſarius nullo illi ſtet labore; cum montes nedum valles, herbam ac fœnum largiter proferant. Hoc autem ſi ad præcipuam Iobi ſignificationem referas, denotat ſtrenuam liberalitatem, qua Deus illi opes ac fortunas, nec non quotidianum ac ſuperſubſtantialem panem fuerat abundanter largitus: ita vt, abſque aliqua ipſius cura aut ſolicitudine, bonis circumflueret omnibus, quotquot ad vitæ vſum ſibi potuiſſet optare: omniúmque fortunarum multiplex ſibi fieret pro votis acceſſio: propterea quod Iobus ipſe fuiſſet commeritus, vti ſe cunctis in rebus diuina prouidentia protegeret. Concinunt illa eiuſdem verba, cap. 29. num. 6. *Lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.*

Iobi erga tenuiores facilitas.

Omnes beſtiæ agri ludent ibi: id eſt, animalia quæ ad eius conſpectum tremore concutienda videbantur, vtpote tantò viribus, & vaſtitate corporis inferiora; non ſolum non fugiunt, ſed in eius etiam oculis curſitantes luſitant: quippe clementiam ipſius, comitatem, manſuetudinem experta. Porrò ad Iobum applicatio in promptu eſt: lege cap. 29. num. 13. *Benedictio perituri ſuper me veniebat; & cor viduæ conſolatus ſum. oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum; & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam.* Huc ſpectant quæ de Elephanti clementia ab Auctoribus traduntur. Plinius quidem lib. 8. cap. 4. *Elephas* (inquit) *homine obuio fortè in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens, placidúſque etiam demonſtrare viam traditur.* & cap. 6. *Ipſius animalis tanta narratur clementia contra minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat*

moueat

Digitized by Google

moueat, ne quod obterat imprudens, nec niſi laceſſiti noceant.

Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torrentis. Hæc omnia eo tendunt, vt denotetur natiua Elephanti propenſio, atque voluptas: qui amœna ferè loca & arboribus vmbroſis conſita, arundineta item, ſaliceta, atque carecta habitare gaudet; vt æſtiuos Solis ardores humentis ſoli amœnitate, & foliis opacantibus arceat. ſicuti ex Ariſtotele, Æliano, ac Plinio tractat hîc noſter Ioannes de Pineda. Quod ſi ad Iobum oculos reflectamus, ſenſus eſt, eum diuinæ prouidentiæ ope ac patrocinio ſeptum, ita ſpiritali ſolatio, ac cœleſti voluptate deliniti, vt in amœniſſimo paradiſo ſibi degere videretur. Hunc enim in modum depingit Iſaias, opinor, cap. 35. myſtici paradiſi delicias, quibus Chriſtiana Eccleſia fuerat ſub feliciſſimum legis gratiæ tempus fruitiora. *Gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli, & Saron,* &c. Item, *Orietur viror calami, & iunci,* &c. Quanta verò Iobus fuerit cœleſti hac lætitiæ voluptate perfuſus, indicat ille non obſcurè cap. 29. num. 2. deplorans præteriti temporis felicitatem: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me? quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum? & ad lumen eius ambulabam in tenebris,* &c.

Deo Iobus in deliciis.

Deſcripta ab Iſaia Eccleſia inſtar paradiſi.

Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur, & habebit fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Quod Ælianus, libr. 14. cap. 44. de Elephanto tradit, cum ſcilicet aquam non niſi turbidam potare, totóſque octo dies ſine potu tranſigere; non admodum videtur ad rem, opinor. Quippe in eo ſolum debet fieri comparatio, quod textus exprimit; nimirum ſitibundum Elephantem tantam aquæ copiam epotare, vt fluuium penè exhauriat; nec id permagni ducere, quin ei potius confidentiam ad Iordanem exſorbendum ſuppetere. Ait ergo Deus; *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur*, id eſt, nihil aliud mirabitur: quod Hiſpana lingua ſic exprimit; *No ſe le dará nada de todo loal.* Hebraicè, *Non feſtinabit.* Iuxta illud Iſaiæ cap. 28. num. 16. *Qui crediderit, non feſtinet*: quaſi dicat, nullius præterea rei anxietate, auiditate, aut deſiderio capietur. de quo plura infra notat. 3. ad huius Iſaiæ loci explanationem.

Hæc ſi ad Elephantem referantur, per hyperbolem videntur dicta; cui locum præbuit ingens aquæ vis, & copia, quam Elephas ſolet ebibere. Si tamen referatur ad Iobum, illud mihi non obſcurè nec ineleganter adumbrant; videlicet quanta illum ſpiritali voluptate aſſiceret cœleſtis ſapientia ſibi à Deo largè collata, & diuinarum rerum contemplatio. Moueor in primis, quia vſitata Scripturæ phraſi ſapientia per fluuium ſignificatur. Ita Eccleſiaſti. 24. numer. 35. *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum.* & numer. 40. *Ego ſapientia effudi flumina. Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio. Ego quaſi fluuij dyorix, & ſicut aqua ductus exiui de paradiſo,* &c. Deinde hanc item fluminis allegoriam vſurpant ſacræ literæ ad cœleſtis voluptatis affluentiam figurandam. Sic Pſalm. 35. numero 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Huc etiam ſpectat *fluuius aquæ vitæ, ſplendidus tanquam cryſtallum, procedens de ſede Dei, & Agni.* Apocal. cap. 22. num. 1. Præterea ad lætitiæ ac voluptatis ſignificationem, quam Iobus ex ſpiritali ſapientiæ poſſeſſione percipiebat, nullâ aliâ ex re potuit aptior deſumi (ſi Elephantum attendas) comparatio, quam ex ingenti delectatione & gaudio, quo in largiſſima aquæ potatione perfunditur.

De flumine diuinæ ſapientiæ, quàm largiter biberit Iobus.

Flumen pro affluentia cœleſtis iucunditatis.

At inquies non admodum inter ſe cohærent duo iſthæc, vt ſcilicet & magna Elephanti voracitas ad Iobi patientiam, & magna in bibendo largitas ad ſcientiæ iucunditatem applicentur. Verum obſerua, Elephantum eſſe patientiæ ſymbolum, non qua nimium ciborum edax eſt, ſed qua deuoratas eſcas facilè digerit, & concoquit. Id enim denotat, *virtus in vmbilico ventris eius.* ſuprà num. 11. niſi fortè ſit ſitis tolerantia per dies multos: atqui aqua, non dicitur digeri, nec eâ de re hîc agitur; ſed ſolùm de aquæ hauſtu, in quo plurimum ineſſe voluptatis compertum eſt, plus etiam quàm in cibi ſumptione. Quare delectationis ex ſapientia perceptæ ſymbolum oportuit in ipſa potione conſtitui, annuente præſertim ſacræ paginæ conſuetudine. Ad hæc, ſpes atque fiducia Iordanem exhauriendi, indicant Iobum ad aliam multò nobiliorem ſapientiam, id eſt, æternæ beatitudinis, aſpirare. Fauet, quod de Iordanis vnda vulgo iactatur, virtutis neſcio quid illi inditum ad vires corporis inſtaurandas. nam ſi quis redintegratis viribus reuireſcere, & quaſi rurſus iuueneſcere cernitur, is in Iordane ablutus paſſim dicitur: fortè per alluſionem ad Naamanum militum Regis Aſſyriorum præfectum, qui ad Eliſei imperium ſeptena in Iordanem immerſione fuit à lepra mundatus. *Et reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt.* 4. Reg. 5. num. 14.

Obiectio depulſa.

In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. Senſus de Elephanto eſt eiuſmodi: Quantumuis Elephantus in copioſo aquæ hauſtu magis, magiſque delectetur; mea tamen prouidentia imprudentem ipſum, & nihil ſibi inſidiarum timentem mediis ſerpentibus corripit, oculos elidit, & proboſcidem tranſuerberat. De quo præclarè hîc Ioannes de Pineda, nec mihi quidquam ſupereſt addendum præter applicationem ad Iobum: quem Deus quaſi oculis captum in terram deieciſſe ac proſtrauiſſe videtur; ne videlicet immanis bellua Behemoth illum iactantet efferret, quin imo ex ipſa humilitate, ac deiectione glorioſior Iobus conſurgeret, ſuíque ipſius victor demum euaderet: dum & ſuis oculis ſubmiſſior, & diuino nutui obſequentior aptiſſimus redderetur in dies ad diuinorum beneficiorum fluenta in ſe ſecurius deriuanda. Et hactenus de Behemoth: nunc ad Leuiathan gradum faciamus.

Iobi, ne ſe efferret, deiectio.

Explicatio Leuiathan, eiúſque applicatio ad eum animæ hoſtem, qui vulgari nomine Mundus nuncupatur.

Complectitur autem hæc tractatio, quod reliquum eſt capitis 40. Iobi, à num. 20. vſque ad finem capitis, totum etiam caput 41.

ILlud præſtituendum in primis eſt, quod ſupra notat. 1. probauimus ſub grandis ceti allegoria literalem texi ſermonem de alio infenſiſſimo Iobi aduerſario, qui eum peracri bello infeſtabat. Is erat terrenorum bonorum, nempe fortunarum, honoris, amicorum poſſeſſio. Primus itaque hoſtis Behemoth appellatus, *eſt ipſamet Iobi perſona*, ſibi ipſi infeſta, qua ratione ſuperius explicuimus. Secundus qui Leuiathan dicitur, ſunt *externa bona*, nihilo mitior, aut placatior hoſtis; quatenus inordinatus eorum amor, & cupiditas maximam hominibus perniciem & vaſtitatem inferunt: & eorum adeptio atque poſſeſſio eoſdem inanis gloriolæ flatu vectos miſerè trahit in præceps. *Fit enim neſcio quomodo*, ait Magnus Gregorius, *vt terrena hæc arctius adepta, quàm concupita conſtringant.* Hic ergo aduerſarius, qui tot homines deuorat & abſumit, per immanem maris belluam apprimè figuratur, iuxta receptam Scripturæ conſuetudinem, quæ infeſtiſſimos quoſque hoſtes ſolet beſtiarum nomine & figurâ depingere. Nam cum terrena iſthæc bona ſint aduerſarius ipſe, per quem nobis mundus bellum indicit; cumque ipſemet mundus in ſacris appelletur mare, conſectatium fuit, vti hoſtis, qui in myſtico hoc mundi mari aduerſus homines conſurgit, marinæ beſtiæ ſiue immanis ceti comparatione exprimeretur.

Cur ſumatur Leuiathan pro exterioribus bonis.

Conſonat huic explicationi Mercerus in theſauro verbo לִוָה vbi ait, *vt mare allegoricè mundus eſt; ſic eius princeps magnorum piſcium*, id eſt, *Leuiathan nomine intelliguntur*, *vt Pſalm. 73: num. 14. capita Leuiathan* (ſic enim eſt in Hebræo, & vertit Hieronymus, vbi vulgatus habet *capita Draconis*,) id eſt, *Duces Pharonis; & Iſaiæ 27. num. 1. Rex Aſſyrius & Ægyptius ſunt duo Leuiathan.* Hæc ille. Quibus adiungo, licet nonnulli cum irriſione excipiant (nec immerito, ſi rem ex ipſo verborum cortice tantum ſpectes) quod Arias Montanus in ſua naturæ hiſtoria, cap. 219. Rabbinos, vt videtur, ſequutus de Leuiathan memoriæ prodidit, valdè tamen ſuſpicari me, Ariam (vt ſæpe alibi) myſticè locutum; atque adeo à noſtra ſententia alienum fortaſſe non abiiſſe: quin imo iuxta myſticum hunc ſenſum fortè explicaſſe, quod fabulæ ſpeciem præ ſe ferebat tam apud Rabbinos, quàm apud librum Eſdræ 4. cap. 6. numer. 52. Certè Abben-Ezrà, Gen. 6. num. 19. (vt refert Genebrardus Pſalm. 103. num. 29.) docet, quæ Rabbini tractant de Leuiathan eſſe arcana, & myſteria; nec iuxta auditum ſiue literam accipienda.

Iam externis corporis bonis quadrat mirificè nomen Leuiathan, quod ſonat *additamentum.* Externa quippe bona ſunt bonis perſonalibus quaſi per appendicem addita. Quod autem Leuiathan ſignificet *additamentum*, ſiue *additionem*, tractant Forer. Iſai. 27. num. 1. & Pagninus in theſauro verbo לִוָה vbi Mercerus explicare conatur, cur hoc nomen marino tribuatur ceto. Et quidem nomen Leuiathan cuiuſdam maris tyranni proprium eſt; de quo in-

Leuiathā tyrannus maris.

A ſra notat. 2. atque in eadem ſignificatione vſurpatur quoties in ſacris exprimitur, nec aliud ſignificatur Iob 3. num. 8. *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* Reſtat vt obiter examinemus, quæ Deus Iobo de Leuiathan edixit, eáque ad marinam mundi beſtiam per ceti comparationem applicemus.

Capita, quibus Deus Leuiathan graphicè deſcribit.

PRimum eſt, immanem hanc belluam ab vno Deo debellari, ſubiici, ac cicurari poſſe, ſi de B vaſto maris ceto ſolum ageretur; haudquaquam Deus tantopere exaggeraret nimium in eo capiendo, ac ſubigendo difficultatem. Enimuerò, cum de marina mundi beſtia ſermo ſit, nihil eorum, quæ de illa affirmat Deus, per exaggerationem dictum videri debet. Nam horrendum hoc monſtrum deuincere, & hominum pedibus proſternere, næ id ſolius Dei opus ac facinus præclariſſimum eſt. Hoc ergo aſſeuetatur cap. 40. num. 20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo; & fune ligabis linguam eius?* verſ. 21. *Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* verſ. 22. *Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?* In quorum extremis habetur per alluC ſionem reſpectus ad id, quod ſolet frequenter accidere, cum quiſpiam ab aduerſario deuictus, & fractus, ad eius ſe pedes prouolutum cernit: tunc etiam vi, atque furore depoſitis ad preces confugit ſupplex; ſpondétque ſi ſibi vitam donet, ſe eius mancipio perpetuo addictum iri. Haud abſimilem depingit Latinus Poëta Turnum ad Æneæ victoris pedes abiectum Æneid. 12.

Leuiathanū proſterni Dei opus.

Ille humilis ſupplexque oculos dextrámque precantem
Protendens; equidem merui, nec deprecor, inquit,
Vtere ſorte tua. miſeri te ſi qua parentis
Tangere cura poteſt, oro, &c.

Non aliter ait Iobo Deus de Leuiathan; *Nun-* D *quid multiplicabit ad te preces?* &c. id eſt, num ipſum ita ſuperabis, atque proſternes, vt tuos ad pedes abiectus vitam à te ſuppliciter deprecetur? Huc quippe ſpectat, quod mox ſubditur, verſ. 23. *Nunquid feriet tecum pactum; & accipies eum ſeruum ſempiternum?*

Sequitur: *Nunquid illudes ei quaſi aui?* (quaſi picæ, aut pſittaco, qui vt humanas promere voces addiſcant, in caueam includi ſolent) *aut ligabis eum ancillis tuis?* videlicet inſtar ſimiæ alicuius, quæ in potentiorum domibus rectè alligata pueris ac famulis luſui, & delectamento eſſe ſolet. Haud ſecus cum horribili hac beſtia ſe geſſit Deus, quam ſuæ gratiæ vi, & efficacitate ita conſtrinxit, vt eam vel Chriſtiani E pueri, & puellæ pro irriſione, & oblectamento habeant, *certéntque illudere capta*; dum ad martyrij palmam alacres, & erecti aduolant. *Concident eum amici? diuident illum negotiatores?* Vtrúmne, inquit, ex ceto hoc occiſo iam atque condito apparare conuiuium, ei familiares tuos ad illud inuitare poteris? aut in fruſta diſſectum, tynni inſtar diſſiſſi atque ſaliti, aliis venalem exponere? Quod perinde eſt, ac lætari & tripudiare de victoria ex myſtico hoc ceto partâ, atque ex eo non ſolùm conuiuij delectationem,

Expenditur rei grauitas.

Digitized by Google

tionem, ſed fructum etiam, & vtilitatem percipere. *Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?* Hiſce omnibus id vnum agitur, vt quàm ſit humanis viribus arduus, difficilis, atque adeò impoſſibilis de mundi beſtia triumphus, declaretur. Id quod vt manifeſtius conſtet addit Deus: *Pone ſuper eum manum.* quaſi dicat; vis ne experiri, quàm ſit fera hæc horribilis, quamque victu difficilis? manum igitur operi admoue; & ſtrenuus elabora, vt mundum ipſum peſſundes, & belluam hanc habeas deſpicatui: tunc enim operis molem ac difficultatem experimento ediſces. *Memento belli: nec vltrà addes loqui.* Memineris, inquit, quantum tibi negotij faceſſerit, quámque acre bellum intulerit; nec non quam grauiter & iniquo animo fueris paſſus honoris, & fortunarum iacturam. Quæ ſi attentè perpenderis, obmuteſces adeò, vt hiſcere vltrà non audeas: hoc eſt, tuis viribus minimè fides, nec de tui aduerſatij occiſione à me factâ meeum expoſtulabis. Hue enim potiſſimum ſpectaui, eum te honore ac fortunis ſpoliaui; vt ſcilicet cetum immanem deiicerem, atque proſternerem, quo facilius victor ipſe euaderes, & humilis, ſupplex, cautúſque maneres. *Ecce ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.* Loquitur de huiuſmodi aduerſario Deus, quaſi de Balæna ingenti, quæ Iobum deuorare voluerit; ſed eius conatus irritos Deus ipſe reddiderit, eaque ad littus impegerit, & impactam, atque hærentem cuncti viſuri certatim prodierint.

CAPVT 41. *IOBI.*

ALTERVM caput eorum, quibus Deus Leuiathan deſcribit, illud eſt, quorſum ſcilicet Deus permiſerit, horrendum hoc monſtrum miſeris Adami filiis exitiale in mundo degere? Quorſum etiam permiſerit Iobum ab efferata hac bellua inteſtino bello infectari: id eſt, opibus ipſum, & honoribus circumfluere, quorum poſſeſſio eum inanis gloriolæ flatu leuiter ſaltem per occaſionem aſpergeret. Atque hinc caput 41. exorditur, num. 1. *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?* id eſt, non crudelitatis aut ſæuitiæ erga homines fuit beſtiæ huius permiſſio: ſed potiùs, vt meæ potentiæ manifeſtum ederem documentum, dum ab eius furore ac vi meos ipſe amicos, ac familiares eriperem. Ex qua enim eſt iſthæc mundi beſtia, vt ſemet aduerſus meam potentiam tutari, vt meas effugere manus poſſit? Vbi obſerua, de huiuſmodi beſtia perinde hîc ſermonem inſtitui, quaſi de inſenſiſſimo aliquo tyranno. Quare reddit Deus rationem, cur eum in orbe aliquando regnare permiſerit. Hoc namque eſt quod ait: *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo?* Conſonat, quod Deus ad vaſtiſſimum illum cetum, nempe Pharaonem, ait Exod. 9. num. 16. *Idcirco autem poſui te, vt oſtenderem in te fortitudinem meam; & narretur nomen meum in omni terra.* Quem locum Paulus ad Rom. 9. num. 17. propius ad vim verbi *ſuſcitabo* tranſtulit; Dicit enim Scri-

Cur permittat Deus tyranni huius impotentiā.

Pauli ad Iobum alluſio.

A *ptura Pharaoni* (ait) *quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam*, &c. Videtur hoc loco Paulus, præſertim in verbo *excitaui*, ad Iobi locum per alluſionem reſpexiſſe. Quamuis Hebræa vox ſonet etiam *ſtare te feci*, vt Pagninus vertit, quod item eſt atque *excitaui*, ſiue *ſuſcitaui*. Illud hîc pro colophone adiunxerim; ex his verbis, *Non quaſi crudelis, ſuſcitabo eum*, elici explicationem illius loci Iob 3. verſ. 8. *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* de quo tamen infrà notat. 2.

Addit deinde num. 2. *Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? omnia, quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.* Reddiderat rationem Deus, cur minimè crude-

Æquum ſidem de illius nece decretum.

B le, aut inhumanum foret, permittere, vti tanta hæc bellua in turbulento mundi huius mari victitaret: illud dici nunc oportebat, nihilo crudelius, immaniuſve eſſe, eamdem de medio tollere. Cum autem ipſius cædes non aliter fuerit facta, quàm Iobum ipſum deprimendo; & diuitiis atque honore ſpoliando, hoc ſaltem aliquam inhumanitatis ſpeciem, & opinionem præ ſe videbatur ferre: quam tamen omnino propulſat Deus, duplici ratione. Prima eſt, Deum haudquaquam teneri conſtrictum ad quempiam in aliquo diuitiarum aut dignitatis gradu aut collocandum, aut retinendum: cuncta quippe ipſius Dei, nec illum in alicuius ære eſſe. Hoc ſonant illa; *Quis an-*

C *te dedit mihi, vt reddam ei? omnia, quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.* Altera ratio eſt, eum monſtrum hoc horrendum profligare, & abiicere in primis expediat, ſe nullis lacrymis, ac precibus flexum iri, quo minus id opportunè exequatur. *Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis*, num. 3. Hic autem loquendi modus perinde ſe habet, quaſi Balænæ (id eſt, marinæ mundi beſtiæ, de qua ſub nomine Leuiathan agitur) preces, ac lacrymæ per tranſlationem tribuantur; quibus Deum oret ſupplex, ne eam occidat: locutione concinnâ ſatis & eleganti. qua innuitur, Deum, ſi humano more loquamur, vtpote clementem ac pium condoleſcere de rigida ac

D ſeuera animaduerſione in marinam beſtiam, quaſi ipſa ad inflictam plagam conqueratur, & ingemiſcat. Verùm, vt Iobi vtilitati conſulat, nihili has preces, & queſtus ducere, ſed de ea demum perimenda decernere. Vbi obiter elegantiam, & artificium expende: nec enim lamenta, & conqueſtiones Iobo, ſed Balænæ attribuit. Ac ſi diceret, has preces, & lacrymas non meus formaliter amicus Iobus fundit, ſed eius potiùs aduerſarius, id eſt, terrenorum bonorum affectio, vel poſſeſſio. Quod enim ad Iobum attinet, ipſius maximè intereſt, hanc perimi beſtiam; ideóque eius gemitus & deprecationes nihil curo. Id ergo eſt, *Non parcam ei, & verbis potentibus*, (id eſt, efficaci-

E bus ad perſuadendum,) *& ad deprecandum compoſitis.*

Tertium caput in Leuiathan deſcriptione proponit nobis ob oculos formidinem, atque horrorem, quo imbecilles Adami filij percelluntur, dum de pugna cum teterrimo hoc hoſte commitenda, déque eo ſuperando, & proterendo cogitant, vtpote re difficillimâ, & quæ humanas vires excedere videatur. Horum autem eum præcedentibus cohærentia eſt eiuſmodi; cum adeò ſit hominum fragilitati ardua de importuniſſimo

Num. 4. & 5. Ardua hominibus pugna cum has beſtia.

 aduerſa

aduerſario victoria, ideo ſtatuiſſe Deum illi non A
parcere, nec ad eius implorationem conniuere. Ait igitur Deus: *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* Sunt qui hîc hypallagen agnoſcant, quaſi *reuelare faciem indumenti*, idem ſit ac, *faciei indumentum reuelare.* Sed huic explicationi non ſatis acquieſco. imò verò adeò mihi diuerſa mens eſt, vt ſi diceret textus; *Quis reuelabit indumenmentum, ſiue velum faciei?* per hypallagen tunc exponendum non dubitarem. Germana quippe ac directa locutio eſt, faciem reuelare, non velum: atque hoc ſublato, illa retegitur; non è contrario. Id enim propriè reuelari, ac retegi dicitur, quod velo aliquo obductum, occultúmque
erat. Quare reuelare faciem aptius, vt ſonat, ſu- B
mitur iuxta verbi *reuelo* proprietatem. Quid ergo eſt *reuelare faciem indumenti?* Idem planè atque *faciem & aliquo veluti indumento obtectam*: Genitiuum enim loco adiectiui in ſacris frequenter vſurpari, notius eſt, quàm vt indigeat probatione. Hinc videas paſſim *vas electionis hominem iniquitatis*, & ſexcenta alia pro ſuis adiectiuis apponi.

Hoc ponderatur.

Iam, ſi ſubſequentem contextum attendamus; vt verba iſthæc aliquid pauoris ac tremoris importent (id quod ad ſequentium verborum connexionem neceſſarium eſt) cetacei vultus indumentum, ſeu velum ſic accipio; vt Balænæ oculi præ graui ſuperciliorum pondere de-
preſſi atque obruti (vt ex Plinio & Æliano no- C
ſter obſeruauit Pineda) irati & indignabundi ſpeciem præ ſe ferant. Sicut de irato homine Hiſpani dicimus; *eſta encapotado, otiene capote en el roſtro.* Apud Latinos etiam idem ſonat, vultum, ſiue frontem obducere. Vt Horat. od. 13. Epod.

Dum decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus.

Ouidius item 2. Metamor.

At pater obductos luctu miſerabilis agro
Condiderat vultus.

Nec aliud per aphæreſin ſibi vult Martialis, lib. 1.

Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter.

Eſt ergo loci huius ſenſus: Cum Balæna conce-
ptum furorem oſtentat, & toruo ſupercilio vul- D
tum obducit; quis ei faciem audeat retegere? id eſt ſupercilij velum auferre, eíque illudere? Sic enim ſe gerat oportet, qui inanem mundi faſtum deludere atque contemnere ſtatuit.

Vulgi fabulam eſſe, quod metuatur.

Et in medium oris eius quis intrabit? Cui tanta ſuppetet virtus, vt in huius belluæ ora, ac fauces ſeſe inferre non dubitet; & mundum ſibi oblatrantem, & obloquentem nihili faciat? Hac loquendi ratione innuitur quantopere miſeri homunciones exhorreant, in impetiti vulgi voculas ac rumores incidere: perinde quaſi vulgi ſermo, atque os, oris inſtar cetacei foret; aut quaſi ſparſus de aliquo rumor, hians eſſet Balænæ rictus ipſum deuoraturus. *Portas*
vultus eius quis aperiet? Quis eam irritare ſic au- E
ſit, vt os diducere, dentéſque exertare compellat? cuíve dentes ipſius acuti formidinem non incutiant? quaſi dicat: Quis mundanæ huius belluæ obtrectationem, & oblocutionem ſubire non metuat? id namque eſt, *per gyrum dentium eius formido.* quippe detractionis ſuæ dentibus, quibus hominum famam rodit ac lacerat præcipuus terror ineſt atque formido.

Num. 6. 7. & 8.

Quartum de Leuiathan caput eſt; vt qui cum rationibus (quæ ſpiritalia ſunt arma) ſuperare contendat, fruſtra id tentare, atque adeò operam perdere exiſtimetur, nec enim aduerſus mundi beſtiam longa ratiocinatione quidquam proficitur; nec aliqua eiuſmodi arma reperiri poſſe videntur, quæ illa admodum exhorreat. Huc ſpectat tota illa corporis armatura, *corpus illius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquammis ſe prementibus, vna vni iungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas.* quaſi dicat, nullâ viâ ad eam aditus patet; nec diuini ſpiritus impulſum admittit, ſed reſpuit, & auerſatur. *Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur.* Quippe ad vanas mundi opiniones firmiter retinendas, conueniunt inter ſeſe mundani homines atque conſpirant, nec rationi, & conſilio locum præbent. Porro hanc imperitorum ſermonis, & mundanæ opinionis vim perrumpere nemo audet, niſi vires ſibi diuinitus, ac robur addantur.

Argumentis ſpiritualibus vt mundus oppilaris foris.

Num. 9. 10. 11. & 12.

Eius in homines fallacia.

Quintum caput eò tendit, vt doceat quantopere inanis mundanæ gloriæ ſplendor imbecillos homines perſtringat, alliciat, fallat, accendat, & inflammet. Mundi autem gloriam voco (ſicuti ſuperiùs expoſui) externa bona; vt fortunas, honorem, officia, magiſtratus, multorum amicitias, potentiorum gratiam; futilis quippe horum omnium fulgor homines pellicit, excæcat, inflammat. Hactenus de indomito belluæ huius robore actum eſt: deinde de pernicie, quam hominibus importat, inſtituitur ſermo. At primò dicitur; *ſternutatio eius ſplendor ignis.* Quod attinet ad ſternutamenti interpretationem, ſubſcribo Patri Pinedæ; qui exponit de ingenti aquæ mole, quam Balæna per fiſtulam in media fronte ſitam in ſublime efflat. nec enim alius præterea ſternutationis modus Balænæ ineſſe dignoſcitur. Quin & ille aquarum propulſus humanæ ſternutationis eſt haud abſimilis. Obſerua ergo inſolitam rei nouitatem: etenim cum aquæ humectare, ac madefacere, proprium ſit; hæc tamen mundani maris beſtia, quam vndam facta capitis impreſſione per frontis fiſtulam eructat, eâdem cæcos mortales non reſpergere, & humectare dicitur, ſed luminis inſtar perſtringere, & in ſui etiam amorem accendere: nec aliud innuit *ſternutatio eius vt ſplendor ignis.* Ille námque vulgaris opinionis impulſus, qui tanta vi ex belluæ huius cerebello erumpit; ille aquarum nimbus, qui ex eius fronte proſilit, hoc eſt, rapidus ille vulgi ſermonum, & opinionum (quas mundus profitetur, & frons ſignificat) torrens, quem cuncti (quippe marinæ inſtar vndæ) ne ſe reſpergeret, & inquinaret, effugere omnino debent, hiccemet mortales inſcios ſui admiratione tenet, ac trahit; huncque ipſi in tenebricoſo ſuæ vitæ curriculo veluti præuiam facem ſequantur. Notum eſt id Prouerb. 21. verſ. 4. *Lucerna impiorum peccatum.*

Vulgi opinio tranſuertens homines.

Oculi eius vt palpebra diluculi. Per diluculi palpebras primam auroræ exorientis lucem intelligit. quæ quia rebus creatis omnibus lætitiam ac hilaritatem impertit, ideo pro re lætiſſima, ac iucundiſſima ſolet metaphoricè vſurpari: ſic Eſther 8. num. 16. in repentina illa Iudaicæ proſcriptionis depulſione ac libertate mox conſecuta; *Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.* Vbi *noua lux* perinde eſt atque aurora, ſiue prima diei ineuntis lux. Porro fulgor

Digitized by Google

Auri, argenti, rerúmque ad genus ſplendor.

fulgor ex Balænæ oculis nocturno maximè tempore emicans à Plinio & aliis celebratur. Myſticus igitur ceti oculorum ſplendor, ideſt, ementitus auri, argenti & vanæ gloriolæ nitor imperitorum animos non ſecus irradiat, atque noua auroræ lux; nec aliam felicitatem, aut lætitiæ voluptatem eſſe ducunt, niſi quam ex fucato illo oculorum ſplendore hauriunt: ad cuius conſpectum ita perſtringuntur, & hallucinantur, quaſi diluculum palpebras reſeraret, &c, *Aurora in roſeis fulgeret lutea bigis.* Virg. Æneid. 7.

De ore eius lampades procedunt ſicut tædæ ignis accenſæ. Ita nautarum oculis apparet, cum Balænam in mari conſpiciunt. nec fucum videtur facere oculorum obtutus; ſed fortè ſic accidit, vt calidus nimium oris halitus ambientem prope aëra nonnunquam accendat, id enim eſt, quod mox ſequitur; *Halitus eius prunas ardere facit: & flamma de ore eius egreditur.* Atque hunc ignem comitatur fumus, quem efflare ex naribus videtur. *De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ, atque fervientis.* Præcipuus verò ſenſus eſt; fucatum mundi ſermonem, ideſt, quod nobis marina hæc mundi beſtia proponit, ſeu fumus atque ignis aërem caligine pariter & calore complent, non aliter & humanæ menti tenebras offundere, & voluntati faces admouere, quo homines cæci & amentes diuitiarum, & honorum incendio æſtuent. Præterea, ipſa loquendi ratio Balænam inducit indignabundam, fumum naribus, ignem ore & oculis euomentem: quibus eleganter innuitur quàm acerbum nobis bellum enormis mundi beſtia hoc fumo, hoc igne inferat; vt omnes, ſi poſſit, mortales funditus euertat.

Mundi offucia, fumus, flamma.

Num. 13.
Strages in homines per ſuperbiam.

Sextum caput: bellua hæc homines in ſuperbiam efferendo, deuorat, ſicque miſerandam edit humano in genere ſtragem. Atque id eſt; *In collo eius morabitur fortitudo.* qua phraſi ceruicis ſiue colli ſuperbia, quam efficit, nimirum deſignatur. Eam enim per collum forte ſeu erectum ſignificare, & ſacris & prophanis auctoribus familiare eſt. Vnde Iſai. 3. verſ. 16. *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo,* &c. & cap. 8. verſ. 7. *Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius.* verſ. 8. *Et ibit per Iudam inundans, & tranſiens vſque ad collum veniet.* Vbi Septuaginta clarius expreſſerunt, quod obſcurioris allegoriæ inuolucris obtectum erat: qui pro extremis verbis num. 8. ſic legerunt; *& auferet à Iudæa hominem, qui poſſit caput leuare.* Item Habac. 3. num. 13. *Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* Huc etiam Regius Pſaltes reſpexit Pſalm. 128. num. 4. *Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum. Non enim dixit* (vt egregiè hîc Auguſtinus) *Dominus iuſtus concidet manus peccatorum: aut, Dominus iuſtus concidet pedes peccatorum: ſed quia peccatores ſuperbos volebat intelligi: ſuperbi autem omnes ceruicati ſunt,* &c. Nec alio ſenſu notantur illi apud Horat. lib. 1. epiſt. 3.

At vos ſeu calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat.
Indomitâ ceruice feros. Cum ergo Dominus ad Iobum de Leuiathan ait; *in collo eius morabitur fortitudo*; perinde eſt ac ſi aſſerat, hanc mundi beſtiam ſui roboris, atque potentiæ fiduciam in ſuperbia, & elatione collocaſſe. Iam quod addit; *& faciem eius præcedit egeſtas:* eâdem phraſi dictum eſt, atque illud Habac. 3. num. 5. *Ante faciem eius ibit mors.* de quo infra lib. 5. agemus.

Colli extenti ſignificatio.

Dauid expoſitus.

Num. 14 15. 16 17. 18 19. & 20.

A Septimum caput exponit diuinæ dexteræ proprium eſſe, familiares ſuos ab huius beſtiæ iniuriis vlciſci: aliter enim nullum armorum præſidium ſatis fore, vt debitæ ab illa expetantur pœnæ. *Membra carnium eius cohærentia ſibi*; ideſt, adeò fortiter cohærent inter ſeſe, vt nullâ humanâ vi ſuperari aut labefactari poſſit. Sed Deus, quæ ipſius eſt bonitas, *mittet contra eum fulmina, & ad alium locum non ferentur.* Sua nempe Deo ſunt fulmina, & quidem horribilia, quibus damna ſuis amicis à mundano Leuiathan illata vindicet acerrimè. Nec dubium, quin ita ſuis nutibus librata ferantur, vt ictus haudquaquam aberret. Obſeruandum porrò eſt, cœleſtem ignem ea ratione in mundi beſtiam immitti iure dici, quate- B nus viro iuſto honor, opéſque ſubtrahuntur, quo faciliùs & mundum ipſum contemnat, & ſemet vili æſtimatione demittat: id quod Iobo eueniſſe cernimus. Cæterum illud hîc vel maximè reliquis omnibus pluris eſt faciendum, quod cum Iobo etiam fuiſſe præſtitum nouimus: Deus nimirum in iis, qui ſibi ſunt amicitiæ & ſanctitatis vinculo colligati, inordinatum honoris & diuitiarum amorem cœleſti Spiritus ſancti igne ita remittit, ac reprimit, vt eorum quiſque iure poſſit cum Apoſtolo dicere; *Viuo ego, iam non ego; viuit verò in me Chriſtus.*

Hanc beſtiã euertere. Dei proprium.

Pergit diuinus ſermo, ediſſerens, quantopere opus ſit, vti Deus ſua mittat è cœlo fulmina: ne- C que enim alia præterea arma poſſe reperiri, quæ beſtiam hanc immaniſſimam perecellere, & expugnare valeant. Quippe, *Cor eius indurabitur tanquam lapis*: & quantumuis licet valida in eam fiat impreſſio, nihil aliud proficias, quàm ſi incudem crebrâ mallei petitione contundas; quæ durior, firmiórque perſiſtit, malleo fruſtra reſiliente. Prætetquam quod, qui cum mundi beſtia velint in ſingulare certamen deſcendere, pauci reperiuntur omnino. Etenim ad ipſius vel longè apparentis conſpectum, qui primi proſpexere, & aliis, vt ſibi opportunè conſulerent, periculum imminens renunciare deberent (id nempe nomen Angeli, ſiue nuntij innuit; quod, vt Gregorius hom. 34. D in Euangelia, ait, *Nomen eſt officij, non naturæ*) in metu perculſi penitus conturbantur. *Cum ſublatus fuerit, timebunt Angeli:* ideſt, cùm aliquantulum ſe attollit in ſuarum virium atque potentiæ iactationem. Haud abſimili locutione atque Latinus Poëta cecinit Æneid. 5.

——*Continuo vaſtis cum viribus effert*
Ora Dares, magnóque virûm ſe murmure tollit.

Et mox;

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.

Tunc igitur eum ſeſe ita extulerit, capútque iactabundus erexerit; *timebunt angeli, & territi purgabuntur.* quod quibuſdam eſt, peccata ſua præ timore ac formidine expiabunt. hoc enim Hebrai- E ci verbi ſignificatio adſtruit, vt obſeruauit Stunica. Et Hiſpanicè quidem vſitata eſt, nec inelegãs locutio, cum de re aliqua perdifficili capeſſenda incidit ſermo; *Es meneſter primero confeſar ſe.* Verum hac locutione explicant Hebræi grauiter iuxta ac decenter, vt intelligunt viri docti, timoris vehementis effectum, *Purgabuntur*, ſoluetur illis præ timore aluus.

Quàm ſit vel fortiſſimis formidabilis.

Enimuerò eſto, capiant animos, arma expediant, & efferatã beſtiam gladio aut haſtâ petere audeant: nunquid eam percutere, aut lædere valebunt? *Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit; neque haſta, neque thorax.* Notanda obiter

Penetratu difficilis.

haſtæ & thoracis coniunctio; cum tamen de armis non ad proprium tegendum corpus, ſed ad feriendum hoſtem apris ſermo fiat. Loquitur nimirum non de haſta miſſili; de hac enim mox num. 20. ſed de lancea, quæ conto ad thoracem applicito firmatur; ſicque armatus eques fortior in obuium procurrit aduerſarium, & adacta cuſpis, vulnere altius impreſſo, ad intima fertur validior. Hiſpani vocant, *lança en riſtre*. Ait ergo, *Neque haſta, neque thorax*; quaſi dicat, neque haſta quantumuis chalybeo thorace, ſiue loricâ, firmioris roboris ergo, innitatur.

Ad hæc; *Reputabit quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum æs*. Armorum olim genus aliud ferreum, aliud æreum fuit in vſu; imo hæc illis antiquiora, vt tradit Cælius Rhodig. lib. 19. c. 10. ideo vtriuſque armorum generis fit mentio, vt Leuiathan fortitudo omni armaturæ imperuia denotetur. *Non fugabit eum vir ſagittarius: in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum.* Eò potiſſimũ ſpectant hæc omnia, vt aſſeratur nullo humano robore marinam mundi beſtiam infringi poſſe; niſi omnipotens Dei dextera eam vlciſcatur, debellet, proſternat. Eodémque recidit, quod additur; *& deridebit vibrantem haſtam*, ideſt, ſummâ vi in eum contortam. Agit enim, vt paulò ante dixi, de haſta miſſili; & ſic fere vſurpatur verbum *vibro*, Virg. 11. Æneid.

—————— haſtáſque reductis
Protendunt longè dextris, & ſpicula vibrant.

Et Ouid. 8. Metamorph.

——— Ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.

Et lib. 12.

Concutiéntque ſuis vibrantia tela lacertis.

Octauum caput; Mundanus Leuiathan, ſiue myſticus mundani maris cetus homines inſtigat & cogit, vti rationis lumen & conſilij euidentiam, nec non diuitias atque opes pelſundent, ad primum ipſius beſtiæ nutum, & imperij ſignificationem. Exemplum eſto duellum aliquod, ſiue ſingularis duorum dimicatio: vbi liquidò cernit quiſpiam, ſe perditum ire; & chariſſimorum ſibi pignorum, coniugis ſcilicet, filiorum, fortunatũ, ſuæ demum ipſius animæ præſentem imminere iacturam. Nihilominus ſi mundi beſtia id præcipiat; adeo ſunt hominis illius mancipio addicti, vt iactare iugum, & imperium detrectare non audeant. Tunc ergo verum tenet; *ſub ipſo erunt radij Solis.* Videlicet, quamuis meridiana luce clarius videat, ſe hoc pacto in exitium voluntarium, atque adeo in inferorum barathrum ruere; adhuc tamen hi Solis radij, hæc rationis euidentia ab immani hac bellua proculcatur. *Et ſternet ſibi aurum, quaſi lutum.* licet in eius obſequium diuitias quis vno die impendat, ac prodigat. Hoc enim eſt, aurum ſibi quaſi lutum ſternere; ideſt, aurum pro luto, quod pedibus proteritur, reputare. Duo in hiſce verbis innuit diuinus ſermo: alterum, Balænæ, vtpote cæcæ, aut ſemicæcæ, Solis radios deſpectui eſſe: alterum, plures in mari theſauros ex naufragantium opibus coaceruari; quos perinde quaſi lectum ſibi Balænam ſternere, nec pluris inſuper ab ea, quàm limum, ac lutum fieri.

Num 21 22. 23. & 24.

Mundi amor præponderans rebus aliis.

Feruеſcere facit quaſi ollam profundum mare; & ponet, quaſi cum vnguenta bulliunt. Mundana beſtia, & iniquæ ipſius leges aſſiduas excitant in mundi mari diſcordiarum, ſeditionum, ac bellorum procellas: quibus ipſum mare non ſecus efferueſcit, & æſtuat, atque oleum igni impoſitum, aggeſtis vndique flammis ebullit, ac feruet: aut

Idem bellorũ ſeminarium.

—Magno veluti cum flamma ſonore
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni,
Exultántque æſtu latices: furit intus aquaï
Fumidus, atque altè ſpumis exuberat amnis:
Nec iam ſe capit vnda: volat vapor ater in auras.

Virg. Æneid. 7. Mundi quippe huius mare bellorum incendio perinde quaſi oleum feruens, exæſtuat. Lege Apocal. 8. verſ. 8. vbi de belli plaga ſermo eſt ſub iis verbis; *Mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare.* Et quidem ſermonem ibi inſtitui de bello ex ipſo contextu fit planum. Subditur enim mox, hoc incendio mare ipſum ſanguine fuiſſe infectum: id quod bellis familiare eſt.

Poſt eum lucebit ſemita. Semitam hîc poſt cetum in mari elucentem rectè Pater Pineda cum pleriſque accipit pro ſpuma, quam poſt ſe albicantem, vt ſui tranſitus veſtigium relinquit. Quod ſi ad myſticum mundi cetum applicare velimus, & ad eam ſuæ potentiæ ſignificationem, quam in æſtuante & ebulliente ſæculi huius mari per ſeditiones, tumultus, aut bella, ſiue alios id genus euétus exhibere ſolet; canentis ſpumæ ſemitam, ſiue veſtigium interpretor glorioſam illam ineptiarũ huiuſmodi recordationem, quam mundani homines aſſiduè refricant. quæ, vtpote exigua res & inanis, cum leuicula ſpuma merito comparatur.

Mundanorũ in ſuis thraſonismis elatio.

Addit Dominus; *Æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.* Hoc eò referendum videtur, quaſi maris beſtia ſibi ipſa nunquam in præſenti maris commotione ſatisfaciat; quantumuis mundi pelagus bellorum procellis æſtuans efferueſcat, & ſpumantes vndæ ſolito vehementius intumeſcant: ſed omnia iſthæc parui ducat præ concitaſſimis ſuperiorum temporum tempeſtatibus, quin imo conqueratur, non iam ſæuientes, vt olim, fluctus aſtra contingere (ſicuti v. g. in ciuili Cæſaris & Pompeij bello, aut in Triumuiratu mox ſubſecuto accidit) ſed quaſi ſeneſcentes, & vetuſtate, ſitúque obſitos lágueſcere: ac demum mare ipſum ſenio confectũ priſtinam illam virium acrimoniam amiſiſſe. Denique, *Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret.*

Nunquam mundi beſtia ſabulo contenta.

Nonum ac poſtremum caput. Hanc beſtiam ſuperbi omnes cultu ac veneratione proſequuntur. Idcirco, *omne ſublime videt*, ideſt, elatos, tumidos, & inflatos, non ſecus, ac proprios famulos, ſibique ſubiectos reſpicit. Quippe, *ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Quàm verò aptè Balænæ moles ac vaſtitas ſuperbiam, & elationem adumbret, expoſitione non indiget.

Num. 25. *Ei ſubditi ſuperbi omnes.*

NOTATIO II.

Ad cap. 40. & 41. Iobi.

De iis locis, quibus de Leuiathan agitur, præter duo hæc Iobi capita.

PRimus locus eſt Pſal. 73. verſ. 14 *Tu confregiſti capita Draconis.* Hebraicè *Leuiathan*. Eſt autẽ ſermo de ducibus Pharaonis. Vnde Chaldæus vertit; *Tu confregiſti capita procerum Pharaonis.* Et vulgatus quidem propterea poſuit *Draconis*, quia immanes piſces ſolet non rarò Scriptura Draco

Draconum nomine compellare. Verum de ceto eſſe ſermonem, euidens eſt tum ex contextu, tum ex verſu præcedenti. Obſerua tamen, ſicut Iobi 40. & 41. vbi agitur de Leuiathan, eò ſpectat totus ille ſermo, vt Deum ſuperbiæ victorem & euerſorem eſſe conſtet; ſic etiam Pſalmo hoc 73. verſ. 5. in eandem ſententiam dici; *Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem.* & verſ. vlt. *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Caput item 41. Iobi illis terminari verbis; *ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ*; nec non capiti Apocalypſeos tertio decimo finem imponi myſtico num. 666. qui, vt ibidem probauimus, nihil aliud ſonat, quàm *ſuperbiam vitæ.*

Alter locus eſt Pſalm. 103. verſ. 26. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei.* Hebraicè *Leuiathan.* Et literalis eſt ſermo de marino ceto; quippe de mari inibi verba fiunt.

Tertius eſt Iſai. 27. verſ. 1. *Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum, qui in mari eſt.* Vbi Sept. pro *Leuiathan* poſuere *Draconem.* Sed de maris beſtia ſiue ceto ſermonem inſtitui, eúmque in ſacris Draconem (vt diximus) appellari dubium non eſt.

Varij de Iſaia Leuiathano ſenſus.

Communis loci huius expoſitio ſtatuit, Leuiathan ſerpentem vectem, & Leuiathan ſerpentem tortuoſum, necnon cetum, qui in mari eſt, eſſe tria eiuſdem Leuiathan nomina; atque adeò pro vno, eodémque vſurpari, non pro diuerſis; eúmque de Dæmone interpretatur. Arias tamen Montanus non triplicem vnius appellationem, ſed tres ipſas perſonas diuerſas triplici nomine ſignificari credit. & Leuiathan quidem ſerpentē vectem ad Mahometanos; Leuiathan ſerpentem tortuoſum ad Hæreticos; cetū verò maris ad Iaponiæ, Sinarum, & Americæ gentes applicat. Ad hæc, Chaldaica paraphraſis non ternas hîc perſonas, ſed binas tantum videtur diſtinguere ſub iterato Leuathan nomine: & vectem de Señacherib Aſſyriorum Rege, *tortuoſum* de Rege Ægypti accipiendum putat.

Leuiathanus in Iſaia duplex.

Quid ipſe in multiplici hac opinionum diuerſitate ſentiam, ſequentibus propoſitionibus exponam. Prima ſit: Textus ipſe videtur haud obſcurè duplicem Leuiathan inter ſe diuerſos conſtituere; alterum, cui nomen *vectis*, & eſt hic maris cetus, ſeu Balæna; alterum, cui nomen *tortuoſus*; nec eſt Balæna, ſed horribilis maris draco in colubri ſimilitudinem effictus. Qua in re congruenter ad textum aptantur tum Chaldaica paraphraſis, tum Arias: qui optimè expendit, res eſſe omnino diuerſas, atque adeò inter ſe oppoſitas, vt vectem, rectâ conſtare figurâ, &, vt colubrum, flexuoſâ.

Nec nomen cetus facit tertium.

Secunda propoſitio: Nihil eſt neceſſe, *cetum, qui in mari eſt*, pro tertia alia beſtia vſurpari. quinimo vtrumque Leuiathan maris eſſe cetos, neceſſariò videtur aſſerendum; vt patet Iobi 40. verſ. 20. & Pſalm. 73. verſ. 14. & Pſal. 103. verſ. 26. Quare certum exiſtimo verba illa, quæ mox addit Iſaias; *& occidet cetum, qui in mari eſt*, ita eſſe conſtruenda; *Viſitabit ſuper Leuiathan vectem, & viſitabit ſuper Leuiathan tortuoſum; atque adeo vtrumque maris cetum occidet.*

Iſaias de Eccleſia loquitur.

Tertia: Ex ipſa contextus ſerie planum fit, opinor, de Chriſtianæ Eccleſiæ tempore hoc loco literalem inſtitui ſermonem. Quamobrem, licet fiat fortaſſis alluſio ad duos illos Iſraelitici populi hoſtes, Babylonis, ſiue Aſſyriorum regem,

A & regem Ægypti; qui tamen literalis inibi ſenſus tangitur, alius eſſe haudquaquam poteſt, niſi de re ad nouiſſima legis gratiæ tempora ſpectante.

Cum alluſione ad Aſſyriū & Ægyptium.

Quarta; Ad eiuſmodi alluſionem mirificè conducit, vti Aſſyrius ſiue Babylonis Rex nominetur ſerpens vectis, quippe non fraude ac technis, ſed apertâ vi, atque potentia vtebatur: Ægyptius verò nuncupetur ſerpens tortuoſus; quod Ægyptij dolis, fallaciis, ac terrenæ ſapientiæ vſque quoque dediti reputentur.

Idem Iſaia ſenſus ex Iobo.

Quinta: Cum apud Iobum, Leuiathan poſſeſſionem externorum bonorum, vt pecuniæ, honoris, ac potentiæ figuret, illud mihi fit vero admodum ſimile, Iſaiam ad Iobi locum per allu-
B ſionem reſpicere, & Leuiathan, atque ceti nomina ſub eâdem myſticâ ſignificatione vſurpare: quin & ipſius eſſe mentem, primitiuis Chriſtianæ Eccleſiæ fidelibus glorioſam à Deo victoriam de efferata illi mundi bellua apud Iobum expreſſâ conceſſum iri.

Ratio diſcrepantia Iſaia à Iobo.

Sexta: Non temere, & caſu, ſed ſummo conſilio, & elegantia fuit factum, vt pro vno Iobi Leuiathan, apponeret duplicem Iſaias, *vectem* alterum, alterum *tortuoſum.* Etenim honor ac diuitiæ bifariam accipi, ſiue poſſideri poſſunt. Primò, ſi rectè, & iuxta æquitatis leges ſint parta (atque hic eſt Leuiathan vectis.) Secundò ſi ab immerente ſint iniquis rationibus acquiſita: quod Leuiathan redolet tortuoſum. Atqui Euangelica Chri-
C ſti doctrina de vtroque Leuiathan glorioſum ſuis fidelibus largitur triumphum, dum eos docet opum atque honorum non iniquè ſolum, ſed æquè etiam partorum deſpicientiam: ita vt multam ſalutem vtriuſque rei poſſeſſioni & iuſtæ dicant & iniuſtæ. Atque hac ratione Dominus *occidit vtrumque cetum, qui in mari eſt.*

Rei facta & iuſta & iniuſta contēptus, facinus Euāgelij.

Quartus demum locus ſit Iob 3. verſ. 8. *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* Illud hic in primis videtur maximè optandum, vt nomen Leuiathan iuxta diuerſam omnino acceptionem ab ea capitis 40. ne ſumatur. Primò ergo, vt ex ipſo liquet contextu, iidem videntur eſſe *qui maledicunt diei*, & *qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* Deinde, *diei maledicere*, eorum
D eſt proprium, qui filij tenebrarum ſunt, vt latronum, & graſſatorum. Ad hæc; locutio illa, *ſuſcitare Leuiathan*, ad id facinus referatur oportet, quod crudeles & inhumani interdum patrare ſoleant. Sic enim diuino ſermone innuitur cap. 41. verſ. 1. *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum.* Præterea, qui proditionem aliquam, ſiue tyrannidem machinantur, rectè dici poſſunt de Leuiathan, ſiue tyranno quopiam excitando cogitare: nec aliud eſt *ſuſcitare Leuiathan.* Eapropter verbis illis capitis 41. aſſerit Deus, ſe, quamuis hunc in mundo tyrannum dominare permiſerit, id tamen minimè per crudelitatem effeciſſe, ſed ſummo potius conſilio ac prouidentia. Conſule ſuperius
E dicta ad ea cap. 41. verſ. 1. verba, *Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum.*

Poſtremò; quibus ea mens, atque animus eſt, vt tyrannidem in republica conflare, & grauiſſimum proditionis malum in eam inuehere ſtudeant, perſpicuum eſt, eos tenebrarum filios meritò nuncupari: vtpote quos nocturna iuuent conuenticula, & auroræ aduentantis omnino pœniteat. Huius ergo farinæ homines, *qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan*, rectè exiſtimantur eo ardore ac furore percuti, vt diras, execrationes, ac

maledi

Digitized by Google

maledicta in diurnam euomant lucem. Quare cohæret optimè, vti Iobus iis verbis exoptet, vt id genus homines duas imprecentur illi no-cti, qua ipſe fuit primum in matris vtero conceptus.

Denique licet grauiorum interpretum non pauci ſibi perſuaſerint, nonnullis in locis, vt apud Iobum & Iſaiam, ſub Leuiathan nomine Scripturam de Dæmone texere ſermonem; nihilominus valde videtur veriſimile, vt Leuiathan nunquam in ſacris Dæmonem propriè ſignificet: quippe cum ſemper marina ſit beſtia, & ex Apocalypſi conſtet, maris beſtiam eſſe diuerſam à dracone, cui directè nomen Satan imponitur. Quod ſi ſemel ſtatuamus Leuiathan pro aliquo maris tyranno ſemper vſurpari; apparet liquido mox mira locorum omnium inter ſeſe concinnitas, & cohærentia. Nam Iob. 3. verſ. 8. pro principe quopiam tyrannidem afferente ſumitur. Iob. 40. verſ. 20. mundani maris beſtiam repræſentat, ſiue tyrānum illum, quem inter animæ hoſtes mundum vocamus. Eandem omnino ſignificationem reſpicit Iſaias cap. illo 27. verſ. 1. Pſalm. item 73. verſ. 14. ſub eodem nomine adumbratur Pharao, ſuperbus ille tyrannus, qui Iſraëlis filios vexauit, & afflixit. Ac demum Pſalm. 103. verſ. 26. pro Balæna accipitur, quæ toto mari dominatur, ac cæteros inter piſces veluti tyrannum agit.

Leuiathan in ſacris generatim pro tyranno.

NOTATIO III.

Ad ea verba Iob. 40. verſ. 18. Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur.

De loco Iſai. 28. verſ. 16. vbi eiuſdem ſignificationis verbum habetur.

QVæ vox Hebraica apud Iobum vertitur, *& non mirabitur*, eandem Iſai. 28. num. 16. per verbum *feſtino* reddidit vulgatus. Sic enim Iſaias; *Qui crediderit, non feſtinet.* Quæ verba Paulus ad Rom. 10. num. 11. ita legit; *omnis, qui credit in illum, non confundetur.* Petrus verò ſic 1. epiſt. cap. 2. num. 6. *Qui crediderit in eum, non confundetur.* Cum ergo vterque Apoſtolus Hebraicum verbum, quod ſignificat *feſtinare*, per verbum *confundi* (quod eſt pudefieri) tranſtulerint; exiſtimauit Forerius, confuſionem Hebraicâ phraſi vocari feſtinationem. Iuuat nonnihil eius coniecturam Hiſpana locutio, qua, qui rubore ac verecundia ſuffunditur, ac pudefit, paſſim dicitur, *correr ſe.* Montanus, ac Mercerus aliter locum explicant: quaſi Iſaias dicat; *Qui crediderit*, ſperet vtique, Deum ſuis ſtaturum promiſſis, nec datam illi fidem violaturum: ac *ne feſtinet*, ne ita feſtinus acceleret; ſed totam ſeruandi promiſſi, & fidei liberandæ curam Deo ipſi committant. Ita illi.

Variè apud Apoſtolos id Iſaiæ: Qui crediderit, &c.

Mihi tamen planè ſimile vero fit, Iſaiæ verborum ſenſum eiuſmodi eſſe: *Qui crediderit, non feſtinet* (ſiue *non feſtinabit*, vt Vatablus, & alij ex Hebræo, vnde & Apoſtoli per futurum extulerunt) idest, in Chriſto ſui deſiderij ſitim explebit, & voti omnino compos euadet. Quare nullius prætetea rei cupiditate rapietur, nec ad alia extra Chriſtum feſtinabit. Ac primo, hæc explicatio optimè congruit cum lectione Sept. quam Pe-

Senſus Iſaiæ.

A trus, & Paulus ſequuntur. Quod enim aiunt; *Non confundetur*, perinde eſt, ac ſi dicerent, Non pudore, ac verecundia præpedietur, quod voti ac deſiderij exitus non ſucceſſerit: ſed deſiderij complementum in Chriſto reperiet omnino.

Secundò; Noſtra explicatio ad contextus ſeriem, & ordinem aptatur mirificè. Illud quippe anteceſſerat, homines videlicet in vera felicitate indaganda non collimaſſe. *Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Idcirco hæc dicit Dominus Deus*, vt ſolidam ac germanam felicitatem inuenire poſſitis: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem pretioſum, in fundamento fundatum.* Quaſi dicat, ipſe mittam Meſſiam. *Qui crediderit, non con-*
B *fundetur*, ſiue, *non feſtinabit*, &c. *& protectionem aquæ inundabunt.*

Probatio ex contextu.

Tertiò; Senſus ipſe pulcherrimam continet ſententiam, & maximi rem momenti; videlicet illud ipſum, quod Chriſtus Ioan. 3. num. 35. edixit; *Qui credit in me, non ſitiet vnquam.* & Ioan. 4. num. 13. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* nimirum, quia extra Chriſtum ipſum nihil ſitiet, quamuis Chriſti perfruendi ſitis & auiditas nunquam ei ſint defutura; ſed potius magis, magiſque accendenda.

Ex ſententiæ dignitate.

Quartò; Expoſitio hæc Chriſtianæ Eccleſiæ fidelibus cum primis deſeruit: itaque Iſaias de futuro ſermonem inſtituit; *Qui crediderit, non fe-*
C *ſtinabit.* Quam autem explicationem ſequitur Arias Montanus, ea non videtur poſſe Chriſtianæ Eccleſiæ deſeruire. Etenim poſt Chriſti Saluatoris noſtri aduentum, nihil eſt, cur amplius expectemus, Deum promiſſionem de Meſſia mittendo impleturum. Et quidem Petrus & Paulus omnino videntur loquuti de ingenti felicitate, quæ Chriſtianis hominibus ſimul cum Chriſti fide obtigit. Quam ad rem Iſaiæ locum adducit Paulus ad Rom. 10. num. 11. Petrus verò epiſt. 1. cap. 2. num. 6. eundem propterea refert, vt probet, quantopere Chriſti fideles ſint à diuina prouidentia adiuti, atque protecti. Nam ex Iſaiæ verbis infert; *vobis igitur honor credentibus.* Atqui
D nomen *honor*, in ſacra pagina fauorem, auxilium, atque ſolatium ſæpe ſignificat.

Ex incommodo explicationis alterius.

Quintò; Noſtræ interpretationi fauet vis Hebraici verbi חוש quod ſignificat *feſtinare*, quia idemmet reperitur Eccleſiaſtes 2. num. 25. vbi legimus; *Quis ita deuorabit, & delitiis affluet, vt ego?* Hebr. *& feſtinabit, vt ego?* Rabbini autem in theſauro ſic exponunt; *Quis ita feſtinabit, vt aſſequatur, quod cupit, ſicut ego*: Præterea ab eadem radice eſt nomen חוש quod reperitur Iob 20. num. 2. vbi noſtra vulgata habet, *Mens in diuerſa rapitur.* nempe dum deſiderium ſuum explere cupit.

Ex Hebræa proprietate.

Sextò; Forerij expoſitio, quod ſcilicet feſtina-
E re ſignificet, directè pudefieri (ſicuti Hiſpana phraſi *correrſe*, eſt, *auergonçar ſe*) ſuſpecta eſt viris doctis: tum quia in nullo alio Scripturæ loco reperitur; tum etiam, quia contextui non planè videtur conuenire. Quippe nihil abiectum aut humile de Chriſto præceſſerat; ſed potius illum eſſe lapidem pretioſum, angularem. Quare non ſatis congruenter ad rem aſſeritur ex loco, Chriſti fideles minimè pudefactum ire, quominus ipſius Chriſti fidem, & prædicationem ſuſcipiant. Septuaginta verò non reſpexerunt, vt expoſui, formalem ſignificationem.

Septimò; Fulcitur hæc eadem explicatio ex loci

Ex collatione cum noſtro Iobo.

Digitized by Google

loci alterius cum hoc ipſo collatione. Is eſt Iob.40. verſ.18. *Ecce abſorbebit fluuium,& non mirabitur*. Hebraicè, *& non feſtinabit*. Hoc námque Iobi verbum (eſto,diuerſum) eandem feſtinandi vim cum illo Iſaiæ habet. Cùm ergo vtroque in loco Hebraica phraſis ſonet, *non feſtinabit*; optabile in primis eſt, vt loci vtriuſque explicatio eundem ſenſum contineat; atque adeò vt *non confundi*, & *non mirari*, eodem ſpectent. Attende ergo,quàm appoſitè congruat huic Iobi loco prædicta explicatio. Sermo eſt ibidem,primâ ſpecie, de Elephanto, qui fluuium penè exſorbet. Vt igitur denotetur, quantopere ſitis ac deſiderij auiditatem in fluuij potatione expleat; quid potuit dici congruentius,quàm Elephantem epoto fluuio adeò manere contentum, vt nihil aliud B præterea optet,nihil aliud magnifaciat,aut miretur?Hũc ſenſum bellè exprimit noſtra litera. quia non mirari, & nil admirari, ſynonyma omnino ſunt:eodémque ſenſu cecinit Horat.lib.1.epiſt.6.

Nihil admirari,propè res eſt vna,Numici,
Solaque quæ poſſit facere,& ſeruare beatum.

Nec aliud ſonat, quod Seneca epiſt. 25. de ſuo Epicuro prædicat; *Quiſquis deſiderium ſuum clauſit,cum ipſo Ioue de felicitate contendat*. ideſt,qui nihil aliud optat, qui nihil ſibi deeſſe putat, cuius mens varias in res diſtracta non rapitur, qui cæteris carere non erubeſcit. Hoc eſt apud Iobum, *non feſtinabit*,iuxta Hebræum, ideſt,ad nulla alia præceps deſiderio fertur.

Octauò; illud etiam haud parum noſtram roborat expoſitionem, quod certum indubitatúmque ſit,quotquot extra Chriſtum aliud ardenter expetunt,& quorum mens in varia ac diuerſa diſtrahitur, iis omnibus proximum confuſionis & perturbationis periculum ob fruſtratam ſpem, & conatus irritos imminere. Sola námque *ſpes* in Chriſto innixa *non confundit*,ad Rom.5.num.4.

Et ex Ioanne. Nonò; obſeruandum eſt apud Iſaiam non eſſe ſermonem de omnibus, qui in Chriſtum credunt: ſed de iis,qui Spiritum Chriſtianæ Eccleſiæ proprium recipiunt. Quod ex eo probatur, quia Chriſtus Ioan. 7. num.38. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Atqui Ioannes addidit; *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*. Ac pergit; *Nondum enim erat Spiritus datus,quia Ieſus nondum erat glorificatus*. Proprius verò Chriſtianæ Eccleſiæ Spiritus eſt Spiritus filiorum Dei,& *Qui Spiritu Dei aguntur,hi ſunt filij Dei*,ad Rom.8. numer. 14. Senſus igitur eſt, eos,qui Spiritu Dei aguntur, non eſſe confundendos, nempe quia nihil præter Chriſtum appetunt, aut indagant aliud.

Ex Habacuc. Decimò; Pro noſtra explicatione ſtat locus ille Habac.2. numer.4. *Iuſtus in fide ſua viuet*. Quæ verba eundem omninò ſenſum præ ſe ferunt, atque illa Ioan. cap.3. num.36. *Qui credit in filium Dei,habet vitam æternam*. Nam viua in Chriſtum fides Chriſtiani hominis (cui Deus ſuum confert Spiritum) ſitim ac deſiderium verè explet. Sicuti Chriſtus ipſe Ioan.4. num.14. edixit; *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. & Ioan.7. num.38. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura,flumina de ventre* (id eſt,de corde) *eius fluent*. itaque hic ſenſus redditur: Spiritualis homo in viua fide habet vitæ fontem, qui ei ita faciat ſatis, vt nulla ſibi amplius deſiderij ſitis ſit reliqua.

Sæpe citatur à Paulo cum arcana varietate. Poſtremò aduerte, hunc Habacuc locum ter à A Paulo referri; nempe ad Rom. cap. 1. num.17. & ad Galat.3. num. 11. & ad Hebr. 10. num.38. & totidem citari,*ex fide viuit*,non *in fide*,ſed *ex fide*: non *viuet*,ſed *viuit*,in præſenti. Primò,vt Chriſti fidem eſſe huius felicitatis initium declaretur. Deinde vt appareat, non modò futuram æternæ beatitudinis gloriam,ſed ſummam etiam præſentis vitæ felicitatem promitti. Iuxta illud Chriſti Ioannis 17.verſ.3. *Hæc eſt autem vita æterna,vt cognoſcant te ſolum Deum verum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. & Eccleſiaſtici 30. num.23. *Iucunditas cordis,hæc eſt vita hominis*.

NOTATIO IV.

De Eliphaz, Baldad, Sophar, & Eliu diſputationibus cum Iobo habitis.

Conſcientiæ conflictus repræſentatus. IN Iobi amicorum, & Eliu potiſſimùm collocutionibus proponi nobis videtur ob oculos acerrima illa conflictio & bellum inteſtinum, quod homo ſcrupulorum ſtimulis agitatus intra conſcij pectoris latebras & arcana penetralia patitur. Atque huc fortaſſis per alluſionem Paulus reſpexit ad Rom.cap.2. num.15. verbis illis: *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum; & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus*. Nam Iobi amici accuſationem ſuſci- C piunt; Iobus ipſe defenſionem. Ad figurandam verò accuſationem,& teſtes,quos in medium adducit conſcientia, trium Iobi amicorum numerus apprimè conducit. quippe *in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum*, Matth.18.num.16. & nihilo eſt ineptior trium aut quatuor teſtium numerus ad grauem aliquam accuſationem indicendam.Iam; quod teſtibus ipſis Iobi amicorum perſona tribuatur, facit etiam non parum ad rem. Etenim hoc ipſum bellum,quo propria hominem conſcientia infeſtat,ac premit, nititur in primis eâ familiaritate,& amicitiâ,quâ homo erga ſemet, ipſe deuinctus atque conſtrictus eſt, necnon ardenti propriæ ſalutis procurandæ deſiderio,quod homini ipſi eſt inſitum à natura. Itaque ſcrupuli & anxietates perinde ſunt,atque ac- D cuſationes aduerſum me ab eo propoſitæ, qui meæ ſaluti & incolumitati conſulit.

Id elicitur ex nominibus amicorum Iobi. Quinimo diuina prouidentia peculiarem videtur in eo adhibuiſſe curam,vt tria illa Iobi amicorum nomina eidem ſignificationi ſeruirent: & propterea beatum Hieronymum inſtigaſſe,vt, de nominum Hebraicorum interpretatione diſſerens, eorum nobis etymon ac notionem ſatis ad rem, de qua agimus, explicaret. Licet enim in Geneſi dixerat Hieronymus, *Eliphaz*, idem ſonare, quod, *Dei mei aurum*: apud Iobum tamen diuerſam tradit interpretationem, aſſerítque *Eliphaz*,ſignificare,*Dei contemptus*. Nec aliud eſt, *Eliphaz, Dei contemptus.* de quo Eliphaz Iobum accuſare & conuincere nititur; niſi Deum illi iratum, infenſúmque eſſe: E quod ipſius numen offenderit, & eius contempſerit præcepta. Huc námque ſpectant Eliphaz verba, quæ ter cum Iobo habuit, ſcilicet cap.4. & 5. & cap. 15. & cap.22. Non me latet Eliphaz nomen alios aliter interpretari: ipſe tamen in Hieronymi ſententiam libenter pedibus eo.

Baldad, vetuſtas ſola. Baldad (ait idem Hieronymus) ſignificat,*vetuſtas ſola*. Id quod fortè ad Baldad conſilium in Iobi

Digitized by Google

Iobi accuſatione non parum confert. Iobo enim perſuadere conabatur, Deum in ipſo deprimendo & affligendo veterem retinuiſſe conſuetudinem, qua ſuæ indignationis in ſceleratos clariſſima ſemper edidit documenta. Hunc in ſcopum tendit ſermo Baldad; vt videre eſt cap. 8. & cap. 18. & cap. 25.

Sophar, diſſipatio ſpeculæ. *Sophar* Hieronymo eſt, *diſſipatio ſpeculæ*. Nec diſſonat etymon ab ipſius Sophar inſtituto; qui Iobum grauiter increpat, & eius dicta, atque ſenſa de diuina erga ſeipſum prouidentia rationibus conuellere intendit: qua in re Iobi ſpeculationem voluiſſe diſſipare videtur. Lege cap. 11. & cap. 20.

Præter hæc; Eliphaz eò ſuæ ratiocinationis machinas admouebat, vt diuinum numen grauiter à Iobo læſum ante calamitoſa illa ſuæ oppreſſionis tempora probaret. Hîc verò innuitur, præter importunos illos terrores, quibus Dæmon Iobo perſuadere ſtudebat, totam illam aduerſitatis procellam eidem ob propria ſcelera accidiſſe; ex ipſius etiam Iobi reſponſione tempeſtatem ſibi aliam nihilo mitiorem repente exortam: dum callidus humani géneris hoſtis per metus ac formidines illi probare contendit, ſuis excuſationibus Deum grauiſſimè offenſum, eiúſque legem, ac præcepta violata.

Propoſitum Eliu. Ad cuius rei ſignificationem illud in primis conducit, quod poſt multiplicem Eliphaz, Baldad & Sophar oppugnationem, alius denuo aduerſus Iobum accuſator, videlicet Eliu Bazites, conſurgit: qui ipſum, quòd ita ſe purgaret, ſuámque defenderet innocentiam, acerrimè calumniatur. Iuuat moralem hanc coniecturam non inepta vtriuſque nominis etymologia. Nam, vt *Eliphaz* ſonat *contemptum Dei*; ſic etiam *Eliu Buzites* ſignificat *Deum ipſum contemptum*. Quippe *Eliu* idem eſt, ac *Deus meus ipſe*: *Buzites* verò idem, quod *deſpectus*, ſiue *contemptus*; vt exponit etiam Arias Montanus.

Baldad aliter ad rem quoque expoſitae. His etiam illud addiderim; ſi *Baldad* ſonat, *abſque dilectione*, vt vult Arias, id quoque eſſe ad rem. Etenim Baldad eò potiſſimum ſuæ accuſationis neruos contendebat, vt Iobum probaret quaſi Deo aduerſarium & inimicum digno ſuis ſceleribus ſupplicio mulctari: ſic enim ab ipſis mundi primordiis inſignes peccatores fuiſſe grauiter à Deo punitos.

Cognomina etiã expreſſa. Iam, trium Iobi amicorum cognomina ex Ariæ interpretatione præſenti inſtituto quadrant. Namque *Themanites* vertitur *conſummatus*. Vnde *Eliphaz Themanites* perinde erit, atque *contemptus Dei conſummatus*. *Suhites* verò ſonat *foueam*, vel *humiliationem*. itaque *Baldad Suhites*, tum nomine, tum diſputationis ſcopo repræſentat perantiquam Dei in improbis humiliandis conſuetudinem; necnon foueam, in quam ſceleratos agit præcipites. At *Naamites*, ſi etymon requiras, eſt *mouẽs mortẽ*, vel *motus mortis*. Ex quo fit, vt *Sophar Naamites* ſit, *ſpeculæ diſſipatio mortem Iobo intentans*.

Trium ergo Iobi amicorum nomina cum ipſorum ſententiis & accuſationibus in Iobum expoſitis bellè conſentiunt; & in vtriſque ad viuum exprimitur valida oppugnatio, ancépſque conflictio, qua hominem ſcrupulorum religione obſtrictum Dæmon angit, ac premit; dum terrores illi, formidines, & peracres conſcientiæ morſus intentat; quæ proinde ſunt atque accuſationes Iobo oppoſitæ. Has vt à ſe innoxio & immerente depellat, ſe ipſe purgat Iobus, & excuſat; quamuis interdum ſcrupulorum pondere preſſus ita gemat, vt oneri videatur ſuccumbere, & ſe penè vt Deo inuiſum ob ſua ſcelera reputare. Quippe turbulentis ſcrupulorum, & anxietatum fluctibus fuit iactatus; vt in eius libri commentariis adnotauimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS
(qui & totius operis ſeptimus) in aliquot Dauidis Pſalmos, qui ex Apocalypſeos alluſione declarantur.

PROOEMIVM.

A QVI profanæ Poëſeos præſtantiam, & excellentiam in vatibus tum Græcis, tum Latinis (vt Homero, Pindaro, Virgilio, aliiſque id genus clariſſimis) admirantur; ſuæ admirationis cauſas ad ea potiſſimum carminis lumina, & ornamenta referunt, quibus ſacra Poëſis (cuius pars maxima, liber Pſalmorum eſt) omni, vel maiori ſaltem ex parte videtur deſtituta. Profani quidem poëmatis dignitas ſplendórque in iis maximè lucet. Primò in ingenioſa fabularum inuentione, quarum inuolucris, & integumentis arcana Philoſophiæ myſteria deliteſcant pariter, & exornentur, vt obſcuro fabularum velo obtecta & cuſtodita, vulgi tractatione minimè *Dotes poëſeos profana.* contaminentur, atque ſordeſcant: ſed quaſi ſacroſanctum aliquid, eò maiori in pretio ſint, quò magis abdita latent, & recondita. Deinde in ſelectorum verborum ornatu, & concinnitate: in quorum floſculos puros, & illibatos, & quæ nihil de fæce hauriant, de-
B cerpendos accuratiſſimè incumbunt Poëtæ. Tertiò in verſuum numero, & menſura; quæ plurimum confert, vt poëmatis argumentum leniori, ſuauiorique fluat curſu: ex illo nempe concentu, quem numeroſa vocum in verſibus compoſitio gignit, & aures, animóſque perfundit. Propterea enim priſcis illis hominibus ſingulari ſapientiâ præditis viſum eſt, fabuloſas ipſas tractationes non vulgari & ſoluto, ſed exquiſito, & numeris adſtricto orationis genere contexere. Poſtremò, in eâ lege præſtantiſſimorum Poëtarum calculo ſancitâ; ne quis Poëtæ nomine decoretur, niſi ſummum in hoc genere dignitatis gradum aſſecutus. Scitè námque Horatius in arte,

———————— Hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium & tolerabile rebus
Rectè concedi. Conſultus iuris & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
C *Meſſalæ; nec ſcit quantum Caſſelius, Aulus*
Sed tamen in pretio eſt. Mediocribus eſſe Poëtis
Non homines, non dij, non conceſſere columnæ.

Ex quatuor hiſce capitibus profani poëmatis excellentia peti ſolet. In ſacra verò poëſi, *An illa in ſacra.* hoc eſt, in Pſalmis, licet philoſophandi ratio, vtpote diuina, longè maiori in pretio ſit habenda; ob rerum, quas Pſalmi canunt, & maieſtatem cum certitudine, & cum pondere grauitatem: ſi tamen illud, quod poëſeos proprium eſt, accuratius inueſtigemus; in primis dubium non eſt, fabularum fucum atque pigmentum à ſacrarum literarum ſinceritate longiſſimè abhorrere. Quod ſi in aliis Scripturæ locis prophetiæ interdum myſtico ſacræ fictionis velo obductæ proferuntur: in Pſalmis certè huiuſcemodi ornamenti veſtigium aut vix, aut ne vix quidem reperitur. Ad hæc qui Latinam Pſalmorum phraſim perelegantem eſſe contenderet, & voces ipſas eiuſmodi, quas Virgilius, vt in ſuum in-
D ſereret poëma, cum primis optaret; næ ille oleum & operam perderet. Cum potius cen- *Abeſt à La-* ſet Pſalmorum ſtilum in noſtra ſaltem vulgata humilem eſſe ac ſimplicem, & fucatæ il- *tinis Pſalmis* lius concinnitudinis contemptorem, quam in Poëticæ elocutionis floſculis decerpendis *ſermo cōptus.* profani aucupantur auctores. Præterea, licet animum ſibi plures induxerint, Pſalterium Hebraicè non ſoluta oratione, ſed ſtrictis numeris eſſe conſcriptum; & ſuo in ea lingua concentu, atque exactis poëſeos modulis conſtare: (qua de re videri poſſunt Sixtus Senenſis lib. 8. Alfonſus Mendoza quæſt. 3. poſitiua num. 15. & Serarius noſter Ioſue 10. quæſt. 33.) nihilominus vulgata Pſalmorũ editio Latina non ex ſoluto ſolum verborum

Digitized by Google

tenore, ſed ex tenui etiam, ac ſimplici, miniméque fucato conflatur. Quamuis autem nonnulli ſolertem nauârint operam in Pſalmis concinno carmine reddendis: his tamen poëtici ſtili lenociniis maieſtas libri huius neutiquam indiget; nec Chriſtianæ aures tantopere poëtæ cuiuſpiam licet elegantis verſione delectantur, quantopere permulcentur eâ, quam & Catholica decantat Eccleſia, & ſapientiſſimi quippe venerantur. Propterea quod vulgata hæc editio cæteris expreſſius & eminentius ad propriam, ac germanam Hebraici idiomatis ſignificationem ſeſe effingat; nec animi attentionem in alia minoris momenti diuerticula diſtrahat. Denique, & ſi in tota ſacra pagina (quippe ab Spiritu ſancto dictatâ) reperitur omnino nihil, quod diuini ipſius Spiritus ſapientiâ indignum iure videri poſſit; Pſalmorum tamen nonnulli, primo ſaltem aſpectu, minimè ſublimes, ſed humiles potius & exiles apparent: nec in poëtico etiam dicendi genere quidquam niſi mediocre præ ſe videntur ferre; quod propterea ſapientibus viris non admodum moueat admirationem. A B

His ita expenſis, aliquos eſſe non miror, qui ſibi perſuadeant, opus minimè fuiſſe, vt poëtica ſingulorum Pſalmorum excellentia talis eſſet, quæ magna in ſui admirationem ingenia raperet: ſed, vt non ex ſemper conciones ſunt vtiliſſimæ, quas maximè admiramur; atque adeò egregium concionatorem auditorum vtilitati conſulentem oportet ad eorum ſe captum ſæpe aptare: ſic etiam infinitam Dei ſapientiam in Pſalmorum libro rudioribus ſe frequenter accommodaſſe, & plus animarum pietati ac ſpiritali ſolatio, quàm argutorum ingeniorum voluptati vnam poëmatis concinnitatem ſectantium conſuluiſſe. Verum enimuerò hanc ignorantiæ excuſationem, qui volet, obtendat; atque hoc inſcientiæ quærat perfugium, qui poſt accuratam operam Pſalmi alicuius expoſitioni datam, nihil in eius interpretatione reperit, quod poëtici ornamenti præſtantiam maximè redoleat.

In quouis Pſalmo eximium artificium.

Mihi certè hac in re multò conſultius viſum eſt, Auguſtini ſanctiſſimi veſtigiis inſiſtere; qui iis in Pſalmis, quibus humilius, ac ſimplicius, prima facie, argumentum ineſſe videtur (cuiuſmodi ſunt primus & centeſimus duodeuigeſimus) coniectat meritò, ſublimius longè artificium, & præſtantiora myſteria deliteſcere. Hinc fit, cum de primo Pſalmo ita cenſere, illum *eſſe inter cæteros omnes eminentem.* de centeſimo autem decimo octauo, externam quidem eius faciem eſſe eiuſmodi, quæ *lectorem atque auditorem, non expoſitorem neceſſarium habere credatur:* nihilominus tamen ſe illius expoſitionem conſulto procraſtinaſſe; *non tam propter eius notiſſimam longitudinem, quàm propter altitudinem paucis cognoſcibilem*, atque adeò in ipſo interpretationis aditu, ac limine ſe extimeſcere: *Quanto enim* (inquit) *videtur apertior, tantò mihi profundior videri ſolet: itaut etiam quàm ſit profundus, demonſtrare non valeam.* Hactenus Auguſtinus. Et verò, cùm perfacile Deo ſit, vnum aliquem ita dictare Pſalmum, vt abſque multo deſudantis ingenij labore inueniant in eo minus docti pietatem pariter, & voluptatem; doctioribus autem ſit eius altitudo admirabilis, & poëſeos artificium valde excellens: cùm hoc, inquam, facile admodum factu diuinæ ſapientiæ ſit; nec deceat ſapientem virum, poëma in eo genere minus egregium pangere: veroſimile mihi nullo modo ſit, in Pſalmis reperiri aliquem, quin eximium poëtici ornamenti ſplendorem includat. Quem qui inter exponendum interpres non agnoſcit, næ ille præcipuum Pſalmi artificium planè neſcit. Nec tamen magna hæc de Pſalmorum excellentia exiſtimatio propterea eleuari debet, quod eorum nonnulli externam humilitatis, & ſimplicitatis faciem prætendant. Perſpicuum namque eſt, præſtantioris eſſe ingenij artem, quæ in ipſo opere latet abſcondita, quàm qui primo ſtatim aſpectu ſeſe prodit. C D

Prophanos Poëtas longè ſuperans.

Quid Pſalmus pro figmentis poëticis.

Cenſeo igitur, dubitandum minimè eſſe, quin Pſalmorum liber, quod ad poëticum attinet characterem, poëtarum tam Græcorum, quàm Latinorum ſcripta longo poſt ſe interuallo relinquat. Quod verò opponitur de fabularum pigmentis, quibus Homerus, Virgilius, cæterique poëtæ ſua paſſim ſparſere poëmata; facile hic difficultatis nodus laxatur. Quippe, ſi ingenioſum (nec immeritò) reputatur veterum apologorum velum ad abdita poëtarum ſenſa conueſtienda; quantò grauius, quantò dignius, & ingenioſius eſt ſacrarum inſtrumenti veteris figurarum integumentum, quo arcana Chriſti Ieſu, eiúſque Eccleſiæ myſteria Pſalmi ſapienter adumbrant? Hanc enim ſibi mentem inducere Pſalmorum interpres debet; quod ſplendoris, & ornamenti fabulæ profanis carminibus afferunt, idem multò excellentius diuino E

Digitized by Google

A diuino Pſalmorum poëmati afferre veteris Teſtamenti hiſtorias ad figuras. Illud tamen eſt in primis obſeruandum; fabulas nempe humano fuiſſe ingenio excogitatas; Græcorum præſertim, qui ad commenta id genus fingenda procliues ſunt à natura. Quare, licet fabulis nonnihil inſit, quod veri alicuius pronunciati ſignificationi aptè quadret; maiorem adhuc partem vanæ ſunt, futiles ac frugis prorſus expertus; ſolúmque ad ſeriem narrationis attexendam, & aures voluptate titillandas affictæ. Itaque præterquam quod earum complures ſunt ſordidiſſimæ, & ad animos in vitiorum ſentinam pelliciendos natæ; ſuperuacuæ certè paleæ infinitum penè aceruum dimoueas oportet, ſi quod fortè ſolidæ veritatis granum inibi deliteſcens eruendum ſit. Quamobrem, ſi in poëtarum fabulis illud eſt maximi à præclaris ingeniis faciendum, quod abſtruſæ veritatis ſignificationi deſeruit: cæcus ſit, qui non videat, quanto ornatius & elegantius æterna Dei ſapientia Teſtamenti
B veteris hiſtorias diſpoſuerit; vt ſacroſanctam Euangelij doctrinam & Chriſtianæ Eccleſiæ ſucceſſus non adumbrarent modò, ſed exprimerent: atteſtante præſertim Paulo 1. Corinth. 10. numer. 11. *Omnia in figura contingebant illis.* Quod ſi ſacris hiſce figuris nihil ſubeſt, quin ſolidum, quin eminens, quin myſterij plenum ſit; ſi apta rerum proportio & cohærentia longè in eis dignior, quàm in fabulis cernitur; ſi diuina Pſalmorum poëſis veteris Paginæ hiſtorias pro abditæ Philoſophiæ velamine vſurpat; quis deinceps in dubium vertat, poëticam Pſalmorum elegantiam, abſque vllo Græcarum fabularum adminiculo, profanæ poëſi multis partibus antecellere?

Simplicitas vulgatæ editionis quanti ſit.

Venio ad verborum delectum, & ſtudioſam conquiſitionem. Qua in re ſi quid excellens in Virgiliano poëmate eminet, quod in vulgata Pſalmorum editione deſideretur; hoc non ſacrorum carminum vitio, ſed decoro ac maieſtati tribuendum eſt. Sicuti honorarij famuli veſtes multa decent phrygiani aut polymiti operis or-
C namenta, quæ grauiſſimam Principis veſtem prorſus dedecerent; cùm tamen hæc longè maiori in pretio & æſtimatione ſit. Adde, quod in vocabulorum ſelectione, ipſa ſignificationis energia & efficacitas præ cæteris plurimi facienda eſt. Atqui in hac ipſa vocum energiâ communis eſt peritiorum cenſenſio, ab Hebraica lingua cæteras omnes longo interuallo ſuperari. Quapropter maioris momenti fuit, in Hebraici textus verſione, quoad fieri poſſet, natiuæ linguæ vim & quaſi ſuccum retineri, quàm, eo neglecto, ſuperuacaneas aliunde elegantias ſubſtituere. Ex quo infero, in puerorum ineptias abire eum, qui intelligentiam (vt Marcus inquit Tullius) in audiendi faſtidio collocat; & tranſlationem paulò elegantiorem præfert ſimplici vulgaris noſtræ Latinæ candori, nec non ipſius phraſis maieſtati, quæ & ſacris literis digniſſima eſt, & illi adeò propria, vt inimitabilis quodammodo videatur.

Quem modulum reſpuat ſacra Pſalmodia.

D Iam, quod ad carminum numerum, dimenſionémque pertinet, res eſt exigui planè momenti, & magna ex parte futilis ac ſuperuacua. Quippe abſque vllo aurium diſcrimine, breuitatis aut longitudinis ius ſyllabæ tribuitur pro Latinorum Poëtarum arbitrio, nullam interim auditu differentiam percipiente. Vt videre eſt in voce *populus*, ſiue arborem, ſiue hominum cœtum ſignificet. Quid ergo mirum, contemni à poëſi ſacra id, quod ad finem ſibi propoſitum prorſus eſt inutile? Nonne Latini etiam Poëtæ ac Græci deſpiciunt, & explodunt mutuum finalium conſonantium reſpectum, quibus vulgares linguæ tantopere delectantur? Nonne ea carminum genera, quæ ſunt linguis vulgaribus communia, diſcrepant prorſus ab iis, quæ Græci ac Latini veteres vſurparunt? Si ergo ab excellenti quauis poëſi vulgari idiomate conſcriptâ nullus hactenus hexametri carminis, ſiue pentametri, ſapphici aut adonici ordinem, ac numeros exegit; quis non videat, ad poëticam Scriptu-
E ræ diuinæ excellentiam minimè requiri, vti ad Virgilianos aut Horatianos numeros aptaretur? Quis item neſciat, plus decôri ac maieſtatis ſacris verſibus acceſcere, ſi ipſorum ratio à profani carminis ſtructura ac norma diſpar omnino ſit? In ſacra verò poëſi ſi quis eam concinnitudinem deſideret, quæ muſici concentus, & harmoniæ capax ſit: hanc facile reperiet cùm in verſuum diſtinctione, quam vulgatus in Pſalmis obſeruat; tum in tonis, numeriſque, quibus Pſalmos ipſos concinit Eccleſia. in quibus muſicæ artis periti plurimum ſuauitatis deprehendunt: atque adeò agnoſcunt, quidquid ex Hebraicę phraſis norma in noſtram vulgatam deriuatur (quod ſcilicet Pſalmi eâ ſint ratione conſcripti, vt alternis verſibus decantari eodem vocis tono ac proportione poſſint) id totum, nec amplius ex harmonico concentu ſacram ſibi poëſim acceſcere debuiſſe. quippe id ſatis, ſupérque eſſe, vt Pſalmorũ verſus eiuſmodi harmoniæ ſuauitate

uitate condiantur, quæ muſicum profanorum carminum tam Græcorum, quàm Latinorum concentum exuperet. Fruſtra itaque, meo quidem iudicio, laborant, qui Dauidicos Pſalmos ad Horatiani, aut Ouidiani carminis menſuram, numeróſque traducunt. A

Sed pergamus iam ad poſtremum, ex quatuor ſuperius poſitis, caput: ad eam videlicet legem, ne inter Poëmata locus niſi præſtantiſſimo cuique tribuatur. Ego namque ſic exiſtimo, carminis præſtantiam, ac dignitatem duabus præſertim ex rebus petioportere. Altera ad poëmatis argumentum, & intima poëſeos ſenſa pertinet: ne ſcilicet humilia, atque vulgaria, ſed ſublimia & peracuto ingenio indigna ſint. Altera ad figurarum velum, & integumentum: quod (ſiue ex allegoria, ſiue ex fabula aut comparatione conſtet) dignitatis pariter & proportionis plenum eſſe debet. Duo iſthæc poëmatis cuiuſque veluti animam, & corpus agunt. Nam verborum electio & ſyllabarum numerus atque concentus quidquid afferunt carminibus ornamenti, id totum perinde eſt, quaſi vermiculatum emblema veſtimento pro elegantia affictum. at argumenti nobilitas & figuræ, ſeu velaminis pulchritudo non ſecus poëmati accidunt, atque nobiliſſima mens, corpúſque pulcherrimum. Quod ergo ad duo hæc ſpectat, qui in ea plurimorum Pſalmorum expoſitione, quam interpretes eis non pauci præſcribunt, acquieuerit; deſiderabit fortaſsè (non inficior) præſtantem illam poeſeos excellentiam, quæ magnis ingeniis pariat admirationem. Enimuerò, quam de ſacrarum literarum dignitate exiſtimationem oportet concipere, ea me quodammodo cogit, vt credam, hoc minimè ex eo capite dimanare, quod ſacræ Pſalmorum poeſi quidquam excellentiæ, aut elegantiæ deſit: ſed quod non omnes interpretes hoc poſſint myſterij & difficultatis faſtigium ſuperare. Licet autem multi mala perſcrutando in lucem eruerint, plura tamen adhuc eruenda ſupereſſe non dubito. Et ſanè vbicumque vlla ſuboriatur lux, quæ ad eximium argumenti ſiue figuræ artificium in quouis Pſalmorum illuſtrandum facem præferat, ea plurimi æſtimanda eſt. Sed quid, ſi ad hanc ipſam claritudinem plus lucis ex Apocalypſeos tenebris, quàm ex prolixis aliorum commentariis effulgeat? Fortè mihi ſuſcepti operis ac laboris amor fucum facit; ſi tamen in ſeptem tonitruorum vocibus, Apoc. 10. ſi in quadruplici Alleluia, cap. 19. ſi in aliis item locis (vbi ad complures ex celebrioribus Pſalmis alluſionem perſpicuè fieri arbitror) collineaui; ingens profectò lumen obductum, obtectúmque latebat in Apocalypſi: quo non eorum modò Pſalmorum, qui inibi manifeſtè reſpiciuntur; ſed multorum item aliorum, ac fere omnium ſplendorem, & excellentiam cernere clarè poſſimus, cum eandem & artificij & maieſtatis dignitatem, quæ in aliis elucet, in aliis pariter deliteſcere, ob mutuam omnium ſimilitudinem inter ſe, credibile admodum ſit.

Pſalmorum anima & corpus.

B

C

Egregia concordia Pſalmorum & Apocal.

In hoc igitur libro illud maximè enitor, atque contendo, vt quàm ſit mirus inter Dauidicos Pſalmos & Ioannis Apocalypſin reſpectus, quanta proportio & conuenientia, declarem: atque adeò experimento probem, in duplici hoc Pſalmorum & Apocalypſeos libro vſu venire, quod de duobus muſicis inſtrumentis ſolet vulgò, nec ſine fundamento, iactari; videlicet ſi vtriuſque fides ad vnam, eandémque harmonici concentus vnitatem perfectè tendantur, pulſato alteri ac reſonanti alterum pariter aſſonare, & vtriuſque ſymphoniam percipi. De pronunciati quidem huius firmitate non admodum laboro: illud ſcio, ab Aulo Gellio lib. 9. cap. 7. vt rarum quiddam ac mirabile ex Suetonij & aliorum teſtimonio referri. ſic enim ille: *De fidibus rarius dictu & mirabilius eſt. quam rem & alij docti viri, & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ Hiſtoriæ primo ſatis compertam eſſe, ſatiſque ſuper ea conſtare affirmat, neruias in fidibus alias digitis pelli, alias ſonare.* Addit tamen Gellius huiuſce rei periclitationem brumali die faciendam. Ioannes item Baptiſta Porta libro 20. Magiæ naturalis cap. 7. *Tendantur* (ait) *in vnum nerui, vt ad idem & perfectum perueniat vnuſquiſque melos: ſi grauium vnam pulſabis digitis, altera roboat, & mouetur grauis in ea, & ſi acutum, acuta; cum debita tamen approximatione. Quod ſi id non fuerit maximè conſpicuum, paleam ſuperinducito, & moueri videbis.* Quin & grauis quidam Religioſæ familiæ vir, qui in ſæculo quondam fuerat muſicæ artis peritiſſimus, id mihi ſe & tentaſſe ſæpius, & experientia ſemper didiciſſe affirmauit. Nobilis demum, ac eruditus eques, qui meo id rogatu præſtitit, idem planè ſe deprehendiſſe teſtatur. Cæterùm vocet id, qui volet, in dubium, nihil repugno. Mihi ſanè illud ſummæ voluptati eſt, quod experimentum hoc de duplici inſtrumento vniſono à multis probatum in duobus hiſce myſticis inſtrumentis, Apocalypſis & Pſalmorum libro, videar aſſecutus: atque adeò pulſatis fidibus acutis, quæ in Apocalypſi

D

Fides contenta in idem melos ſi ſint, vna pulſa, altera etiam ſonat.

E

Id in Apocalypſi & Pſalmis euenient.

Digitized by Google

calypſi dulciter reſonant Alleluia, eorum pariter Alleluia, quæ in Pſalmis continentur, melos veluti auribus hauſerim; ad grauium autem tactionem neruorum, qui Apocalypſi 10. tonitruorum ſonitum imitantur, myſticum etiam eorum concentum perceperim, quos duodetrigeſimo Pſalmo Dei voces nouimus appellari. Vt alia interim prætermittam, quæ hunc in librum conferre eſt animus, vt eruditi lectores hac de re iudicium facere poſſint: & ſi quidem experientiam huiuſmodi veram eſſe probauerint, mecum etiam eâdem myſtici vtriuſque inſtrumenti collatione, ſymphonia, & concinnitudine delectentur. Ex quo facilè eliciant quanto ſit Pſalmorum aliquot argumentum multorum opinione præſtantius, quantóque excellentius Poëticum ipſorum artificium; & harmonia cùm ſingulorum, tum omnium inter ſeſe dulcior, atque ſuauior. Cuncta enim iſthæc egregiè præſtat mirus Apocalypſeos concentus, dum Dauidici Pſalterij chordas ad reboandum ſimul, & aſſonandum impellit.

De quibuſdam Pſalmorum titulis adnotatio.

HOs eſſe partem Canonicæ Scripturæ negare videtur Martinus Martines Hypotypoſeon lib. 4. in vltimis his verbis: Scito titulos Pſalmorum apud Latinos, & apud Græcos maximè eſſe vitiatiſſimos, ne illis fidas temerè. Lindanus item in præfatione ad Pſalmos, cum quædam Pſalmorum loca notaſſet, quæ quibuſdam ſuſpecta de vitio viderentur, dixiſſétque ad Synodum pertinere abſolutam Pſalterij, ſicut & totius ſacræ Scripturæ caſtigationem edere, ſubiungit. Eodem pertinet de Pſalmorum titulis ſtatuere; infra verò, eiuſdem, inquit, claſſis ſunt, vbi diapſalma, & Halleluia veniant inſerenda.

Suſpiciendi hi tituli. Hi tamen Auctores videntur exponendi non ita, vt titulos (ſiquidem edantur caſtigati) Canonicæ Scripturæ partem non eſſe affirment; ſed tantùm eorum correctionem, ſicut & locorum de menda ſuſpectorum Concilij eſſe, vel Papæ. Loquuti porro illi ante editam huiuſmodi caſtigationem; nunc autem Vaticanâ fruimur à Clemente Pontifice approbata. In qua, cum quæ viſa non fuerint in Canonem adſcribenda, duo ſcilicet poſtremi Eſdræ libri, tertius Machabæorum, & oratio Manaſſis diuerſo impreſſa charactere in Bibliorum finem reiecta ſint, Pſalmorum tamen tituli appinguntur tanquam textus pars. Et ſummo id quidem iure, cum videamus quanti eos, vt Canonicæ nimirum partem Scripturæ, & vnde Pſalmorum maximè pendeat intelligentia, duxerint antiqui Patres Auguſtinus, Hieronymus, Niſſenus. Huius extat integrum de Pſalmorum titulis opuſculū. Hieronymi illa ſunt ad Epheſ. 5. *Omnes Pſalmos, quibus Alleluia prapoſitum vel ſubiectum eſt, fortitudinem, ac maieſtatem Dei indicare, & eiuſdem ſemper vel beneficia, vel facta mirari.* Alia ad rem eandem teſtimonia mox tempori adducemus.

Inſcribi Pſalmis inſtrumenta muſica, aut cantores, quid eſſe minutum. Propter hæc item opinationi aliquorum ferenti quoſdam Pſalmorum titulos appoſitos duntaxat, vel propter genus muſici inſtrumenti ad modulandum idonei, vel propter modulaturos cantores, neutiquam credo. Nec enim tam exiguum quid ſubeſſe illis myſterij, quis mihi vnquam perſuadeat. quod rem tam minutam indignam reat prorſus, quam Pſalmis inſcribi Spiritus ſanctus voluiſſet. Præſtat quidem arcanum inſigne, quod non aſſequaris, ibi reuereri. Certè Auguſtinus Pſalm. 58. & alibi ſentire nos ita docet: eóſque vocat intelligentiæ Pſalmorum clauem: vbi notat titulum ſuper poſtem indicare quid agatur intus, aut cuius domus ſit, aut quis prædij poſſeſſor. Hieronymus præfatione in Pſalmos eiuſdem eſt ſenſus, cuius illa ſunt: *In domum non ingredieris niſi per clauem; nec Pſalmum intelliges niſi per titulum.* *Tituli, claues Pſalmorum.* Equidem alicubi expertus ſum titulum, qui parui videbatur pendendus, magnum arcani pondus continere: huiuſmodi illi Pſalmi 28. *In conſummatione tabernaculi.* Sentióque de cæteris ita exiſtimandum. quoſdam in hac diſputatione ſeorſum expendam, quoſdam ſuis locis reſeruabo.

In finem.

Hic eſt Pſalmorum ſex & quinquaginta titulus, quem fusè ad 1. Apocalypſis verſaui. Summa eſt: ſenſum huius inſcriptionis non differre ab hac, in eum, qui eſt finis. nomen itaque *finis* pro conſummatore ac victore ſumo. Græcè cum articulo notatur εἰς τὸ τέλος. Principium verò & finis in Apocalypſi tituli ſunt Dei. & Paulus ad Hebræos 12. quonam modo Deus ſit ἀρχὴ καὶ τέλος diſertiſſimè expoſuit hac duplici dictione ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς *auctor & conſummator.* qui rem inchoat, & ad finem vſque impédimentis quibuſcumque ſuperatis, fortiter perducit. quod idem ſignificat victor. Et hic quidem ſenſus in Pſalmos omnes huius tituli vt in proprio loco explicaui, aptatur quàm conuenientiſſimè.

In finē, id eſt, in eum, qui eſt finis.

Finis, id eſt, victor, conſummator, qui inchoata rei apponit colophonem.

Pro iis, qui commutabuntur, vel immutabuntur.

Huius item expoſitio in propria nos ſede, & in Cantic. operitur. in quatuor eſt Pſalmis, & omnibus nihil commodius. Prudentiſſimi Septuaginta, & cum iis vulgatus, vt afferrent incluſo myſterio nonnihil lucis, ſymbolicam lilij ſignificationem iuxta ſuum etymon expoſuerunt. *Relinquitur explanatio ſuo loco.*

Teſtimonium, vel tituli inſcriptio.

Nomine שׁוּשַׁן apponitur in titulo Pſalmi 59. עדות id eſt teſtimonium. Vbi Pag. & Arias putarunt Syntaxin eſſe: *ſuper lilium teſtimonij.* Cæterum ex Pſalmo 79. conſtat τὸ עדות à τῷ שושן minimè regi. Huius enim titulus eſt אֶל־שֹׁשַׁנִּים עדות ſine regiminis nota. quare verti non debet: *Ad lilia teſtimonij*; ſed potius, *Ad lilia*, vel *de liliis teſtimonium.* Vulgatus verò in Pſalmo illo 59. pro τῷ *Teſtimonium* ſubiecit: *in tituli inſcriptionem*; ſed ſine ſenſus eiuſdem detrimento. Etenim apponi Pſalmo hunc *Nomen teſtimonium, tituli adiectū notat affirmationem.*

titulum: inſcriptio huius Pſalmi eſt, in illo tali de re agi; idem prorſus reor, ac ſi diceretur, eius argumentum rem illam eſſe. Videtur itaque nomen עדות in aliquot Pſalmorum titulis affirmatio & teſtimonium, vt ea intelligatur materies illius Pſalmi, quam reliqua tituli verba declarant: non ſecus ac ſi talis eſſet inſcriptio: Argumentum Pſalmi hoc eſt, amen, amen. Porro eiuſmodi affirmationis myſterium in ſacra Scriptura notum eſt.

Filiis Core.

Non ſunt hi antiqui rebelles.

Certum inprimis eſt, hos Core filios fuiſſe Dauidis ac Salomonis ætate cantores, nec de filiis Core deſertoribus haberi vlla ratione ſermonem: atque in hoc incuria notatur Genebrardi, de quo ad Pſalm. 44. Noto deinde ita decem Pſalmos inſcribi, in quorum vno, qui eſt 46. legimus: *Pro filiis Core.* apto vtique argumento hæc verba ad Pſalmi argumentum pertinere. Inſcriptionis porro huius arcanum, quod hos Pſalmos filij Core fuerint ad modulandum ſortiti; hîc equidem obuelatum cenſeo. Illud autem vt rimemur, quærenda ratio eſt, cur his potius cantoribus, quàm aliis fuerint commiſſi hi Pſalmi.

Pſalmi huius tituli afflictos concernunt.

Sic igitur in hac re meam aperio commentationem, huius tituli Pſalmos eò fuiſſe ſcriptos, quibus vterentur cantionibus afflicti, ac diuexati, Eccleſia potiſſimum Chriſtiana in horrenda illa perſecutionum tempeſtate. Affulget igitur ſtatim in horum Pſalmorum cura canendorum Core filiis demandata, acumen: perinde quaſi miſſa ad afflictos aliquot epiſtola ſuperſcriberetur: *Matthæo de Afflictis.* Sed probanda duo, & filios Core magnam denotare afflictionem: & perſecutionum tempori compoſitos Pſalmos illos.

Hi ſunt filij Core.

Notandum igitur pro primo: Nomen *Core* Hebraicè קרח ſignificare cum grandinem; tum ad capitis depilationem pertinere. Illud expreſſum Pſalm. 147. num. 6. ibi; *Mittit cryſtallum ſuam.* nam pro cryſtallo, Hebraicè eſt קרח & conſtat ibi lapidem, aut grandinem denotari. Alter verò vocis ſignificatus peruius eſt. Atqui hoc vtrumque ſymbolum eſt magnæ alicuius afflictionis ac perſecutionis commodiſſimum. nam & depilari caput in antiqua conſuetudine habitus erat lugentium, ac nimiopere oppreſſorum. Et grandinis tempeſtas vehementem etiam perſecutionem denotat. Labi porro grandinem è cœlo, ad reuerentiam Dei ſeruorum & ſummiſſionem in laboribus & ærumnis vt à Deo diſpenſatis ſignificandam natum eſt. Hæc dicta ſufficiant de nomine Core. nam quod adiungitur *filius*, ſæpe apud Hebræos vices gerit articuli, vt filius confuſionis ſit confuſus, & filius deliciarum, delicatus; quare filij grandinis ſeu caluitij erant, vt diximus, attriti & exhauſti afflictione & perſecutione.

Grando & caluitium ærumnoſa.

Alterum verò, Pſalmos illos, ſcilicet procellarum Eccleſiæ Chriſtianæ tempori admirabiles eſſe, vt qui illas ſuſtinebant, his ſe conſolarentur; ex vniuſcuiuſque conſideratione perſpicuum fit. Primus eſt 41. *Quemadmodum deſiderat ceruus.* Et hunc patet eiuſmodi tempeſtati mirum afferre alleuamentum. *Quare triſtis es anima mea? Spera in Deo*, &c. Secundus eſt 44. Quod ſi hic totus eſt, vt videbimus, in ea celebranda magnitudine, ac majeſtate ad quam Romana Eccleſia erat aſcenſura; & quod aptius hac ſpe firmiſſima ſolamen, interim dum ab hoſtibus comprimebatur? Tertius, qui 45. *Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus*, &c. explicatore non indiget, ſed lectore. Quartus, qui 46. prophetiam habet de Gentilitatis conuerſione, optimam aduerſis patiendis conſolationem. Quintus, qui 47. celſiſſimum, quo erat Eccleſia Catholica peruentura, locum deſcribit: præſentiſſimum vtique deſperationis cuiuſlibet amuletum. Sextus, qui 48. *Audite hæc omnes gentes, cur timebo in die mala.* mundanæ gloriæ ac diuitiarum, quibus fidebant perſecutores, exprimit vanitatem. Septimus, qui 83. *Quam dilecta*, &c. illud agitat, quantopere Deus amet Eccleſiam ſuam, quámque præſtet, Deo innixum, vt bonum addecet Chriſtianum, conculcari, opum terrenarum congeriei. *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare*, &c. Octauus, qui 84. *Benedixiſti Domine terram tuam*, propheticus eſt de commutatione procellæ ſæuientis in quietem placidiſſimam. qua nulla melior antidotus pellendæ defectioni. Nonus, qui 86. inter tormentorum diritates ſpirituali propoſita Eccleſiæ gloria & Gentilitatis futura fide, doloris ſenſum abradit. Decimus tandem, qui 87. oppreſſionem immaniſſimam, in qua ad Deum ingeminentur clamores validi, repræſentat. Cum itaque argumentum huiuſmodi in omnibus his Pſalmis fuerit animaduerſum, fieri non poteſt, quin ſummum in modum quemlibet oblectet eorum lectio, appareátque quantum titulus contulit ad intelligentiam. Quod verò ad nominis Core ſignificationem reſpectum fuerit, ex iis, quæ de Aſaph, aliiſque dicemus, amplius confirmabitur.

Congeruntur decem Pſalmorum argumenta.

Intellectus.

Titulo illi *filiis Core* adiungitur interdum vox משכיל intellectus vel erudiens. Quæ vox muſicæ Pſalmi vt deſeruiat, meo quidem iudicio haud poteſt. Pſalmi enim 87. & 88. habent itidem *intellectus Ethan* hic verò cantor non fuit. Quid igitur ſi dicantur hi Pſalmi Core filios erudire, id eſt, afflictos commonefacere, vt prophetia vel doctrina Pſalmi illius inter efferatos tempeſtatis motus ſolerter vtantur. Nec verò dicuntur Core filij ſuam in Pſalmis illis ſcientiam collocare; eos quinimo, cum *maſquil* ſit erudiens, Pſalmis erudiri. Poſſet nihilominus conſtructio hæc eſſe: Pſalmus erudiens à filiis Core decantandus, vel filiis Core inſcriptus.

Quia præbent Pſalmi eiuſdẽ in calamitatibus intelligentiam.

Aſaph.

Huius tituli Pſalmi duodecim reperiuntur. Et, cum Aſaph muſicæ præfectus fuerit, eapropter illos crediderim hoc titulo eleganter inſignitos, quia Aſaph ſignificat congregantem: cumque deinde concio ſumatur pro congregatione, videtur aptum, vt Aſaph ſit concionator, qui coactæ concioni verba facit. Conuenit huic cogitationi illorum Pſalmorum inſtitutum: in quibus cum populo agitur de augendo Dei cultu, de moribus componendis. nam 49. qui primus eſt huius tituli, manifeſta eſt concio, *Congregate illi ſanctos eius*, dicitur. &: *Audi populus meus*, &c. Mirè præſtat idem munus Pſalmus ſeptuageſimus ſecundus, ſecundus eius tituli. & tertius, qui eſt 73. licèt cum

Pſalmi ita inſcripti conciones ſunt.

Digitized by Google

cum Deo agat, habet tamen concionatoriam doctrinam, quam numero ſtatim ſecundo init ab illis: *Memor eſto congregationis tuæ.* Cæteri denique, qui ſunt continenti ordine vſque ad 82. mixtæ ſunt exhortationes. Quod autem concini dicantur ab Aſaph, idem prorſus eſt, ac diuinum cõcionatorem multitudinis agere exhortatorem.

Canticum graduum.

Pſalmis 15. à 119. vſque ad 133. præponitur hæc inſcriptio Hebraïcè שִׁיר הַמַּעֲלוֹת de qua cõſulendus Genebr. Illud noto voce *Maaloth*, vt vulgatus plerumque reddit, aſcenſiones ſignificari, quod idem, ſi rectè expenditur, eſt nomen Gradus. Huc illud facit Pſalmi 83. verſ. 6. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Nam tametſi hîc Hebraïcè nõ ſit מעלות ſed מסלות idem tamen eſt ſignificatus. Et quidẽ Genebrardus in huius Pſalmi argumento, ſuſpirat, inquit, ex exilio in templum. Tantundem ego dico, Canticum graduum cordis eſſe aſcenſiones, vel animi ſiue in templum, ſiue in cœlum ſuſpiria. His de Pſalmis videnda ſecunda annotatio ad Apocal. 19.

Cordis ad ſuperiora aſcẽſum affert inſcriptio.

Pro Idithum.

Hæc trium Pſalmorum eſt, 38. 61. & 76. inſcriptio. Additur verò in 38. *ipſi τῷ* Idithum. & facit ad mox dicenda hoc additamentum. Equidem etiam in hoc titulo cenſeo nominis Idithum conſulendam ſignificationem. Ea eſt, *lex eius*, illa de cauſa ſcilicet, quia in tribus his Pſalmis repræſẽtatur, quod iuſtus vir, ipſe ſibi eſt lex, qui ſe ipſe grauiter executit, qui ſe accuſat. Nam Pſalmus 38. ita incipitur: *Dixi, cuſtodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam,* &c. Hoc nonne eſt arcta ſeipſum lege adſtringere? Nam 61. bene ſatis oſtendit ſuæ gerere conſcientiæ curam, qui dicit; *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea?* Solertem denique ſui ipſius examinationem commendat Pſal. 76. ex quo illa ſunt num. 7. *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.* Attentè itaque ſi legantur Pſalmi integri, conſtiterit titulum Idithum, vt explicuimus, illis prorſus conuenire.

Hæc, iuſtum à ſeipſo & circumſpici, & incuſari.

Pro Maeleth.

Nominata ſic fuit Geneſ. 28. num. 9. tertia Eſau coniux Iſmaëlis filia. ad hanc verò, cur reſpiciatur, non video; ſed ad nominis ſignificationem. Et Maeleth ſonat infirmitatem. ducitur enim à verbo חלה quod dolorem & cruciatum ex violata parte ſignificat, vt Lexiographi colligunt. Pſalmi pro Maeleth inſcripti ſunt 52. & 87. vt vtriuſque materies querelæ ſunt miſerabiles. nam mortalium corruptionem & ruinam Pſalmus 52. conqueritur. *Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt,* &c. Defectum verò ſe ab omnibus, & vſquequaque afflictum in 87. Pſaltes miſerabiliter lamentatur. Alter itaque Pſalmus deflet delicta, pœnas alter.

Titulus oſtẽdit Pſalmos verſari in querelis.

Intellectus Eman Ezrahitæ, Pſal. 87.

Eman ſignificare videtur contritionem. nam cùm Hebraïcè ſcribatur הימן directè pertinet ad המם quod eſt *frangere*, *conterere*. Et hic quidem Pſalmus querelam cuiuſdam iuſti fracti doloribus

Promittit titulus aſtur Pſalmum de homine doloribus confracto.

A ſapientem illam profectò continet. Sunt verò hic Pſalmus & 88. vt mox dicetur, quaſi gemelli.

Intellectus Ethan Ezrahitæ, Pſalm. 88.

Hoc nomine Ethan ſignificari aiunt fortitudinem. ſed notandum, ſicut Pſalmus 87. poſitus fuit in querelis, ita hunc Domino pro beneficiis gratulari: *Miſericordias Domini* (hoc caput) *in æternum cantabo.* Etenim gloriari in Domino, hæc iuſti eſt fortitudo. *Fortitudo mea & laus mea Dominus.* Germani verò fratres ſunt Eman, & Ethan, ſapientiſſimi ambo. Propterea quod & cõqueri apud Deũ, & eidem gratulari, gemellæ ſunt animi affectio-
B nes, vtraque verò ex maxima prudentia. Quod verò Eman & Ethan fuerint fratres & ſapientes valdè, teſtatur id ſacra Scriptura 3. Reg. 4. num. 31. Horum quidem parens Mahol vocabatur, ſed cognomen erat Ezrahites, vt ibidem dicitur, forſan ab vrbe ſeu pago Zarah, ſeu ab huius nominis progenitore. Porro Ezrahites Hebraïcè eſt manifeſtus, aut manifeſtans ſe, ſpargens, diffundens, à themate זרח oriri, aut ſe manifeſtare. Hos fratres cantores fuiſſe, non exprimit ſacra Scriptura: ac proinde non muſicorum, ſed ſapientum nomine inſignium locum in horum Pſalmorum titulis videntur promeriti. Quare longè ab ſcopo Genebrardus de aliis multò antiquioribus interpretatur.

Hic verò de gratiarum actione, quæ iuſti eſt fortitudo.

Queri & gratias agere, affectiones germana.

C

PSALMI 28. interpretatio.

De ipſius argumento.

VAriæ ſunt, ac multiplices Patrum, & expoſitorum de huius Pſalmi argumento ſententiæ. Prima eſt Baſilij, Theodoreti, & Bedæ aſſentium, victoriæ ab Ezechia ex Aſſyriis reportandæ prophetiam in eo contineri. Secunda commemorationem eſſe autumat ſingularium beneficiorum, quæ Deus in chariſſimum ſibi Iſraëlitarum populum contulit: cùm ſcilicet per medias
D rubri maris vndas eductum (*huc enim vocem Domini ſuper aquas* refert) auiâ ac deſerta vaſtæ ſolitudinis via conuexit incolumen; legem in Sinai monte ſuo digito conſcriptam promulgauit; Moſem & Aaronem ex Datan & Abiron coniuratione ereptis ſubduxit, ac terram Nephtalin maturis fructibus reddidit abundantem: quo *vox Domini præparantis ceruos* ſpectare creditur. Atque huic opinioni ſubſcribit Nicolaus de Lyra. Tertia exhortationem hîc ſubeſſe intelligit ad diuinam prouidentiam ex rerum naturalium veſtigiis agnoſcendam; quos veluti clamores tonitruorum ſtrepitu ac fragore Deus ipſe videtur edere. ita Arias Montanus opinatur. Quarta de extremi iudicij die explicat. Conſummationem enim taber-
E naculi, quæ titulo ipſi præfigitur, pro fine mundi accipit: in quo offerunt filij Dei filios arietum ad dexteram collocandos. Hanc tangit Beda in argumento. Quinta denique, quam veriſſimam exiſtimo, de vocatione gentium vaticinium eſſe confirmat. Hæc S. Ioannis Euangeliſtæ, meo quidem iudicio, expoſitio eſt. Sequuntur adeò Hieronymus & Auguſtinus. Innuunt Baſilius, & Theodoretus: quam Eccleſia in Chriſti Epiphaniorum celebritate complectitur: Gloſſa ordinaria, Caſſiodorus, & Beda. qui tamen ſeptem Domini

Variæ de Pſalmi argumento ſententiæ.

Digitized by Google

mini voces pro ſeptē Spiritus ſancti donis vſurpant. Accedit etiam Gregorius, quem refert Gloſſa. Sed quis hic Gregorius ſit, hactenus inquiro.

Hiſtoricus ſenſus.

Iuxta hanc igitur ſententiam, quæ mihi in primis arridet, Pſalmi totius argumentum ab argumento Pſalmi 46. *Omnes gentes*, &c. haud abludēs, eiuſmodi eſt. Sub allegoria cæli ſepties tonantis, & tempeſtates ſeu clades glomerantis, decantatur bellum à Deo gentibus illatum ad amplificādum Dauidis imperium: poſtquam arcu fœderis in Sionis arcem fuit inuecta. Ex præda autem & manubiis in bello captis auguſtiſſimum Deo vouetur templum; quod poſtea à Salomone fuerat ædificandum. Atque id templum veluti alteram Noë arcam in ingruentium calamitatum eluuione futurum aſſeritur. Ac proinde, ritè in illud confugientibus ſalus & incolumitas promittitur, porrò ſaluti diuina adiungitur benedictio, & in poſterum ſecuritas.

Præcipuus Pſalmi finis & intentio.

Hic eſt hiſtoricus Pſalmi ſenſus. Moneó tamen in eo ſiſtendum minimè eſſe, quia Prophetarum mos eſt, vt rectè Auguſtinus, *Iudaïca tangere, Chriſtiana reſpicere.* Sub prædictæ ergo hiſtoriæ comparatione vaticinatur Dauid myſticum Euāgelicæ prædicationis bellum, quo omnes erant gentes in Chriſti ditionem redigēdæ, atque adeò Chriſtiani imperij fines longè, latéque propagandi. poſtquam diuinus Spiritus nouam Sionis arcem, id eſt, Eccleſiam primitiuam inhabitare dignatus eſt. Prædam autem prædicti belli adeò fore opulentam canit Pſalmus; vt ex illa ſanctiſſimum Eccleſiæ Catholicæ templum ſit Deo victori dicandū. Quod idcirco veriſſima arca Noë *in diluuio aquarum multarum* eſſe perhibetur; extra quam & ſalus neutiquam poſſit reperiri, & in ea mirum in modum eluceat Dei bonitas ac prouidentia, *homines, & iumenta ſaluantis*, ſalutémque largiſſima benedictione & fideliſſima ſecuritatis promiſſione cumulantis.

De Titulo Pſalmi.

Titulus eſt, *Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi*. In Hebræo ſolum ſequitur, *Pſalmus Dauid*. & ſequentia quidem verba, *In conſummatione tabernaculi*, alicui fortaſſe cum Pſalmi argumento ac ſerie non ita cohærentia, ſed ſuperuacanea potiùs videantur. Præſertim cum Theodoretus teſtetur ſe nihil eiuſmodi in hexaplo inueniſſe. Cæterum vel ex eo ipſo, quod primo aſpectu verba illa contextui appareant diſſentanea, credibile eſt nonnullos falſa ſpecie deluſos ea ſuſtuliſſe. Enim verò ſi rem attentius perſcrutari velimus, comperiemus facile propoſito Pſalmi argumento illa aptè ſatis congruere; vt clarius ex mox dicendis conſtabit. Quare non abſque diuino conſilio factum eſſe arbitror, vt retineantur in vulgata editione, & ſummæ ſint apud omnes auctoritatis. Quin & ex ipſa verborum expoſitione planum fiet, credibile non eſſe, ea ab aliquo interpretum fuiſſe ſuppoſita; ſed aut ex vetuſtis Hebræorum exēplaribus eruta, aut cæleſti aliquo inſtinctu Apoſtolis reſerata, aut ex ipſa Eccleſiæ naſcentis origine, conſtanti omnium ſermone, vt fit, ad noſtra vſque tempora deuoluta. Græci certe omnes iam libri, quàm interpretes, quos viderim, ea expreſsè habent. quorum alij legūt ἐξοδίου σκηνῆς, vt Biblia Sixti, & Niſſenus. alij ἐξόδου. Et quidem ἐξόδιον idem eſt, quod *finis*, ſeu *conſummatio*. ἔξοδος autem ſignificare poteſt, aut *exitum*, aut

A (quod in præſenti magis ad rem facit) *pompam* & celebritatem. quamuis Baſilius, Niſſenus & Nicephorus ad exitum reſpiciant. Auguſtinus conſummationem legit. Meminit etiam tabernaculi in hoc Pſalmo Athanaſius.

Summa eorum, quæ Pſalmus complectitur.

In titulo mentio fit conſummationis tabernaculi, eius ſcilicet tabernaculi, quod Deo fuit in arce Sion conſecratum. de quo 2. Regum 6. & 1. Paralip. 15.

Initio Pſalmi num. 1. & 2. cohortatio continetur ad gloriam & honorem Deo deferendum.

B Deinde huius honoris ratio ex admirabili ſeptem Dei vocum conſideratione deſumitur. de quibus num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

Adiungitur præterea neſcio quid de vniuerſali Dei gloria in templo eius. num. 9.

In fine tandem diluuium canitur, & maxima Dei clementia poſt diluuium. num. 10. & 11.

Opus ergo eſt, vt noſtra interpretatio oſtendat, quo pacto inter ſeſe hæc omnia aptè connectantur; nempe conſummatio tabernaculi cum ſeptem illis vocibus ſeu tonitruis; tonitrua cum templi Salomonici gloria; cum iis diluuium; & poſt diluuium firmitas, benedictio, & pax in fine Pſalmi decantata. Quæ vt facilius exequamur, C nonnulla ſunt ante Pſalmi verborum explicationem per ſectiones aliquot probanda.

Septem Dei voces eſſe tonitrua, atque ea allegoricè capienda.

SECTIO I.

DE conſummatione tabernaculi dicam poſtea commodius; nunc me Dei voces ad ſeſe vocant, maior ac nobilior Pſalmi pars: ex cuius cognitione cæterarum etiam partium cognitio pendet omnino.

D Primò igitur aſſero ſeptem Dei voces eſſe tonitrua. Sic eas appellat Ioannes Apocal. 10. num. 3. *Locuta ſunt ſeptē tonitrua voces ſuas.* Græce articulus præfigitur, cui locutioni æquè reſpondet Hiſpanica *los ſiete truenos*. Quo ex articulo patet non eſſe niſi vnicum tonitruorum ſeptenarium, de quo Ioannis verba accipi poſſint. Ioannem autem ad aliquem ſacrarum literarum locum reſpicere, manifeſtè colligitur: quia ſymbola Apocalypſeos omnia ex inſignibus veteris Teſtamenti locis deſumuntur. Quare cùm alibi nuſquam ſeptem tonitrua reperiantur; cúmque in hoc Pſalmo ſeptē Dei diſtinguantur voces: & vox inſuper Dei iuxta Scripturæ ſacræ phraſim tonitruorum nomine ſignificetur; fatendum neceſſariò eſt, Ioannem ad E Pſalmum 28. habuiſſe reſpectum, ac proinde ſeptem Dei voces eſſe tonitrua.

Septem Dei voces ſunt tonitrua.

Et quidem locutionem hanc Scripturæ familiarem eſſe pluribus ex locis confirmatur. Pſalm. 17. num. 14. *Intonuit de cælo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam.* Prior pars poſteriorem explicat. Eccleſiaſt. 46. num. 20. *intonuit de cælo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam.* Iob. 37. num. 5. *Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter.* & num. 4. *Tonabit voce magnitudinis ſuæ; & non inueſtigabitur, cum audita fuerit vox eius.* Adde in

Scripturæ auctoritate id probatur.

Digitized by Google

in præſenti, huic primæ Pſalmi voci, *vox Domini ſuper aquas*, explicationis gratia adiungi, *Deus maieſtatis intonuit*; vt pari etiam ratione in vocibus cæteris intonuiſſe intelligatur.

Obiectio. At enim credibile non eſt (dicat aliquis) haſce omnes voces eſſe tonitrua: nec enim omnia, quæ eis Pſalmus attribuit, à tonitruis efficiuntur. Nam vt de cæteris taceam, *vox Domini confringentis cedros*, ſiue, *exilire facientis*; vt eſt in Hebræo, tonitrui congruere non videtur poſſe, qui cedros conuellere, proſternere, & comminuere non valet. Dixeris potius concitatiſſimi venti effectus eiuſmodi eſſe. Quo argumento compulſi nonnulli, vocem Domini hic pro vehementiore venti impetu horrendo fragore concrepantis fore capiendam arbitrantur. Quin imò primam Domini vocem *ſuper aquas*, ſunt qui de ingenti ventorum flatu exponant procellas in mari ac tempeſtates excitante. Alij de turbinis murmure & ſtrepitu; nec opinantes voces has ſeptem ad tonitrua referri oportere.

Dilutio. Cæterùm & Apocalypſeos locus, & communis Scripturæ phraſis cogunt, vt ſeptem Domini voces de tonitruis intelligamus. Atq; vt obiectioni faciam ſatis, fateor tonitruum nõ eos omnes effectus phyſicè, & propriè præſtare, quos ei Pſalmus annumerat. Poëticè tamen & figuratè miram elegantiam continet, & energiam, proponere tonitrua vt eorum effectuum cauſas. Quaſi cœlum ipſum iracundia exardeſcens horrenda tonitrua pro clamoribus edat; cuius vociferationi venti atque ignis obſequẽtes, irarum æſtu perciti efferueſcant, tamquam diuinæ vindictæ ſatellites, & adminiſtri; cuius & vocem & imperium exprimunt tonitrua. Itaque in ſæuiſſimæ tempeſtatis deſcriptione nihil verius ac ſignificantius poëtico inuento, quod hæc omnia turbinum ac procellarum veſtigia tonitruis ipſis, id eſt, Dei imperio & iuſtiſſimæ iracundiæ ſignificationi tribueret. Atque hac loquendi ratione non ſemel veteres Poëtæ vſi ſunt, vt Virg. Æneid. 4.

> ——— *nigrantem commiſta grandine nimbum*
> *Deſuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.*

Item in 5.

> *Tempeſtas ſine more furit, tonitrúque tremiſcunt*
> *Ardua terrarum & campi.*

Septem Dei voces sunt tonitrua. Cùm tamen phyſica cœli, terræque motus cauſa tonitrua non ſint. Horat. etiam lib. 1. carm. Od. 34.

> ——— *Dieſpiter*
> *Igni coruſco nubila diuidens,*
> *Plerumque per purum tonantes*
> *Egit equos, volucrémque currum.*
> *Quo bruta tellus, & vaga flumina,*
> *Quo Styx, & inciſi horrida Tænari*
> *Sedes, Atlanteúſque finis*
> *Concutitur.*

Vbi eleganti periphraſi deſcribit tonitrus quaſi tantæ commotionis effectores. Quò ſpectant quæ ſuperiùs ex Pſal. 17. & Eccleſiaſt. cap. 46. adduximus. Infrà autem clariùs demonſtrabimus hanc loquendi rationem ad myſticam ſignificationem, quam præcipuè ſacræ literæ intendunt, eſſe aptiſſimam.

Tonitruorum mentio hic allegorica eſt. Reſtat altera huius ſectionis pars probanda, quæ ad ſenſum allegoricum ſpectat. Aſſero igitur ſecundo, tonitruorum mentionem in hoc Pſalmo allegoricam planè eſſe, verborúmque proinde proprietati non debere inſiſti, ſuadet hoc in primis titulus ipſe. Etenim ſi quis in meris hæreat

A tonitruis, nec illa ad myſticum transferat ſenſum; proculdubio non inueniet quo pacto tonitrua cum titulo de tabernaculi conſummatione conſentiant. Deinde allegoriam ſeptem etiam tonitruis ſubeſſe perſuadet locus Apocal. 10. num. 3. Ioannem enim audiſſe ſeptem tonitruorum voces, idem planè eſt, quod intellexiſſe Pſalmum 28. eíque deſignaſſe locum inter Eccleſiæ Chriſtianæ myſteria. De hoc tamen latius ſuo loco.

In tonitruorum allegoria, ratio analogiæ ad tonitrua habenda eſt. Aſſero tertiò in allegorico ſenſu eorum, quæ de ſeptem tonitruis perhibentur, rationem analogiæ ad tonitrua ſemper eſſe habendam. Etenim ſi quis verba illa (exempli gratia) *vox Domini intercidentis flammam ignis*, ad Sãctorum in mediis ignibus ſecuritatem referat, iuxta id Danielis 3. num. 40.

B *Angelus Domini excuſſit flammam, ignis & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem*: concionatur ille quidem, non tamen explicat, quia tonitrui non reſpicit analogiam. Idem planè dixerim de eo, qui Dei voce & imperio contempletur virtutes ignis diuidi, & intercidi ſolere, vt damnatos vrat, non illuminet, alios contra illuminet, non vrat. Atque interpretationes eiuſmodi nulla ipſe ratione contemno, ſed ſuſpicio potius, veneórque: ita tamen vt Spiritus ſancti intentioni præcipuus deferatur honos. Et verò perſpicuum eſt, mentem eius, qui allegoricè loquitur, niſi ex rei, quam proponit, analogia & proportione, percipi non ſatis poſſe. Atque adeò Spiritus ſancti ſen-

C ſum in hoc Pſalmo non aſſequetur, qui ſeptem myſticas Dei voces non ex ipſa ſenſibilium tonitruorum conſideratione explicauerit. Quanti verò momenti ſit Spiritus ſancti mentem illic percipere, ille ſolum ſatis pro meritis expendet, qui à diuino ipſo Spiritu fuerit edoctus.

Septem tonitruorum allegoriam ad hiſtoriam Dauidis pertinere; ſed Spiritus ſancti intentionem in ea hiſtoria non ſiſtere.

D

SECTIO II.

Tituli latior explicatio. Vidimus ſeptem huius Pſalmi voces, ſeu tonitrua eſſe allegorica. At quonam eiuſmodi allegoria ſpectat? Ad hiſtoriam nimirum, quam indicat Pſalmi titulus: *In conſummatione* (inquit) *tabernaculi*. qui legentibus veluti facem præfert; vt meminerint, dum ad hunc Pſalmum accedunt, Dauidem in Sionis arce tabernaculum Deo in ſua ipſius regia conſtruxiſſe, atque eodem arcam ſumma cum pompa & celebritate fuiſſe traductam, animaduertant præterea, quod huiuſce hoſpitij pretium ac mercedem Deus Dauidi perſol-

E uerit: ad eam enim hiſtoriam ſunt Pſalmi tonitrua referenda. Certè ex arca Dei domum ſuam deducenda ſpes erat iniecta Dauidi, benedictionem, ac proſperum rerum euentum à tanto hoſpite ſibi interpretandi. Sic enim legimus 2. Reg. 6. num. 12 *Nunciatum eſt regi Dauid, quod benedixiſſet Dominus Obededon, & omnia eius propter arcam Dei. Abiit ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededon in ciuitatem Dauid cum gaudio*. nempe vt ſibi etiam eamdem Deus impertiret benedictionem. quod particula *ergo* clarè innuit. Conſtat autem proſperitatem in iis potiſſimum, quæ gerit, ab vnoquoque expeti. Dauid igitur vir bel-

lator

Digitized by Google

lator, qui in acie & campo quotidie verſabatur, robur ſibi ac potentiam aduerſus hoſtes ab hoſpite ſuo concedi optabat. Quam ad rem expende Eccleſiaſtici verba cap.47.num.10 *Dilexit Dauid Deum qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam.* Diligendi verbo ſignificatur, Dauidē hoſpitio & amicitia fuiſſe Deo coniunctum, vel hoſpitio & fœdere amicitiæ (vt loquitur Papinianus ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis.) Deum autem, vt primum Dauidis hoſpes fuit, vires illi ac fortitudinem contra ſuos hoſtes (id quod Dauid ipſe exoptabat) contuliſſe, integris capitibus lib. 2. Reg. & 1. Paralip. recenſetur: ſtatim enim poſt Dominum hoſpitio à Dauide exceptum ſequitur cap.8.lib.2.Reg. cuius hoc eſt initium. *Factum eſt autem poſt hæc percuſſit Dauid Philiſtiim, & humiliauit eos, & percuſſit Moab, factúſque eſt Moab Dauid ſeruiens ſub tributo. Et percuſſit Dauid Adarezer, quando profectus eſt, vt dominaretur ſuper flumen Euphratem. Venit quoque Syria Damaſci, vt præſidium ferret Adarezer: & percuſſit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidium in Syria Damaſci: factáque eſt Syria Dauid ſeruiens ſub tributo.* & infrà. *Et facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid.* Similiter lib. 1. Paralip. vbi arca Domini in Dauidis domum deducta eſt, incipit cap. 18. his verbis: *Factum eſt autem poſt hæc, vt percuteret Dauid Philiſtiim, & humiliaret eos; percuterétque Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid.* lege vtrumque caput; & nota ex vtriuſque contextu planum fieri, Deum, ſimul ac Dauidis fuit domum ingreſſus, ſtatim pro Dauide pugnaſſe, & gentes illi omnes, quotquot in Iſraëlis erant confiniis ab Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Auſtro ſubegiſſe; atque adeò tabernaculum illud, quod in Sionis arce fuit extructum, extitiſſe cauſam amplificati auctique imperij, ac ditiſſimi theſauri, quod Dauid filio Salomoni reliquit. Quin imo templum illud auguſtiſſimū, omnéſque eius opes ac diuitiæ (quas inæſtabiles fuiſſe poſt reliquos noſter Villalpandus oſtendit) vni Dauidis tabernaculo, ac Dei ipſius hoſpitio referri debent accepta.

Quam hiſtoriam Pſalmi titulus complectatur.

Vniuerſam ergo, quam attigimus, hiſtoriam proculdubio indicat Pſalmi titulus. Et veriſimile ſanè eſt omnes huiuſmodi rerum euentus fuiſſe Dauidi diuinitus præmonſtratos, quo die perfecto tabernaculo arcam Dei in eo excepit; atque eam prædictionem ſeu vaticinium hoc Pſalmo comprehendi. Si quis tamen malit poſt dilatatos imperij fines, & vicinas nationes ſubiugatas ſcriptum fuiſſe Pſalmum, is Pſalmi inſcriptionem ſic exponat oportet; *Pſalmus Dauid in conſummatione tabernaculi:* id eſt, Pſalmus conſummationi tabernaculi dicatus; quod ea canat, quæ & ex ipſius abſolutione, & ex Dei ibidem hoſpitio quaſi proprio ex fonte dimanarunt.

Dei præſentia aptè per nubem indicatur.

Atque vt ad allegoricam tonitruorum ſignificationem propius accedamus, & explicemus, quā aptè ſubiugationem gentium illarum exprimat, quas Dauidis ditioni ſubiecit Deus, poſtquam ab eo fuit exceptus hoſpitio; notandum eſt Dei præſentiam, ac prouidentiam in dedicatione tabernaculi, & templi à Salomon poſtea erecti elegantiſſimè; fuiſſe in nubibus ſignificatas. Vtraque enim Dei domus nube fuit impleta, vt compertum eſſet omnibus illum ibi vel maximè reſidere, qui prouidentiam ſuam per nubes potiſſimum declarat. Sed de hoc alibi latiùs. Cum igitur indicare vellet, Dauid, hoſpitem ſuum pro ſe bella

A contra gentes ſuſcepturū, quid aptius depingere potuiſſet, quàm Dominum nubium, tēpeſtatúmque potentem tonando & fulminando bellum Dauidis hoſtibus intuliſſe? Et quidem, quod ad Libanum & deſertum Cades ſpectat, inferius patebit, appoſitiſſimè ea fuiſſe in Pſalmo ſigillatim expreſſa. Quod verò ad tonitruorum attinet metaphoram, negari non poteſt quin ea ſit maximè idonea, & ſæpe à ſacro textu vſurpata: imo vera ac germana tempeſtatis narratione, reipſa Deo tonante, aliquando confirmata. Vide 1. Reg. 7. num. 10. *Philiſtiim iniere prælium contra Iſraël: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſtiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſraël.*
B & Pſalm. 17. *Intonuit de cœlo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam,* &c. lege totum Pſalmum ad hoc valde ſpectantem. Eccleſiaſtici 46. num. 20. *Intonuit de cœlo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam, & contriuit principes Tyriorum, & omnes duces Philiſtiim.* Ierem. 25. num. 30. *Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuam,* &c. Similia habent Ioël. 3. num. 16. & Amos 1. num. 2.

Spiritus ſancti intentio in Dauidis hiſtoria non ſiſtit.

Satis, ni fallor, oſtendi, & infrà clarius oſtendam, huius Pſalmi tonitrua allegoricè eſſe capiēda, & ad Dauidis hiſtoriam referenda. Addo nunc, Spiritus ſancti mentem in ea hiſtoria non ſiſtere; ſed vt ſuprà ex Auguſtino aſſeruimus, *Iudaica tangere, Chriſtiana reſpicere.* Confirmat hoc
C egregiè Apocalypſeos locus, quem ſuperius adduxi. Inficiari enim nemo poteſt, totam Apocalypſin in Eccleſiæ Chriſtianæ myſteriis & euentibus verſari. Ad eos igitur euentus præcipuè conducet Pſalm. 28. quia inter alia aſſerit Ioānes audiſſe ſe ſeptē illas tonitruorū voces, quæ in Pſalmo 28. deſcribuntur. Aurea procul dubio verba, & quæ non ſolum huius Pſalmi interpretibus lucem afferant; ſed facilè etiam perſuadeant, ſimiles interpretationes in cæteris Pſalmis & Prophetis eſſe inueſtigandas, vbi antiquas hiſtorias videntur commemorare.

Obiectio.

Sed obiiciat mihi fortaſsè aliquis, Ioannis verba non ita vrgere; vt ſenſum, quem ille aſtruit, literalem eſſe dicamus. Fieri enim potuit, vt ſen-
D ſum myſticum attenderit, non literalem. Accedit, quod tres ſenſus ad literam gradatim intenti non facile videntur admittendi, primus ſcilicet de tonitruis, alter per tonitrua de Dauidis hiſtoria, tertius literalis etiam de Chriſtianæ Eccleſiæ euentis in Dauidica hiſtoria figuratis.

Reſſonſio.

Reſpondeo tamen, alibi fortaſſe aſſeri probabiliter, veteris Teſtamenti locum in nouo adductum, de myſterio cui applicatur, non eſſe ad literam intelligendum, quod in veteri inſtrumento contextus literæ & ſermonis acoluthia ſenſum eiuſmodi reſpuant. At vbi accedente noui inſtrumenti face, ita prophetia aliqua illuſtratur, vt totius prophetici contextus verba catholicæ Eccleſiæ myſterio mirificè deſeruiant: cæcus profe-
E cto ſit, qui adhuc dubitet, num eiuſmodi ſenſus in prophetia literalis ſit. Quid enim aliud, obſecro, eſt ſenſus literalis apud Theologos, niſi qui per ipſa verba ſiue propriè, ſeu figuratè ſignificatur? Nam quod locutio myſtica ſit, & allegorica, id veram literalis ſenſus intelligentiam non tollit: ſi literalis ſenſus appellandus is eſt (vt re vera eſt) quem per verba ipſa auctor ſignificare contendit. Sæpius námque videmus Iudaïcas ipſas hiſtorias allegoricè ad literam ſignificari: vbi ſenſum hiſtoricum nemo literalem eſſe inficiabitur

De literaii ſenſu obiter.

Digitized by Google

ciabitur. Simili igitur ratione quando Chriſtianæ Eccleſiæ myſteria à Prophetis per allegorica verba indicantur, itaut totum orationis filum in myſterij huiuſmodi prædictione mirum in modum attexatur; tunc manifeſtum planè erit myſticum illum ſenſum eſſe literalem. An verò in præſenti totius Pſalmi ſeries Eccleſiæ myſterio per ipſa verba explicando congruenter aptetur, non opus eſt in quæſtionem vocari, ſed animum ſolum ad expoſitionem attendere. Nam forſitan ex illa conſtabit Pſalmi verba ita ad eam ſignificationem eſſe apta; vt ipſi etiam bene dicendi magiſtri ſiue Oratores, ſiue Poëtæ, nihil vnquam ita bene dixiſſe inueniantur.

Quo pacto figura & figuratum inter ſe cohæreant.

Verùm in figuræ & rei figuratæ coniunctione offendunt aliqui; aſſerúntque ſe non ſatis percipere quomodo duo illi ſenſus ſint vterque literales. His ego vt ſuccurram, aduerto, quos illi duos appellãt ſenſus, vnicam eſſe comparationem. Atqui nihil magis tritum ac vulgare apud Scriptores, non ſacros ſolum, ſed etiam prophanos, quam & comparationibus vti, & vtriuſque rei veritatẽ inter comparãdum affirmare. Qua de re exempla in medium proferre ſuperuacuum exiſtimo; ne omnes ferè omnium comparationes adducamus. Nihil ergo aliud eſt (vt id paucis explicem) loqui de Dauide vt de figura, & de Chriſto deinde vt de figurato, quàm Chriſtum cum Dauide comparare. In comparatione autem, vt iam dixi, de vtroque ipſius membro ſermo eſt. Quòd verò omittatur particula, quæ ſolet eſſe comparationis nota, id nec nouum, nec inuſitatum eſt; imo ſæpe etiam in familiari ſermone non ſine venuſtate contingit.

Quare vt ad gradationem illam triplici ſenſus literalis de tonitruis, de Dauide ac de Chriſto, gradum itidem faciam, reſpondeo, Spiritus ſancti mentem non eſſe aliam quàm Chriſtum cum Dauide conferre. quod eſt agere de Chriſto, & de Dauide per vtriuſque inter ſeſe comparationem. Cur autem in Dauidis hiſtoria non liceat vti metaphora, vel allegoria à tonitruis petita?

Vrgebis iam eſſe duplicatam comparationem; ex qua tres illi gradus conſurgunt non facilè apud prophanos Scriptores obuij. Cæterum ex dictis manifeſtè perſpicitur intra literalis intentionis metas myſteria Chriſti cum Dauidis hiſtoria poſſe conferri, & ad hiſtoriam ipſam adhiberi etiam poſſe metaphoram, ſiue allegoriam. Quòd ſi duplicata hæc comparatio apud alios Auctores non paſſim repetiatur, cum tamen eam ſacræ literæ vſurpẽt; id mirum nulli videri debet, qui Scripturæ fœcunditatem, & eximium in arcanis ac reconditis illius myſteriis decorem ac maieſtatẽ conſideret. Quemadmodum enim venerandæ in primis ac ſingularis reuerentiæ picturæ vnum atque alterum velum prætendimus, vt ipſius cultus ac religio altius in hominum animis inſideat; haud aliter auguſtiſſimo Eccleſiæ Orthodoxæ myſterio, quod nobis diuinus Spiritus hoc Pſalmo accuratè depinxit, duplex & Dauidicæ hiſtoriæ, & fulgurum ac tonitruorum velum Deus ipſe ſapienter obduxit. Apellis in pingendi arte peritiam Plinius lib. 35. cap. 10. demiratur; *Pingit* (ait) *& quæ pingi non poſſunt, tonitrua, fulgetra, fulguráque.* Sed longè maius & excellentius huiuſce Pſalmi artificium; qui in vna eâdémque imagine, ac tonitruorum veluti tabella, quam Eccleſiæ myſteriis ceu primum velum oppoſuit, artis ingeniique documentum edidit eiuſmodi; vt nihil potius dignius, ac rei propoſitæ congruentius excogitari poſſe videatur. Id quod ex Pſalmi ipſius interpretatione clarius demonſtrabitur.

Quare ſub vna tonitruorum allegoria Spiritus ſanctus & Dauidis hiſtoriam, & Eccleſiæ myſteria proponat?

Licet autem ſub vna tonitruorum allegoria poſſet Diuinus Spiritus de Eccleſiæ myſteriis agere, nulla Dauidicæ hiſtoriæ facta mentione; Pſalmi tamen & titulus, & verba aliquot nos cogunt, vt ad Dauidis hiſtoriam, velut ad figuram, eſſe referendam pro comperto habeamus. Quod miro ſanè artificio factum eſſe exiſtimo. Primò, vt Pſalmus ipſe abſoluti tabernaculi hiſtoriæ côcineret: quia *ſermo opportunus eſt optimus.* Deinde ad præſtantiorem myſterij in ea ſuppreſſi dignitatem. ad hoc enim veteris Inſtrumẽti figuræ conducunt vel maximè. Tertiò, vt comparatio magis in ſe coagmentata eſſet, & cohærens; ac Pſalmi perinde concinnitas maior & elegantia. Etenim licet tonitrua ad Eccleſiæ euentus adumbrandos appoſitè proferantur; magis tamẽ ſolidè & expreſsè in Dauidis hiſtoria (vt mox dicam) depinguntur. Præſertim cum hiſtoriam eiuſmodi Deus admirabilis prouidentia præſtituerit, vt myſteria hoc Pſalmo comprehenſa figuraret. Quam cùm ob oculos haberet Dauid, perſpicuum erat eam ſe ad id innuendum præoccupaturum. Hoc vel ex eo in primis roboratur; quod aliis etiam in locis Scriptura Dauidicæ hiſtoriæ cõparationem adducit ad eandem Pſalmi huius de Chriſtianæ Eccleſiæ ſucceſſu mentem exponendam. Ergo ſi Amos (vt infra oſtendemus) Dauidici tabernaculi memoriam, quòd Eccleſiæ ſimilitudinem referebat, poſt longam annorum ſeriem replicauit; quî credibile eſt Dauidem de eodem, ac Amos, Eccleſiæ myſterio (vt ſuo loco expediam) actorum, ipſiſſimam hiſtoriam, quam tamen præ manibus haberet, prætermiſiſſe.

Præcipuum allegoriæ de tonitruis myſterium ad gentium vocationem, & conuerſionem eſſe referendum.

SECTIO III.

Ioãnes Apocal. 10. num. 3 de gentium vocatione loquitur.

Conſtat ex ſectione prima Ioannem Apocal. 10. num. 3. ad ſeptem Domini voces, de quibus in hoc Pſalmo, haud dubiè alluſiſſe. Vnde idem vtrobique myſterium eſſe reconditũ apertè concluditur. Aſſero igitur Ioannem ibidem de gentium vocatione fuiſſe locutum. Hoc nemini dubium eſſe poterit, qui Apocalypſeos acoluthiã, & antecedentium cum ſubſequentibus cohærentiam probè norit, quam obiter reducto filo ſic attexo. Angelus, qui decimo illo capite inducitur, Iudæorum populo vltimo denunciat; ſi Chriſtiana ſacra nolint ſuſcipere, auferenda ab iis omnino fore, & ad gentes transferenda. Quod vt tono ipſo vocis innueret, *Clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit.* Quo tempore aſſerit Ioannes ſe ſeptem tonitruorum voces & auribus, & mente accepiſſe. Addit deinde, Angelum ſuſtuliſſe manum, & iureiurando affirmaſſe, vbi ſeptima perceperit tuba, Dei myſteriũ eſſe conſummandum. Atqui manifeſtum eſt, Angeli clamorem, ipſius iuſiurandum, & ſeptem tonitruorum voces eumdem ad finem pertinere. Iuramentum námque ad clamoris ſui myſterium exigendum

Decimi Apocalypſeos capitis contextus.

dirigebatur,

Digitized by Google

dirigebatur;& ad clamoris huius ſonitum ſeptem tonitrua ſuas edidere voces,quare ſi iuſiurandum Angeli, Deum Iudæos derelicturum, & commigraturum ad gentes minatur;idem omnino tonitrua portendant oportet. Quod ergo Angelus ſacramento confirmat,illud eſt,Dei videlicet myſterium,cum tuba ſeptima intonuerit,complendũ fore.Præter hæc ſeptem illæ buccinæ plagas itidẽ ſeptem comitantur, quibus Iudæorum populum Deus meritiſſimè afflixit. Plagarũ porro poſtrema fuit obſtinatio mentis, ac reprobatio. Vnde diuinam eis pietatem ſumma angelicæ vocis contentione vociferare, & conclamare ante ſeptimæ tubæ ſonitum,nihil profectò eſt aliud,quam prævia illos cohortatione excitare,ac poſtremò commonere, ſi in obſtinatam ſemel præfractæ mentis duritiem dilabantur, nullam ſibi ſupereſſe emergendi facultatem.Id quod Angelus confirmat dicens;*Quia tempus non erit amplius.* Atqui perſpicuũ eſt,non eam ſibi mentem eſſe , vt diceret eorum poſteris ſubſidij & adiumẽti nihil fore reliquum, ſed illud ſolum,fieri non poſſe,quin Hebræorum nationem repelleret tũc à ſe Deus, ac reprobaret; ſeque ad gentilitatem penitus conuerteret.Vbi id interim aduerte , in diuinæ prouidentiæ decreto Iudaici populi reprobationem cum Gentilici electione eſſe connexam.Quamobrem terribilis fuit in Iudæos comminatio,iurare Angelum *per viuẽtem in ſæcula ſæculorum*,fore vt Dei myſterium conſummaretur:id eſt,vt obcæcatis illis , & in cordis obduratione permanentibus, Euangelij lux gentibus inferretur.

Dei myſteriũ quod ſit.

Quod vt ſolidius firmetur,addo inſuper Ioannem Dei myſterium cum articulo apponere , & mox ſubiicit , *quod euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas.* Id vero eò proculdubio tendit , vt Iudæis minitetur,Euangelium ſiue bonum nunciũ (idem enim ſunt)illis derelictis,ad gentes fore tranſmittendum , vt fuerat a Prophetis prædictum. Aliter quo pacto fieri comminatio poterat Euangelio, id eſt,bono nuncio?

Dei myſteriũ apud Paulũ pro Iudæorũ reprobatione & electione gentium capitur.

Ad hæc,vſitata eſt apud Apoſtolos locutio, Iudaïci populi reprobationem , & Gentilis electionem Dei myſterium compellare. Ad Rom. 11. n. 25 *Nolo vos ignorare myſterium hoc,(vt non ſitis vobis ipſis ſapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret.*& ad Epheſ 3.num. 4. *In myſterio Chriſti, quod nunc reuelatum eſt, gentes eſſe cohæredes & concorporales,& comparticipes promiſſionis eius in Chriſto.*& ad Coloſſ.1.num.25. *Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis , quibus voluit Deus notas facere diuitias ſacramenti huius in gentibus.*

Nec verò aliud eſſe poteſt grande hoc myſterium,de quo in Apocalypſi agitur.Nam totius libri argumentum ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ cuẽta, in quibus maius aliquod ac præſtantius Theologi inueniunt nullum,quam & Iudæorum repulſam, & Gentium vocationem. Quod permultæ ex veteris Inſtrumenti figuris non obſcurè adumbrãt: atque eius magnitudinem Paulus vehemẽter admiratus in exclamationẽ prorupit ad Rom.11. n. 3. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei,*&c.

Ex quibus elicio, ſeptem Dei vocũ myſterium, quæ in hoc Pſalmo 28. continentur,idem omnino eſſe,ac Dei myſterium,quod Angelus Apocal. 10.iureiurando confirmat futurum.

Promulgatio Euangelij Gentibus fa-

Iam Euangelij promulgationem Gentibus factam tonitruis eleganter indicari,quis nõ videat? præſertim cum nubes diuini Verbi concionatorum ſymbola apprimè gerant. atqui tonitrus nubium vox eſt,cui cœlum ipſum incredibile robur, vireſque confert , eáſque fulgure ac fulmine comitatur. Quare vox Dei emphaticè appellatur. Pſal.67.num.34. *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis; magnificentia eius,& virtus eius in nubibus.* Accedit concors interpretum ſententia,qui in Apocalypſi quoties Ioannes tonitruorum meminit,de prædicatione Euangelij exponunt, & eam eſſe germanam Scripturæ ſignificationem animaduertunt Origenes, Baſilius,Hieronymus & Auguſtinus.

Ea tonitruis apte ſignificatur.

His tonitruis Gentium vocatio ſpeciatim indicatur.

Quòd ſi quis dixerit tonitruorum quidem ſymbolum ad Euangelij prædicationem explicandam idoneum in primis eſſe ; commune tamen & generale,vt eam, ſiue Gentibus, ſiue Iudæis factam poſſit æqualiter indicare,ac proinde non ſatis eſſe aptum , vt Gentiũ electionẽ ſingulatim deſignet. Huic Pſalmi ipſius contextus nullo negotio ſatisfaciet:qui non generatim & vniuersè,ſed ſpeciatim de Gentibus loquitur. Ideo enim dicit , *Vox Domini ſuper aquas multas. Vox Domini confringentis Cedros Libani. Vox Domini concutientis deſertum Cades. Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa*,&c. De quibus latius infra,vbi de ſingulis incidet ſermo.Hactenus enim voces non diſtinguimus , ſed earum myſterium Gentium eſſe vocationem,id tantum contendimus.Et hunc eſſe totius Eccleſiæ ſẽſum in ſacris Epiphaniorum feriis,nulla mihi ſubeſt dubitatio,vt ſupra in argumento perſtrinxi.quin & cõmunem Eccleſiæ Patrum conſenſum, quos ibi retuli, quibus ſubſcribit Euſebius lib.2.de demõſtratione Euang.c.35.

Dauidis victoria conuerſionem Gentium figurarunt.

Supereſt ad noſtram hanc ſententiam ſtabiliendam,vt per Dauidis hiſtoriam , & victorias ab eo partas (de quibus etiam literalem Pſalmi ſenſum eſſe intelligendum , ſuperius docuimus) gentilis populi conuerſionem eſſe figuratam demonſtremus. Quod quidem adeò certum reputo , vt in quæſtionem vocari non poſſit.Totus videlicet hiſtoriæ cardo in eo vertitur , Dauidem Dei arcam in domum ſuam attuliſſe, eique propterea Deum addidiſſe animos , vireſque immiſiſſe ; vt ex finitimis nationibus ad ortum & occaſum , ad meridiem & ſeptentrionem obiacentibus victor enaderet ; ac ſibi Philiſtæos , Moabitas , Syros , Idumæos , alióſque complures ſubiiceret. Quo ſymbolicè innuitur , Chriſtum Ieſum verum Dauidem domum ſuam , hoc eſt , primitiuam Eccleſiam (quæ arx Sionis eſt) ita ſtrenuè ac ſapienter conſtituiſſe,vt diuinum Spiritum,Deum nempe ipſum , in ſeſe die Pentecoſtes receperit. Dein præpotens ipſe Deus , *qui per inhabitantem Spiritũ eius* in illis reſidebat , vniuerſas orbis terrarum nationes per Euangelij promulgationẽ,eius iugo ſubmiſerit. Hoc namque eſt ſpirituale illud bellum,quo Chriſtus ex Gẽtibus per quatuor mundi plagas diſperſis triumphũ egit glorioſiſſimum.

Dauidici tabernaculi, & templi Salomonici diſcrimen.

Præterea domicilium,quod Deus in Sionis arce prius habuit,tabernaculum fuit ſiue tentorium in exigui temporis interuallum erectum ; ad cuius diſcrimen Salomonis templum,ſæculare ſanctum appellatur ad Heb.9.num. 1.id eſt,templum in ſæcula duraturum. Cæterùm Dauidico tabernaculo templi Salomonici gloria & ſplendor referri debent accepta.Ex Dei enim in Dauidis domum ingreſſu,duxerunt originem Dauidis ipſius victoriæ,atque triumphi,quibus ingentes coacerauit opes ac diuitias ſuffecturas affatim,vt templum illud magnificentiſſimum à fundamẽtis erigi,prouehi,& ad faſtigiũ poſſet perduci.Vbi atria

Digitized by Google

viſerentur extructa, non Hebraico ſolùm populo, ſed Gentili etiam; qui vt Salomonis ditioni ſubacti eòdem conuenirent ad ſummum æternúmque Deum cultu ac religione proſequendum. Quæ omnia Eccleſiæ myſteriis congruentiſſimè deſeruiunt. Quia Dei quondam domicilium in Sionis Eccleſia, nempe in Iudaïci populi cœtu conſtitutum non ſanctum ſæculare, ſiue in perpetuum permanſurum, ſed tabernaculum erat ad tempus fabricatum. Ex quo Deus ad ampliſſimum Romanæ Eccleſiæ templum fuerat quàm mox migraturus: ad illud, inquam, templum, quod non breui diruendum erat, ſed ad finem vſque mundi perſtiturum. Enim verò tanti templi decus & ornamentum Sionæo deberi tabernaculo clarè perſpicitur. Siquidem diuinus ille Spiritus, qui ſeſe Eccleſiæ primigeniæ vbertim effudit, validiſſimas ei ſuggeſſit vires ad barbaras gentes ac nationes indomitas ſubiugãdas. Atque ex glorioſiſſimis tot victoriarum trophæis potuit Deo poni & conſecrari maximum Eccleſiæ Romanæ templum: quo ſe Deus priore illo derelicto, transfert; & in eo ab omnibus terrarum orbis gentibus ſupliciter ac demiſsè coleretur.

Vtriuſque ad Eccleſiæ myſteria applicatio.

Vides applicationem eſſe aptiſſimam; ſed *habemus firmiorem propheticum ſermonem*, quo nobis manifeſtè aſſeueratur, huiuſmodi Sacramentum in ea, quam diximus, hiſtoria ſignari. Amos igitur cap. 9. num. 11. hæc habet; *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius; & ea quæ corruerant, inſtaurabo. Et reædificabo illud, ſicut in diebus antiquis, vt poſſideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes.* Non defuit, qui non ita facilè credendum exiſtimaret, ſermonem eſſe in hoc loco de tabernaculo illo, quod arca Dei in Sionis monte habuit, vel ea in primis ratione permotus, quòd Sionis tabernaculum tentorium fuit, vt nuper dicebam: atqui tentorium nullo murorum ambitu extruitur, & obuallatur. Sed hunc nobis ſcrupulum hiſtoria ipſa euellit, ac tollit. Nam 1. Paralip. 15. num. 1. hæc de Dauide recenſentur; *Fecit quoque ſibi domos in ciuitate David* (id eſt, in arce Sion) *& ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum.* Nempe regium extruxit atrium pergulis & conclauibus vndique circundatum, cuius in medio tetendit tabernaculum. Hanc verò hiſtoriæ ſeriem ibi perſtringi, ex ipſo contextu planè colligitur. Vbi victoria protinus ſubiicitur, quam ex Idumæa, aliiſque nationibus Dauid comparauit; vt primum Deum bellorum principem, & auctorem in ſuum ſuſcepit tabernaculum. Et miror ſanè nonnullos interpretes id non animaduertiſſe.

Villalpandus.

Quidam pro virili parte contendit, veriſimile eſſe in eo Amos loco Dauidis tabernaculum pro Salomonis templo vſurpari. Sed cùm Dauid tabernaculum, templum Salomon fuerint architectati; dubitare nemo poteſt, quin ibi de Daüidico ſigillatim tabernaculo, non de Salomonico templo Propheta ſermonem inſtituat. Nec minus certum eſt de ſpirituali Sionæi montis ædificatione germanum horum verborum eſſe ſenſum; necnon de ſpirituali Dei in Sionis montem ingreſſione, déque gentium ſpirituali ſubiectione. Quod vel ex eo amplius fulcitur, quòd Salomonis templum, quo tempore fuit Amos vaticinatus, erectum ſanè erat, & miro ſplendore, atque amplitudine viſebatur. Vnde ad Sionis arcem nuſquam fuerat arca traducenda, nec arx ipſa ad Dei vnius cultum erat vnquam Iudaico ritu conſecranda. Hoc enim certum omnino eſt: licet ex Machabæorum lib. 1. cap. 4. num. 37. & cap. 5. num. 54. & cap. 7. num. 33. oppoſitum primo aſpectu videatur inferri. Deinde Prophetarum moris eſt, veterum hiſtoriarum refricare memoriam; vt oſtendant antiquas figuras iuxta ſpiritualem ſenſum aut expletas, aut fore complendas.

Tertiò, validiſſimè idem vrgetur expreſſa Iacobi Apoſtoli declaratione Act. 15. n. 15. vbi dum de gentium vocatione agitur, ad ea magis, magiſque roborãda, quæ fuerant à Petro præmiſſa, hæc ſubdit; *Huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptũ eſt: Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes*, &c. Cum enim Iacobus Solymorum eſſet Epiſcopus, illud potiſſimũ arripuit, quod Spiritus ſanctus Eccleſiæ illius ſpirituali ſtructura prædixerat, deque ſingulari ope, ac ſubſidio, quod ei ad gentes ſubigendas promiſerat.

Quòd ſi Machabæorum tempore Sionis mœnia ſunt inſtaurata, & victoriæ ex variis nationibus permultæ reportatæ; non tamen fuit Dauidis tabernaculum eâ tempeſtate reconcinnatum; nec is fuit potiſſimum ſcopus, vt requirerent Deum omnes gentes, iuxta Iacobi in eo loco expoſitionem.

Ex iis, quæ hactenus dixi, concluditur Pſalmi 28. titulum ad Pſalmi explicationem mirum in modum conducere, atque adeo Auguſtinum in Pſalm. 58. & Pſalm. 105. meritiſſimè dixiſſe, Pſalmorum inſcriptiones recondita in ſe arcana complecti, & maximam Pſalmis ipſis afferre lucem. Elicitur hinc deinde Dauidici tabernaculi mentionem cum Gentium conuerſione maximopere cohærere; idque nobis & à Ioanne in Apocalypſi, & à Iacobo in actis, Petro præſente & annuente tradi. Noſtræ itaque expoſitionis Iacobum, Cepham, & Ioannem habemus auctores, quos Paulus ad Galat. 2. num. 9. columnas appellat. Quare iure Hieronymus, dum ad illum Amos locum accedit; *vbi Apoſtolorum* (inquit) *præcedit auctoritas, maximè Petri, & Iacobi, quos columnas Eccleſiæ vas electionis vocat; ibi omnis variæ explanationis tollenda ſuſpicio eſt; & quod à tantis viris exponitur, hoc ſequendum.*

Pſalmorum tituli congruenter aptiſſi.

Hoc etiam ſignificare, meo indicio, voluere Theodoretus, Ruffinus & Cyrillus, necnon Galatinus & reliqui Rabbini, quos citat Ribera, Amos 9. Qui licet dicere videantur, in Chriſti reſurrectione ſuſcitatum fuiſſe, & erectum Dauidis tabernaculum: non tamen eorum mens eſt in ipſa tantum Chriſti reſurrectione vaticinium eſſe completum; ſed ex ea hoc complementum originem ſumpſiſſe: *Antea enim non erat ſpiritus datus, quia Ieſus non erat glorificatus.* Quamobrem inſtauratio tabernaculi rectè Chriſti reſurrectioni aſcribitur; & ſimiliter ipſius Aſcenſioni. Vt enim Dauid, poſtquam in regia Sionæi montis ad ſe conſedit, Deo tabernaculum extruxit, ac præparauit; ita Chriſtus Ieſus poſtquam ab inferis excitatus in regias cœlorum arces cõſcendit, æterno parenti domicilium in Eccleſia diſpoſuit, vnde gentium captiuitas emanaret. Quare optimè Paulus ad Epheſ. 4. n. 8. Chriſti aſcenſioni victoriam illam attribuit Pſal. 67. *Aſcendens in altum*

E

tum captiuam duxit captiuitatem. & infra, *etenim non credẽtes inhabitare Dominum Deum.* Qui tamen locus, etſi Chriſtum reſpicit, Iudaicam etiam non dubiè tangit hiſtoriam, nec aliam ab ea, quam Pſalm. 28. tangit. Nam in verſiculis antecedentibus manifeſtè de Sionis monte ſermo erat, ſcilicet, *Mons Dei, mons pinguis, mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo*: in quo etiam illum Angelorum exercitus circunſiſtunt ad bella parati; quibus olim Deus ſtipatus in monte Sionis apparuit. Deus enim qui legem in monte Sina promulgauit, ille ipſe nunc montem Sionis incolit. atque hæc eſt ſuperiorum verſuum conſtructio. Sequitur mox, *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem,* &c. Quibus alludi non obſcurè videtur ad Dei aſcenſionem in arcem Sionis, ex qua orta eſt vicinarum gentium ſubiugatio. Pleniorem tamen huius loci tractationem ad Pſalmi 67. commentarium reiiciamus.

Vt ergo ad rem redeamus, id eſt, ad Pſalmi titulum, *In conſummatione tabernaculi*; aduerte, licet collapſi tabernaculi reſtitutio de Chriſti reſurrectione ac diſcipulorum pœnitentia poſſit exponi; ipſius tamen conſummationem, & Dei in Dauidis domum ingreſſionem, niſi ad diem Pentecoſtes, plenè referri non poſſe. Et quidem diuina prouidentia ita ſapientiſſimè diſpoſuit, vt figuræ veritas, vmbræ lux in eo ipſo Sionis loco reſponderet. Ibidem enim Chriſti Apoſtoli ac Diſcipuli Spiritum ſanctum die Pentecoſtes accepere: vt Hieronymus Epiſt. 27. teſtatur. Vbi de Sionis monte agens; *ibi* (ſ ait) *monſtratur locus, vbi ſuper centum viginti credentium animas Spiritus ſanctus deſcendit, vt Ioëlis vaticinium compleretur.* Propterea quod Ioëlis 2. num. 32. poſt illa verba: *Effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem,* &c. ſubditur, *Quia in monte Sion erit ſaluatio.* Secundo aduerte ex Villalpando, Dauidis arcem non vniuerſum Sionis montem, ſed ſuperiorem ſolum montis planiciem occupaſſe.

Quibus poſitis audi Bedam ita diſſerentem tomo 3. libel. de locis ſanctis cap. 30. *In ſuperiori montis planicie monachorum cellulæ frequentes Eccleſiam circundant illic fundatam ab Apoſtolis, eo quod ibi Spiritum ſanctum acceperint: in qua etiam locus cœnæ venerabilis oſtenditur.* Simile illud Hieronymi & Auguſtini; ibi Chriſtum affixum cruci, vbi ſe Iſaac præbuerat immolandum. Adi Villalpand. tom. 3. fol. 10. Statuit itaque ſapientiſſimus Deus, vt eodem omnino loci, vbi Dauidis tabernaculum fundatum antea fuit, noui etiam Dauidis tabernaculum locaretur. quod Chriſtus Dominus fabricauit, vt in eo domicilium haberet Deus, *per inhabitantem ſpiritum eius* in Eccleſia Chriſtiana, & per ſanctiſſimam Euchariſtiam. Et quemadmodum cum Dei arca olim in montem fuit illata, bellum protinus inde in gentes exarſit; haud ſecus, vbi diuinus Spiritus in Apoſtolos deſcendit, & ſacra Euchariſtia cœpit frequenter vſurpari, myſticum ex templo bellum Euangelicæ prædicationis in omnes nationes proſiluit. Iſai. 2. n. 3. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Quamobrem primigenia illa Eccleſia Sion, & mater Sion ſæpius nuncupatur.

Iam ſi figuram ipſam contempleris, mater Siõ erat Sionis arx, quæ ciuitas Dauidis compellatur; filia verò Sion reliqua dicebatur vrbs, quæ Sioni monti in procliue ſubiecta vergit in Septentrionem. Nec me latet aliquorum eſſe opinionem, *Villalpand. tom. 3. lib. 1.* exiſtimantium Sionem ipſam Hebraica phraſi

A filiam Sionis nominari; ſicut & in ſacris literis *cap. 7. & citat Auguſtinum.* idem eſt homo, ac filius hominis. Verùm contra hoc facit, optimam afferri rationem, vt hominem appellemus filium hominis: videlicet quia homines filij hominum ſunt; ac proinde meritò ita appellantur. Quod ſi quis filius hominis non eſſet (qualis non fuit Adamus) hic profectò filius hominis ineptè diceretur. Oppidum ergo, quod ſublimi ſubiacet arci, & ex ea ſuboriri, ac dimanare quodammodo videtur, iure filius arcis per metaphoram appellabitur; ipſam verò arcem, nempe Sionem, filiam Sionis nuncupari, non minus abſonum & hiulcum exiſtimo, quàm ſi turris appelletur filia turris.

B Cùm autem in Scripturis mater Sion, & filia *Mater Sion & filia Sion in Scriptura quid ſignificent.* Sion reperiantur, argumento eſt diſcrimen inter filiam & matrem intereſſe; & arcem quidem, quæ in edito ac ſublimi loco ſita erat, matrẽ eſſe, filiã verò vrbem, quæ ad montis radices ſeſe effundit. Dauid igitur ad regium ſibi domicilium extruendum, Sionem delegit; poſtea Sionem & Salem in vnam eamdémque vrbem coagmentauit. Ita tamen vt Sion reſiduæ vrbis caput, & quaſi mater, oppidi reliqua pars, vt filia haberetur. Itaque vt ad ſpiritualis ſenſus calculum rem totam reuocemus, primigeniam Eccleſiam Sionem matrem non iniuria dicemus; cæteros verò, qui ſeſe ad eam aggregarunt, filiæ Sionis nomine comprehendimus. Vtrique tamen myſticam vr-
C bem eandem conſtituunt, quæ Hieruſalem nominatur. In qua Sancta Sanctorum priùs commorari voluit Deus; poſt ad ſanctum ſæculare transferri, ſiue ad Romanam Eccleſiam in Salomonis templo præſignificatam.

Cæterum vt prædictum figuræ ordinem in- *Obiectio contra ſupradicta.* uertamus, & in Sionis arce Eccleſiam ex Gentibus coactam indicari putemus, ita nos aliqui vrgent. Salem Iudæorum habitatio erat, & arx Sion Iebuſæorum, quæ poſtremo fuit expugnata. Quod autem Dauid Sionis arcem ad regiam ſibi deſtinauerit, innuit Gentilium cœtum ad veræ fidei religionem traductum, à Chriſto fuiſſe in ſua Eccleſia Iudæorum populo prælatum. Quare non congruenti ordine vtrum-
D que applicauiſſe videmur. Reſpondetur tamen *Reſponſio.* verum eſſe Deum in Iudæorum repulſa, & gentium electione Gentilium populum antepoſuiſſe. At ex iis, qui ad Chriſti fidem acciti ſunt, atque conuerſi, Iudæis gentes nequaquam prætulit. Iuxta id Pauli; *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* Quin imo Romanam Eccleſiam in ipſo ſuæ conſtitutionis exordio in Iudæis hominibus Romæ ea tempeſtate degentibus Deus inchoauit: id quod Apocal. 12. pro certo habetur. Nec comparatio oportet, vt in ſingulis locum teneat. Et verò quamuis oppoſita proportio colore non careat, dubium non eſt, quin multò aptius Sion Eccleſiam primogenitam repræſentet, ob eam, quam attulimus rationem.
E Fauet manifeſtè Paulus ad Hebr. 12. num. 22. *Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis.* Vide etiam ad Galat. 4. num. 26. Adde huc, omnes, quotquot Sionem colebant ex Dauidis fuiſſe familia, in reliquo verò populo, & promiſcuè Solymorum plebe, Dauide præſertim regnante, non Hebræi ſolum, ſed ex Gentibus permulti, dubio procul, habitabant: illi præcipuè, qui Dauidis regiam

Digitized by Google

giam ex variis orbis partibus, quas debellauerat ipſe, frequentabant. Quapropter neceſſe fuit regalem Dauidis vrbem eatenus ſpatiis laxari, quatenus Iudæos ſimul & Ethnicos poſſet capere.

Conſummationis tabernaculi dies diem Pentecoſtes adumbrat.

Denique euidens, meo iudicio, eſt, tabernaculum Sionæi montis, in quo arca primò cõquieuit, primigeniam Eccleſiam referre, atque diem, qua tabernaculum ipſum perfectum & abſolutũ fuit, & arca ſolemni pompa ac ſupplicatione in Dauidis domum inducta, diem etiam Pẽtecoſtes figurare; cùm ſanctiſſimus Spiritus, vt ſuos cœleſti charitatis igne compleret, in eos ſeſe emiſit. Atque adeò tonitrus ille, quo diuinus Spiritus ſuum aduentum pronunciauit, Act. 2. *Factus eſt repẽtè de cœlo ſonus*, &c. & flammatum diuiſio cum linguis ignis diſpertitis, admirabili proportione cohærẽt cum tonitruis, quę Dauid ad tabernaculi conſummationem adiungit. de quo infra. Dein, quemadmodum Dauidi præſentiſſimũ diuini ſubſidij argumentum fuit nationes in Iudææ ambitu diffuſas expugnare; haud abſimili ratione diuinæ vocis effectus, & linguarum ignearum hic exitir, omnes videlicet terrarum orbis gentes Chriſti fidei ac veræ religioni ſuccumbere. Dei enim voces multiplicatæ ſunt *ſuper aquas multas*, id eſt, ſuper populos multos. Sed iam ad Pſalmi filum connectendum tandem aliquando veniamus.

EXPLICATIO PSALMI.

Verſ. 1. *Afferte Domino filij Dei; afferte Domino filios arietum.*

Facilior ac verior ſenſus eſt, ſacerdotes tabernaculi inuitare, vt Deo immolent hoſtias, cúmque ſummo ſtudio collaudent ob bella plurima, atque ingentia, quæ per Dauidem, per quam Apoſtolos Gentibus erat illaturus. Cohæret hic ſenſus cum Pſalmi titulo, & cum hiſtoria 2. Reg. 6. n. 13. ex qua perſpicitur, in celebritate, ac pompa, quæ ad Dauidis tabernaculum arca deferebatur, ſexto quoque paſſu boues & arietes Deo fuiſſe mactatos. Quamuis enim ibi textus bouem & arietem ſingulari numero dicat; apparet tamen ſingularem pro plurali per ſynecdochen apponi. Nam 1. Paralip. 15. n. 26. legimus ſeptem tauros & ſeptem arietes. Et verò Pſalmum cum tabernaculi ſacerdotibus colloqui expreſſerunt Athanaſius Epiſt. ad Marcellinum, & Baſilius Homil. 1. in hunc Pſalmum.

Filij arietum qui dicantur.

Erunt fortaſsè, qui per filios arietum agnos intelligant. Et certè Septuag. in eo loco 2. Reg. 6. n. 13. quem Pſalmus hic reſpicit, agnum, ſiue agnos exponunt. Pagninus ibi *bubalum* poſuit. Vox Hebræa craſſum ſonat: & de ariete intelligendum eſſe perſuadet locus 1. Paralip. 15. n. 26. vbi Hebræa etiam manifeſtò de arietibus loquuntur. Vnde conſtat vulgati lectionem rectè ſibi vtrobique & in præſenti filios arietum idem eſſe, atque arietes; iuxta ſacræ Scripturæ phraſim, qua homines filij hominum appellantur: vt ſupra tetigimus. ita plerique hic cum Baſilio.

Cur arietum ſolùm non verò boum mentio fit.

Dices. Si ſexto quoque paſſu boues, & arietes offerebantur, cur Pſalmus ſolum meminit arietum? Reſpondeo in celebri illa ſupplicatione idcirco fortaſſe boues & arietes immolari, quò generale Dei in Iudæos & Ethnicos imperium deſignaretur. Boues enim aptè ad Iudæos referuntur, qui legis iugum portabant; arietes autem à iugo liberi, ac ſoluti gentes denotabant. Quæ expoſitio illud præſtituit, vtrumque ſcilicet populum in iis animantibus adumbrari, quæ ad epiparum tantæ celebritatis conuiuium erant mactandæ. in quo infimæ plebi oppoſitæ ſunt bubulæ carnes, ex 2. Reg. 6. n. 19. Vnde facilè elicitur arietes ſacerdotibus atque nobilibus diuidendos reliquos fuiſſe. Dico ergo primò, ad lætiorem diei celebritatem arietum fieri mẽtionem, non vt boues à conuiuio arceantur; ſed vt illis addantur arietes, & arietinæ carnes ſimul cum bubulis efferantur. Vt in apparatiſſimo epulo, ſi quis parvum occidi ac parari præcipiat, non ideo aliarum animantium carnes negat inferendas. Secundò, cùm Pſalmus eò potiſſimum ſpectaret, vt bellum præcineret à Deo gentibus indicendum; de bobus meminiſſe ſuperuacuum erat, ſed de arietibus ſolum iuxta ea, quæ nuper diximus. Tertiò, arietum interitum celebrando, innuitur Gentilici populi duces ac principes Deo manus daturos. Sũt enim arietes ductores gregis. Itaque vaticinium erat, arietibus Deo per voluntarium obſequiuum oblatis innumeros ex gentilitate greges ouium ſubſequuturos. Quartò, arietes fortè lanicio, quo diuitiarum atque opum ſymbola præſe ferunt, Ethnicorum facultates, & opulentiam denotant, quæ Deo fuerunt poſtea cõſecranda. Certè Daniel. 8. aries Perſarum, atque Medorum regnum diſtinctiſſimum in primis deſignat. Atque in hoc ſenſu, arietum immolatio adumbrabat Ethnicorum gregibus lanam opum ac facultatum detondẽdam fore, & in Eccleſiæ apothecas conuectandam. Præterquam quod ſpirituales Sacerdotum epulæ ac deliciæ indicãtur lautia ex pingui & opimo ariete cibis conquiſitiſſimè apparatis. iuxta Hebræã vocem, quam 2. Reg. 6. num. 13. propriè craſſum & pingue ſonare ſupra, docuimus. Atqui Dei filiis Ethnicorum conuerſionem pro magnificentiſſimo extitiſſe conuiuio, nemo non videt.

Verſ. 2. *Afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio ſancto eius.*

Illud vel maximè toto hoc verſiculo intenditur, vt Dei nomini ſanctiſſimo decus ac gloria deferatur. Pagninus transfert, *Afferte Domino gloriam nomini eius*. Sed tantumdem eſt, Deo ſui nominis gloriam tribuere, aut Dei nomen gloria & honore proſequi. Nec dubium quin ad nomen Iehoua habeatur reſpectus.

At enim, quænam eſt hæc gloria, quam nomen Iehoua importat? eius quidem ſignificatio, eadem prorſus eſt, atque hæc, *erit, eſt, & fuit*. Vt latè Apocal. 1. explicui; imò verò à Ioanne ipſo ſatis explicatum eſt illis verbis; *Gratia vobis, & pax ab eo, qui erat, & qui venturus eſt*. Quod igitur Dauid Sacerdotes hortatur, illud eſt; vt in hiſce ſacrificiis, ac laudibus, quas infinito Deo decantant, illum in primis collaudent, non ſolum ob beneficium, quod tunc in eos conferebat; ſed ob ea ampliſſima atque maxima illis hoſtiis præſignificata, quibus ſuam Eccleſiam erat aliquando ornaturus, quando ſuum ei ſpiritum liberaliſſimè impartiret, & victoria ex gentibus, ex Dæmone, ex mundo, atque carne glorioſiſſimè parta illam amplificaret. Iuxta firmiſſimam illam, quam Abrahamo olim præſtiterat, promiſſionem; *in ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes*. Quod ſi illa germana eſt ſignificatio quatuor literarum, quæ nomine diui-

Digitized by Google

no coërcentur, glorioſum valdè erat Deo in antiquorum factis ac laudibus eam ſui nominis gloriam decantare. Atque hanc potiſſimum ob rem exiſtimo toties in ſacris literis,præſertim in Pſalmis, Dei nomen frequentiſſima repetitione geminari. Hæc inſuper eſt, opinor, verſiculi illius expoſitio Pſalm. 47. verſ. 11. *Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ.* vt alia interim omittam non pauca.

Explicatur verſus 11. Pſalmi 47.

Poſſet hic etiam admiranda diuini nominis ſignificatio, non omnino extra chorum, ampliari atque exponi, quemadmodum recondita & arcana Trinitatis & Incarnationis myſteria breui literatum gyro complectatur. Sed leuiter attigiſſe ſit ſatis huius nominis myſteria, eo loci ac temporis Dauidis mentem nequaquam præteruolaſſe.

De ſeptem Domini vocibus in Pſalmo contentis.

Sequuntur ſeptem Domini voces, quarum ſonitus me ad Pſalmi totius explicationem perpulerunt. Sed antequam ad ſingularum ſtructuram deuenio, vnum aut alterum fundamenta præiacientur, oportet.

De numero & diſtinctione ſeptem Domini vocum, ſiue tonitruorum.

SECTIO I.

HAs Dei voces eſſe tonitrua, & illis eleganti allegoria ſignificari tam Dei pro Dauide prælia cum exteris nationibus committenda, quā victorias Chriſtianæ Eccleſiæ ex gentibus per Euangelicæ prędicationis tonitrua comparandas, vidimus vtrumque ſuperius ſectionibus ad Pſalmi explicationem præmiſſis. Reliquum eſt, vt ſeriò examinemus, quænam potuerit initi ratio; vt & Dauidis prælia, & Chriſti Eccleſiæ victoria ad ſeptem numero tonitrua reducantur. tot enim ſunt, quæ continet Pſalmus; nempe,

1 Vox Domini ſuper aquas.
2 Vox Domini in virtute.
3 Vox Domini in magnificentia.
4 Vox Domini confringentis cedros.
5 Vox Domini intercidentis flammas.
6 Vox Domini concutientis deſertum.
7 Vox Domini præparantis ceruos.

De ſeptenario numero.

Primò igitur ſic ſtatuo, quòd paſſim iactati ſolet per ſeptenarium numerū Hebraica phraſi ingentem multitudinem exprimi, cum grano ſalis eſſe intelligendum. Nec enim dubium eſt, quin ſi quis in prælio aliquo innumeros pene homines cecidiſſe nunciaret, imperitè id efferret, dicens ſeptem homines periiſſe. Quod ergo affirmari verè poteſt, illud eſt, in ſymbolis & hieroglyphicis cōgruenter ſeptenarium vſurpari ad expletam, atque perfectam multitudinem indicandam. Vt in ſeptem coccineæ beſtiæ capitibus (Apoc. 17. num. 4.) portenditur Imperatorum numerus bene magnus, qui Eccleſiam erant inſectaturi. Quare, vt ibidem Angelus oſtenderet ſeptenarium numerū non pro deſignato ac præſcripto, ſed pro pleno, atque completo eſſe ſumendum; addidit, in illis ſeptem octauum reperiri. hoc tamen eſſe ex illis ſeptem. Atque perſecutionum decurſum mox illis verbis declarauit; *Quinque ceciderunt, vnus eſt, & alius nondum venit.* Quaſi diceret, ſeptem capita non iuncta ſimul atque connexa, ſed diuidua & A per variam temporum ſeriem ſuccedentia accipi debere: itaut poſtquam prætericrint quinque, ſextum ſubſequatur, & ſeptimum adhuc ſuperſit.

Dices quorſum ſeptenarius numerus ſelectus è reliquis fuit, vt perfectum & abſolutum rerum ſuccedentium numerum ſymbolicè, & quaſi per ænigmata ſignaret? Reſpondeo, in ſymbolis & allegoriis ſignificatio non debet eſſe propria, ſed figurata. Quod ſi ſeptenarius pro ſeptenario poneretur, ſumeretur nō figuratè, ſed propriè. Quādo verò ſymbolicus, & ænigmaticus eſt ſermo, tūc non germana & expreſſa verbi ſignificatione, ſed allegoriarum inuolucris & integumentis vtendum eſt. Quemadmodum igitur Daniel, ad Romanorum Senatorum multitudinem, qui ſimul B Romæ erant, allegoricè notandam, decem beſtiæ cornuum ſymbolo vſus eſt (ductus videlicet denarij numeri perfectione, qui proprius multiplicationis eſt: nam vbi denarium pertranſieris, retrocedas neceſſe eſt, ac dicas vndecimum, duodecimum, &c. quaſi in eodem adhuc denario ſiſtas) ita ſimiliter ſeptenarius ad rerum futurarum ſucceſſionem, ac defluxum allegoricè indicandum reputatur maximè idoneus. Nam in rerum ſuccedentium decurſu perfectus etiam, & abſolutus indicatur. Atque hæc fuit communis diuerſarum nationum conſuetudo in dierum enumeratione vltra ſeptimum non progredi, ſed ibi hebdomadis periodum conficere. Deinde ad alterius regredi principium; & eandem ſupputandi rationem in C annis etiam Hebræi ſeruabant, qui vt dierum, ſic etiam annorum hebdomadis circumſcribere ſolebant. Pręter hęc iuxta Hebraicum ſermonem, vno eodémque nomine ſignificantur ſeptenarius numerus, atque ſufficientia, vel ſaturitas & abundantia. Nam vtrumque ſignificat nomen שבע, vt notat Arias Montanus lib. de arcano ſermone fol. 21. & Theſaurus linguæ ſanctæ. Atque ita congruens fuit, vt in Scripturæ ſymbolis ſeptenarius pro completo, atque abſoluto numero poneretur.

Quòd autem denarius applicetur ad plenum earum rerum numerum, quæ ſimul exiſtunt, indicādum; ſeptenarius verò ad earum, quarum vna alteri ſuccedit, id inquam, nititur pręſertim in di- D uerſa vtrorumque numerorum ratione, ſcilicet, & rerum ſimul exiſtentium, & earum, quæ aſſidua viciſſitudine ſibi mutuò ſuccedunt. Quorū prior propriè eſt numerus, iuxta Ariſtotelem; alter non item: nec enim tam eſt numerus, quàm λόγος, id eſt, oratio, vel potius ratio & proportio. Demum in Apocalypſi reperimus, Angelum accommodaſſe capitum ſeptenarium ad plenum atque exactum Imperatorum numerum, qui in multiplici temporum varietate per ordinem ſuccedentes Eccleſiam oppugnaturi erant acerrimè: ac denarium ad Senatores retulit, qui eodem tempore Rempublicam ſimul adminiſtrabant, de quibus dixit, *Poteſtatem vna hora accipient*, vt Danielis prædicationi concineret.

Cur denarius ad res ſimul exiſtentes, ſeptenarius ad viciſſim ſuccedentes applicetur.

Ex dictis infero tonitruorum ſeptenarium eſſe E aptiſſimum ad prædicādum allegoricè expletum numerum, tā præliorum, quæ Deus erat pro Dauide cōtra hoſtiles nationes decurſu temporis facturus, quàm eorum quibus poſtea ipſemet Deus myſticè erat debellaturus, gentes capturus, & ad Eccleſiæ munimenta deducturus.

Quapropter, cum ſeptenarius vtrique rei ſit maximè idoneus; meritò diuinus Spiritus, dum horum euentuum vaticinium vult diſtinctè proferre

Digitized by Google

ferre, vniuerſam hiſtoriæ ſeriem ad ſeptem capita reuocauit; quo veluti dierum ſeptenario totam hanc rerum hebdomadam, ſeu circuitum coërceret. Singula porrò ita in numerum ordinatè degerit, vt tonitruum primum vniuerſæ rei exordium proponat ob oculos; quinque intericcta incrementum, & progreſſionem: poſtremum denique hiſtoriæ finem imponat; ſicut & Sabbathum totam claudit hebdomadam. Ideo in Apocalypſi tubarum plagæ in ſeptem puncta, & in totidem plagæ phialarum partitæ ſunt. Poſſent quidem vtræque (non inficior) aut ad plures extendi, aut contrahi in pauciores. Cæterum ſeptenarius, vt iam dixi, aptius, & congruentius per allegoriam totius hiſtoriæ abſolutionem indicat, & perfectionē, docétque quemadmodū diuina prouidentia *attingit à fine vſque ad finē, fortiter & diſponit omnia ſuauiter*; & mens ipſius atque conſilium efficaciſſimum magna cum ſuauitate exitum ſortitur; ac die ſeptimo cum ſuum opus planè & cumulatè abſoluit, tunc tandem quieſcit.

Sed age iam, ad rem proximè accede, & ſeptem iſthæc Dauidici belli atque triumphi puncta, ſeptem item ad gentium euocationem ſpectantia diligenter euolue. Dicam quidem breuiter. Quòd ſi & eorum diſtributio idonea ſit, & apta allegoriæ tonitruorum accommodatio, nihil amplius requirendum erit.

Dauidis victoriæ ac triũphi ſeptē in partes diſtribuuntur. Prima excelſitas & magnitudo animi in duce.

Ac primò Dauidis hiſtoriam paucis expedio. In qua primum illud fuit, fons & origo cæterorū; quòd Deus illi vires immiſerit, robur contulerit, vt imperij ſui fines ad laxiſſimos terminos Iſraëlitico populo præfinitos à Deo prolataret; à deſerto ſcilicet Cades ad fluuium vſque Euphratem (nam alij qui leguntur interdum præfiniti à Dan vſque Bethſabee, ſtrictiores fuerunt: non ergo ſemper de iiſdem terminis ſermo eſt) vt habetur Ioſue num. 4. *A deſerto & Libano vſque ad fluuium magnum Euphratem, omnis terra Hethæorum vſque ad mare magnum contra Solis occaſum erit terminus veſter.* Quem in locum vide Maſium. & 1. Paralip. 18.num.3. Dauidis fortitudo, atque animi magnitudo narratur. Quando perrexit, vt dilataret imperium vſque ad fluuiū Euphratem.

Secundò robur, & fortitudo militū.

Secundò, ad tantam, tamque difficilem expeditionem ſtrenuos, ac fortes milites illi tribuit Deus, qui illis & fortitudinem & ſtrenuitatem adhibebat. Id quod planum fit ex 2. Reg. 8. & 1. Paralip. 18.

Tertia, decus & ſplendor exercitus.

Tertiò, exercitum ipſum miris, & inauditis prodigiis incitauit pariter, & inflammauit; eiſque decus contulit & ſplendorem, quo timorem hoſtibus incuterent. Hoc verò tunc præſertim enituit, cum prima ex Philiſtæis trophæa Dauid abſtulit; vt 2.Reg.5.& 1.Paralip.14.recēſetur. Quin & victoriam ex Iebus in monte Sion non citra miraculum conſecutus eſt. Vnde ad exercitum ipſum non parum gloriæ & honoris redundauit. Adiungi verò decus fortitudini, ex ſacra Scriptura eſt in militari ſermone. tale illud Pſalm.109. *In die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum.*

Quarta, expeditio Libani.

Quartò, cum Dauid mentem & cogitationem adiecit ad potentiſſimorum regum ac locupletiſſimorum expugnationem; qui opibus ac potentia freti ſuperari minimè poſſe videbantur. Nimirum in monte Libani Adarezerem, & vniuerſam Cœleſyriam ad flumen vſque Euphratem expugnauit. De ingentibus Adarezeris diuitiis ac poteſtate, vide 2.Reg.8. præſertim num.4.7.& 8.

Quinta, excurſio in Damaſcum.

Quintò, tanti belli ſcintillis varias in partes A diſſilientibus Damaſcus & tota Syriæ regio vnâ cum auxiliariis & confœderatis Adarezeris copiis deflagrarunt, 2.Reg.8.num.5.& 6. Alia hinc ſcintilla diuinæ potentiæ vento in Ammonitas delata, eorum prouinciam vaſtauit, 2.Reg.10.

Sexta, Arabiæ deſertæ expugnatio.

Sextò. Dauid Septentrionis bello feliciter cum Aderezere geſto minimè contentus, ad remotiſſimas Auſtri partes, id eſt, ad deſertum Cades ſiue Arabiam deſertam exercitus vires, atque arma conuertit, & vniuerſam circa regionem in ſuam redegit poteſtatem.

Septima, Finitimorum omnium Dauidi ſubiectio, & vniuerſalis pax.

Septimò, denique finitimæ vndique nationes Dauidis victoriis excitæ, timentes ne quid in ſe grauius conſuleretur, legatos ad eum de pace ac B venia miſerunt, ictóque fœdere deditionem fecerunt. Itaque glorioſiſſimâ victoriâ, ad eos vſque limites, quos Deus Iſraëlitico populo prius deſtinarat, ſuum protendit imperium, 2.Reg.10.num. 19. *Vniuerſi Reges fecerunt pacem cum Iſraël, & ſeruierunt eis: timuerúntque Syri auxilium præbere filiis Ammon.* Rex præterea Thou Dauidi fuit per nuncios de tot ſecundis præliis gratulatus, 2.Reg.cap. 8.num.9.& 10.& cap.10.num.31. Poſtquam nullus fuerat reliquus, qui ei obſiſtere auderet, *Reuerſus eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.* Salomon autem ſummum illud imperium à parente ſibi iure hæreditario relictum pacatè ac tranquillè capeſſiuit, illi enim belli negotium cum paucis fuit.

Septem hæc capita congruenter cunctas Da- C uidis victorias complectuntur: quibus ſummus ac præpotens Deus, ipſius nomen pariter, atque imperium apud gentes miro ſplendore vulgauit, poſtquam eius hoſpitium dignatus tabernaculum ſibi à Dauide in regia arce conſtructum voluit incolere.

Enimuerò non caſu, ſed de induſtria potius ſingula Dauidis prælia in hoc Pſalmo per præcipua tantùm capita attinguntur, minutioribus pugnis omiſſis. Quamobrem Orientis, atque Occidentis prælia non expreſsè referuntur, ſed ea tantùm, quæ ad Libanum, & ad deſertum Cades ſpectant. qui enim limites ab Oriente ſole ad Occidentem protenduntur, non ita laxi in latitudinem erant, vt ij qui patebant in longitudinem à Liba- D no, ſiue ab Euphrate vſque ad deſertum Cades, quod Ægyptum pene contingit, & Arabiam deſertam in ſe coërcet. Itaque vt per amplificationē Dauidici imperij magnitudo ponderetur, id vnū potiſſimum exprimi oportuit, cum cætera ex iis facilè conijci poſſint. præſertim ſi ad belli totius faces atque ſcintillas, quæ varias in partes diſſiluere, oculos ac mentem conuertamus. Repeto igitur breuiſſimè ſeptem iſthæc capita.

1. Excelſitas & magnitudo animi in Duce.
2. Robur & fortitudo militum.
3. Deus & ſplendor exercitus.
4. Expeditio Libani.
5. Excurſio in Damaſcum.
6. Arabiæ deſertæ expugnatio.
7. Finitimorum omnium Dauidi ſubiectio, & vniuerſalis pax. E

Atque his ſeptem capitibus tonitrua totidem, ſiue Dei voces huius Pſalmi reſpondere debent.

Oportet modò, vt per ſuperioris hiſtoriæ comparationem, ad ſeptem itidem puncta totum de gentium conuerſionis myſterio negotium reuocemus, quæ ſic breuiter complector.

Primò, Chriſti præceptum, atque ingens fortitudo, qua ſuos Diſcipulos roborauit, vt per totum terrarum

Digitized by Google

terrarum orbem Euangelium diſſeminarent, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, &c.

Secundò, cœleſtis vis, quam ipſi Euangelij promulgationi contulit Deus: *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.*

Tertiò, admirabilis decor & ornamentum externarum virtutum ac miraculorum, quo cæteris omnibus Apoſtoli optimo eſſent ſanctitatis exemplo.

Quartò, inſignis Romæ expeditio, atque conuerſio.

Quintò, ſcintillæ ac faces, quæ ex myſtico Romæ incendio in totum Romanum imperium diſiectæ ſunt.

Sextò, Æthiopiæ ac remotarum nationum, & gentium barbararum ad Chriſti fidem vocatio, atque deditio.

Septimò, multorum denique regnorum voluntaria Chriſto ſubiectio, & fidei victoria vniuerſalis.

His igitur ſeptem capitibus debent congruere ſeptem etiam Domini voces huius Pſalmi, atque in ſingulis obſeruandum eſt, quid inde ad Dauidis hiſtoriam pertineat, & quid ei ex altero ſeptenario reſpondeat.

De ſeptem tonitruorum diſtinctione in ipſa tonitruorum figura.

QVemadmodum ad Pſalmi huius cognitionem præmitti oportuit, ſeptem illa capita, in quæ Dauidis hiſtoria in eo prænunciata ſecatur, & ſeptem etiam puncta, quæ præcipuũ Chriſtianæ Eccleſiæ myſterium in eo item prædictum complectitur: ita etiam diligenter notare expedit ſeptem tonitruorum, de quibus Pſalmus agit, diſtinctionem; quo veluti præiacto fundamento ad allegoriæ expoſitionem facilius aggrediemur. Et quidem, quod ad eorum omnium diuerſitatem ſpectat, nõ parua ſuboritur difficultas. Etenim ſecundum & tertium tonitrum ſolum diſcriminat à primo vnius fragor, alterius fulguratio: quo vtroque non diſtinguuntur tonitrus; cum potius hæc iungantur ita, vt quo ſplendidior fulguratio, fragor tonitrus vehementior ſit. Adhæc, vox prima, *ſuper aquas*, nõ eſt cur diuerſa ſit neque à voce ſecũda, *in virtute*, neque à tertia, *in magnificentia*: cur enim mare non ſentiat tonitrum ingentis & fragoris & fulgurationis? Vnde fit, vt tonitrus multiplicentur fruſtrà, cum, qui tres numerãtur, vnus ſit. Quin etiam, cùm conſtet, ex fulmine tonitrum comitãte ſcintillas diſpergi huc illuc, verè de eodem tonitru quatuor dicantur illa: *Vox Domini ſuper aquas, vox Domini in virtute, vox Domini in magnificẽtia, vox Domini intercidentis flammas.* Præterea non apparet, cur ſint tonitrus diuerſi vox Dei, quæ concutit deſertum, & vox, quæ præparat ceruos: cum vterque effectus exiſtere poſſit ab eodem tonitru. Quare omnes illas ſeptem voces, commodè redigas ad tres, ad vnam ſupra mare, ad alteram ſupra Libanum, ad tertiam ſupra Cades.

Septenum tonitruorum numerum minuere vult obiectio.

Certum mihi tamen eſt Ioannem, cum ſeptem dixerit tonitrus, illos pro ſeptẽ diuerſis habuiſſe. Id firmat reſpectus ad ſeptenarij myſteriũ, tũ propter ſignificationis elegantiã, tũ propter alluſionẽ ad dies hebdomadæ: de qua Gen. 1. & quã etiã noſter Pſalmus tangit, vt infrà videbimus. Obiectione verò nihil de noſtro tonitruorum numero decedit: ea enim ſolum fit, eundem eſſe poſſe to-

Stat numerus ſeptem tonitruorum.

A nitrum ſuper aquas, in virtute, & magnificentia: ab altero itidẽ deſertũ poſſe concuti, flãmas ſimul diuidi, & ceruos præparari. Sed quidni effectus iſti in diuerſis tonitruis, vt mox facio, conſiderentur? Certè & ſeptenaria Pſalmi vocũ repetitio, & Ioannis totidem indigitatio, ſeptem repræſentari diuerſos tonitrus, faciunt planũ. Imo verò valdè ſuſpicor non ſeptem modo tonitrus numero diſtinguẽdos; ſed detonitum ſepties, id eſt, ſepties variis locis auditum fuiſſe tonitruorum ſtrepitũ; nec tonitrum ſingulis vicibus vnum, ſed multos. Moueor repræſentationem, vt violenta non ſit, rerum euentui, quoad poſſit, aptandam: atqui non ita rei natura fert, vt cum nunc mare tempeſtate

Quid ſi plura multo?

B vexetur, Libanus deinde, poſt deſertum; ſemel in locis tonet ſingulis, imo verò ſæpe. Neque tamen ad collectionem illam tonitruorũ vniuſcuiuſque loci declarandam, neceſſarium fuit dicere, voces Domini, ſed ſat eſt vox Domini; quod videas Pſalm. 17. num. 14. Eccleſ. 46. num. 20. Iob. 37. num. 5. & ſæpe alibi. Quam ad collectionem tonitruorum ſingulis vicibus exauditorum referenda videntur ſeptem Apocalypſeos tonitrua. Nec id meo quidem iudicio in Apocalypſi difficultatem habet, cum ob ſtylum ſacræ Scripturæ, tum etiam quia Hebraicè vox vnica & ſeptem & ſepties notat.

Quibus de tonitruorum numero ſtatutis, hinc iam ſæuam obiice tuæ menti tempeſtatem frago-

Allegoria mira emphaſis.

C re tonitruũ formidabilem, eamque mediterraneo mari ad Palæſtinæ oram incumbentem prius, & fluctus vehementer excitantem. En quid ſit *vox Domini ſuper aquas.* Hinc illata continenti tempeſtas in maritima Philiſtæorum oppida, in Gazam ſcilicet, & Aſcalonem graſſatur. Vnde Hieroſolymę propter vicinitatẽ vehemẽtior multo, adcòque horribilior ſtrepitus audiebatur; propterea dicitur *vox Domini in virtute.* Inde ad regnũ Moabiticum ſitum vltra Iordanem, terra promiſſionis abſque nocumento relicta, tempeſtas auolauit, vbi illud fuit in tonitruis ſpeciale, fulgura Moabitas præſti ingentia longè fuiſſe micantiora, quorum ſplendor eximius facilè propter vicinitatem, & terræ ſitum Hieroſolymæ cernebatur. Hoc notãt

D illa, *vox Domini in magnificentia*, vel in ſplẽdoribus, quæ vocis Hebrææ Pſalm. 109 translatio eſt. Poſt irruit in Libanum montem tempeſtas furibunda, nam id eſt, *vox Domini confringentis cedros*, &c. Porrò ex alto ſeſe illa ad latera præcipitauit, & ſcintillas huc illuc, ſeu fulmina diſploſit, quædam in Damaſcum, in Syriam alia, alia ad Ammonitas. ſic capio illa: *Vox Domini intercidentis flammas.* Deinſe impetuosè proripuit tempeſtas ad meridiem, totamque percurrit Cades ſolitudinem: id affert *vox Domini concutientis deſertum.* Ac tandem priuſquam abiret, rediit, medium quaſi conficiens circulum, ex Cades ad ipſos vſque remotiores Ammonitas, omnes illas perterrefaciẽs vrbes aut regna: atque tunc demum ſua cælo ſerenitas reſti-

E tuta eſt. Hæc de tonitruum iactu ſeptemplici cogitatio (illa quidem admodũ poëtica, vt quæ ſub allegoria epitaſis vehementiſſimæ rem bellicam exprimit ad viuum) in Pſalmi verba quadrat, meo iudicio, belliſſimè, indéque nihilominus in Dauidis hiſtoriam, quam velat allegoria. lege 2. Reg. 8. & 9.

Verſ. 3. *Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.*

Petita eſt à tonitruis allegoria tempeſtatẽ cientibus

tibus in mari. notum enim, & in Apoc. 1. oſtēſum aquis multis mare deſignari. Ad hiſtoriam ergo Dauidis, cum hic certus fuit illis cum nationibus ad quatuor cœli partes ſitis depugnandi; idipſum fuit Deum illis bellum indixiſſe. nam & tonitru cœleſte indicat auxilium: & aquæ multæ, ex Apocal. 17. ſunt populi multi.

Quid ſpiritu multæ.

Euangelij in orbe toto prædicatio.

Ad ſenſum verò ſpiritualem myſtici belli toti à Deo Gentilitati denunciati neſcio quid aptius Dauidis hiſtoria, & tonitruum allegoria, quæ mare, id eſt, orbem totum ſuo commoueant ſtrepitu. Præterea, oſtendi iam Apocal. 1. ad populorum, nationúmque ſignificandam varietatem, dici aquas multas, quàm mare, multo fuiſſe ſignificantius. Ac tandem, cum tonitru Euangelicæ prædicationis ſymbolum ſit, & aquæ multæ diuerſarum nationum, liquet, pro indicando bello, quod erat orbi illatura Euangelij prædicatio, fuiſſe cōmodiſſimum hoc: *Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.* Quod hîc optimè viderunt Hieronym. & Auguſtin. & cum huc reſpexerit in Apocal. Ioannes, patet quàm conueniat ſumi in hoc Pſalmo aquas multas ita prorſus, vt Ioāni Angelus ſignificauit. Quæ eadem eſt myſtica aquarum acceptio Pſal. 103. verſ. 6. ibi: Super montes ſtabunt aquæ, vt illic efficiam. De alluſione huius verſus ad opus primi diei, inferius.

Verſ. 4. *Vox Domini in virtute.*

Allegoria miræ emphaſis.

Cum parum ab Hieroſolyma abſit Palæſtina, hanc tempeſtate inuadente, tonitrua Hieroſolymitanis ſonabant vehementius. Qua allegoria bellantis cum Palæſtinis Dei ſignificatur virtus: enimuerò magnam hanc fuiſſe, bene effectus prodebat magnitudo. Sic etiam in Euangelij prædicatione SS. Hieronymus, Auguſtinus & Baſilius confirmant, voce Domini in virtute egregiam illam, quam Euangelij miniſtris diuinus ſuggeſſit ſpiritus, ad expugnanda corda repræſentari. Et ſanè virtus fuit lōgè omniū mirificiſſima Ethnicos arrogantiſſimos ad rem, vt videbatur, ſtultā, ad adorandum Chriſtum induci. Eum nempe hominem, quem conſtabat paulò ante inſtar imbecillis ſuffixum cruci ignominioſè. & hoc illud eſt, quod ponderat Apocal. 6. in primo ſigillo, vbi nos latè. Effectus item fuit prædicationis validiſſimæ, vt homines non ad fidem modò, ſed ad virtutem ſolidam, adeóque veram ſanctitatem pellicerentur, quod quidem ſine potentia ſumma ſupernáque efficacia non fiat. Alluſio eſt in hac voce ad firmamentum, opus ſecundi diei, vt videbimus.

Virtus eiuſdē admiranda.

Verſ. 5. *Vox Domini in magnificentia.*

Pulchritudo & ornatus veſtium notatur voce הדר iuuat id noſtra verſio, cui nonnunquam vt Pſal. 109. eſt *ſplendor*, ibi; *in ſplendoribus ſanctorum.* Vnde, cùm de tonitruis ſermo ſit, fulgur haud dubiè vocatur magnificentia, ſeu ſplendor. nam horrendum aliàs tonitru quaſi decoratur fulgure, certè ſplendeſcit tunc nigra tellus. Eſſe igitur in hoc loco idem magnificentiam, atque ſplendorem, facit etiam, quod opera quæ ob ſplendorem ac maieſtatem admiramur, illa magnifica vocitamus: fulguri autem reuerentiam ſibi neſcio quam & admirationem apud omnes parienti cōuenit valde magnifici nomenclatio In bellis, quæ intulit Dauid vicinis ſuis (prꝩter robur, quod nuper ſignificatum virtutis nomine) documenta milites ſuos dediſſe generoſorum ac verè nobilium ingeniorum, qui eſt vnius militaris roboris ornatus, hac appoſita voce *magnificentia* Pſalmus declarat. Etenim duo militibus ſplendorem conciliant, cum veſtium & armorum externa ſpecies, ornatúſque; tum & maximè veræ animorum nobilitatis ſignificatio. In hocque exercitus quidam Romanorum ab altero ſeſe immane quantum diſcernit barbarorum quamlibet valentiſſimorū: cuiuſmodi hi fortaſsè habebuntur aliquando; at ingenuis ornari moribus, itaut magnifici dicantur iure, nunquam. Porrò ad hanc magnificentiam & ſplendorem ſpectant comitas, fides, veritas, iuſtitia, honeſtas, omnia deinum, quæ decori nomen veram conſequentis nobilitatem coërcet. Vnde ſeſe aperit quanto iure ſacra Scriptura loquens de exercitibus, aut de excellenti aliqua fortitudine, robori magnificentiam adiungat ſeu ſplendorem. Huius illa ſunt guſtus: *Magnificentia & virtus eius in nubibus*, Pſalm. 67. verſ. 35. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum*, Pſalm. 109. *Decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem*, Pſalm. 92. & Prouerb. 31. num. 25. *Fortitudo & decor indumentum eius.* tale noſtrum eſt: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Quæ duo oſtentata haud dubiè ſunt à Dauidis militibus in his bellis: ſed exiſtimo aduerſus Philiſtæos præcipuè robur, cum Moabitis verò magnificentiam, & ſplendorem apparuiſſe. Quamuis enim in tempeſtatibus grauius tonitru fulgetra ferè ſequatur ſplendidior: at in bellis interdum dat ſe occaſio roboris, interdum ingenuitatis oſtentandæ, ſplendoriſque.

Magnificentia pro ſplendore.

Iam in præcipuo ſenſu magnificentiam hanc & ſplendorem, atque fulguris ſymbolum admiracula, quæ noſtræ firmabant veritatem fidei, iure referas. Enimuerò hæc mirè à tenebris diſpeſcūt lucem, glorioſámque præbent ſignificationē rei ſupra naturæ terminos ſuſtollentis ſeſe: atque huc ritè trahas magnificentiæ etymon. Illud eſt, magnorū ſeu mirabilium efficientiæ. Illuc tamen inclino magis, vt intelligantur magnificentia & ſplendor de admirabili vitæ exemplo prædicationem Euangelij comitante. Atque id quidem non erat prædicatorum duntaxat; ſed recens, etiam ex Gentilitate, conuerſorum. Etenim hoc inſtar erat miraculi ſtupendi, quod Euangelicæ ſublimitatem prædicationis demonſtrabat. Optimè proinde Hieronym. & Auguſt. hanc Pſalmi magnificentiam ad opera referunt ſanctorum, ad externam nimirum ſanctitudinis, & vitæ mirandæ ſignificationem. Adde ex me, ad illuſtrem piarum ceremoniarum apparatum, ad Sacramenta, & Sāctos, quibus illa Eccleſia peragit ritus. Vox itaque Domini in virtute internum affert ſolidæ virtutis effectum, quæ vtique firmitas eſt robuſtiſſima: at vox Domini in magnificentia ad oblatum omnibus exemplum ſpectat. Huic pulchritudo terræ à Deo recens conueſtitæ, tertij diei opus, reſpondet ex æquo.

Sanctitatis ardor, quem eſflabant Chriſtiani.

Verſ. 6. *Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani: & comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.*

Illud parui eſt, nec ſenſum varians, quod in hac & ſequentibus Domini vocibus vulgatus per genitiuum extulerit, quod & per nominatiuū, *vox Domini confringens*, &c. aptè efferretur. Iam verò

 quod

Digitized by Google

quod effectus venti impetuoſi tonitruis attribuatur, orationem ſic æffici plenam poëticæ elegãtię, ſupra oſtenſum. Nunc autem cum dicitur Libanum irruens tempeſtas cedros montis pulcherrimas irrupiſſe, inſignis profectò fuit allegoria, ad illam exprimendam victoriam, quam obtinuit ex Adarezere Dauid. tum quia regnum Adarezeris iuxta Libanum (quo de regnorum, quæ Dauid acquiſiuit, geographiæ peritus minimè dubitet) imo pars aliquã illius in ipſo erat monte. nam Emath, ex Hieron. de locis in hac voce, & ex Ezech. cap. 48. num. 1. ab Oriente eſt regni Damaſceni limes. Deinde quia regnum hoc reliquis debellatis à Dauide potentia & opibus ſummum excellebat. Hoc fit planum ex 2.Reg.8. num.3.4. 7.& 8.& ex 1.Paralip.18.num.4.7.& 8.vbi narratur cepiſſe Dauidem ab Adarezere mille quadrigas, ſeptem millia equitum, ac peditum viginti millia, aureas militum pharetras, vim ingentem vaſorum aureorum, & argenteorum, & chalcolibani, metalli tunc nimis pretioſi copiam infinitam. Poſt hanc verò tantam iacturam curſus bellicos (ex 2.Reg.10.num.16.& 1.Paralip.19.num. 6.) triginta duo mille non minus ad bellum reparandum Adarezer inſtruxit, ſuæque magiſtrum militiæ Sobach exercitui præfecit. Admodum igitur aptè & ſtilo ſacræ Scripturæ conuenienter huius inter alia regna præſtantia in cedrorum altitudine proponitur.

Et comminuet eas, ex Hebræo redditur; Exilire faciet eas. ita Symmach. Aquila, & quinta editio. Hieron. Diſperget eas. Quare noſtrum comminuere cum epitaſi vehementi ſignificat concuſſas validiſſimo vento Libani cedros proſternere, eaſque ad ſaltandum impellere; aut confringendo, aut conuellendo, radicéſque ſurſum verſus commutando. Quæ imago eſt nimis quàm expreſſa editæ à Dauide in hoſtibus ſtragis inauditæ.

Verſio Pſaltery Hieronymiana.

Tanquam vitulum. Tanquam vitulus, reddunt nuperi aliquot. atque ita legitur in verſione, quæ Hieronymo tribuitur. Hanc tamen verſionem eſſe corruptam innumeris additionibus, mutationibus, detractionibus certorum quorundam audacia in gratiam Iudaizantium, docet Genebrardus Pſalm.9. verſ.23. Ego verò ſic ſtatuo: qui hîc vertat, *Tanquam vitulus*, illum non hallucinari ſolum, ſed etiam nugari. Vitulus, ſcilicet cedros Libani coruſcando comminuerit, & coëgerit ſaltitare. at, quod tonitru cedros vitulorum inſtar faciat exilire, politiſſimum eſt. Sicut enim actus & territus clamore iuuencus huc illuc diſcurrens aufugit frequenti ſaltu: ad eum modum tonitruis, quæ Dei voces ſunt, perterrefactæ cedri, quin radices profundæ, nec materię duritas quidquam obſiut, exiliunt quam celerrimæ. nam quòd effectus tempeſtatis dentur tonitruis, quantæ id ſit energiæ, viſum ſupra. Aliud etiam eſt, in quo mihi placeant iterum hi nuperi tranſlatores (nam Hieronymum cum Genebrardo illis nullo modo annumero.) Pro illis noſtris: *Tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.* ita illi, *Tanquam vitulus:* vbi perfectum apponunt colon. deinde ſic proſequuntur: *Libanus & Sarion tanquam filius vnicornium.* aiuntque Sarion eſſe Antilibanum, atque adeo duos illos montes Libanum & Antilibanum duobus item rhinocerotibus conferri. Cæterum eſſe hanc ex illuſtribus locis vnum, in quo nihil prorſus afferatur frugi à vulgata lectione recedendo; illam contra ſectando, vt par eſt, & grauiter ponderando, multum politi ac elegantis ſenſus reperiatur, oppido quam certum mihi eſt. Certè in hac verſione *Libanus & Sarion*, &c. nihil intelligentiæ vel tolerabilis (forſan id eſt mei peccatum ingenij) poſt ſolertem indaginem ſuccurrit. nam quæſo te prudens lector, quorſum, dum de Libano agitur amiſſa per tempeſtatem pulchritudine, duo illi montes cum rhinocerote cõparentur? Fortaſſe, vt indignatione graui ſtomachantes in cœlũ ob acceptam iniuriam repræſententur. atque id quidem abſurditatis cenſendum nota. Etenim haud ſcio quid dici poſſit abſurdius, quàm vt diuina vox Libanum & Antilibanum ſpolians honore ſuo conferatur vitulo, & rhinocerotibus montes: nec id vllus vnquam dixiſſet, quem non ſtultitiæ damnaremus manifeſte. ſi pro globo, aut ſtramentitia perſona rhinoceros vitulo eſſet, bellè dictum. Sed tam res habet contra, vt taurus ferox ludus ſit rhinoceroti. Conſtat id ex epigrammatario ita de rhinocerote canente: *Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?* Vnde fit euidens, comparationem, ſi res commutetur, aptiſſimam eſſe: ita vt cum Libano vitulus, cum rhinocerote tempeſtas comparetur. Id quod tetigit noſtra verſio: *Comminuet eas*, vel *exilire faciet vt vitulum.* In qua cum vitulo conferuntur Libanus aut cedri ſuæ; edens verò ſtragem cum rhinocerote: eò enim hîc in nominatiuo, vitulus verò in accuſatiuo poſitus eſt. Porrò, cum ſacra Scriptura tauris rhinocerotes adiungit, ad certamen nos ducit, in quo tauri proſternantur victi. qua ex obſeruatione Iſai.34.num.7.capietur.

Abſonũ quod intrudunt.

Quàm arcana noſtra tranſlatio.

Adhuc tamen politius aliquid paulò, & abſtruſius in vulgata lectione perſcrutandum. Noto igitur, nec Septuag. nec ex iis vulg. Hebraicè legiſſe (vt modò Hebraizantes) שריון ſed שְׂרְעִיוֹן quæ vox à radice רעה cum ſeruili ש ritè ſignificat ſodalitatem & amicitiam, ac propterea ex Hebraico vſu tranſlata fuit commodè, *dilectus.* in quo poſita in primis fuit alluſio ad ſignificationẽ nominis *Dauid*, ea enim etiam eſt *dilectus.* Acutiſſimè igitur quæſitum fuit Hebræum nomen, in quo & ad montem Sirion, qui Antilibanus eſt, reſpiceretur, & haberet idem ſignificationem nominis *Dauid*; cum tempeſtatis ingruentis in Libanum allegoria ad repræſentationem ferretur belli, quod Dauid geſſit cum Adarezere Libani ipſius & terræ adiacentis, vt ſupra diximus, Domino. Mons verò Libano oppoſitus, teſte nomine ipſo, eſt Antilibanus. Id quod Plinium non latuit, cuius lib.5. cap.20. hæc ſunt, *Libano par, interiacente valle, mons aduerſus Antilibanus obtenditur.* Iam verò quid lætius, quid amœnius hoc inuento, vt nomen idem ſono literarum videatur Antilibani; & Dauidem ſignificatione repræſentet? & vitulo Libanus, Antilibanus verò rhinoceroti conferatur? Hoc enim verò plane eſt Dauidem ſub nomine Seraghiõn, ideſt, dilectus, inducere ſicut valentiſſimum rhinocerota proterentem quaſi vitulum Adarezeris potentiam, quam Libanus ſignificabat; cum eoque perinde ac cum leuiſſima pila ſe gerentem. Pro quorum omnium maiori firmamento tandem notandum id, quod de hac Dauidis expeditione I. Paralip. 18. num. 3. habetur, ſcilicet: *Eo tempore percuſſit Dauid Adarezer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit, vt dilataret imperium ſuum vſque ad Euphratem.* Quod iter vt ſignificaretur, aptum omnino fuit, tempeſtate illa Libanũ occupari: hic enim,

cum

cum exurgat iuxta mare, pertinet ad Euphratem vſque. *A tergo Sidonis* (Plinij verba ſunt lib. 5. cap. 20.) *mons Libanus orſus mille quingentis ſtadiis Simyram vſque porrigitur.* De Euphrate verò loquens eodem cap. *Oritur*, inquit, *ſupra Simyram centum viginti mille paſſuum.* tres ſcilicet quatuórve leueas à Simyra.

Arcana expoſitio, Roma debellata.

Iam ad arcanum ac præcipuum myſterium Pſalmi mirum conuenit in modum vulgata lectio. Primum, quemadmodum inter reliquas, Dauidis in Libanum contra Adarezer, profectio potiſſima fuit, ita prorſus ex ſpiritualibus Eccleſiæ cum Gẽtilitate bellis, illud quod cum Roma imperij & idololatriæ capite geſſit, longè fuit maximum omnino. Quo fundamento iacto aſſurgit opus SS. Hieron. & Auguſt. iuuantibus, dum dicunt cedris intelligi Libani excelſos, potentes, ac ſuperbos: quæ Romanorum deſcriptio eſt. maximè ſi addas Tertulliani, Baſilij, Hieronymi, & Auguſtini notam, Libanum montem ex ſacræ Scripturæ phraſi humanæ ſuperbiæ ſymbolum eſſe. Et quidem beſtiæ illi Romani imperij ſignificatrici, de qua Apocal. 13. nomen eſt *ſuperbia mundi*, vt ex literis numerum ibidem aſſignatum conficientibus ſtatuo. Præterea, eadem ponenda videtur ſignificatio cedrorum Libani, quæ eſt decem cornuum beſtiæ coccineæ, de qua Apocal. 17. vbi oſtendimus Deum, ad fidem vt Romam converteret, conuerſione cornuum beſtiæ vſum fuiſſe. Ad hæc, ſaltus cedrorum ad impetum tonitruum allegorici illi quidem adumbrant commodiſſimè deiectum prædicatione Euangelica, atque expugnatum iri ſuperbos principes, ac Romanos ſenatores: qui propter actas in impietate ac vanitate radices altas, duritiámque adeò vetuſtate roboratam, vt prædicationi cederent, incapaces omnino videbantur. atqui hos exilire, auelli quidẽ radicitus eoſdem fuit ex mundi pompa, cogique, vt amarent propter Chriſtum exilium, mundaniſque omnibus valedicerent. Et quemadmodum tonitrua per concitatum ventum cedros affligunt ſolo; ſic in noſtra ſpirituali tempeſtate res habuit; etenim ad tonitruum myſticorum vocem flabra extiterunt potentiſſima, impulſum dico & Spiritus ſancti vim, quæ cedros feliciter deiecerunt. Firmat etiam hanc explicationem pro *dilecto* accipi ab Auguſt. Hieron. & Baſilio in præſenti Chriſtum. Et quidem ſi ſtat, vt debet, agi hiſtoricè de Dauide, quid aptius, quàm per Dauidem dilectum nominatum Chriſtum intelligi? tale illud Pſalm. 67. *Rex virtutum dilecti*, &c.

Quàm arcana noſtra tranſlatio.

Dilectus Chriſtum ſignificat.

Maximum itaque firmamentum eſt huius interpretationis & eius conuenientia & præcipuè noſtræ editionis auctoritas. Pro qua non ſunt tantùm Septuaginta; ſed etiam Symmachus, Aquila, & Theodot. Chryſoſt. & Apollinaris, quos citant Scholia ad Sixtiana Biblia. Solum intereſt quid parui diſcriminis: quod vbi nos *Libani*, *Libanum* habent multi Græci. quos Hebræa iuuant poſita ſine regimine genitiui. Quòd ſi cum iſtis Libanum legamus, conſtructio eſt huiuſmodi: Confringet Dominus cedros Libani, & comminuet, ſiue exilire faciet eas, & Libanum ipſum tanquam vitulum, ſcilicet comminuet: & Dauid dilectus Deo erit tanquam rhinoceros, per quem prædictum vitulum facile Deus idem comminuat. Ita fluit facile lectio *Libanum*. nec verò diſſimilis eſt ſenſus altera *Libani*; ſiue exponas ita: tanquam vitulum, cui comparatur ipſe Libanus. aut fortaſsè iucundior erit comparatio cum vitulo aliquo ex iis quos nutrit Libanus ipſe, vel quia hi minores (quales montani ſunt) vel quia nitidiores, vel quia magis ad manum, vel denique quia valentiores. Vt vt hoc ſit, illud certum, Adarezeris potentia cum vitulo comparata, ex energia ſumma fuiſſe cum rhinocerote comparatum Dauidem. Deinde verò in principali ſenſu neſcio quid elegantius, quàm Romanorum vires minitantes Eccleſiæ taurorum cornibus conferri, iuxta illud Pſalmi 67. (de quo ſuo loco) *Congregatio taurorum in vaccis populorum*: robur autem Chriſti rhinoceroti, iuxta illud etiam Deuteron. 33. n. 17. *Cornua rhinocerotis, cornua eius.* quo venit locus ille Iſai. cap. 34. num. 17.

Romani tauris comparati, Chriſtus rhinoceroti.

Verſ. 7. *Vox Domini intercidentis flammam ignis.*

Pro τῷ *intercidentis*, Hieronymus poſt Symmachum *diuidens*, vel *diuidentis*. Hebræum חצב ſpectare propriè dicitur ad lapidicidas cum lapides dolant, ſubſiliúntque fruſtula, vel aſſulæ (*aſtillas* vocant Hiſpani, ſicut in re lignaria, & cum lapide fruſtula ſaliunt identidem, *aſtillar.*) Horum igitur verborum mens eſt, quod fulmen ſequatur tonitrum, cuius videatur vi diſiici fulminis ſcintillas: in has enim ſcindi fulmen ſæpe cernimus. Porrò, ad ſignificandum ex commiſſo cum Adarezere potiſſimum prælio, ſparſas à Deo reliquias, alterum in Damaſcum, in Ammonitas alteram, quibus quaſi fulminibus exurerentur, mirum planè fuit, vt continuata tonitruum allegoria diceretur diſperſas fuiſſe hac illac ſcintillas ab igne illo in Dauidis auxilium. Legenda ex 2. Reg. cap. 8. numer. 5. & 6. & cap. 10. & ex 1. Paralip. cap. 18. numer. 5. & 6. & cap. 19.

Iam comparatio hæc admiranda fuit ad præcipuum ſenſum. Enimuerò ex magno illo, ſed myſtico Romæ incendio ad prouincias imperio ſubiectas & fœderatas auolarunt ſcintillæ, *& ciuitates gentium* (ex Apocal. 16. numer. 19.) *ceciderunt.* Nam quod fulminis effecta myſtici, tonitrui myſtico attribuantur, optimè id factum apparebit conſideranti. Ignis enim Spiritus ſancti variè pro diuina voluntate ad tonitri vocem diſtribuitur, huc vna venit ſcintilla, illuc altera, alia alio, cum effectu omnes admirabili. *Factus eſt* (dicitur Actor. 2. num. 2.) *repente ſonus.* En tonitru. Et ſtatim: *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignes.* En diuiſam aut diſtributam flammam. Deinde Euangelium Iudæis, qui erat Hieroſolymis *ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt*, prædicatum fuit. Cæterum quæ tunc facta legimus eorum, quæ patratura mox erat Euangelij prædicatio in toto orbe, figura fuit inſignis. Etenim egreſſæ ex cœleſti illo incendio ſcintillæ ſic fuerant diſpertiendæ, ac fouendæ, vt Prouinciæ omnes eo, quem Chriſtus accenſum venit, igne conflagrarent. Fauet tandem huic expoſitioni Baſil. verſiculum hunc de ignita Spiritus ſancti gratia interpretatus. Vbi nota poſtremò, intima vt penetret, proprium eſſe fulmineæ flammæ: veſtem enim ne tangens quidem cor ſolet breuiſſimè exurere, abſumere oſſa, omniáque in cineres redigere. quæ nata ad effectus contritionis, quæ cœleſtis eſt flamma, declarandos.

Dilatatio Euangelicæ prædicationis.

Contritionis effectus.

Verſ. 8.

Digitized by Google

Verſ. 8. *Vox Domini concutientis deſertum, & commouebit Dominus deſertum Cades.* A

Per tempeſtates ad ſolitudinem Cades (qui terminus vltimus eſt Palæſtinæ, iuxta conceſſionem Dei ex Ioſue 1. num. 3. laxiorem) reductionem hanc, illatúmque toti illi regioni, quæ Arabia deſerta eſt, pauorem ingentem allegoricè expreſſi, haud dubiè ſunt excelſi Dauidis animi: qui redacto in ditionem ſuam toto Libano, Syria, & Cœleſyria ad Euphratem vſque non contentus, reduxit per latus alterum Palæſtinæ exercitum, totámque ſibi Arabiam deſertam peragratam ſubiecit.

B Hieronymus verò hîc & Auguſtinus ſenſui intenti principali deſerti concuſſionem de Gentilitatis ad fidem commotione exponunt. Et quidem incultas Gentes per ſolitudinem vulgata intelligi ſacræ Scripturæ phraſi, cuius Apocal. 12. vſus eſt Origen. Baſil. Clemens Alexand. Arnob. Hilar. Gregor. Iſichius apud Lauretum notatum habent. Verum vt non ita generatim, ſed de aliqua Gentilitatis parte noſtrum exponamus verſum, contextus cogit, & quia ad Gentilitatem etiam pertinebat Libanus; & quia de deſerto Cades peculiariter ſermo. De iis ergo nationibus, quæ propter ſummam tum barbariem, tum longinquitatem non admiſerant Romanum iugum, Æthiopes putà, Indos, Scythas, & id genus, agi in C hoc verſu haud dubius cenſeo & ſciſco. Nec enim ſuæ illi animarum ſiti toto ſatisfecit Romano imperio Christus Dominus, legauit etiam ad Gentes extremè barbaras miniſtros ſuos. Sic illud impletum pleniſſimè: *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* quo de latius Pſalm. 86. verſ. 8. ad illa: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum,* &c. Quod vti ſignificaretur, apparet ſatis, nihil potuiſſe commodius inueniri Dauidis ad deſertum Arabiæ expeditione. Quare cum audis deſertum Cades, non regionem quamlibet, quod faciunt ad ſynecdochen confugientes quidam, cogites: peculiarem enimuerò ſolitudinem illam magno ex myſterio deſignatam oportet, credas.

Æthiopes & barbari ſimiles ad Chriſtum adducti ſunt deſertũ Cades.

Duplex in nomine Cades ſignificatio.

Philoſophabuntur fortaſsè alij in nominis Cades ſignificatione: poteſt enim eſſe deſertum ſanctitatis, vel, quod omnino contrarium eſt, deſertum meretricium. Poſterius hoc eſt ex S. Hieron. epiſt. 27. manſione 33. nempe cùm meminit ſacra Scriptura deſerti Cades, τὸ *Cades* in malam partem eſſe interpretandum; quemadmodum ab eodem meretrix appellatur Cadeſa. & facit apud Apocal. 17. in deſerto viſam eſſe magnam illam meretricem. Sed præſtat adhuc ſignificationem deſerti Cades deſumere ex reipſa.

Notandum denique reddere pleroſque cum Hieron. ex Hebræa proprietate: *Vox Domini parturire facientis deſertum Cades.* quia verbum חיל niſum illum affert parturientis doloris vehementiſſimi. Et ſanè vt ingens barbarorum commotio ſignificetur nata ex Euangelij prædicatione; hæc quidem appoſitè dicitur in cauſa fuiſſe, vt gentes illæ partui iam vicinæ coarctarentur, vt cum gemitu diuinam implorarent opem: ideſt pœnitentiæ exagitatæ ſtimulis de fide Chriſti recipienda deliberarent. atque ſimilem ſuo modo energiam in figura, in Dauidis ſcilicet expeditione phraſis habet.

Verſ. 9. *Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condenſa.*

Pro his, *Præparantis ceruos,* verſio putata vulgò Hieronymiana habet, *obſtetricans ceruis.* Pagn. & Arias reddunt; *parturire facientis ceruas.* & Hebræa quidem vox reſpondens τῷ *ceruis,* quæ modo legitur, fœminina eſt. Verum hæc nihili videntur facienda, primum, quia verſio Hieronymiana, vt ſupra dixi, corrupta multum eſt. Deinde vulg. & Septuag. & antiquiores interpretes nihil tale ſomniarunt. imo eiuſmodi interpretamento oppilatæ ſunt fores validiſſimè transferendo *ceruos.* nam ſi intelligi vellent tonitru ceruas parere, aut abortare, ad id quidem ineptiſſimè interpretes omiſſo ſexu fœmineo ſumpſiſſent maſculinum: atque id maximè ſi Hebraicè fœmininum legebant, & in alterum commutabant; cum ſcirẽt huius linguæ vſum, quæ vt vehementem in animalibus notet affectionem, licet de tota ſpecie ſit ſermo, genus tamen vſurpat fœmininum. Ad hæc; nouitij Philoſophi, qui tonitru parientes faciunt aut abortantes ceruas, ad meas haudquaquam aures canunt. Huius enim commenti eſt nulla apud veteres mentio; & ſunt ignotæ videlicet animantes cerui. Conſule Plinium, Ariſt. alios. minutiſſimám ceruorum non deſiderabis expoſitionem. ex quibus colligitur potius oppoſitum. Scribunt enim Ariſt. 9. hiſtoriæ, Tullius 2. de natura Deorum, & Plinius lib. 8. cap. 32. ceruas paulò ante partum, quo ſeſe ad illum parent, ſeſeli herbula purgari. Quo ſine dubio earum indicant in pariendo difficultatem, nec tonitruum cauſa fœtus eiicere maximè abortiuos. Adde, quoties detonuiſſet, incurrendum fuiſſet paſſim in ſyluis in ceruarum embrya aut informes fœtus, quod hactenus non audiui. Ac tandem conſonum puto toti explicationi, vt non diſſimilem, ſed potius eandem afferant rem duo illa membra, *Præparantis ceruos*; &, *reuelabit condenſa.* Eo enim ſpectatum eſt ſine dubio, vt in tonitrua ſeptem totidem effectus partirentur. quare non duo, ſed vnicus ad ſeptimum pertineat tonitru neceſſe eſt: ac proinde condenſorum reuelatio explicatio ſit præparationis ceruorum.

Ceruæ pariẽtes, vel abortent propter tonitrua.

Commentitium id.

D Sed verò genuinam huius verſus interpretationem quærenti Dauidis hiſtoria conſideranda eſt, illíque hoc vltimo tonitru coronis addenda, ſicut & myſterio conuerſæ Gentilitatis hîc etiam finienda res. Exitus igitur hiſtoriæ fuit, reges nondum debellatos ſibi maximè à Dauide timuiſſe, fugiſſe congreſſionem, pacémque, ſeſe vectigales offerendo, ſupplices petiiſſe. Ita narratur 2 Reg. 10. num. 19. *Vniuerſi reges fecerunt pacem cum Iſrael, & ſeruierunt eis, timuerúntque Syri,* &c. Vide etiam quid dicatur de rege Thou 2. Reg. 8. num. 9. & 10. ea cauſa: *reuerſus eſt Dauid & omnis exercitus in Ieruſalem.* vt eſt ibidem cap. 12. num. 31.

E At in Gentilitatis ad Chriſti fidem conuerſione notum eſt, regna aliquot, quo nondum ſufficiens peruenerat prædicatorum numerus, cum res, quas alibi geſtas, audiebant raras & inauditas demirarentur, demiſſione mira legationes ornauiſſe, quibus ſe pacificè ſubditos Eccleſiæque filios offerebant. atque hic glorioſus admodum fuit victoriæ finis, triumphique ab Eccleſia de Gentilitate reportari, iuxta illud Pſalmi: *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo.*

Vltro Chriſtiana ſacra ex admiratione poſtulare, ideſt, præparari ceruos, &c.

Huic

Digitized by Google

Huic ergo ſignificationi noſter verſus, qui in perſecuta tempeſtatis allegoria ceruorum præparationem affert, & reuelationem ſyluarum, deſeruire debet. Et eſt quidem meo iudicio eius & mens & comparatio præclara, quam priuſquam aperio, ſuppono, Euangelij prædicationem ſub venationis figura rectè inuolui. ita Ierem. 16. num. 16. *Poſthac mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Noſtri igitur verſus comparatio ex tempeſtate deſumitur ita horrenda, vt ceruos ex collibus virgultorum denſitate obſitis, confragoſis ſaltibus, ex ipſiſque adeò ſpecubus extrahat, fugientéſque tempeſtatis immanitatem, ſequentémque alluuionem ipſiſmet pauidos venatoribus fauoris cauſa ſiſtat, & in oppida nonnunquã, domúſque ipſas, vt olim in Noë arcam, ad confugiendum impellat. Nec verò rem proponimus hactenus non viſam, ſed viſam ſæpius, & expertã; atque id generis nonnulla ab hominibus dignis fide, quorum ipſi teſtes oculati fuiſſent, accepi. narrat id agreſtium vulgus, canunt poëtæ. ex quibus in terræmotus deſcriptione Lucanus lib. 1. verſ. 280.

Euangelij prædicatio ſub venationis allegoria.

Accepimus ſyluiſque feras ſub nocte relictis,
Audaces media poſuiſſe cubilia Roma.

Cerui confugientes ad homines.

Quod de animalium nullo veri dictu ſimilius eſt, quam de ceruis. qui *vrgente vi canum vltro confugiunt ad hominem.* Plinij verba ſunt lib. 2. cap. 32. & quendam, lupum dum fugeret, Gallorum ſe exercitui immiſiſſe Liuius narrat. Accedit Noë patris arcæ, & diluuij illius mentio, quam mox infert Pſalmus. Præterea phraſis, *præparare ceruos,* accommodata eſt impensè rei venatoriæ: eſt quippe ceruos iactui concinnare, & ſub ipſis quaſi manus afferre. Verbum itidem Hebræum pauorem notat ac fugam. Facit verò contextus planum, ceruos hîc fugientes hominum non induci: is enim tempeſtatis effectus haudquaquam eſt, nec id eſt eos præparare, aut reuelare condenſa. Vnde fugari oportet hîc ceruos; ſed enim ex ſyluæ periculo ad humanum aſylum. Ex quibus tandem euinco haud diuerſum quid eſſe ceruos præparare, & reuelare condenſa, aut ſyluas detegere. Etenim tempeſtas, quæ ceruos cauentes ſubmergi trahit; feras item montoſis eiicit ſpeluncis, adeóque reuelat condenſa, & abdita ſyluarum manifeſtat. Porrò ſiue ad comparationem, ſiue ad myſterium facit citatus paulò antè Ieremiæ locus de cauernis petrarum, &c.

Verſ. 9. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.*

Exiſtere ſolet ex graui tempeſtate, vt in templa Deum laudibus prædicaturi frequentes accurrãt: atque eo facere hæc verſus pars videretur fortaſſe. Cogit nihilominus ſequentiam cohærentia, vt Dauidem ad Noë arcam (de qua ſequenti verſu) reſpexiſſe, certò putem. Dico ergo Dauidem, tantum ex victoriis prædæ ac manubiarum, quantum templi magnificentiſſimi ſubſtructioni, à ſe iam voto nuncupatæ, à filio poſtea exequendæ, abundè ſufficeret, ſibi promiſiſſe. Templo itaque poſt ſubiectas omnes vndique nationes vicinas, & dilatatum imperium, exædificando ſeſe Dauid iam tunc mirificè ſolatus eſt: quod celebrem non populi modò Iſraëlitici, ſed finitimarum quoque gentium ad Hieroſolymitanum templum concurſum, vt communem Dominum communi
A celebrarent prædicatione, cum ſuo animo Rex bonus reputabat.

Et iuuat quidem hanc intelligentiam id quod in Dauidicarum victoriarum expoſitione 2. Reg. 8. ſacra notauit Scriptura: pretioſiſſima quæque ex theſauris Adarezer, & ex ſpoliis Moab, Ammon, Philiſtiim & Amalec, templi deſtinata ædificio Deo Dauidem conſecraſſe. Cum igitur de huiuſmodi bellis ſermonem fecerit Dauid, intentus maximè in illam ædificationem, huc illum reſpexiſſe cum poſt victoriarum à Deo ſibi concedendarum enumerationem adiunxit; *& in templo eius omnes dicent gloriam,* cuilibet ſtatim ſuccurrerit.

Templum hoc Eccleſia vniuerſalis.

Ad principale verò myſterium, quod templum
B hoc ſit vniuerſalis Eccleſia, quod ex Gentilitatis conuerſione emolumentum ſpectabat Deus, facilè noſtra expoſitio concinnatur. In hoc autem magnificentiſſimum templum arcæ Noë ſequens comparatio cadit examuſſim: in Eccleſiam primogenitam non ita verò. Etenim cogitentur tametſi rectè nationes vniuerſæ Sionæum montem conſcendiſſe: ſimul tamen ac Sionis Eccleſia à Romana tanquam mater à filia ſeparatur, Ethnici qui ad Sionem vndique concurrerunt, pauci illi quidem: ſicut ex his qui Deum adorature Sionæum montem antè ædificatum Salomonis templum aſcenderunt, pauci vtique eſſent. Cum autem in extructo Salomonis templo atrium capa-
C ciſſimum Ethnici habuerunt; huc enimuerò tunc illorum vis confluxit multiſſima: illam ſcilicet adumbrans, quæ Deum abſoluta iam Romanæ Eccleſiæ ſtructura, adoratum ex animo concurrit.

Verſ. 10. *Dominus diluuium inhabitare facit: & ſedebit Dominus rex in æternum.*

Vt templum Salomonicũ & Catholica Eccleſia cum arca Noë comparentur, huius cum præcedentibus nexus eſt: ſed primum alluuio concipiatur oportet duplex, altera celebratiſſima illa: altera ærumnarum, quæ nos vbique premunt. Illa ſecundæ huius figura durauit parum: hæc autem
D nunquam non aſſidet humanæ genri. Et planè hoc eſt: *Dominus diluuium inhabitare facit;* non enim temporarium quid affert inhabitare, ſed vtique quod permanet. Enimuerò ita cautum fuit, & ſtabilitum diuina prouidentia, vt homines vitam ſemper agant ærumnabilem, aut potius diluuio ſint ærumnarum circumuenti. Nec id ignotum, pro calamitatibus, quæ obſident, & opprimunt, poni in ſacra Scriptura nomen diluuium, tale illud Pſalm. 31. verſ. 6. *Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.*

Hoc poſito, qui Deus, in illa diluuij magni tempeſtate Noë arcam in commune aſylum illuc ſeſe recipientibus prouidit, in permanenti diluuio, remedium quoque permanens, vti
E pararet idem, neceſſe fuit. Quod igitur Salomonis templum Deus in ſanctum ſæculare, & perſeuerantem habitationem delegerit, illícque ſellam propitiatorij locauerit, templi fabricam ita capacem diſpoſuerit, hoc, inquit Dauid, Deum fuit mortalibus prouidiſſe magnum quoddam in communi diluuio calamitatum remedium. Quare quod arca illa præſtiterit in diluuio primo, hoc itidem in altero paulo vtique diuturniori præſtiturum templum Salomonis:

Digitized by Google

monis: atque ea propter dictum à Dauide, *ſedebit Dominus rex in æternum.*

Noë arca eſt Eccleſia Catholica. Quibus illud ſignificatur præcipuè, Catholicam Eccleſiam templo illo veteri delineatam germanum vtique eſſe ſanctum ſeculare, in qua ſedebit Dominus rex in æternum; germanam itidem arcam Noë, extra quam nec eſt ſalutem conſequi, nec vllam in culparum diluuio, pœnarumque illas comitantium, medicinam. nam arcam Noë Eccleſiæ fuiſſe figuram, habes, qui dicant, apud Lauretum, Patres Origen. Hieron. Auguſt. & Gregor. Quorum ea eſt conſideratio, ſicut impendentes vnde eleuabant eam, non demergebant, ita prorſus Eccleſiam perſecutionum fluctibus illuſtriorem reddi. Illud quoque inſinuatur, intra hanc noſtram arcam non ſaluari ſolùm ingenio magnos & diſciplina homines, ſed bardos quoque Æthiopas, & reliquos, qui ob mores à ratione alienos pecora ſunt ſacris literis. ibi, *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* Signatè enim homines nominantur, qui de populo erant Dei; reliqui verò iumenta. Vtroſque igitur magna hæc arca, Eccleſia ſcilicet ſalutem proponens inuitat.

Obiectioni occurſum. Hac quoque comparatione ſuccurrenti forſan obiectioni contra Gentium vocationem, & ſuo item modo contra Salomonis templum obiter occurritur. Nam ex congregatione in vnum templum nationum ita diuerſarum & aduerſarum inuicem, vt ſe mutuò abſumerent, videbatur exiturum. Atqui neutiquam ita contigiſſe, illata arcæ mentione planum fit. Quem enim ad modum in hac & commune periculum & Dei prouidentia innata inter animalium multa ita pacarunt odia, vt inter ſe non diſſiderent magis quàm oues manſuetiſſimæ: ita prorſus Euangelij doctrina admirabilem tot nationum diuerſitati conciliauit concordiam animorum. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo, vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur.* prædixit ad rem hanc Iſai. 11. num. 6. & cap. 65. num. 25. *Lupus & agnus paſcentur ſimul, & leo & bos comedent paleas. non nocebunt, neque occident*, &c. in quibus reſpectum ad eandem arcam ſubodoror.

Præterea appoſitè in primis huc incidit diluuij conſideratio, vbi agi vidimus de Gentium vocatione. propter huius in ſacra Scriptura nexum cum Iudæorum reprobatione. Notandum ergo hac ſignific... comparatione, Dei fuiſſe conſilium, vt ſuorum fidelium numerus ad modicum adduceretur numerum, reliquis extra arcam derelictis: grauiter nimirum cum pleriſque Iudæorum exercita ſeueritate, vindicta vtique de illis ſumpta delictorum, ac ſuppliciorum deinde interuentu commeritorum: quod haud dubiè diluuium eſt, eos omnes, qui nolunt Noë arcam ingredi, obruens ſine exceptione. Sed quia diuina auctoritas ad tam breuem ſuo populo ſummam adacto (*nam in paucitate plebis ignominia principis*, Prouerb. 14. num. 28.) minui videbatur; ne quis eò deuolui metueret Dei conſilium, vt ſui deinceps ignominioſam paterentur diminutionem; iccirco ſtatim dicitur: *Et ſedebit Dominus rex in æternum.* quaſi dicat, aberrare qui ita putarent: etenim permiſſo hoc diluuio, cum declaratam fuiſſe Dei prouidentiam, tum regnum confirmatum. Enimuerò hinc ſuæ dedit prouidentiæ documentum admirabile, dum quos recepit intra arcam, ſeruauit: illinc ſe metuendum præbuit, ſuſpiciendúmque. Poſtea verò paucu-

A los illos, quos ſeruarat, multiplicare, ſobole augere infinita, iis Gentium Patriarchis conſtitutis, facilè quidem Deo fuit.

Verſ. 11. *Dominus virtutem populo ſuo dabit, Dominus benedicet populo ſuo in pace.*

Continuari in hoc verſu comparationem cum diluuio Noë, exploratum habeo. nam decumani fluctus, arcam etiam abſorptum iri, nunquam non minitabantur. Verum enim illos diuina prouidentia elatos ſupra faſtigia montium & regredi ocyus & definitos mari limites ſeruare, vt coëgit imperioſa. *Super montes* (Pſalm. 103. num. 6.)
B *ſtabant aquæ.* Sed ſtatim ſubditur: *ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt.* Quo nihil ſanè fieri poſſet ſenſui principali accommodatius: nam ſiquidem Euangelium myſticus fuit tonitrus, qui & inundationem terribilem indixit, & ſuam ad beſtias extendens vocationem, Gentes ad Eccleſiam, veram vtique Noë arcam pro quærenda ſalute ſubinde compellauit: tonitru etiam eiuſdem Euangelij eſt id, quod ad abſolutam eorum, qui pro eo ac debent hanc myſticam arcam adierunt, incolumitatem, compeſcit vndas inſanientes, electóſque ex inundationis furore ſaluos conſtituit. quia, *nihil damnationis iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu.* Nec verò etiam in figura ſat fuit iuſtos intra arcam ponere ſecuros; ſed re- *In Eccleſia vera firmitas Dei benedictio & pax.*
C greſſus quoque vndis imperandus fuit, vt illi tuto ingrederentur, terrámque calcarent firmam. atque id quidem eſt: *Dominus virtutem populo ſuo dabit.* nam עז firmitudinem ſignificat. Et dubio procul alluſio fit ad illa Geneſ. 8. n. 17. *Ingredimini ſuper terram.* Porro benedictio populi ſtatim adiecta: *Benedicet populo.* figurata ibi: *Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, Geneſ. 9. n. 1. Pax denique, qua Pſalmus concluditur, ad arcum alludit. Geneſ. 9. num. 12. *Hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos.* Quo quidem ſigno perpetua fuit cum hominibus ſancita pax, &, vt ne ab vlla iam inundatione ſibi metuerent, ſecuta fides, arca cœleſti, quæ Chriſti Domini paſſio eſt, oppignerata. Quo de ita diſertiſſimè
D Iſai. 58. num. 8. *In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redemptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noë iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltra ſupra terram: ſic iuraui, vt non iraſcar tibi, & non increpam te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis mea non mouebitur.* atqui fœdus pacis & arcum fœderis paſſionem eſſe Chriſti Domini, 4. Apocal. oſtenſum.

Huc facit oratio, de qua 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. à Salomone habita, tota de magna Dei protectione, quam ſibi pollicebatur, quotquot templum illud in neceſſitatibus frequentarent,
E experturos. vbi ad Ethnicos quoque extenditur oratio. & vero idem, quod hic promittit Pſaltes, illa figurabant.

De alluſione harum ſeptem vocum ad opera item primæ omnium hebdomadæ ſeptena.

SAtis iam in ſuperioribus diſſeruimus conuenienter admodum arcano huius Pſalmi ſenſui adhibitum ſeptenarium numerum: ex magnaque elegantia fuiſſe item ſeptem tonitrua: & Dauidis hiſtoriam

Digitized by Google

hiſtoriam redactam ad totidem puncta: necnon ad totidem alia prædicationis Euangelicæ præcipuum arcanum.eo quidem omnia,vt perfectio ac plenitudo diuini operis cum alluſione ad dierum hebdomadæ ſeptenarium exprimeretur. Quid verò iam,quid ſi ad maius dictorum firmamentum, & elegantiæ Pſalmi huius demonſtrationem inueniſſemus,ſeptem illas ex ordine voces iis rebus, quæ de primis illis ſeptem diebus Gen.1. dicuntur,omnino reſpondere? rem planè plauſibilis dignam mirabilitatis.

Notandum igitur diuinum Spiritum ad hanc vocare intelligentiam, eius perſequendæ propoſitis certè initiis perſpicuè voluiſſe. Fecit enim vt primæ voces primis diebus manifeſtè reſponderent: quo, de eodem in reliquis, vbi non ita liquet, reperiendo ſuſpicionem iniecit.

Nam tria prima in primis illuſtria: *Vox Domini ſuper aquas.* prima eſt Pſalmi vox. & de primo die Geneſ. 1. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Rurſus ſecundæ voci: *Vox Domini in virtute*, reſpondet in ſecundo die: *Fecit Deus firmamentum.* Tertiæ deinde: *Vox Domini in magnificentia*, ſeu pulchritudine ac decore (veſtem enim pulchram adſtruxi iam nomine הָדָר ſignificari) reſpondet pulcher in tertia die terræ veſtitus: *Protulit terra herbam virentem,& omne lignum,*&c.

Ezi ſirm. lenet. ? pat.

Verum enimuerò comparationis ſeu proportionis quatuor aliarum vocum cum iis, quæ de diebus reliquis dicuntur,ſemita fallit hinc iam. Etenim nec quartæ voci confringenti cedros,nec quintæ,intercidenti flammam,nec ſextæ, concutienti deſertum,nec demum ſeptimæ præparanti ceruos in operibus dierum quatuor oppoſitorum quidquam apparet prorſus reſpondens.

Nihilominus & inceptam ab Spiritu diuino in diebus primis comparationem,& ad ſeptem hebdomadæ dies in ſeptenario reſpectum fuiſſe,mentis certè ſollicitat indaginem, vt quærat ſiqua via, quæ de ſeptenis Dei vocibus, & quæ de ſeptem diebus Geneſ.1. & 2. dicuntur, ſibi colludant. Quod cùm in ſuperficie literaria deficiat; mentem ſubiit ſtatim, ſatius multò eſſe, ſi id in arcano ſeptem vocum ſenſu reperiretur. nam cùm ſpectaret huc præcipuè diuinus Spiritus, attendiſſet potius meo iudicio, vt operi ſeptem dierum ſeptem vocum myſterium reſponderet, quam externa illa ſuperficies tonitrua ſonans.

Vocum myſterium cum opere ſeptem dierum aptè conſonat.

Hoc igitur indaganti myſterij quid mihi videtur affulgere oppido quam politum. Nam cum arcana illarum vocum ſenſa ſint,primæ, Euangelij lucem cum populis omnibus participare: in primo die: *Facta eſt lux. & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Secundæ verò vocis virtus prædicationis ac robur: ſecundo autem die: *Fecit Deus firmamentum.* Tertiæ vocis, inſignis virtutum ſplendor, bonæque vitæ exemplum admirabile: tertio die: *Protulit terra herbam virentem, & omne lignum faciens fructum.* Myſterium quartæ vocis eſt, Roma S. Petri prædicatione ad fidem pertracta; & quarto die: *Fecit Deus duo luminaria magna, vt lucerent ſuper terram. Luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus,vt præeſſet nocti.* Et Petrus quidem Apoſtolus fuit Hebræi populi, qui ſacræ Scripturæ fruebatur luce. at verò Paulus,qui in tenebris iacebat, Apoſtolus fuit Gentilitatis. Quinta vox fidei per totum imperium extenſionē, magnámque illam fidelium deſignabat multiplicationem. Die item quinto extitit piſciū & auium multiplicatio,quæ mirabilis eſt, & perquam copioſa. Myſticam barbarorum, Æthiopum, Indorum; qui beſtiæ ſunt & pecora in ſacra Scriptura: *Homines & iumenta ſaluabis Domine*, expugnationem denotabit ſexta vox. Et in ſexto die dixit Deus: *Præſit homo beſtiis vniuerſæ terræ.* Ac tandem vox ſeptima myſticè afferebat perfectam diuini operis abſolutionem, & pulcherrimam Eccleſiæ pacem. Et: *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.*

Iterum premitur eadem alluſio.

Indicatam à nobis hactenus alluſionem, qui cenſeat ingenij liberius vagantis aliquanto commentum, longéque adeo à Diuini Spiritus mente, haud deerit, equidem puto. Quod in ea neceſſaria requiratur ſoliditas, atque id nonnulla, quibus innititur, ad Lydium adducta probationis lapidem ſtatim prodant. Nam, exempli cauſa,conſonantia ſecundæ vocis,quæ dicitur eſſe *in virtute* cum firmamenti robore, quæ primo ad ſe inuitabat aſpectu, & plauſibilis videbatur,attentius inſpecta minimè ſubſiſtit. Etenim quæ in tonitru eſt virtus, ſtrepitu tota eſt formidoloſi: at virtus firmamenti ex ſumma exiſtit ſoliditate, quæ immane quantum à robore tonitrus diſtat. Ex aliis, quæ concinnari poſſent, argumentis, hoc ſelegi, quod probabilitatem maiorem fortaſsè præfert. Illud tamen non prius minuam, quàm ſeptem illos dies iterum verſem.

Contra alluſionem arguitur.

Sed prius noto Geneſis principium inter arcanas maximè ſacræ Scripturæ partes ſemper numeratum: adeóque veroſimile eſſe in tam magnifico aditu & quaſi frontiſpicio magnificentiora alia diuinæ prouidentiæ opera, hominum puta redemptionem, fundationem Eccleſiæ, & ſimilia adumbrata deliteſcere. Noto iterum, fieri valde veriſimile, cum ſacra Scriptura tonitrua appellat voces Dei, nos monitos voluiſſe, vt in myſticis tonitruis, quando de eorum agitur effectis, gnauiter inquiramus, an effecta illa effectis vocum, quas de Deo eadem memorat ſacra Scriptura, correſpondeant. Iam verò notum eſt, opera primæ hebdomadæ effecta diuinarum vocum numerari: narrationis enim ratio talis eſt. Primo die dixit Deus: *Fiat lux.* Secundo: *Fiat firmamentum*, &c. Vocem itaque Dei proponit ſacra Scriptura omnium, quæ facta ſunt, effectricem. Quod igitur tonitrua, quorum ſacra Scriptura meminit, ſeptem ſint, & dies, quibus Deus mundum creauit, totidem; eo pertrahit animum, vt exiſtimet, ſanctum Spiritum in effectibus tonitruum ad effectus diuinarum vocum ſpectaſſe. His ergo præiactis ſeptem tonitruum myſteria cum collatione hebdomadæ iterum agitemus.

Geneſis principium valdè arcanum.

Diximus myſterium eſſe primi tonitrus, *Vox Domini ſuper aquas*, lucis Euangelicæ gentium vniuerſitati manifeſtationem: quia aquæ multæ ſunt populi multi. Et Geneſ. 1. de opere primi diei, dixit Deus: *Fiat lux, & facta eſt lux.* nuper verò dictum: *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* vbi non additur *multas*; ſicut nec in prima parte noſtri verſus, vt facilius pateret ad Geneſin alluſio. In ſecunda autem verſus parte dicitur: *Dominus ſuper aquas multas*, vt liqueret

Digitized by Google

ret de mari ſermonem eſſe. Sed illud nota dignum, initio validè fuiſſe commotas vndas, vt maris alterius, id eſt, mundi commotio per Euangelicæ prædicationis tonitru deſignaretur. Videt hanc commotionem propheta, de qua ſunt illa Pſalmi 92. verſ. 4. *Eleuauerunt flumina Domine; eleuauerunt flumina vocem ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabiles in altis Dominus.* Hic per flumina intelligitur mare, quod omnia in ſe flumina congregat. Porrò, vox aquarum multarum non tonitrui eſt, ſed maris inſonantis. (quamuis Apocal. 1. elegantiſſimè Chriſto data ſit multarum aquarum vox, aquæ enim multæ ad Chriſtum confluxerunt, adeóque omnium ore populorum Chriſtus loquebatur.) Prædicatione igitur Euangelij, de qua Pſalmus, conturbatæ dicuntur maris vndæ, & elatæ ad cœlum vſque: tonitruúmque fragori marini fremitus in tempeſtate reſpondere. Addit verò, ſiquidem perſecutionis vortices magni & mirabiles extiterunt; res tamen maiores interim & admirabiliores tonitruum vt Deum è ſua ſede deſignaturum. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.* quaſi dicat, illud tandem tonitrua conſecuturum, vt vniuerſi manus darent Euangelio, vel eo recipiendo, vel certè nimis credibili habendo.

Perſecutiones Eccleſiæ prædicta à Dauide.

Tonitru myſterium ſecundi eſſe diximus efficacem illam Euangelicæ prædicationis virtutem, quocirca dictum: *Vox Domini in virtute.* Et tametſi ex vi qua cœlum vociferatur, ducta ſit tranſlatio; ſed maximè ad myſtici tonitrus effectum, vbi diuina elucet vis, reſpicitur. & tritum, vt ab effecta re, cauſa ſibi nomen pariat, ſicut ab inducto cadaueri pallore dicitur pallida mors. Propter effectum ergo maximè mirabilem, vox Domini myſtica magnæ virtutis appellatur. Et cum ad firmamentum, ſecundæ diei opus alludatur, ad capiendam ſacram Scripturam, hic eſt qui conſiderari debet effectus. Nunc ergo notes velim, prætérquam quod tanta illa cœlorum firmitas (qui Dei ſolum imperio ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt Iob. 37. numer. 18.) ſatis vocis diuinæ efficacitatem demonſtret, diuiſionem tamen inferiorum aquarum à ſuperioribus eſſe, quam ponderet ſacra Scriptura: quam vtique firmamento, quaſi medio expanſo muro, ne vlla mundi inferioris turbatio ad ſupernas aquas pertineret, ſtatuit Deus.

Nouū quoddam cœleſte firmamentū efficit Euangelij prædicatio.
Ab inſtabilibus ſecernit ſtabilia.

Dico ergo Euangelicam prædicationem in re nulla ſuam immenſam virtutem perinde prodere, quaſi in noui cuiuſdam firmamenti conditione: quod quidem in humano corde diuiſionem ſancit nihilominus, quàm ſi murus fuiſſet interiectus adamantinus, firmam: diuiſionem, inquam, quæ in bonis cernitur Chriſtianis inter æterna bona & temporalia: inter ſupera & infera: inter mutabilia, & ea quæ neſciunt mutationem. Ita vt hi planè viri ſinant infima hæc turbari, concuti, quamlibet pati violentiam ac mutationem: interim verò diuina gratia confirmati eâ polleant virtute, vt ad ſuperiorem animæ partem nec commotio pertineat, nec mutatio, ſed motu infra gliſcente, ſupra poſſideatur ſumma pax. Et verò hunc erigi admirabilis diuiſionis murum tunc maximè neceſſe erat, cum hinc opprobrabatur & infeſtabatur Chriſtianum nomen; illinc verò præciſè denunciabatur oportere ac opus eſſe Chriſtianum fieri ad bona illa, quæ ſecum attulit Meſſias, obtinenda, & pace illa ab Apoſtolis prædicata, quæ exuperat omnem ſenſum perfruendum. Eandem omnino diuiſionem, alia tamen ſub allegoria, Diuus Paulus ad Hebr. 4. numer. 11. ſignificat cum ait: *Feſtinemus ingredi in illam requiem: viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque ac medullarum.* Res diuidit ita inter ſe coniunctas, & diſiunctu, vt videbatur, impoſſibiles verbum diuinum, vt cenſeatur meritò aciei gladius acutiſſimæ. Nec verò quamlibet infert diuiſionem, ſed eam, quæ immenſum iſtud firmamentum cum omni ſua latitudine ac firmitate interceptum videatur, vt ex ea perturbatione ac tempeſtate, quæ animam diuexat, ne vapor quidem vllus permeet ad ſpiritum, qui, quia tunc fruitur ſpiritus ſuperna pace, illum intempeſtiuus obturbet. Et illud enimuerò ſummæ ſit admirationis, quod cum ſpiritus medullitus in animæ affectionibus in intimáque animæ & corporis inſit coniunctione; nihil tamen impediatur diuina vox, quominus ſubtiliter ad miraculum iuxta ſe efficaciter ſeſe penetret, & ab anima, ab omnique affectione cui ſpiritus infuſus eſt, hunc ſeparet, liberúmque ac exemptum ab infimis relinquat impreſſionibus: medio nimirum firmamento cœleſtis vtique firmitudinis & conſtantiæ iuſtæ rerum ſupernarum æſtimationis, contemptúſque terrenarum interpoſito. Quo fit, vt iam ſpiritus vitam corporis deſpicatui habeat, nedum rerum aliarum vndas fluxarum, quibus antea ſuam explere ſitim appetebat: fluentíſque inde ſupernis, quin ſuam interturbent tranquillitatem hæc inferiora, vſque potiatur.

Mira diuinæ vocis ſubtilitas.

Inter hæc illa me data opera nolui diſputatione impeditum, quid ad literam ſint aquæ ſuperiores, quæ ſuper cœlos ſunt. Illud pro certo, bona recentium aliquot venia, ſuppono, firmamentum neutiquam eſſe liquidum aëra, ſed potius cœlum ſtabile ac ſolidum: id diſertè vulgata & Septuaginta teſtantibus. quod Patres item conſectantur. In hac re mea fert opinatio, cœlum Empyreum liquidum natura ſua vocari ſuperiores aquas. Sed hoc diſputare ſeriò loci huius non eſt.

Cœlum Empyreum ſunt ſacra Scriptura aquæ ſuper cœlos.

Illud hic quoque notandum, licèt Empyreum cœlum & ſuperiora reliqua ab inferioribus diſterminet firmamentum, illáque ab infimarum rerum tumultu, & mutatione ſecura reddat; hoc tamen muro, cœleſtium influxuum ad terrena deſcenſum haudquaquam impediri. Ita nimirum ſpiritus, cum eius diuina quies à turbis ſit inconcuſſa, quas inferior ciet animæ pars: haud dubiè tamen & cum hac & cum corpore de ſuis communicat bonis, ita vt ex vero illa ſint, *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.*

His explicui mirabilem Dei, eiúſque vocis, tonitrus ſcilicet virtutem in myſtici alterius firmamenti conſtructione exploratam, proindéque alluſionem ad ſecundæ diei opus ritè excogitatam. Et materiale quidem firmamentum tantum, tam ſolidum, conſtans ac perfectum, mundóque inferiori tam frugi ſummum arguit potentiæ immenſitatem diuinæ; ſed hæc proculdubio in firmamento altero magis elucet.

Porrò

Digitized by Google

Porrò ex ſpirituali, quem adſtruximus, operis A ſecundi diei ſenſu, priuſquam hinc abeam, aptam tituli Pſalmi 47. intelligentiam venabor. Is eſt, *Secunda Sabbathi*, quaſi dicat, pro die Lunæ. Et ad argumentum Pſalmi agentis de ſecuritate ac requiete ſpiritualis Ieruſalem, quæ Eccleſia Chriſtiana eſt, inter fluctus huius vitæ turbulentos, meo quidem animo is facit mirabiliter. Etenim ſecunda Sabbathi eſt dies Lunæ, huius porrò diei opus, firmamentum: atqui firmamentum, immobilis ſcilicet conſtantia, & firmiſſima de diuino fauore ſpes in cauſa ſunt, vt tormentis quamlibet exquiſitis martyrum diſcrucientur corpora; in epulo interim pacis ac lætitiæ iucundiſſimo eorum Spiritus accumbat, quin limpidiſſimam ſupernæ regionis lympham excitatæ infernis interturbent commotionem tragœdiæ. B Qua ad firmamentum alluſione animaduerſa, quam id fuerit politiſſimum, vt ita Pſalmus inſcriberetur, ſtatim apparet. Diſſimilis aliquantulum ratio eſt, cur Pſalmus 92. inſcribatur: *In die ante Sabbathum, quando fundata eſt terra*. Verum tamen, ſi ſupponatur Pſalmi huius argumentum hoc eſſe, videlicet, die illo ſanctiſſimo mortis noſtri aſſertoris ſupra paſſionis acerbiſſimæ fundamentum, nouum quoddam ac cœleſte regnum, quod ſibi tunc apud nos recepit Deus, conditum fuiſſe, ſtabilitúmque; affulget ſtatim, titulum illum Pſalmo fuiſſe pulcherrimè adſcriptum: & eâ vſum phraſi ſacrum ſcriptorem, quaſi de ſexta illa die, qua fuit conditus homo, loqueretur; C cæterum ad alteram item diem ſextam, in qua fuit redemptus, potiſſimum reſpexiſſe. Enimuerò hoc illa præferunt: *In die ante Sabbathum, quando fundata eſt terra*, ideſt quando regnum Dei in terra fundatum eſt, *Dominus regnauit, decorem indutus eſt*. nam cum magis fœdatus ab hominibus, tunc maximè coram Deo propter diuiniſſimum redemptionis facinus quàm pulcherrimus, omníque decore honeſtiſſimus erat. *Etenim firmabit orbem terræ*. Et, *Parata ſedes tua*, &c. Sed ad tertij opus diei fiat gradus.

Secũda Sabbathi, in Pſal eſt cæleſte firmamentum.

Dies ante Sabbathum in Pſalm. eſt quem diem Veneris ſanctum appellamus.

Tertium tonitru myſticè reſpicit externum virtutum, ac boni exempli ſplendorem, quem D eximium Euangelij prædicatio in hominibus effecit. Præiuit itaque cognitio veritatis: *Facta eſt lux*. Quam qui acceperunt, virtute deinde interna, eaque ſolida adumbrata in firmamento ſunt roborati. Hanc ſecutus virtutum fulgentium foris ornatus. cui ſignificando natum fuit profectò Hebræum הדר ad concinnam pertinens veſtium pulchritudinem. Quid ergo ad id honoris denotandi aptius, ac terra herbarum, florum, frondentiúmque arborum decore picturata? Hæc porro fulgetra reſpondent ſplendori, qui ſolet, tametſi ſubitam, terræ verò lucem, quæ tunc diſpellet tenebras, afferre. Sic vtique conſtantior altera boni exempli lux in eorum, qui E tenebris obruti iacebant, oculos incurrit, radiúmque cœleſtem immittit.

Bona exemplum vitæ fulguris inſtar.

Myſterium tonitru quarti eſt Chriſtiana Eccleſia fundanda Romæ: opus verò quartæ diei fuit illuminatio terræ Sole, Luna & ſtellis: *Fiant luminaria, & illuminant terram*. Pro hac proportione exactius expendenda aliquot notarim. Primum, illud ſibi abſque dubio Deum, cum fundauit Romanam Eccleſiam, propoſuiſſe, vt totam inde terram illuſtraret. Secundum, euidentem omnino eſſe, Apocalypſeos 12. (vbi agitur de eiuſdem Eccleſiæ conditione) ad opus diei quartæ reſpectum. Illa enim mulier ſole amicitur, inſiſtit Lunæ, & ſtellis coronatur. Quod verò ſub figura illa de Romæ agatur ſpirituali ædificio, in Apocalypſi iam mihi videor effeciſſe. Hoc poſito, quis non cenſeat digniſſimum notatu, quod cum in ſeptem his Pſalmi tonitruis ad opera ſeptem dierum alludatur, & quarto Romanæ Eccleſiæ obtingat conditio, myſterium idem cum aperta Apocalypſeos ad opus diei eiuſdem alluſione diſertum repetiamus?

Ad opus quarti diei reſpicit quartum tonitru, ſicut pictura mulieris Apocalypſeos.

Tertium noto, quod, cùm agitur de condenda Romana Eccleſia, ſacra Scriptura nobis obiecerit Solem, Lunam, ſtellas; quid ibi ſubtilitatis eximiæ ſine dubio latere. Ego verò diuinum Spiritum hac imagine repræſentantem conſidero, quam ſublime facinus primi Chriſtiani in fundanda Romana Eccleſia fuerint adorti. Etenim euentus magnifici, cuiuſmodi ſunt mutationes regnorum, pendent ab aſtris, vt dici ſolet. Fuit ergo politiſſimum, luminarium myſticorum, Solis, Lunæ, duodecimque præexcellentium ſtellarum admirabilem concurſum, adſpectúmque in primis benignum facinori omnium facile principi ab Eccleſia aggrediendorum appingere. Accedit, cum cœleſtium lampadum concurſum conuenientiſſimè fuiſſe adhibitum, cùm agebatur de orbe toto diuinitus illuſtrando. Præterea, parturienti fœminæ, cuius figura propoſita fuit, concinnè admodum myſtica Luna, quæ vera Lucina eſt, opem tulit.

Aſtra myſtica Eccleſia Romæ fundãda fauerunt.

Quartum noto, nos arctari minimè ad myſticam vnam Solis, Lunæ & ſtellarum ſignificationem, quin potius quæcumque poſito conueniant inſtituto (ſicut Angelus Apocalypſeos 17. ſeptem beſtiæ capitibus duplicem adhibuit intelligentiam) illas ſignificationes amplectamur. Sed tamen is facilè videtur eminere ſenſus; vt diuinitatem, quæ cœleſtem illuſtrat curiam, ſéque ipſa æternum efficit beatitudinis diem, Sol deſignet; Luna verò Chriſti Domini humanitatem, lucem eorum fulgentiſſimam, qui myſticè nocturnas peccati tenebras patiebantur. nam duodecim ſtellas liquet totidem eſſe Apoſtolos. Licèt enim non omnes corpore tenuerint Romanam vrbem; omnes tamen in eo conſpirarunt, vt illuc tanquam ad vrbium reliquarum metropolim Petrus omnium caput conferret ſeſe. Et concordia quidem Apoſtolicæ tum vitæ, tum doctrinæ, quo Roma fidem amplecteretur, ſummum profuit. Hic affulget principalis ſenſus: nec alij verò reiiciendi ad rem etiam facientes, Chriſtum puta ſolem eſſe; Lunam matrem eius ſanctiſſimam, cuius cum fauori, tum conſilio, precationibus demum præcipuo, ſecundum Deum, innixa fulcro Eccleſia primigenia Romanam ſubſtructionem factum pulcherrimum aggreſſa fuit. Aptè denique per luminaria magna (quod ſupra dicebamus) Petrus & Paulus etiam intelliguntur.

Diuinitas Sol, humanitas Chriſti Luna, Apoſtoli ſtellæ.

Chriſtus D. Sol, Luna Virgo Beatiſſima.

Quintum noto; quod hac comparatione operis quarti diei ad Eccleſiæ Romanæ conditionem vtatur ſacra Scriptura; non idcirco diei antea non fuiſſe ſolem illum diuinum, Lunam, ſtellas: ſed innui certè illa tunc aliqua ratione eximium ſplendorem ſuum explicare cœpiſſe. Pro hac verò conſideratione notandum, etiam in hiſtoria diei quarti Geneſ. 1. eam eſſe magis

Digitized by Google

Sol, Luna, ſtella producta à primo die.

receptam opinionem (videri poteſt noſter Perer.) A iam vſque à primo die ſubſtantiam Solis, Lunæ, ſtellarum productam fuiſſe: & diei primi lucem, illam quidem imperfectam, à Solis ſubſtantia (quæ SS. Dionyſij Areopagitæ & Thomæ Aquinatis ſententia eſt) dimanaſſe. Nec video cur Lunæ & ſtellarum corpora eandem modo aliquo lucem, imperfectam vtique non participarint. Lucis quidem per triduum illud imperfectionem concipio ego, quod illuſtrare nequiret totum orbem; ſic nempe candela quamuis luceat, parum tamen extendit lumen. Cum ergo à primo die fuerint producta, tamen dicuntur in quarto Sol, Luna, ſtellæ, quia tunc abſolutam lucendi perfectionem acceperunt. Fuerit tamen hoc vtcumque, certè quidem vt ritè ponderaretur, B quantam myſtica illa lumina, cum Roma ædificata fuit, cœperunt toti orbi communicare lucem; ex mira tum emphaſi, tum elegantia inſinuatur tunc quarti diei myſterium abſolutum, in quo dixit Deus: *Fiant luminaria in firmamento cœli.* Licet enim reuera antea fuiſſent præfata lumina; concluſus tamen eorum videbatur ſplendor Iudææ angulo: quare tunc ſuo munere totius illuſtrandi orbis perfuncta videntur primum, cum Eccleſiæ Romanæ fundamenta poſita ſunt.

Perfecta in quarto.

Roma Chriſtiana facta, perfectè manifeſtatur Apoſtolica lux.

Luna condita in coniunctione.

Sextum, Lunam conditam in nouilunio (vide eodem 1. cap. Pere.) pleroſque ſentire. quæ opinatio examuſſim eſt ad figuram cap. 12. Apocalypſeos, vbi cum alluſione ad quarti diei opus Luna ad Solem repræſentatur in coniunctione.

Moderatrix orbis Roma præſignificata.

Septimum noto: vt orbis totius adminiſtratio directo Romanæ vrbis eſſe deſignaretur, facere hoc etiam ad eiuſdem diei opus alluſionem, propter illa: *ſint in tempora, & dies, & annos.* Etenim quod cœlum iam tunc orbem moderetur, tantumdem eſt, ac ſi id fieri per Romanam Eccleſiam diceretur.

Octauum. Effecta trium priorum tonitruum ad tria reuocari, ad fidem, virtutem ſolidam, exemplum bonum; quæ apud Ethnicos recens conuerſos Euangelij prædicatio efficiebat. Illa verò hoc prorſus ordine euenerunt. Prius enim quàm de fundanda ageretur Romana Eccleſia, D hæc Apoſtoli in conuerſis aliquot experti, ad omnium conuerſionem adorti ſunt animoſè ac fortiter. Hoc tamen, vt ſuccederet, ab extructione Romanæ Eccleſiæ fuit auſpicandum. Aptè ergo huc ſpectans tonitru quartum prioribus tribus ordine ſucceſſit.

Nonum. Delineatam in hiſtoria Dauidis hanc progreſſionem, non enim prius ad expugnandum Libanum, facinus inſigne, & quo ad Euphratem vſque ditionem protendit, animum applicuit, quàm cum propioribus Philiſtæis ac Moabitis iniret prælium. Succeſſus verò ex Dei manu præſentiſſima experiens, ad Libanum dein aſcendit.

Decimum tandem noto: ad opus idem quarti diei videri etiam in Pſalmo 8. à Dauide ſpectatum. notanda phraſis illa: *Lunam & ſtellas quæ tu fundaſti.* Vbi cùm Solem non nominet, perſpicuum cenſeo loqui Pſaltem cum eodem Sole, qui tunc Lunam & ſtellas mundi conſtituit Lumina, ipſéque Solis expleuit munia, cùm ſuam illis impartiuit lucem. atque hoc opus quarti diei. Sed Dauid myſticè, vt videbimus, agit. Cùm itaque Solem alloquitur, tantumdem eſt ac Deum, qui myſticus Sol eſt, alloqui. Et quidem

Pſalmus 8. opus celebrat myſticum diei quarti.

quod alloquatur Deum, Pſalmus manifeſtat illis: *Domine Dominus noſter.* Quia igitur de myſticis agit luminibus, Solis idcirco munus Deo Pſalmus attribuit. ideo verò habet: *Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!* quia opus conſiderat quarti diei, in quo iam Sol, Luna, Stellæ ſuam lucem terris elargiebantur. Quod ſi myſtica operis diei quarti perfectio ad nouam illam fabricam Romanæ Eccleſiæ referenda, de hac item Pſaltes loqui credendus eſt. Cui ſententiæ Pſalmi titulus adſonat mirabiliter, is eſt: *Pro torcularibus.* qui quidem alias videbatur abs re; ſed nobis iam Apocalypſi illuſtratis perſpicuum eſt, Gentilium innumerorum martyrum poſt fundatam Romanam Eccleſiam Euangelij fidem ſumma confeſſione, ac fortitudine teſtantium vindemia copioſiſſima denotari. Id quod poſtquam ſemel fuerit animaduerſum, fit ſtatim liquidum, aptiorem nullum potuiſſe huic Pſalmo titulum excogitari, quam: *Pro torcularibus.* Enimuerò Pſalmus mirè exprimit diuinæ prouidentiæ conſilium: vt ea nimirum, Romana prius extructa Eccleſia, ſanguine dein eorumdem Romanorum nuper ex Gentiliſmo adductorum ſuam magnificaret eximiè gloriam, & excinderet idololatriam. Etenim hoc illud eſt: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos.* perſecutores ſcilicet graui pudore afficiendos: *Vt deſtruas inimicum, & vltorem.* Cum hac intelligentia mirificè quæ C ſequuntur, cohærent: *Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum* (opus ſcilicet politiſſimum) *Lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.* In quibus ortum affert Dauid, vnde tantopere fuiſſet exaltanda Dei gloria: ex magno ſcilicet ſplendore, quem Deus vt myſticus Sol cum myſticis Luna & ſtellis, opus inſtaurans diei quarti, participaturus erat. Et verò ſe rerum videndi ac perfruendi tantarum ſpe ſolatur Propheta: *Quoniam videbo,* inquit, *cœlos tuos.* Viſurus ipſe ſum ac his nouis cœlis perfruiturus. Et quarti illius diei operis admirandi in conditione Eccleſiæ Romanæ inſtauratio tenebit me, ex Beatorum nimirum arce, ſpectatorem. Hoc idem eſt eleuari magnificentiam Dei ſuper cœlos, vel in cœlis. in cœlis videlicet tali aſtrorum concurſu, propter opus illud Romanæ ſtructuræ prouehendum, concinnato, Dei magnificentiam, ideſt, magnorum ac prodigioſorum efficientiam ratione quadam altiſſima reuelari. Addit verò Pſaltes, *Quid eſt homo, quod memor es eius?* quaſi dicat, vt ego exiſtimo: Ecqui ſunt, ô Domine, Romani iſti, quos ita magnificè ſuſtollas? Illud verò notes promiſſum olim Daniel. 7. Romanis orbis imperium: & naſcituro puero ferreum ſceptrum, mundíque moderamen conceſſum iri, Apocal. 12. idem prorſus eſt. *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis.* Romani Pontificis maieſtas ac dignitas planè eſt diuiniſſima. *Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti ſuper opera manuum tuarum. omnia ſubieciſti ſub pedibus, oues & boues,* &c. Hæc myſti- E cè capienda. Aues porrò ac piſces, qui Pontificiæ iuriſdictionis videbantur immunes, quippe ad imperium Romanorum non pertinentes: igitur ſiue religioſi, ſiue coniuges in mediis tumultus ſæcularis degentes vndis, ſiue ſolitarij toti contemplationi intenti. hi itaque ſine exceptione, vbi Solis, Lunæ & ſtellarum luce, quæ ſcilicet Euangelij lux eſt, potiuntur, vniuerſi ſubduntur Pontifici Romano.

Titulus, Pro torcularibus ad vindemiam ſpectat martyrũ abundantem.

Filũ Pſalmi totius de Eccleſia.

Romani; Põtifex præcipuè magnificè à Dauide euecti.

De

Digitized by Google

De tonitru quinti myſterio, nimirum fidei per Romanam ditionem incremento dixi iam: hoc idem in opere diei quinti piſcium refert productio auiúmque, & ab vtriſque accepta benedictio. Piſcibus enim dicitur: *Creſcite, & replete aquas maris.* auibus: *Aueſque multiplicentur ſuper terram.* Et verò copioſiſſima in mundo hoc, quod mare eſt, multiplicatio fidelium, qui Apocal. 8. num. 9. creaturæ dicuntur, quæ habent animas in mari, quo alio ſymbolo ſic exprimeretur aptè, quàm piſcium & auium multiplicatione? Vtraque enim admirabilis eſt.

Aues, piſces ſymbolum multiplicationis fideliũ.

Vocatio, conuerſióque Æthiopiæ, ſimiliúmque regionum ſexti myſtici tonitru effectus fuit. Huic reſpondet in opere diei ſexti illud: *& præſit omnibus beſtiis terræ.* quam à Deo accepit homo iuriſdictionem latiſſimam. nam hic adumbratas fuiſſe barbaras nationes euincit vel illud, *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* & ex beſtiis omnibus ingreſſas aliquot Noë arcam, in plano eſt.

Barbaræ nationes beſtiæ.

Septimi denique myſtici tonitru effectus, vniuerſalis pax. Prorſus conſonat in die ſeptimo: *Compleuitque Deus opus ſuum, & requieuit ab vniuerſo opere, quod patrarat.* Sed notandum, hac phraſi aliquid factum afferri: nam complere opus ſuum, eſt perficere. factum igitur aliquid à Deo in Sabbatho: ſic itaque, eum effecit Deus vt aliquot prouinciæ ſponte ſe Euangelio ſummitterent, opus vtique fuit, & inchoati abſolutio. Sed quoniam ad manus venire neceſſe non fuit, vtrumque videtur, & opus fuiſſe, & non fuiſſe. Quod item in figura vſu venit. nam ceſſiſſe Dauidi reges aliquot, complementum id belli fuit, non autem bellum; huius quin potius euitatio. Vnde occurritur dubitanti, cur ſeptima numeretur vox Dei, ſiquidem nihil fecerit die ſeptimo. Etenim & ſeptimum tonitru, & ſeptima Dei vox fecerunt, vt nihil eſſet penſi, quod vel Dauidi in hoſtibus reſiſteret, vel Eccleſiæ in Gentilitate, ſed plana omnia reperirent. Quæ omnia quamdam veluti imaginem habent in Dei requiete, quamuis illic etiam diuina vox intelligenda ſit talis: Quieſcamus.

Diuina in Sabbatho quies facta perfecit.

In Pſalmum 8.

HVnc Pſalmum ad finem vigeſimi octaui perſtrinxi; verſabo iterum quaſi paraphraſticus pro perfectiori intelligentia.

ARGVMENTVM.

Deum mirabilem maximè præſtitiſſe ſeſe, tunc præcipuè cum ille Eccleſiam Chriſtianam, quam eius hoſtes maximopere deprimere ac tollere nitebantur de medio; ipſiſmet vſus perſecutionibus, mirificè extulit, & auxit infinitum.

Titulus eſt: *In finem pro torcularibus.* id eſt, egregia in primis conſolatio in mediis adhibenda perſecutionibus, quas Romanum imperium idololatriæ addictum in Eccleſiam excitabit turbulentiſſimas; vt his illa conculcata & obtrita cœleſtis exprimeretur vindemia. habes de hac Apocal. 14. & de illis, *in finem,* cap. 1.

Cœleſtis ſpe vindemia Deus ſolatur ſuos.

Conſtantia martyrum Deum magnificum declarat.

Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Per conſtantem illum martyrum animum ſe Deus ab vniuerſis præbuit agnoſcendum: iſque fuit illorum inuictæ patientiæ fructus, cùm in nouis Chriſtianæ Eccleſiæ cœlis diuina magnificentia ſpectaretur.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt deſtruas inimicum & vltorem. Habes hoc teſtimonium ad rem noſtram Matth. 21. numer. 16. Homines illi adducti ad fidem denuo ſunt hi infantes & lactentes: & vniuersè, quicumque Chriſtiani Gentilium expugnabant pectora non humana, aut ſapientia, aut eloquentia, quarum expertes erant; ſed cœleſti planè virtute. His dictum Matth. 10. numer. 19. à Chriſto Domino: *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora.* Infantes ergo erant ac lactentes. infans enim eſt, qui fari neſcit. Huius loci ſunt illa 1. ad Corinth. 1. numer. 21. *Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.* ad capitis vſque finem, & cap. 2. ad numer. 8. Quod factum *propter inimicos tuos,* vt verecundarentur vtique Euangelij perſecutores vehementer, vtque ruina myſtica perirent; *vt deſtruas inimicum & vltorem.*

Idiotis, facit Deus, vt cedat humana ſapientia typhus.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti. Probat Pſaltes, quam dedit ſuis in cruciatibus admirabilem ſapientiam Deus, ſuperiorem hoſtibus euaſuram; quod eius cauſa Chriſtiana Eccleſia declaranda eſſet myſticum cœlum, Chriſtus Luna myſtica, & Apoſtoli myſticæ item ſtellæ. *Opera digitorum tuorum.* Vbi ſcilicet Deus ſe præſtantiſſimum exhibuit architectum. Lunam verò & ſtellas dicitur fundaſſe; firmitate nempe ac duratione materiatis iſtis præſtantiores.

Quid eſt homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Admiror ita ſublime factum à Deo humanum genus, vt mortales ille in cœlos, Lunam, & ſtellas conſtituat. De Eccleſia itaque Chriſtiana ſermo eſt, & de dignitate, quam obtinuit in Chriſto, nimirum, ſupra illud omne, cuius humana natura, ſiquidem ipſa per ſe conſideretur, capax erat.

Minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum. Mortales quidem inferiores Angelis natura condidiſti. Cæterum dignitate ac gloria illi, Eccleſia ſcilicet Chriſtiana (in ſuo ſaltem capite) iam Angelos præcedunt.

Homines ſuperiores iam Angelis.

Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Chriſtianæ Eccleſiæ in ſuo præſertim capite, omnia ſubdita. De quo Paulus 1. ad Corinth. 15. num. 27. nec Chriſto tantum in ſe, ſed ſuæ etiam Eccleſiæ. & ad Geneſ. 1. numer. 28. reſpicitur. Etenim quorum facturam fecit Adamus primus, ſecundus & cum præſtantia quidem myſticè ea conceſſit ſuæ Eccleſiæ.

Oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi. Et Iudæos ſcilicet & Gentiles. Hi enim myſticæ feræ ſunt, quas campi pecora adumbrant; ſicut Iudæos oues manſuetæ ac boues, ſubiecti quippe legi paſtorem agnoſcebant.

Volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Et boni & mali Spiritus omnes Chriſto Domino ſubiecti ſunt. nam Angeli per volucres cœli deſignantur Apocal. 19.

Digitized by Google

Cete verò immania & piſces alios id genus Dæmones eſſe profunditatis accolas, in promptu eſt. Cum diuerſitate aliqua cuius ſymbola capacia ſunt, hæc explicui in Pſalmo 28. inſtitutum verò idem eſt omnino.

Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Pſalmum claudit conſuetum epiphonema.

In Pſalm. 44. *Eructauit cor meum verbum*, &c.

ARGVMENTVM.

PSalmi totius ſeries nuptias reſpicit Reginæ cuiuſdam, & aliarum ipſius cognatarum cum Rege & gloria & robore præſtantiſſimo.

De Salomone, & coniuge concubinarumque ipſius hîc agi ad literam S. inquit Hieronymus Eccleſ. 1. Sed verò ab his Salomonis nuptiis deſumptam ad literam comparationem, huius ſancti mens eſt. Etenim Chriſtum eiuſque ſponſas princeps argumentum eſſe, id eſt quam certiſſimum. Videndus ad Hebr. Paulus cap. 1. 8. & 9. Atque huius ſenſus non modò ſunt Chriſtiani omnes Doctores, ſed & Rabbini etiam recentiores, vt ait Genebrardus. Huius quidem conſpirationis ratio, illa ſunt quæ Pſalmus prædicat tam ſublimia planè, vt in Salomonem quadrare omnia haudquaquam poſſint.

Et verò Salomonem Chriſti fuiſſe typum, aptúmque proinde ex quo hæc peteretur comparatio, res eſt nonnullis iam optimè expenſa. Conſulendi noſtri, Delrius in Cant. cap. 3. verſ. 7. in ſenſu literali, id perſequens ex Nyſſeno, & Ioannes de Pineda in Salom. prænio. Perſtringam ego ex hiſtoria Salomonis nonnulla, quæ veluti fundamenta ſenſui huius Pſalmi principali ſubiiciuntur.

Nonnulla fuerunt in Salomone qua ſubſternuntur fabrica in hoc Pſalmo extollenda.

Primum, appoſitè cadere nomen *Dilectum* in Salomonem, qui Dei nomine à Nathan appellatus fuit 2. Reg. 12. n. 25. *Amabilis Domino.* Et haud dubiè fuerit Salomon ſumma oris & corporis totius dignitate, vt qui Dauidis & Bethſabe filius, Abſalonis frater, & in regem electus: prima enim ſpecies digna eſt imperio. Secundum non eſſe cur eius prudentia laudetur, quæ ad miraculum fuit, & omni maior opinione, de qua 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. Notanda verò illa Dei benedictio 2. Paralip. 1. num. 11. quia ſapientiam quippe prudens præoptauit. Tertium fuiſſe fortem. nam 2. Paralip. 8. num. 7. habetur ſic: *Omnem populum, qui derelictus fuerat de Hethæis, Amorrhæis, Pherezæis, Hebæis, & Iebuſæis, ſubiugauit Salomon.* Et cap. 9. num. 26. *Exercuit poteſtatem ſuper cunctos reges à flumine Euphrate vſque ad terram Philiſtinorum, & vſque ad terminos Ægypti.* Quartum, circa veſtium eiuſdem odoramenta, oblata ipſi à principibus fœminis; notandum id 2. Paralip. 9. num. 9. *Regina Saba dedit regi aromata multa nimis & non fuerunt aromata talia vt hæc.* Et licet hæc duntaxat Regina eiuſmodi aromata obtuliſſet Salomoni, & vſitato tropo dictum ritè fuiſſet, exquiſita odoramenta illi fuiſſe à reginis allata; ſed nobiles aliquot fœminas, aut cognatas in Regina Saba comitatu veniſſe, ſit veriſimile. Atqui hoc ad potiſſimum ſenſum natum eſt, ab illis coli bono odore vitæ ac ſuſpici Chriſtum, qui eundem cœ-

Chriſtum qui colant bono odore vitæ.

A leſtis gratia doctrinæ perdiſcendæ conueniunt. De Reginæ Saba admiratione myſticè agit optimè noſter Platus in proœmio de bono ſtatus religioſi. Quintum, eam Reginam, quæ fuit inter reliquas Salomonis vxor prima, Pharaonis filiam fuiſſe, ex 2. Paralip. 8. num. 11. ac proinde Ægyptiacam. Sextum, denique Salomonem præter hanc duxiſſe plures alias in matrimonium. 3. Reg. 11. num. 1. &c.

Filij Core de quibus Pſalmus.

Nihilo verò minus Genebrardus nullum eſſe in hoc Pſalmo ad Salomonem intuitum credit eo argumento, quod à filiis Core Moſis ætate compoſitus fuerit. Ridicula planè viri docti incuria. Etenim filij Core Moſi coætanei, non prophetæ fuerunt, ſed ſeditionis auctores, qua cauſa terræ B hiatu abſorptos periiſſe, apud Num. 16. eſt. Atqui Core filios in templi cantoribus inſignes fuiſſe (ſiue ij ab antiquo Core, ſiue ab alio eiuſdem tribus Leuiticæ ſint orti) ex 2. Paralip. 20. num. 19. liquet. *Porro* dicitur, *Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core, laudabant Dominum Deum Iſrael voce magna in excelſum.* Quod ſi obiiciatur hæc fuiſſe ætate Ioſaphat, in Dauidica verò nullam fieri de Core filiis mentionem inter cantores tunc recenſitos, ſed duntaxat inter ianitores templi Paralip. 26. num. 19. Reſpondeo præcedens cap. 25. cantores meminiſſe Chori Aſaphici; atqui hic filios Core continebat, vt ex cap. 26. num. 1. patet, vbi cum ianitor quidam numeraretur, is dicitur *filius Core de filiis Aſaph.*

Regina nomē non ſumi generatim pro Chriſtiana Eccleſia.

C Sed facto hinc iam gradu ad ſenſum Pſalmi præcipuum, illud interpres videntur ſupponere, Chriſtianam Eccleſiam (quæ Chriſti ſponſa eſt) eſſe noſtri Pſalmi Reginam. At verò ſi Chriſtianæ Eccleſiæ nomine Eccleſiam capiant vniuerſalem, quæ complectitur fideles omnes; ſic quidem vt accipiatur Reginæ nomen, Pſalmi ſeriem minimè pati, videtur liquidum. Etenim ibi Regina ſecernitur à cognatis, quæ itidem ſunt Regis ſponſæ: arctius proinde nomen Reginæ capiatur neceſſe eſt. Cùm enim dicitur: *Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius*, &c. Siue has virgines explicemus particulares Eccleſias, ſiue fideles animas, hæ quidem alterutræ vniuerſali Eccleſiæ comparatę, non cognatæ ſunt, D ſed verò filiæ.

Romanam Eccleſiam Pſaltes vocat Reginā, alias principales Eccleſias illius cognatas.

Ego quidem perſuaſum habeo, nomine Reginæ indicari in hoc Pſalmo Romanam Eccleſiam, aliàs verò principales nomine virginum Reginæ cognatarum. Eccleſia verò Romana non hîc mihi eſt Eccleſia vniuerſalis, ſed particularis, quæ caput eſt & metropolis reliquarū. Non ſapiet hęc intelligentia hęreticis huius tēpeſtatis, bene ſcio. Sed rogo, poſtquam ſemel ſtatutum ſit, Eccleſiam eſſe Chriſti ſponſam, eritne qui non diſpiciat, hoc Reginæ & cognatarum diſcrimen argumento eſſe, inter Eccleſias vnam, quæ ſit velut Regina & caput cæterarum, reperiri? Hoc porrò ex Pſalmi ſerie conceſſo, quis vel tenui veriſimilitudine E aliam à Romana Eccleſia aſſignet, quæ caput ſit? Argumentum idem meo eſt iudicio in primis robuſtum, vt in Cantic. vbi Reginarum nomen Chriſtianas principes deſignat Eccleſias; illa tamen, quæ vna dicitur (cui reliquæ excellentiam, & obſeruantiam præbent) Romana eſſe Eccleſia denotetur. Cantic. 6. num. 7. *Sexaginta ſunt Reginæ*, &c. *Vna eſt columba mea*, &c. quam cum Reginæ ſpectauiſſent, *laudauerunt eam.* Quod verò illic habetur: *Electa genitrici ſuæ vult dicere*, Romanam Eccleſiam & reliquas, filias omnes eſſe matris

Eadem acceptio eſt in Cant. illius qua vna vocatur, & Reginarum.

Digitized by Google

matris Sion, quæ Eccleſia primigenia eſt Ieroſolymitana. Sic etiam in Apocal. 12. parturiens deſcribitur mater Sion (vbi non circa filias verſatur allegoria, ſed circa filios) &, qui prior lucem vidit, accepiſſe virgam ferream (id eſt Chriſti ſceptrum) mundique totius imperium, alios matrem deinde plures peperiſſe. *Et iratus eſt draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine eius.* Hæc primogeniti ab aliis fratribus diſtinctio demonſtrat, illum Eccleſiam vniuerſalem minimè eſſe, ſed specialẽ quamdã, quæ neutiquam poteſt alia eſſe à Romana. Idem itaque ſignificatur in Apocalyp. principis, primogeniti, & fratrum aliorum diſtinctione, quod in Pſalmo noſtro Reginæ & ſponſarum ipſi cognatarum diſcrimen affert. nam nomina frater & proximus ſynonyma ſunt. Iam Eccleſiis cum Romana coniunctis quadrat examuſſim vocari ſorores, ſic enim Papa Epiſcopos venerabiles fratres appellat.

Et in Apoc. primogeniti & fratrum aliorum.

Non deerit fortè qui dicat, Reginam noſtri Pſalmi Virginem B. eſſe omnium Imperatricem; ſed is aplicabit quidem, non explicabit. ſicut in laudato Apocalypſeos loco, vbi primogenitus & fratres eius huic Reginæ & cognatis ſignificatione correſpondent: nemo tamen illic in primogenito beatam Virginem accipiet.

B. Virgo qui ſignificata per Reginam.

Erit tandem cui Regina ſtatum ſignificet Eccleſiaſticum & religioſum; ſæcularem verò cognatæ, ſeu proximæ. Nonnihil tamen violentiæ habet applicatio hæc. Etenim ſtatus hi duo non videntur commodè adumbrati per primogenitum & fratres plures, ſed per fratres duos maiorem, & minorem, aut per ſorores item duas, vt fit in Cant. 8. Quod ſi nihilominus hęc cuiquam ſatisfacit accommodatio; illam nõ admodũ recuſarim, dummodo principali ſenſui de diſtinctione Romanæ Eccleſiæ & aliarum prior ſeruetur locus. Nunc Pſalmus ſigillatim explicandus.

Status Eccleſiaſticus & ſecularis adumbrati.

Titulus eſt *in finem*, Dixi ſeorſum his verbis legitimè afferri Pſalmi dedicationem ei, qui finis eſt εἰς τὸ τέλος, id eſt, qui in hoc opere ad finem vſque perducendo, obuiis quibuſque impedimentis ſuperatis ſuam aperit potentiam infinitam, atque huius ſenſus eſſe in Apocal. *Ego principium & finis.*

Hæc in finem dicant Pſalmum.

Pro iis qui commutabuntur. De his quoque verbis & de liliis alibi. Summa eſt Hebræum nomẽ *lilia* ſignificare commutationem lætam, & in Pſalmis omnibus hoc ornatis titulo de Eccleſiæ agi exaltatione ac gloria, ad quam erant fideles ex humilitate & abiectione euehendi, atque huius rei lilium eſſe mirum ſymbolum. Ex magna portò ſeniorum ſeptuaginta prudentia fuit, tacta nominis lilij ſignificationem, myſterio conciliare lucem.

Filiis Core. In quibus Pſalmis hæc præponuntur, notent illos fuiſſe traditos Core filiis concinẽdos, lateréque in ipſis hoc arcani, Pſalmos illos fidelium conſolationi perſecutione vigente apoſitiſſimos eſſe. quam perſecutionem nominis Core, aut Corah ſignificatio figurat.

Ad intellectum, Hebraicè *maſchil*, id eſt, intelligentia. ſed quia videtur eſſe in nomine participis forma, Arias transfert *Erudiens.* Et videtur ſenſus, doceri Core filios in hoc Pſalmo ad fidendum in Deo, niſi mauis compoſitum Pſalmum vt diſcatur, Chriſtum eſſe principium ac finem, atque id maximè Core filiis dicendum.

Canticum pro dilecto. Hebraicè canticum Amorum, vt non aliud videatur, quam carmen amatorium, quia de nuptiis vtique Chriſti Domini cum Eccleſia Romana, Septuaginta reddiderunt, *Pro dilecto*: ideo quia Pſalmus inſcribitur Eccleſiæ ſponſo Chriſto, ſic enim ſtatim: *Dico ego opera mea Regi.* Iam ad Pſalmum.

Eructauit cor meum verbum bonum. Ebullit mihi in pectore, & exundat verborum ſuauiſſima materies.

Dico ego opera mea Regi. Meſſiæ vtique etenim ille Rex eſt creber in meis Pſalmis.

Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. ſed enim ita res habet, verbis minimè ſenſa animi exæquantur. Vnde illud mihi vſuuenit quod notario nimis feſtinanti, cui non datur formare, vt vellet, characteres, ſed notis vti, & incompoſito ſtylo. nequeo equidem mentem pro votis exprimere: & quæ mihi verba ſuppetunt, rudia ſunt admodum, adeoque argumenti præſtantia perquam indigna.

Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Illa ſunt quæ optanda videntur in ſponſo. Primum, pulchra corporis compoſitio. *Speciosus forma præ filiis hominum.* non eſt huic forma par. Secundum, prudens verborum nitor, *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* ſermonis in illum confluxit peritia omnis, & ſeſſitat in eius labiis. Sciriſſimus quiſque in eo genere præ eo nullus eſt. Tertium, fortitudo. de noſtro mox: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Quartum, amor Sponſæ, & obſeruantiæ. hæc illic expreſſa. *Aſtitit Regina à dextris tuis.* tam verò quod ipſam diuitiis augeat (id quintum eſt) præſtitum hoc ab eodem cumulatiſſimè, infra patebit.

Sponſi dotes.

Propterea benedixit te Deus in æternum. quaſi dicat: eiuſmodi tuę ſunt & oris dignitas & ſermonis ſcientia, vt ipſis tibi conciliatus Deus ipſe ſua te benedictione ditauerit.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Quid iam de bellica eius virtute? in acie ſeſe prodet præcinctus gladio, horrorem ſuis hoſtibus ingentem incutiet.

Specie tua, & pulchritudine tua. Et licet ſumma ſit pulchritudine: at verò minimè fœmina, ſed quæ optabilis eſt in ſummo duce, cum adſpectu comitata fortitudinem indicante, & admirationem conciliante.

Virilis pulchritudo.

Intende proſpere, procede & regna. Egregiis itaque ſuis & ſpecie, & fortitudine præclara adorietur. atque id eſt *intende.* Deſignabit admiranda, hoc eſt, *proſpere, procede.* Imperium expugnabit demum. nam hoc eſt, *regna.*

Propter veritatem, & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Illud quoque comparauit veritate & clementia, quæ regiæ propriè ſunt virtutes. nam *Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius,* Prou. 20. num. 28. Quoniam igitur feretur animo in omnem virtutem, ideò in perpetuum regnabit. Etenim ſuæ virtutes regiam metentur dignitatem, fortitudo verò reipſa poſſidebit (quod ſimile de Iulio Cæſare prædicatur) nam *ſaluabit ſibi dextera eius.*

Principis virtutes.

Sagitta tua acuta, populi ſub te cadent, in corda inimicorum Regis. Ecquis non ſentiat arcus ipſius vim? ecquis ipſius iaculum in cor peritiſſimè directum eludat. Sanè illius ſagittæ transfigunt hoſtes, & populos ſibi integros proſtratos parat, conuerſis vtique iam animis hoſtilibus in amicos maximè ac deuotos ſibi.

Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: Virga directionis,

Digitized by Google

virga regni tui. Erit igitur ô Domine cum declaris Deus, & æternus rex: tum verò diuiniſſimo vteris moderamine (ſceptro ferreo nimirum.) Hæc declaratio ad diem reſurrectionis Chriſti videtur referenda: de qua Paulus ad Rom. 1. *Prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute,* &c.

Regno quis idoneus.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Quemadmodum Salomon è ſuis fratribus in regem delectus fuit, quia inter omnes iuſtitia, & iniquitatis odio præſtabat; ſic imo potiori multo iure, quia Chriſtus in Cruce & Paſſione infinito & peccatum odio & iuſtitiam ac ſanctitatem amore ſe proſequi declarauit, ideo ipſe delectu inter omnes homines facto, & vnctione præeunte, declaratus fuit ſumma celebritate rex, & orbis monarcha vniuerſalis.

Locus veſtiũ Salomonis quid innuat.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis. Glorioſam Chriſti exaltationem ſui ſancti Spiritus communicatio ſubſecuta fuit. Hunc verò Spiritum, vt ſignificet Dauid, illum inducit mirificum odorem, quem veſtes efflabant Salomonicæ, illæ potiſſimum, quæ inter odoramenta exquiſita in eburneis capſis ſeruabantur. Hebræa eburneum palatium, vel templum denotant.) fortè penetrale ſeu adytum fuit regiarum ædium vbi Salomonis veſtes pretioſiores inter tata odoramina repoſitæ erant, quæ quoties educebantur, fragrantiam edebant aduirabilem. Atque hoc fortè nomine palatium & auguſtum tẽplum ſignificante vſus fuit facer ſcriptor, vt tacitè diuinum innueret Salomonem, cuius quippe Dei ſupremi habitatio templum eſt. Additur verò has veſtes odoratiſſimas regi dono fuiſſe oblatas à fœminis aliquot principibus: *Ex quibus delectauerunt te.*

Effectus ſubſecuti Spiritus ſancti aduentum.

Filiæ regum in honore tuo (cum præcedentibus hæc iungenda) vt ſic te colerent ac venerarentur. Et quid hoc aliud eſt, quam poſt Chriſti aſcenſum, & ſancti deſcenſum Spiritus, cœleſtem hauſtam fuiſſe Eccleſiæ primigeniæ fragrantiam, qua nobiliſſimæ quæque animæ Chriſtum augebant gloria, ſeque eiuſdem amantiſſimas oſtendebant?

Aſtitit regina à dextris in veſtitu deaurato, circundata varietate. Proſequitur Pſaltes Chriſti gloriam, deſcribitque, quàm ille ſuæ faueat peculiari ſponſæ, quam reginam appellat, (hanc eſſe Romanam Eccleſiam vidimus in argumento) & dexterum attribuit locum, ſicut ſuo Patri à dextris eſt Chriſtus, quippe ſupremus index; *Pater omne iudicium dedit filio.* Quem enim admodum ſupremum Aragoniæ magiſtratum, Iuſtitiam appellant, incedere iubet rex à dextro ſuo latere; ſic itaque ex ſumma Romanæ Eccleſiæ auctoritate dicitur, *Aſtitit regina à dextris tuis.* virtutes deinde eiuſdem (tunc præcipuè cum maximè florebat) admirabiles deſcribuntur illis, *In veſtitu deaurato circundata varietate.*

Romana metropolis dignitas.

Eius exhortatio.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Hortatur Propheta Romanam Eccleſiam, vt non Gentiliſmum modò, ſed quidquid illum ſapiat, omnia demum, quæ Romani Ethnici faciebant magni, prorſus ſepeliat obliuione; vt ſic mundanis omnibus expedita iuxta ſuæ vocationis excellentiam Deo vacet.

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Contẽta eſto, quod eam Chriſtus amet, & ei ſufficiat, quod Deo, quem adorant Angeli, *& adorabunt eum,* in matrimonium collocata ſit. Dominus ſignificat maritum.

Et filia Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis. Eſto monita deinde, Chriſtianos reliquos illam vt Reginam ac dominam ſuppliciter adituros, comportaturóſque muneta, & vt ipſis Chriſtum deprecando conciliet, & vt Regina agnoſcatur: ſed egregiam verò fortitudinem ac ſanctimoniam à tanta exigi dignitate perſuaſum eſto.

Ornatus illius

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis. Monet propterea non potiſſimum collatum iri curæ in externam pompam ac maieſtatem, ſed in internas virtutes, ſolidáſque. ſic enim vſuuenit, vt cum reginatum veſtis exterior pretij ſit moderati, interior verò ſit immenſi.

Commendatur exemplũ bonum. Cerimonia. Religioſi Ordines.

Circumamicta varietatibus. Opertæ diuitiæ æſtimationis ſunt multò maximæ. ſed enim extrinſecus ornata quoque ſit oportet, virtutum etiam ſeſe varietas prodat illuſtrium, boni odor exempli, cetemoniæ piæ ac ſanctæ, & quæ ſunt id genus. Cuiuſmodi in primis pulchra te exornant varietate tot tam variaque religioſorum ordinum inſtituta.

Adducentur regi virgines poſt eam proximæ eius afferẽtur tibi. Poſt eam, id eſt, eius exemplo permotæ. nam vbi Roma ceſſit Chriſto, fecerunt idem multæ aliæ vrbes ac regna, quæ Chriſtum ſponſum complexa ſeſe ipſi prorſus deuouerunt, ea præcipuè quæ aut ſubiecta erant Romano imperio, aut cum eo confœderata. Id enim eſt *proxima eius;* quæ veluti ſorores erant aut cognatæ vrbi Romæ. Et notandum τὸ *eius* fœmininum eſſe, maſculinum verò τὸ *tibi.* Tibi ergo ô Chriſte afferentur vrbes Romæ cognatæ.

Magna ex hominum conuerſione lætitia bonorum.

Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. ingenti lætitia tum eorum, qui ad Chriſtum veniebant, eorum verò qui illos recipiebant maxima. Hi vtique cœleſtes imitabantur ciues, quorum eſt ſummum de peccatorum conuerſione gaudium. Spirituale porro ac religioſum totum hoc eſſe negotium notant illa; *in templum,* &c.

Chriſti imperium latiſſimum.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: cõſtitues eos principes ſuper omnem terrã. Pro Iudaico itaque populo, ô Domine (ad Chriſtum fit conuerſio) Dei olim peculio, qui tui maiores erant, ex hoc cum Romana Eccleſia aliiſque matrimonio filios tolles innumerabiles. Vnde Epiſcopos, & Pontifices deleges, qui orbem adminiſtrent: nam terrarum regnum Chriſtiano populo committes. *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.*

Memores erunt nominis tui in omni generatione, & generationem. Horum partes erunt tui exaltandi nominis procuratio, tuæque gloriæ prouehendæ. nec laborarint in caſſum, eorum enim ſtudio & opera te cognoſcent, te prædicabunt nationes vniuerſæ. *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.*

Pſalmus 47. *Magnus Dominus*, &c.

ARGVMENTVM.

IN Ieroſolymæ figura agitur de Chriſtiana Eccleſia, in qua Deus prædicatur admirabilis, quod illam ita fortem extruxerit ac tutam, vt horrendis in illam bellorum procellis deſæuientibus

Digitized by Google

bus minimè potuerit labefactari omnes; quin imò in gloriam eius euaſerint præclaram, & turpem aduerſariorum pudorem.

De huius Pſalmi titulo, ſeorſum, & in Pſal. 28. dixi. tituli pars eſt ſecunda ſabbathi. Equidem cum has inſcriptiones arcanas eſſe valde probarim, ſuſpicor hanc eo poſitam, vt in magna Eccleſiæ tranquillitate, de qua Pſalmus expletum indicaretur ſpiritualiter diuinum ſecundi diei opus Geneſ. 1. num. 6. deſcriptum: *Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis.* & infrà, *Vocauitque Deus firmamentum cœlum: & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.* hic eſt Hebraica phraſi ſecunda ſabbathi. Eſt quidem firmamentum interiectus quidam inter ſuperiores aquas (id eſt, cœlum Empyreum, vt aliàs dixi) & inferiores (quæ ſunt liquida regio, ſiue aër ex Auguſt.) murus æreus, (nam cœli ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt) qui cum regionis infernę tempeſtatibus omni prorſus interdicat acceſſu ad ſupernam vrbem, illam omnino conſtituit tranquillitate fruentem. Turbetur itaque hæc aëris regio flabris vẽtorum, & vndoſiſſimo mari; nulla ad ſuperiores aquas defenſas firmamẽto procella, ne longo quidem ſpacio pertinget. Atque idem planè eſt quod Propheta euenturum contemplatur Chriſtianæ Eccleſiæ, cuius interiora nullæ, quæ penetrarent, tempeſtates futuræ erant. Iam notum ex Apocal. 11. in quanta eſſent ſecuritate ſancta, & ſancta Sanctorum, & quando gentibus atrium datum ſit.

Secunda ſabbathi alluſionem ad firmamentum habet.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. ſicut aliàs. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*, ita hîc: *Magnus Dominus in Ieroſolyma.*

Fundatur exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. ideo fundatur exultatione vniuerſæ terræ, quia capit omnes, & omnes ibi tuto poſſunt degere. propterea eius attingitur amplitudo, quæ tanta fuit vt à Sione monte (qui ad meridiem eſt) ad Aquilonem protenſa magnum intra muros ſpatium colleſque (qua de re Villalpandus & Genebrardus) concluderet. poſtquam ſcilicet Dauid ſuam arcem in Sione collocauit.

Eccleſiæ amplitudo.

Deus in domibus eius cognoſcetur, cùm ſuſcipiet eam. Tunc ſe Deus prodet ciuibus Ierſolymitanis, cum ipſorum vrbem in obſidionibus admirabili tueatur protectione, faciatque quam tutiſſimam.

Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt: conuenerunt in vnum. 6. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt. 7. Tremor apprehendit eos. ibi dolores, vt parturientis. Cogentur aduersùs illam opes infinitæ; ſed verò neutiquam parabunt detrimentum. His quin imo fiet, vt & vrbis amplificetur gloria, & dedecus aduerſariorum. cum hi præ indignatione ſeſe diſrumpentes diſſipati aufugiant hac illac.

Triplex horũ explicatio.

In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Triplicem horum aſſigno expoſitionem. Prima ſit: cùm reges terræ Romani ſcilicet, Græci, alij conueniſſe dicti ſint, hos, irritis eorum conatibus, naues conſcendere, vt propria loca repeterent, proponi. Et quidẽ Tharſis Hieronymo eſt mare; ſed enim illos nauigantes vltio premet diuina, atque id eſt, *in ſpirtu vehementi*, &c. Secunda, nihilo ſecius exiſtimandos reges coactos cõtra Ieroſolymam, quã illi vrbi imminentem horribilem procellam. Veruntamen nihil eſſe, cum mali quidpiã ab ipſis ti-

Quam fauẽs ſuis Deus.

A meatur Ieroſolymę, viuo ſaxo videlicet, cui proinde noceri non poſſit, ſuperſtructæ. Quæ naues fluctuant in mari, vrbes nimirum opulentæ, quæ in medio ſunt rerum mundanarum pelago fluctibus ipſius decumanis ſubiectæ, hę nimirum ſunt, quas iuſto Dei iudicio tempeſtates deturbant; non vtique Ieroſolymam huiuſmodi aleæ prorſus expertem. Tertia demum ſit, fore vt diuino iuſſu in eos, qui obſidione premebant Ieroſolymam, tempeſtas ingrueret eiuſmodi, quæ vel naues Tharſis, quæ omnium erant munitiſſimæ, vndis obrueret.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eam in
B *æternum.* Hæc ſunt in illis annectenda: *Deus in domibus eius cognoſcetur.* & verba ſunt ciuium Ieroſolymitanorum, qui exitum obſidionis ſuæ vrbis aſpicientes ita loquantur: *ſicut audiuimus*, &c. quaſi dicat, perfectiſſimè videmus impleta, quæ nobis vates ſacri prædixerunt.

Dei conſtantia in promiſſis.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui. quaſi dicat, obſederunt hoſtes noſtram vrbem, nos accurrimus in Dei ædem: atque inibi in templo ipſo noſtrarum precum & diuinæ pietatis effectum periclitati ſumus. Enim verò nos vicimus precando duntaxat, pro nobis interim pugnante Deo. nec prius item templum egreſſi ſumus, quam & de hoſtium ruina ſublataque obſidione admoneremur.

Precum efficacia.

C *Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ.* nam quouis terrarum peruadet veritas glorioſi Dei nominis, *erit*, ſcilicet, *eſt*, & *fuit*. quia nimirum & ſtetit promiſſis, & fidem datam perfectiſſimè liberabit.

Iuſtitia plena eſt dextera tua. Tandem enim tandem iudex apparet Deus quàm iuſtiſſimus; cum illa, quæ iuſtis grauiſſima quæque minitabantur, nihil illis importarunt damni. Enimuerò ſinit aliquando tyrannos aduersùs Eccleſiam inſoleſcere. ſed hanc tandem emergere facit cum ſumma gloria, illos relinquit ingenti demerſos ignominia.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. repræſentant hæc Sanctorum
D lætitiam ob victoriam & Eccleſiæ, & diuinorum iudiciorum.

Circumdate Sion, & complectimini. Ad contemplandam videlicet eius firmitudinem, & turres ac propugnacula eiuſdem, quæ hoſtium furori reſtiterunt. *Narrate in turribus.* id eſt, turres eius iuxta phraſim aliàs ſæpe vſurpatam, & vſum huius ablatiui cum *in* pro accuſatiuo. Porrò *narrare*, eſt numerare, vt bene Genebrardus notat. Et cedunt quidem hæc omnia in Dei & Sanctorum eius gratulationem.

Gratulationes piorum.

Ponite corda veſtra in virtute eius. Vt ſerio Martyrum & confeſſorum robur expendatur. *Et diſtribuite domos eius.* Nec enim generatim, ſed diſtinctè expendendum robur huius & huius domus,
E id eſt, Virginum, Martyrum, & horum quidem Romanorum, Cordubenſium, Hiſpalitanorum, ſingulorúmque; *Vt enarretis in progenie altera*, vt annalibus commendetis in exemplum poſterorum, cum ſuorum maiorum gloriam, & in ipſos à Deo collata beneficia perlegerint, nos itaque celebremus. *Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi, ipſe reget nos in ſæcula.*

Martyrum ſingulorum enarranda gloria.

In

In Pſalmum 67. *Exurgat Deus*, &c.

ARGVMENTVM.

Congeruntur varia argumenta.

IN hoc conſtituendo variant expoſitores. Bene Auen Eſdra, ſed generatim, Pſalmum ait eſſe valde glorioſum ac nobiliſſimum. Chaldæus capit de lege data in monte. Alij ex quibus R. Dauid, minus probabiliter, de exercitu Sennacherib. R. Salomon de Gog, & Magog, & nonnunquam de Meſſia, ad huius enim aduentum videtur aliquando referre. Alij de bellis Dauidis. S. verò Auguſtinus & Græci de Chriſti Domini incarnatione, eiúſque effectis pro myſtica ſolum expoſitione tradunt. Engubinus tractari dicit de maieſtate Dei, & vniuerſali rerum prouidentia, nonnullis interim exemplis, quibus hæc innoteſcunt, commemoratis, & præcipuè Meſſia decantato.

Hiſtoricè agit Pſalmus de inſtituta pompa pro inducta in Sionem arca, & Deo de auxilio dato, contra hoſtes, celebrando.

Ego verò celebrari credo in hoc Pſalmo hiſtoricè, tum pompam illam frequentiſſimam, dum arca Dei in Sioneum montem inferebatur, publica ac ſingulari prorſus exilientium præ gaudio ac voluptate animorum ſignificatione peractam: tum lætitiæ cauſam extraordinariæ ad præſentiſſimum Dei numen reuocari, quod ſuam ab oppreſſione, ac tyrannide Philiſtinorum, victoria ſæpe mirabili conceſſa gentem vindicaſſet. Feſtiuis porrò ac exhilarantibus pectora acclamationibus vota miſcentur, preces, concepta ſpes, imo & prophetia de hoſtibus, quando Deus ſua dignabatur præſentia arcem illam, omnino debellandis. Cæterùm, vt omnem à ſe depellat Dauid arrogantiæ, tam de præteritis, quàm de promiſſis victoriis ſuſpicionem, in hoc Pſalmo Canticum Deboræ æmulatur apertiſſime: vt vel ex eo conſtet, de ſeſe, quem illi fœminæ, per quam Deus fecit ſalutem in populo ſuo, comparat, quam ſentiat demiſſè, de Deo verò quàm magnificè loquatur, quam denique de commilitonibus comiter, & honoratè. E ducibus autem ſui exercitus, qui ſe periculis obiecerant euidentioribus, Beniaminus videlicet, Princeps Iuda, Zabulonis & Nephtali, eos ad præcipuam lætitiæ partem exhortatur; propterea enim hos ex tota pompa ſignatè nominat.

Pſalmi totius iuxta hiſtoriam ſeries.

Series itaque totius Pſalmi iuxta hoc argumentum, talis eſt: Quatuor primi verſus, vt ſuam exercens virtutem Deus exſcindat inimicos, amicos exhilaret, petunt. Tres ſequentes, vt eius reſonent laudes, qui miſerorum omnium, ſummúmque deſtitutorum ſolamen eſt. Septem alij acta in ſolitudine, conceſſaſque victorias memorant. *Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam*, quoad regionis illius tradidit dominium. In 15.16.17. Celebrem facit dicitur, montem Selmon ſua nix; at mons Sion, mons Dei, mõs pinguis, in Dei ſedem perpetuamque habitationem ſelectus. Hic verò (18. & 19.) ſuarum prodigarum maieſtatem oſtentat Angelicarum, illum itidem apparatum, qui ſpectatus fuit in monte Sina, comitatum denique quo cum terram aſcendit promiſſam, ſubiecit, & diſtribuit in ſuos. *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum*. quæ propter eos dico, qui induci non poſſunt, vt credant Deum inter nos habitare, vt pudefiant ſcilicet. Hic victimis fit Deo iugiter, qui nos ereptos diſcriminibus etiam in poſterum augebit victoriis, vlciſcens per nos ipſe ſuos hoſtes. hæc proſequuntur verſus 20.21.22. Porrò 23.24.

A afferunt in exemplum Baſanium bellum, in quo inauditam ſtragem Dei hoſtes experti ſunt. Triũphatori autem tunc Deo principes proceſſerunt obuiam cum choreis; illic vis Iſraëlitarum ingẽs, ex principibus maximè Beniamin, Iuda, Zabulonis & Nephtali gratabunda conuenit. in hoc quinque verſus inſumuntur. Reliqui tandem à 29. ad finem precantur, opus, vt perſequatur Deus ſuæ proprium dexteræ, det facinoribus ex ſua patratis ſede finem. Hinc enim ducet ô Deus tuus cultus magnificentiſſimus initium, per omnia regna terræ propagandus: tumultus comprime, vt tuos hæreditate pellant, excitandos. Sic tibi Ægyptij, ſic Indi, ſic Reges orbis vniuerſi aſtabunt veB nerabundi. Omnes igitur grates Deo ſuper Oriẽtem aſcendenti humillimi perſoluamus.

Congeries futurorum indicat Pſalmum Propheticum.

Verùm enimuerò qui plenam Pſalmi huius intelligentiam ex hiſtoria petat, contentæ in eo prophetiæ prorſus oblitus, is mihi operam & oleum perditurus iudicatur: quippe qui nullam duxerit rationem horũ omnium futurorum. *Pluuiam voluntariam ſegregabit. Animalia tua habitabũt in ea. Dominus dabit verbum euangelizantibus. Niue dealbabuntur. Dominus habitabit in finem. Proſperum iter faciet nobis. Deus confringet capita. Ex Baſan cõuertam. Tibi offerent reges munera. Venient legati ex Ægypto. Æthiopia praueniet manus. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis. Ipſe dabit virtutem & fortitudinem.* Nec verò quis mihi ex vſu futurorum pro

Futurum temerè capi pro præterito, inane.

C præteritis Hebræorum, vt ſibi fortè videtur, proprio obſtrepat importunus. etenim falſum id omnino eſſe validis rationum momentis in Abacuc cantico probatum iri, ad me recipio.

Pſalmi ſcopus Chriſtiana Eccleſia euentus à reſurrectione & aſcenſione Chriſti.

Sub præfatæ igitur hiſtoriæ comparatione reſpectu proculdubio ad Eccleſiam Chriſtianam potiſſimum eſt, ad vocationem & conuerſionem gentium, & quæ alia poſt Chriſti ad ſuperos aſcẽſum euenerunt. Pompa ergo illa, qua arca in Sionis arcem magnificè aſcendebat, figura planè fuit Chriſti Domini & reſurgentis, & in cœlos aſcendentis. Ea enim propter Dauid ab illis, quę Moſes quando arca eleuabatur, vſurpabat, Pſalmum auſpicatus eſt: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius*. num. 10.31. Quæ quidem in aſcenſione ChriD ſti Domini pulcherrimè conueniunt: hinc enim ductum eſt initium Chriſtianæ Eccleſiæ, iuxta illud Ioannis 7. num. 39 *Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Poſt Chriſti itaque reſurrectionem, & aſcenſionem glorioſam, diuini Spiritus virtute largiter effuſa, ſtrenuè, & acriter cum Dei hoſtibus & Eccleſiæ, cum Dæmonibus puta, cum ſceleribus & carnis affectionibus depugnatum eſt *ſicut deficit fumus, deficiant*. Victorias verò ab iſtis reportatas, & triumphos nobiliſſimos adumbratos habemus antiquis illis. Iam tum enimuerò frui cœperunt fideles iugi tum bonæ conſcientiæ, tum maximæ cæleſti Euchariſtiæ conuiuio. *Et iuſti epulentur, & exultent in cõſpectu Dei.* In quo epulo tanta perfundebantur gauE dij cœleſtis vi, vt ea in ipſiſmet perſecutionibus, & cruciatibus immaniſſimis redundarent. Dauidi porrò quam vidimus modeſtiam, & erga ſuos propriam commilitonis comitatem, hæc ſummam animæ Chriſti erga diuinam celſitatem demiſſionem, maximam verò erga Apoſtolos moderationem & benignitatem adumbrant. Vltimus denique verſus Epiphonema habet, & totius argumenti collectionem. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.*

Digitized by Google

Deſcribi in hoc Pſalmo arcæ in Sionē deductæ pompam, probatur.

Sed explicationem non prius aggredior, quàm hûc Pſalmum, pro deductæ in Sionem arcæ pompa compoſitum fuiſſe, ſtatutum reliquero. Legendi igitur attentè verſus 26. *Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum.* & 28. *Ibi Beniamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu. Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, principes Nephtali.* Formam & ordinem pópæ hic qui non videt? Iam verò de ea, in qua deferebatur arca Dei, ſermonem eſſe, tute colligas ex principio Pſalmi, *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius*, &c. ſumpto nimirum ex Num. 10.35. vbi dicitur: *Cùm eleuaretur arca, dicebat Moyſes: ſurge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua.* nihil itaque aptius ad Pſalmi initium, & quaſi ad eleuationem arcæ potuit excogitari. Quod verò de pompa, qua in Sionæum montem arca tranſlata fuit, non de alia ſit ſermo; perſuadet Sionis elogium illud num. 16. *Mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis. Mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitauit in finem.* Adde, non legi aliam inſtitutam Dauidis ætate pompam pro arca deducenda, niſi de Cariathiarim in domum Obededon, & inde in Sionis arcem: & huc quidem prior deſtinata fuit pompa, niſi metus apud Obededon deponere coëgiſſet. quare quod attinet ad Pſalmi huius inſtitutum non diſparo duas illas pompas, ſed coniungo. Nunc ad Pſalmi caput.

Titulus eſt *in finem εἰς τὸ τέλος*, ſed videntur Septuaginta habuiſſe לנצח; nunc autem addito מ legimus למנצח, id eſt, victoris aut triumphatoris. nam ל indicare quoque ſolere genitiuum, agnoſcunt aliqui in לדוד quod in multis eſt Pſalmis. Quomodo accipi poſſet de Dauid, quod habet etiam noſter titulus: licet in datiuo ſumpſerint Septuaginta, quod quidem frequentius. Quod ſi מנצח participium non ſit, ſed quaſi verbale aut gerundium; vertas, *Ad canendum.* quaſi dicat, ad exultandum & exaltandum Deum totis viribus. ſicut illud Habac. 3. num. 19. vbi dicitur, *In Pſalmis canentem.* quæ Hebræis illis videntur reſpondere למנצח בנגינותי id eſt, faciet (Dominus ſcilicet) vt exultem & triumphem. Sic noſtrum exponit Chald. *Ad laudandum in Pſalmis*, ob victorias ſcilicet pro quibus gratulandi ergo ſuas etiam Romani inſtruebant ſupplicationes. Eodem redire videtur Hieronymus, & ij Græci qui reddunt: *Victori*, ſiue id ad Deum, qui hoſtes proſtrauit, referatur: ſiue ad Dauidem triumphos carmine celebrantem. Illud denique quod habet titulus: *Pſalmus cantici*, quod Chaldæus reddiderit: *laus & canticum*; vtrumque nominatiuum eſſe & credidit Eugubinus, & ſumpſit. ac ſi diceretur; Melos & oda, pro maiori ſcilicet expoſitione, Pſalmum verò ad Pſalterium referri; canticum autem ad humanam vocem quod hæc aſſa non eſſet, ſed organis comitata, ex S. Auguſtino notum eſt.

Verſ. 2. *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. 3. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.*

Arca, cui Deus credebatur inſidere, initio pompæ eleuabatur, inter eleuandam igitur arcam preces ad Deū fundebantur peropportunæ, vt exurgeret ipſe, per oſtenſionem nimirum præſentiæ ſui numinis in fauorem populi Iſraël, & hoſtium conturbationem. Porrò iam verè quam eleganter hoſtes Iſraëlis hoſtes appellantur ipſius Dei, & peccatores ſiue impij: eo quod idolis ſeruirent, & gentem vero Deo charam odio haberent. Iam ad principale Pſalmi inſtitutum, quam hæc conueniant, ex dictis in argumento ſatis conſtat, ſiue optando illa dicta ſint, *Exurgat, & diſſipentur*. ſiue vaticinando; aut denique enuntiando, quaſi dicat, eam eſſe diuinæ potentiæ vim, vt vel nutu ſolo poſſit hoſtes labefactare: nam Hebræum futurum his omnibus ſolet deſeruire. Ad hæc, geminata ſimilitudo & euaneſcentis fumi, & ceræ, igne abſumptæ, Chriſti in ſuorum hoſtium conſumptione virtutem mirè demonſtrat.

Chriſti virtus in ſuorū hoſtium abſumptione.

Verſ. 4. *Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.*

Si his populum vniuerſum alloquatur pſaltes, cum iuſtorum nomine vtitur, gentem ſanctam intelligit, Deo nimirum ſegregatam; non quod ſinguli ſancti eſſent. Mihi tamen probatur magis, vt cum iuſtis ſeorſum loquatur, atque hos duntaxat ad lætandum inuitet: nam peccatores interim dum ad bonam frugem non redeunt, lætari nequeunt. Sciriſſimè itaque in generali epulo de iuſtis tantum meminit Pſalmus. Pro *epulentur* Hebraicè eſt, *lætentur*, & apud S. Auguſt. *iucundentur*. Sed commodè Vulg. epulas induxit. Etenim ſacrificia magnificentiora, apparatioraque, quę ſolemnium erant celebriorum, toti parabantur populo; vt omnes exultarent in conſpectu Dei: cum verò ſolemnia tranſlationis arcæ celebrata ſunt, meſſem largam, vt habetur 2. Reg. 17. num. 18. accepit populus vniuerſus. In ſenſu autem à Propheta potiſſimum ſpectato de epulo Euchariſtiæ diuiniſſimo ſermo eſt, déque deliciis conſcientiæ delicti ſibi non conſciæ, ex largiſſima per Ieſum Chriſtum peccatorum remiſſione quam ſolidiſſimis.

Peccator alienus à lætitia.

Euchariſtia deliciū animæ.

Verſ 5. *Cantate Deo, Pſalmum dicite nomini eius.* & infrà eodem verſu, *Dominus nomen illi.*

Significationem nominis Dei Iehouah, ſcilicet *erit, eſt, & fuit*, à me latè 1. Apocalypſeos diſputatam hic ſuppono, & inde colligo, cantica huic ſacro nomini fundere non eſſe aliud, quam Dei beneficia cum antiqua tum præſentia conſiderare; ſed verò in ea, quæ Deus in tempore legis gratiæ perfecturus erat, obtutum præſertim defigere. Quod qui dicit, illud dicit & hoc & aliis Pſalmis non ea modò quæ præfert ſuperſicies celebranda proponi, ſed certè Deum ſub rerum à Dauide geſtarum expoſitione pergere delineare illa, quæ iam ante promiſerat, & quæ tandem in Eccleſiæ Chriſtianæ myſteriis exhibuit, perfecit, expreſſit. Idem porrò ſignificat, quod mox additur: *Dominus nomen illi.* Hebraicè *in Iah nomen illi.* nam *Iah* eſt abbreuiatum *Iehouah*. Et vt liqueat totum huius ſignificatum in *Iah* includi, noto quatuor literas nominis *Iehouah* has eſſe ה. ו. ה. י. proferri verò vt has quatuor dictiones, *Iehie, hoia, ve, haia*; quæ latinis ſunt *erit, eſt, & fuit*. Atqui in decurtato *Iah* licèt ex quatuor illis duæ tantùm ſint, nempe יה, hæ tamen tantumdem valent ac quatuor illæ: nam ה eſt *hoia*, eſt item *haia* ſcilicet, *eſt*,

In Pſalmis ſubnarratione præſentiū ebuel-ntur futura.

Iah breuiarium nominis Iehouah.

&

Digitized by Google

& *fuit.* Iod verò idem quod *erit* ſumptum nimirum pro *Iehie.*

Ex eodem verſu, *Iter facite ei.*

Verba ſunt curatorum pompæ.

Pro his, *iter facite*, Hebraicè tantùm eſt imperatiuum ס לו à themate סלל quod ſignificat ſternere, aut complanare viam. Quare idem videtur hic afferri, quod illa Iſai. cap. 40. num. 3. exhortatione: *Parate viam Domino* (quo faciunt itidem qui vertunt, *purgate viam*) certè ab eodem themate *derec ſelulah* eſt via plana, ac ſine offendiculo. Ad pompam verò, quam inſtituimus, quàm hæc aptentur, ſatis patet. Pagninus & Arias pro, *Iter facite ei*, reddunt: *Exaltate eum.* Hos iuuat verbum eſſe idem Exodi 9. num. 17. vbi cum Pharaone loquens Deus inquit: *Ad hoc poſui te*, id eſt, *excitaui te*, vti ad Hebr. 9. num. 17. transfert Sanctus Paulus hunc locum. Sed nihilominus munire viam, frequentius eſſe huius verbi ſignificatum, negari nequit. Quod ſicut ad Pompam, de qua agitur, natum eſt, ita in myſterio idem notat quod parare viam Domino, apud Iſaiam illo cap. 40. num. 3.

Ex eod. verſu: *Qui aſcendit ſuper occaſum.*
Et infrà n 34. *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem.*

רכב eminentiam affert.

Pro his, *Qui aſcendit*, Hebraicè eſt participium à verbo רכב quod equitare ſignificat, & in currum aſcendere, & in regnum præterea atque in ſedem. Horum exempla ſunt in Pſalm. 44. num. 5. vbi ponetur pro regnare; ibi: *Procede, & regna.* Pro ſedere Leuit. 15. num. 9. videſis Deuter. 32. num. 13. *Conſtituit eum ſuper excelſam terram.* & Iſai. 58. num. 14. *Suſtollam te ſuper excelſa terræ*, id eſt, regnare te faciam in ſumma, eminentiam affert hoc verbum: qua quis ſe præbet agnoſcendum. hoc eius eſt qui currum aſcendit, aut equum. niſi magis aut hoc aut illud tranſlatum eſſe.

Ignoratio legitimi ſenſus facit ſæpe à vulgata recedere.

Aliqui porrò ſunt, quos noſtra verſio, *ſuper occaſum*; offendit, præoptantque *ſuper deſertum.* vel ſuper *ſuprema cælorum.* Cæterùm id nequit in primis dubium eſſe Hebræum ערבות poni in ſacra Scriptura pro veſpera & occaſu: quin etiam hunc nominis ſignificatum eum eſſe, qui paſſim occurrit. Quod autem interpretes illi putent occaſum in hunc locum neutiquam conuenire; bene eſt, quod illi neutiquam locum intelligunt, ea quæ proinde cauſa, voce Hebræa obtorta, ſuprema cælorum interpretantur. Ego quidem ſequor noſtram verſionem, & communem Hebrææ vocis vſum.

Sed tamen verſio hæc difficilis videtur intellectu: quid enim eſt ſuper occaſum aſcendere? & malè deinde cohærens cum illis mox poſitis, *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem.* Verùm hac ipſa oppoſitione cenſeo equidem maximè reddi veriſimilem noſtram lectionem. nam oppoſita ſimilia alibi apud Dauidem legimus. ſic Pſal. 109. prius dicit: *Sede à dextris meis.* & paulò poſt: *Dominus à dextris tuis.* gaudere enim videtur his quaſi oppoſitionibus diuinus vates, vt iis vellet aliquid eximie ſubtile. nec enim eſt qui dubitet, quo aſpectu primo videntur pugnantia, hæc valdè idonea eſſe ad intelligentiam aliquam tegendam non vulgarem. cuiuſmodi eſt illud Chriſti Domini: *Mea doctrina non eſt mea; ſed eius qui miſit me.* Vt ergo rem aperiam, moneo hæc duo dicta; *Aſcen-*

Quæ pugnantia videntur, claudũt nonnunquã ſubtilitatem.

A *dere Deum ſuper occaſum, & aſcendere ſuper cælũ cælorum.* Vtrùque, vt populo illi faueat, neceſſe eſſe: totius enim Pſalmi materies beneficia ſunt, & in eũ collocata, & collocanda deinceps. & eamdem ob rem noto dictum de Deo: *Dominus nomen illi.*

Aſcendere Deum ſuper occaſum eſt debellari ab ipſo Philiſtæos.

Dico igitur primum: *Aſcendere Deum ſuper occaſum*, mihi eſſe vinci ac proſterni ab ipſo prorſus Philiſthæos. nec verò, quod ſignificet רכב vincere aut debellare, in hoc vlla apparet difficultas. nam ſignificatum regnandi iam vidimus in Pſal. 44. & deinde cum facere vincere, & facere regnare ſignificet idem, vt probaui iam ex Deuter. 32. num. 13. & Iſai. 58. num. 14. vbi ponitur in quinta coniugatione hiphil *ſuſtollam te*, dicitur ſuper excel-
B ſa terræ; in cõiugatione *Kal*, quam in noſtro Pſalmo habemus, debet eſſe vincere & regnare. Iam verò per occaſum plagam denotari occidẽtalem, quemadmodum orientalem per ortum, quid ita planum? Nec porrò quẽquam fugiet Philiſthæos Ieroſolymæ cõparatos ad occaſum habitare. nunc igitùr vbi Deo aguntur gratiæ ob reportatas Dauidis opera de Philiſthæis victorias: cum dicitur Dominus aſcendere ſuper occaſum, quid amabo magis ſit in promptu, quàm vt explicemus, Deum triumphare de Philiſthæis? Quæ explicatio ſenſui arcano quàm eſt accommodatiſſima: etenim deuicta Philiſthæa Romæ myſticè deuictæ, totiuſque deinceps imperij ſymbolum eſt. Et facit nomine ערבות ſignificari deſertum; hoc item in ſacra Scriptura Gentilitatem.

Philiſtæi Gentilitatem adumbrant.

C Dico iterum, illud mihi eſſe politiſſimum, poſtquã initio Pſalmi Deus fuerat prædicatus occidẽtis, id eſt, Palæſtinę victor glorioſus, eũdẽ ad Pſalmi finem, vbi ſpes ingentis proſperitatis de diuina benignitate concepta canitur, cæli cælorum ad orientem aſcenſorem celebrari. Hoc vti explicem, vnum aut alterum prænotarim. Primum, orientis nomine intelligi debere plagam orientalem, tum ex proprietate nominis קדם ita ſæpe à vulg. declarati: tum ex antitheſi ortus & occaſus, qua vates fuit vſus. Hæc enim exigit, vt ſicut nomen alterum pro occidentali plaga, ita hoc ponatur pro oriẽtali. Deinde non abs re in illis: *Qui aſcendit ſuper occaſum*, non additum eſt, *ſuper cælos*;
D (neque enim mihi probantur illi, qui *araboth* vertunt cœlos; Hebræa enim vox veſpertinam affert obſcuritatem, quæ ſicut occaſus Solis, longè abeſt à ſuperioribus) ſed quia ſermo erat de aſcenſu ſuper occaſum in his inferioribus, in Palæſtina ſcilicet, vt iam expoſui. At verò cùm dicendum fuit Deum in oriente regnare, tum diſertè apponitur, *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad orientem.* Hebraice: *Qui aſcendit ſuper cælos cælorum plaga orientalis.*

Regnare Deũ ſuper cælum cæli ad Orientem eſt felicitatis auctorem eſſe.

In eo igitur huius locutionis elegantia ſita eſt, vt ſignificetur, tametſi aliquot victoriæ fuiſſent iam de Philiſthæis obtentæ; alias tamen maiores multo ac feliciores à cælis ſperari. Quam ad rem exprimendam, elegantiſſimè profecto dictũ fuit, Deum Iſraëlis, qui ſuam in Sionæo mõte fixerat, ex magna ſcilicet dignatione, ſedem; in Orientali cœlorum altiſſimorũ plaga iam regnare. quaſi di-
E cat, ſicuti ab oriẽte cœleſti Solis ſperatur lux; perinde omnino populum illũm felicitatẽ (quæ lucis ſymbolo paſſim magna quidem elegantia deſignatur) à regnatore cœlorum, vnde diſponit omnia, ac dilargitur, ingentem ſperare. Nec vacat tempore: non dictum ſuper cœlos cœlorum. Etenim ex materialibus orbibus ſupremus eſt, per quem reliquos diuina prouidentia moderatur.

Porrò myſterio denotando principali, quę magna

Digitized by Google

Regni Meſſiæ ſymbolū lux.

gna erat illa lux,ac proſperitas,quam eum Meſſia populus ſperabat ille, nihil planè aptius.maximè ſi aduertatur Meſſiæ aduētus,regnumque ſæpe in ſacra Scriptura nomine orituri Solis pręſignificata. Dictum enim de Chriſto:*Oriens nomen eius*.Hac item de cauſa templum illud ,Sancta Sanctorum, Cherubini Salomoniei, omnia hæc verſus orientē erant : denotantia ſcilicet manifeſto ſpem,quæ qua populus ille viuebat firmiſſima,verum naſciturum aliquando iuſtitiæ ſolem , qui illarum omnium vmbrarum obſcuritati afferret lucem.

Alter etiam eſt vocis *Kedem* aptus eidem myſterio ſignificatus, ſcilicet antiqua præordinatio, ſeu prædeſtinatio , quæ ab initio ſit. Cùm itaque agebatur de immenſo illo ſplendore, quem Deus ab initio in populi ſui gloriam prædeſtinauit;cecidit accommodè vt prædicaretur regnare Deus ſuper cœlum cœli *Kedem*, id eſt, antiquæ prædeſtinationis.

Illius tandem antitheſis, in aſcenſione ſuper occaſum, & ſuper cœlum cœli ad orientem poſitæ, ex his conſtiterit arcanus nitor, quo minimè fruuntur noſtræ lectionis deſertores.

Ex eodem verſu: *Exultate in conſpectu eius. turbabuntur à facie eius.*

Verſ.6. *Patris orphanorū,& iudicis viduarum.*

Hæc eo reſpiciūt,quod inter bella & Philiſtæorum tyrannidem cōplures,cum pueri fuiſſent parentibus deſtituti,cum maritis adoleſcētulæ.quorum iniurias punitis hoſtibus,vltus eſt Deus.

Deus in loco ſancto ſuo.

Robuſtum ſpei firmamentum, Deum è ſanctitatis ſede, quam ſibi in medio illo populo deſtinârat , illatas ſuis iniurias vindicaturum. atque huc orbi itabant, querelas Deo iudici integerrimo miſerabiles afferentes.

Verſ. 7. *Deus qui inhabitare facit vnius moris in Domo.*

Qui deſerti erant, plenas videbunt familias.

Duplex ſēſus reddi ſolet his verbis,aptus vterque.Primus eſt,quos belli acerbitas in orbitatem redegerat, viduas & orphanos putà; hos omnes parta de aduerſariis victoria;domo,familia,omnique proſperitate cumulatum iri.Nam cum victoria,& pace quieſcunt omnia ac proſperātur:& eſt nullus ad quem eius boni non pertineat pars.Pro *vnius moris*,reddunt Hebræi vnicos aut ſolitarios, quo iuuatur hic prior ſenſus.Alter populum illum infeliciter antea diſſectum in partes, magna poſt animorū conſenſione,ac veluti corde vno,& anima vna à Deo fuiſſe coniunctū, & quaſi coagmētatum,itaut non aliter ac familia quædam coniūctiſſima omnes eſſent vnius moris in domo vna. Vbi concordiæ ad debellandos hoſtes ſtatuitur neceſſitas,illa enim res paruæ creſcunt.Simulque alluſio fit ad diſcordiam,qua ante laborauerat populus,partim Dauidem,Miphiboſeph partim appellantes.Sed omnes tandem,recollectis iam animis Dei beneficio, eius poterant fauore arma in aduerſarios conuertere,illoſque penitus profligare nam ex diuiſarum voluntatum coniunctione initium ducit felix ſucceſſus:propterea ſequitur,

Vel pacificati inter ſe bellū profligarunt.

Qui educit vinctos in fortitudine ſimiliter eos, qui exaſperant,qui habitant in ſepulchris.

Quemadmodum ſcilicet qui robuſti brachij
A exerta vi detentum in cuſtodia illine extrahit ferreis priùs ablatis compedibus,ita prorſus populū illum (quem diuina iuſtitia eius flagitiis laceſſita Philiſthæorum tyrannide permiſerat, & in ipſa oppreſſione quaſi ſepelierat ſquallore) dignatus fuit tandem pius Deus eximere è miſeræ captiuitatis pædore,& in libertatem,lætitiámque vindicare.In fortitudine educit,vel quia ad id vſui ſibi fuit,potens & robuſta manus.vel cum τῷ vinctos, id eſt,educit quos aſtringebāt cōpedes nimiopere.

τὸ In fortitudine,vel cum τῷ educenti, vel cum τῷ vinctis.

Qui habitant in ſepulchris. Facit huc Ezech. 3.7. 12.13.*Ego aperiam tumūlos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus : & inducam vos in terram Iſraël.Et ſcietis quia ego Dominus, cum aperuero*
B *ſepulchra veſtra,& eduxero vos de tumulis veſtris*.Hoc ideo, quia cum ſe infelices gemerent miſeriis omnino obrutos, dicebant : *Aruerunt oſſa noſtra , & periit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus*.ibidē verſ.11.Noto verò, vt facinus illud in captiuitate diſſoluenda patratū Vates exprimat, videri eum allegoria mortuorum è ſepulchro extrahendorum oblectari.eo ſcilicet vt redigeret fidelibus in memoriam (quod præcipuè ſpectat) facinus illud ſingulare debitum vni vindici Chriſto : cum peccatores in libertatem aſſeruit Dæmonis emancipatos ſeruitio : vbi miſerandum in modum pro demortuis iacebant,videlicet,peccato & morti , qui veri ac terribiles Philiſthæi ſunt, miſerabiliter obnoxij. Hos deinde non è peccati modo poteſtate Chriſtus eximit, ſed,vt ſuum perficiat opus, ex impe-
C rioſo etiam mortis & ſepulchri dominatu exempturus.Sic igitur vt Iſraëlis filios è Pharaonis imperio,& Philiſthæorum poſtea liberauit,educens vinctos in fortitudine;ita prorſus è peccati iugo ſceleroſos educit:nam hoc eſt.*ſimiliter eos qui exaſperant*.educturus denique defunctos vita e mortis ditione.quo illa ſpectāt:*Qui habitant in ſepulchris*.

Hi vincti obnoxij ſunt peccati ſeruituti.

Eminet itaque iam vel ex dictis in hoc verſu meritiſſimo vocari Deum(quod erat dictum paulo ante)*Iehouah*.Etenim Deus ſuis de Philiſthæorum tyrannide,prius de Ægyptiorum educendis, effecerat,efficiebat tunc,ac figurarat denique,quę poſtea erat egregiè moliturus. In duobus igitur primis veriſſimè apparebat *eſt*, & *fuit*:demonſtraturus tandem in præſtātiſſimo redemptionis ope-
D re τὸ *erit*,cui operi, è ſepulchro eductis mortalibus,ponet ſupremam manum.

Verſ.8. *Deus cùm egredereris in conſpectu populi tui,cùm pertranſires in deſerto.*

Verſ. 9. *Terra mota eſt , etenim cæli diſtillauerunt à facie Dei Sinai,à facie Dei Iſraël.*

Illud primò notandum, hæc verba ex Cantico Deboræ Iudic. 5.num. 4. petita, perſpicuum eſſe. Ita illic : *Domine cum exires de Seir, & tranſires per regiones Edom , terra mota eſt, cœlique ac nubes diſtillauerunt aquis.Montes fluxerunt à facie Domini*.Porrò non in his modo verſibus , ſed in multis aliis canticum Deboræ reſpicit hic Pſalmus. Noſter decimusquartus,*Si dormiatis inter medios cleros*,re-
E ſpondet 16.Deboræ:*Quare habitas inter duos terminos*.Noſter populi victorias aſſignat Angelorū fauori.ita videbimus verſ.11. *Animalia tua habitabūt in ea*.& verſ.13.*Rex virtutum dilecti dilecti*.& verſ. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex*, &c.Quæ omnia illis Deboræ verſ. 20. reſpondent : *De cælo dimicatum eſt contra eos*. Quas verò noſter bellicas nomine quadrigas Angelorum,hæ non gentis curribus,vt habetur Iudic.4.exercitus Siſarei op-

Pſalmus hic in multis ad Deboræ canticū alludit.

ponuntur

Digitized by Google

ponuntur : & illis quæ in Cant.verſ.11. *Vbi colliſi ſunt currus*,&c. Noſter verſ.28. habet: *Ibi Beniamin adoleſcentulus,in mentis exceſſu*.quæ alludunt ad victoriam, quam Debora in ecſtaſi,id eſt,in viſione prophetica à Saüle de Amalecitis reportandam vidit.de hoc ita Canticum ver.14 *Poſt eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec*.Noſtris illis: *Principes Zabulon, & principes Nephtali*. verſ.28. correſpondent in Cant.14. *Zabulon & Nephtali obtulerunt animas ſuas* . & 14. *De Zabulon qui exercitum ducerent*.Noſter elogia habet montis Sionis,vt ſignificet illum eſſe , vnde egrediatur Dei exercitus,qui hoſtes profliget ſuos.ita nimirum milites, quibus ſuam Debora victoriam obtinuit,ex monte Thabor,vt 4.Iudic. narratur, exierunt.Ac tandem cum in fine noſtri Pſalmi Dei aſcenſio ſuper cœlum cœli ad Orientẽ celebratur , fortaſſe alluſio fit ad illa Cant.31. *Sicut Sol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent*. nam vtrobique ſupponitur Solis exitus eximiæ felicitatis ſymbolum.

Numerauimus itaque alluſiones noſtri Pſalmi ad Deboræ cãticum octo procipuas. vt illa omittam verſ. 5. *Cantate Deo,Pſalmum dicite*, &c. Reſpondentia 3.Cantic. *Ego ſum*, quæ *Domino canam, pſallam Domino Deo Iſrael*. ac illa etiam 19. *Cepiſti captiuitatem*. quæ non abludunt ab aliis Cãtici 12. *Apprehende captiuos tuos fili Abinoem*.Eo igitur cõſilio,vt ego quidem ſentio,iniit hanc cantici imitationem Dauid , & ad finem vſque tot verſibus perſecutus eſt;vt inde fieret manifeſtum ſe ex induſtria hic comparari cum Debora , & huius victoriam cum ſuis. Quod ſane non aliud eſt,quam aperta quædã confeſſio,trophæa ſublata à ſe prius de Golia, de reliquis deinceps Philiſthæis miraculo verti debere ; nec verò ducis opera, aut humana vlla obtenta, ſed Dei ſolius virtute. Qui quidem,vt olim fœmina,ita in præſens adoleſcẽtulo vſus, ſuum cum eo communicauit ſpiritum, ac veluti duxit manu , vt admiranda perpetraret: vt vel ex inſtrumenti infirmitate tanta facinora non humana eſſe , ſed diuina planè exiſtimarentur. Habet hæc præterea Cantici imitatio quiddam egregiè vrbanitatis : cum Dauid duces illos, quos tanto capitis diſcrimine comites habuerat in Domini præliis ſtrenuos, honore , quod fecit Debora, mactat inſigni.In ſumma, cum ſibi nihil, omnia deberi fateatur Deo ; ſe tamen fortiſſimis commilitonibus ſtrictiſſimè deuinctum agnoſcit, honorat,inuitátque ad maximam propter animos à Deo additos,felicemque bellorum exitum,gratiarum actionem.

Se Dauid vt præclara facta Deo attribuat, cum Debora confert.

Iam ad noſtra : *Deus cum egrederis in conſpectu populi tui*,&c. *terra mota eſt*. Terræ motum propriè ſumptum ego quidem in Exodi hiſtoria nõ inuenio : neque verò terræ motum hic & in Cantico Deboræ nominari , argumento eſt illum propriè eueniſſe:gaudet enim tropis huiuſmodi poëſis.ita Pſal.17.vbi ſui liberationem è Saülis furore canit idem pſaltes,loquitur verſ.7. *In tribulatione mea inuocaui Dominum,& ad Deum meũ clamaui:& exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam:& clamor meus in conſpectu eius,introiuit in aures eius.Commota eſt,& contremuit terra:fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt,quoniam iratus eſt eis*. Ergo tam hic quàm in Cantico Deboræ allegoricè capio terræ motũ,vt ſignificet eiuſmodi fuiſſe diuinitus edita maieſtatis ac pauoris documenta, vt homines totis artubus contremiſcerent,ac veluti concuti inter ſe membra viderentur.tantum videlicet timoris eorum animos occuparat.

Terræmotus pro timore ingenti.

Etenim cœli diſtillauerunt. τὸ *Etenim* præbeat vt cauſam , haud eſt neceſſe:nam in Pſalmis paſſim pro copula tantum eſt & affirmatione, vt ſunt *& quidem,& etiam*,aliáque id genus.Porrò, *cœli diſtillauerunt*,idem eſt quod in Deboræ cantico, *cœlique ac nubes diſtillauerunt aquis*. deſumpta quippe noſtra hinc ſunt.Et cum terræmotus allegoricus ſit; allegoricam itidem iudico hanc pluuiam.Etenim nec pluiſſe nubes,in hiſtoria Exodi vlla fit ſpecialis mentio,nec erat cur fieret:inuſitatum quippe non eſt,vt aqua pluat.Quare is eſt horum verborum ſenſus:miſericordias , fauoréſque cœlitus in populum Iſraëlis confluxiſſe, & tanta quidem vi, quanta eſſe ſolet defluentis pluuiæ , huiuſmodi fuerunt manna , diuina lex,columna,& facta alia Dei magnificentiſſima. Addo τὸ *diſtillauerunt*, fortè allegoricum eſſe à rore petitum & pluuia expetita.

Diſtillare cœles , id eſt, pluere beneficus.

Eo igitur iuncta hæc ſunt: *Terra mota eſt*,& *cœli diſtillauerunt aquis*.vt fieret planum, Deum , qua rerum formidabilium inuectione,qua beneficiorum pluuia,ſe hinc amandum , illinc metuendum exhibuiſſe. Illata verò eſt horum mentio , quia & Deboræ & Dauidis ætate priſtina mirabilia Deus renouarat rerum horrendarum aduerſus hoſtes, aduerſus amicos autem ſummum propitiarum ſignificationibus.Quorum ſimilia in poſterum ſibi gens illa promittere deberet , quando conſtantia Deo propria eſt.Iam in præcipuo ſenſu facilis eſt horum intelligentia , quod Deus ſcilicet in legis gratiæ tempore cum ex ſpirituali Ægypto ſuum populum emitteret , & amorem ſui & terrorem, cum myſtico aduerſus Eccleſiæ hoſtes bello,tum gratiarum ſuper Eccleſiam ſuam pluuia quam largiſſima,pectoribus eſſet inſerturus.

Vtrumque à Deo præſtitũ olim,ſed modò cumulatius.

Ad hæc notandum , quod terræmotus & pluuiç,poſtquam Deus ex Ægypto populum eduxit, pſaltes meminerit ; videri cauſam eſſe , quod nec pluat vnquam in Ægypto, nec terra tremat. Illud confirmat ſacra Scriptura;hoc Plin.lib.2. cap.20. aduertit: *Ægyptus*,inquit, *minimè quatitur , quoniã æſtatis cauſa obſtat*. Cum quo eſt Seneca 6.quæſt. cap.26. Illud igitur eſt,quod in Pſalmo ponderatur,cũ Deus ex Ægypto ſuum extraxit populum, tunc primum ſcitum fuiſſe,quid eſſet Deum timere , illius agnita potentiâ ; quidque, eumdem ex largitionum ſuarum cognitione , dignè amare. Enimuerò intra Ægyptum neque amatur Deus, neque timetur,quam conſiderationem admirabilem eſſe principali inſtituto nemo non videt.

Vbi Dei non eſt cognitio, nec amor eius eſt,nec metus.

A facie Dei Sinai,à facie Dei Iſraël. Hæc mea ſyntaxis eſt,vt τὸ *à facie Dei Sinai*,referatur ad terræmotum. ibi enim ſignatè præbuit ſe Deus formidandum.propterea Moyſes ſigna illa terribilia cò ſpectaſſe dixit: *vt terror illius eſſet in vobis*.atque huc directa lex. Illa verò, *à facie Dei Iſraël*,ad cœleſtem pluuiam,beneficiorum nimirum excellentium, quibus ſe Deus ſignificabat Deum Iſraëlis. Etenim nomen hoc illam exprimit benedictionẽ à Iacob & luctando & lacrymando impetratam. Hæc expoſitio firmatur maximè ſequentibus.

Verſ.10. *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ:& infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.*

Hebraicè habetur , pluuiam liberalitatum ſeu magnificentiarũ,quaſi dicat communem eſſe pluuiam,quę adeo pertineat ad quoſcumque:at illam cœleſtium beneficiorum , qualis manna fuit

&

Digitized by Google

& præſtantiora alia dona, ſpecialem prorſus eſſe, quam non niſi ſelecti participent. Quod verò Pſalmus de futuro loquatur, illud ait,hanc pluuiam,vt olim cõmunicari cœpta eſt,ita illis deinceps, quin & longè præſtantius Chriſtianæ Eccleſiæ ſuo tempore communicatum iri.

Futurum ſegregabis propter Chriſtianos.

Et infirmata eſt; tu verò perfeciſti eam. Hebraicè, *& infirmatam tu perfeciſti eam.* vbi redundat pronomen ex eius linguæ vſu. Perſecuta videtur eadem pluuiæ allegoria cum reſpectu ad id quod ſolet euenire,vt hactenus vigeat morborum lues, dum aëre pluuia abundante purificato pellantur morbi. Diuini itaque Spiritus pluuia,cœleſtis manna, ſupernorúmque beneficiorum aërem purificat, humanámque fidelium infirmitatem efficaciter curat.Hoc ergo Dauid & Debora proximè volũt, Deum, ſua erga gentem illam demonſtrata beneuolentia,inſtillatóque adeò ſuæ miſericordiæ rore,præſtanti ſcilicet exhibito duce,ex grauiſſimis ſæpe anguſtiis eripuiſſe. Quod ſi Gedeon & Iephtale roris vicem erga populum marceſcentem vitalis præſtiterunt, quanto id impletum potiori iure,vt munificentiis cœlum pluerit admirabilibus, cum nobis Deus filium largitus eſt. Húc illa ſuſpirabat Iſaiæ deprecatio: *Rorate cœli deſuper,& nubes pluant iuſtum.*

Chriſtus pluuia ſaluberrima & benigniſſima.

Chriſto igitur conceſſo, pluuiam voluntariam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ,& infirmatã perfecit.Etenim Spiritus primitiæ in populũ Iudaicum ſpeciatim confluxerunt.Quod ſi ille non pro eo,ac par erat,tantis donis reſpondit, proptereáque vt reprobaretur,cõmeritus eſt;ſed fecit ſupplementum bonus Deus. tantum enim cœleſtis ſpiritus primigeniis ex Iudaica gente Chriſtianis impartiuit, vt pauculi inſtar fuerint multorum. Etenim hi pertracta ad Deũ Gẽtilitate, aucti ſunt tam numeroſa prole,vt nouus Iſraël inſitus veteri,veterem numero infinitum ſuperarit.Quod cõſecutum eſt,cum Apoſtoli apud Iudæos Euãgelica tuba clarigarunt,Deóque partem decimam receperunt,vt prædixerat cap.6.Iſaias,quod ad 11. Apoc.declarauimus. Cũ his ſequentia cohærent.

Verſ. 11. *Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.*

Pro τῷ *animalia* apud Pagn. eſt *congregatio*, & Ariam *Societas*. Nomen חיה paſſim redditur animal;ſed quia verbo iũctum eſt plurali *habitabunt*, etiam Hebraicè propterea hi nomen ſumpſerunt collectiuum *ſocietas,congregatio*.Lectio itaque Hebraica eſt *animal tuũ*(pro animalia tua)habitabunt in ea.Ego ſic expono: Angelorum copioſam manum illi populo, pro eo tuendo,ac confirmando, Deo ſic ordinante, iugiter adſtitiſſe. Quæ igitur dicuntur hic animalia Dei,cœleſtes ſpiritus mihi ſunt.Reſpondent hæc illis Cantici Deboræ n.20. *De cœlo dimicatum eſt contra eos.* Ac primum, quod Angeli in ſacra Scriptura vocentur animalia Dei, in hoc quidem ſermone nemo doctus peregrinetur,eos ita Ezechiele ſæpe cognominante. Quod ſi inſpiciatur Etymon,nihil habet negotij nomẽclatio,cum vox *animal* nõ Latinis modò, ſed Hebræis & Græcis à vita deſumpta ſit. Deinde, hæc animaliũ protectio eo loco ponitur,quaſi eã optimè cuperet cœlum illi genti: *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* neque verò fauetur,vt ſit ex ſerie planũ, ipſis animalibus:ſed pauperi;(id eſt,imbecillo)vt agant cum ipſo animalia. Ad hæc totus Pſalmus ponitur in beneficiis à Deo in gentem illam poſitis,in ea ab hoſtibus liberanda, ornandá- A que victoriis. Cui inſtituto nimis eſt commoda noſtra explicatio;aliæ verò,vt mihi videntur,non item.Adde verba ſtatim ſequentia prorſus ſapere victoriam,pertinẽt quippe ad epinicium.Ea ſunt: *Dominus dabit verbũ euangelizãtibus.* Præterea quod hæc optimè cohæreant cum illis,quæ paulò inferius: *Currus Dei decẽ millibus multiplex*,&c. Accedit Mõtani nuper adducta trãſlatio *ſocietas tua*,conueniens optimè huic expoſitioni. Etenim Angelici exercitus ſunt qui Deũ comitantur, atque ideo tã hic, quàm alter verſus: *Currus Dei decem millibus multiplex*,reſpiciunt Deut.33.n.2. vbi dicitur apparuiſſe Dominus de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia.quo item facit Iudas ver.14.ſuę B Epiſtolæ.Ac denique,ex aliis ſacræ Scripturæ locis compertum eſt, exercitum, qui defendat, qui pugnet pro Dei populo,Angelos quidem eſſe, & quadrigas illas bellatrices,quas Deus Eliſei rogatu 4. Reg. num. 17. ſeruo ipſius oſtendit. Quare apta eſt Chaldæa ad hunc locum Paraphraſis. *Diſpoſuiſti exercitus Angelorum, ad bonum & beneficium pauperum.*

His animalibus cape Angelos literaliter.

Ex his igitur cum conſtet,tum cœleſtes copias Angelos eſſe;tum defenſionem præcipuum munimentũ ſeruorum Dei, & qui illis aduersùs hoſtes victorias concilient:ac demum cum de his victoriis in Pſ.agatur,ablata iam videtur dubitandi ratio,quod expoſitio noſtra literalis non ſit. Cũ his verò mirificè cohęret,vt ſtatim ſuauiſſima Dei ad- C uerſus ſuos prouidẽtia põderetur, in eo ſatis perſpecta,quod tali exercitu pauperibus paruulis ac humilibus de ſecuritate ac quiete prouidiſſet, ideo enim vocantur Angeli cuſtodes: *Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei.* Et licet citra dubium ſit, ſingulis adeſſe cuſtodem Angelum, quod tamen integri horum ſpirituum exercitus toti caueant populo fidelium, haud minus certum eſt.

Iam verò vt hæc ad Chriſtianam Eccleſiam referantur,Angeli non ſolũ eos ſignificant,qui cœleſtis ſunt Hierarchiæ, ſed etiã qui Eccleſiaſticæ. hi enim etiã per Iſaiæ Seraphinos,& per Apoc.c. 4.animalia repræſentantur.Pro his itaque conueniẽter admodũ legetur: *Societas tua habitabit ea.* nã D Societas Ieſu, quo potiſſimum nomine Apoſtoli vocantur,ſunt illa ſacra animalia conuerſata prius cum Iudaico populo,& ibi commorata.quo egregiè Chriſtianis primitiuis tantopere à Synagoga infeſtatis fautum eſt. Propterea dicitur: *Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.* & עני quidem hic & alibi *pauper*, afflictum quoque ſignificari, ſciunt, qui nihil non ſciunt.

Cape iterum ſocietatem Ieſu.

Verſ. 12. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.*

Si quidem per animalia proximè præcedentia intelligantur Angeli, ſeries exigit, vt horum verborum conſtructio ſit huiuſmodi: *Dominus dabit*, prædictis ſcilicet animalibus *verbum euan-* E *gelizantibus*, id eſt, vt euangelizent, *virtute multa*, id eſt, exercitu magno. & Genebrardus ſic explicat,*virtute*, id eſt, exercitu. Quibus hoc dicit Propheta, Angelis illis, qui exercitus in modum populo Dei excubias tunc agebant, fore vt aliquando Deus cauſam præberet vehementiſſimè lætandi, feliciáque fidelibus annunciandi. Quod minus non vnus aliquis duove exequerentur,ſed copioſus eorũ exercitus fauſtum hominibus illis apportarent nuncium, turmatimque ſeſe dimitterent,vt lætiorem multo rem agerent:gloriáque

Angeli ſunt hi qui innumeri deſcendunt vt bonũ ferrent nuncium,& celebrent.

Digitized by Google

promerita diuinum mactarent numen, quod tunc impletum cumulatiſſimè, cum Lucæ 2.n.13. *ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo cœleſtis exercitus laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hi ſunt illi exercitus, quos euāgelizaturos prædixit Dauid, & diuinam gloriam euecturos. Quod igitur ſuiſmet oculis paſtores illi beati vſurparūt, hoc idem ſpiritualiter tamen vniuerſa Eccleſia in proſperitatibus contuetur inſignioribus, quas omnes ſumma lætitia Angeli celebrant, euulgantque. Etenim ſi quidem illud Chriſti Domini veriſſimum eſt: *Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente;* quid gaudij eueniſſe credimus ſuper imperij Romani conuerſione & orbis totius victoria?

Cur Hebraicè reſpondeat euangelizantibus nomen fœmininum.

Sed opponat ſe quis, quod Hebraicè pro *euangelizantibus* ſit nomē fœmininū מבשרות, videatúrque proinde ſenſus ſimplex, vt adoleſcētulæ choreas agentes, ac tympana pulſantes dicantur victoriam celebrare: atque hoc ver. 26. huius Pſalmi firmari: *in medio iuuencularum tympaniſtriarum.* Ego verò ſic contra. Fateor quod dicitur de nomine fœminino; ſed fœmininum item aſſero, quod vertitur animalia חית ſeu חַיַּת in regimine: & quod proximè præceſſit, hoc eſt, & quod proinde contextus reſpicit. Addo, nomina צְבָא רָב *virtute multa* propriè eſſe exercitum multum, vt ſæpe Græcum *δύναμις* in Sept. & Latinum virtus accipitur. Et quidem in hæc animalia Dei (qui Angeli ſunt) quadrant omnino, cum propterea dicatur Dominus exercituum, vel Deus Sabaoth. qua locutione vſus Lucas 2. num. 13. *Multitudo militiæ cœleſtis:* atqui adoleſcentularum chorum vocari magnum exercitum, immane quantum earum modulum excedit.

Cæterùm reſiſtas iterum, fauſta ab Angelis in exercitus modum conformatis annunciata fuiſſe, id quidem ſemel viſum in Chriſti Domini natalitiis; nec verò ita arctandam ſacram Scripturam, quin potius capiendam generaliter de quibuſcūque Eccleſiæ proſperitatibus, & fidelis populi victoriis: quas vt certum ſit feſtiuis ſignificationibus Angelos proſequi; ſed ab Angelorum exercitibus illas hominibus annunciari, minimè id quidem certum eſt. Reſpondeo; hoc vt verè dicatur, ab Angelorum ſcilicet copiis bonum euulgari nuncium; vt illi ſe hominibus præbeant ſpectabiles, neutiquam requiri; ſed duntaxat, vt ſint explorata hæc duo. Primum, illos lætiſſimè agitare bonum nuncium, & Deum ſuis efferre prædicationibus. Alterum eoſdem eſſe, qui excitent, qui prouehant fidelis populi miniſtros ad nuncium auditu iucundum afferendum.

Et hoc quidem nemo ambigat iure, qui apud ſe reputet, quam humanis rationibus faueant Angeli, quātúmque proinde capiant voluptatis, bonorum ad nos baiulis nunciorum, qua inſpiratione, qua fauore & adiumento promouendis. Atque in propagando maximè Euangelio (quod per excellentiam bonus appellatur nūcius) Angelis Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, eius nempe buccinatoribus ab alteris Hierarchiæ cœleſtis omni ope fauere, erit qui dubitet? & licet ſpectētur alteri, alteri verò non item, vtroſque Euāgelij prædicationi ſolertiſſimè incūbere? Hāc profectò ob cauſā Apoc. 12.n.7. victoria de Dæmonibus parta videtur Angelis attribui: quāuis hi de hominibus dicāt verſ. 11. *Ipſi vicerūt eum.* Et quod in itinere accidit Tobiæ, quem duxit, & adiuuit Angelus, gratiarum actionis de felici totius rei exitu potius dignus

A quàm Tobias. hoc itidem in Euangelij negotio, quod totum annunciare eſt, & euangelizare, propter quod Angeli appellari merentur, vſuuenit.

Angelorum Hierarchiæ Eccleſiaſticæ munus.

Fortaſſe hæc omnia ſenſu proximiori de Iſraëlitici populi victoriis omni ex parte aptari nō poſſe, conueniens eſt: ſic enim Pſ.71. per omnia Salomoni non aptatur. Etenim reſiſtet nemo in præcipuo ſēſu, de Angelis ſcilicet Hierarchiæ Eccleſiaſticæ; hos enim liquet Angelos etiam appellari, qui euangelizando pugnāt, & vincūt. in quos hæc noſtra, *Dominus dabit verbū euangelizantibus in virtute multa,* veniunt examuſſim. Nam Eccleſiæ prædicatores non pauci ſunt; ſed iuſti quidem exercitus, integræ religioſorum familiæ. Quibus omni-
B bus Deus verba ſuggerit, & adminiſtrat ſemen ſeminānti: atque ita ex victoriis, quibus ſuam Eccleſiam ornat, non illis modò bonorum nunciorum præbet materiā; verba quin etiam ſuppeditat cuiuſcumque boni nuncij. id enim eſt; *dabit verbum.* & Chriſti illa ſunt: *dabitur enim vobis in illa hora.*

Moniales in Eccleſia euāgelizant.

Quòd ſi altera de iuuenculis tympaniſtriis cui magis arrideat expoſitio; Virginum quidem Deo ſacratum, moniales vocamus, chori ſunt Eccleſiæ Catholicæ tympaniſtriæ: quæ dum laudes diuinas dulciter cōcinunt, Euangelij, nuncij beati ſcilicet annunciatrices ſunt. Mihi tamen alter de animalibus proximè præcedentibus potior eſt ſenſus. qui quidem in eo certè alterum excellit, quod addit Pſalmo quid digniſſimum. nam de iuuenculis tympaniſtriis inferius verſ. 26. ſermo eſt. & præ-
C ſtat ſanè ita ſacram Scripturam exponere, vt contextus ſit aptior, & ſenſus vberior.

Verſ. 13. *Rex virtutum dilecti dilecti.*

Noſtræ verſionis cū Hebræa nequit hic cōuenire.

Quod quis noſtram cum Hebræa, quæ circumfertur, tranſlationem componere laboret, equidē cenſeo inconſultū. Illa ſic habet: *Reges virtutū fugiebant fugiebāt.* ſed aliter Hebræa legiſſe Septuag. euidens eſt. Et certè cui ſeniores illi, adeóque vulgatus ac Romana Eccleſia Rabbinis, neſcio quos, antiquiores nō ſint, ille ſuam mihi ſtultitiam manifeſtabit. Cum igitur Septuaginta non legerint ידודון (vt modo legitur) ſed ידידון (tenui mutatæ vnius vocalis diſcrimine, licet themata diuerſa ſint) qui noſtrū *τὸ dilecti* cōcordare voluerit cū *τῷ*
D *fugiebant,* nō ſolū violētus audiet, ſed hallucinās. Differt iterum ab Hebraica noſtra trāſlatio, quod illa habet *Reges,* noſtra *Rex.* Mea ſic eſt ſuſpicio, tranſlatores iſtos, vt ſuum illud ſuppoſitum *fugiebant,* ſtaret, mutaſſe *τὸ Rex* è minori in maiorem numerum, id quod adiecto Iod. nam מֶלֶךְ eſt Rex, מַלְכֵי reges, facere potuerunt. Quare ſemel corrupto textu originali, non eſt cur verſionum concordia curetur.

Deus ſuorum totus eſt.

Noſtra igitur, *Rex virtutum dilecti dilecti,* interpretor vt ſonant. *Rex virtutum,* id eſt, Deus exercituū dominator, populi ſibi dilectiſſimi totus eſt: aut fortaſſe ſibi chariſſimi Dauidis: nam Dauid ſignificat dilectum, atque ita veriſimile eſt reſpectum fuiſſe ad Dauidis nomen, vt Pſ.28.n.6. dicebamus ad illa: *Dilectus quemadmodum filius vnicor-*
E *nium.* Nunc verò Dauidem à populo Iſraëlitico non eſt cur diſtinguamus. nam Deum pro Dauide eſſe contra Philiſthæos, aut pro Iſraële, tantundē eſt. dilecti ergo nomine interpretor populū Iſraël.

Aliter hæc exponunt nōnulli, reges ſcilicet potentiſſimos in prædam illius populi venturos. ſed hoc valde violentum & inſolens. Nemo enim, vt diceret fore vt reges virtutum ſuccumberent dilecto, & ab eo vincerētur, ita loqueretur. *Rex virtutum*

Digitized by Google

tutum dilecti dilecti. Verum enim vt ſupremus ille imperator ad ſui populi rationes attentiſſimus, atque adeò illius eſſe totus diceretur, quibus aliis verbis ſignificantius vteretur quis, haud equidem ſcio. Vnde apparet genitiuum *dilecti* non regi ab altero *virtutum*, ſed à verbo ſubſtantiuo ſubaudito, ſicut hic: Pallium hoc Petri, Petri. vbi repetitio affirmationi ſeruit.

Porrò appellari Deum, Regem exercituum conſtat id eſſe propter Angelicas copias, de quibus proximè actum eſt. Præceſſit enim τὸ *virtute multa*, id eſt, exercitu multo, Angelorum ſcilicet, vt vidimus. atque ita concinna ſic eſt Pſalmi ſtructura. ſignificatur itaque Angelos, cum pro Dei populo belligerantur, exequi tunc volũtatem Imperatoris ſui, qui ſuorum miniſtrorum inſtrumento bella gerit. Demonſtrat verò hic, quanto in amore habeat ſuum populum, cum huius Angelis ſuis cuſtodiam imperat, ac tutelam.

Et quamuis legeremus, *Reges virtutum dilecti dilecti*, τὸ Reges caperem ego de Angelicorum exercituũ imperatoribus: eo ſenſu vt, tametſi Dei populus hoſtes haberet reges opibus præſtantes, haberet itidem pro ſe, imo & ſibi addictos imperatores alios multo præſtantiores, nec eſſe proinde quamobrem, Deo ſibi propitio, Philiſthæos reliquóſve timeret.

Apoſtoli & ſucceſſores, reges.

In ſenſu verò principe non tantùm ſermo eſt, vt ex ſuperioribus conſtat de cœleſtis hierarchiæ, ſed etiam de Eccleſiaſticæ militia. de quibus Angelis Apoc. 14. dictũ. Illi autem, qui Chriſti exercitus ducunt, reges ſunt: nam Chriſtus Rex regum nominatur, ac proinde: *Reges virtutum dilecti dilecti*. Poſſet item illa verſio deſeruire, vt ſignificaretur, imperatores etiam & Reges copioſiſſimos totos ſe Chriſtianæ Eccleſiæ mancipaturos: niſi quod Dauidem non legamus, regum quos ſubegerat, in bellis aliis vſum fuiſſe adiumento.

Et ſpeciei domus diuidere ſpolia.

Vnde Eccleſia ſancta decus.

τὸ Speciei datiuum eſſe Græca oſtendunt. Subditur ergo in ſpeciem ac pulchritudinem domus ſpolia diſtributum iri. nihil enim principum domos perinde exornat quaſi de hoſtibus triumphatis manubiæ. Et quæ in Dauidis præliis captæ ſunt populum illum locupletarunt haud dubiè plurimum, ornatúmque: quarum partem maximã ædes ſacra ſortita eſt. Iam hæc aptiſſima eſſe de Chriſtiana Eccleſia nemo non videt.

Verſ. 14. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.*

Præcipit Mercerus in verbo שפה vt in hoc loco à limitibus regionis cum quibuſdam recentiorum capiendis caueamus: quod is ſenſus nullus ſit. ita ille. Quod ſi in terminis, quos exhorret Mercerus, aptum repererimus ſenſum, & fruſtra ille cum ſua admonitione iure habendus erit, & ſic addetur verſioni magnum firmamentum.

Verſus explicatio.

Sapientum ergo iudicio meã de hoc verſu expoſitionem relinquo. talis eſt, ſi in ipſiſmet hoſtilis regionis limitibus ſecurè vos ad ſõnos captãdos componatis: credite, ex eo periculo non ſalui modò; glorioſi quin etiam euadetis. Nexum hic cum præcedentibus nemo requiret. nam cum defenſio & commoda ſecuritas, & victoria Iſraëli ab Angelicis copiis circumſidentibus proximè fuerit promiſſa, aptiſſimè ſubiicitur, Iſraëlitas tanto momento non ſolum non in grauiſſimis quibuſque diſcriminibus periclitaturos, ſed gloriã inde maximam ſibi conciliaturos. Quod ſi verſus præcedentis fuiſſet, quem volebant aliqui, ſenſum triũphaturum, ſcilicet Chriſtianum populum de expoliatis regibus potentiſſimis; cum id nõ eueniat niſi periculis vitæ ſuſcipiẽdis, cõmodè adiũgebatur glorioſa ex quibuſcũque diſcriminibus liberatio. Et verſus quidẽ ſubſequẽtis: *Dũ diſcernit cœleſtis*, &c. concinna non deſideraretur connexio.

Glorioſa inſtorum è periculis liberatio.

Iam qua melius re ingens periculum, quam cõfidenti in ipſiſmet hoſtium terminis, vbi præſidia aduerſaria collocantur, dormitione ſignificetur, haud ſane diſpicio. Eiuſmodi ergo periculi deſcriptionem hæc habent: *ſi dormiatis inter medios cleros*. Nec verò periculũ duntaxat notat hęc locutio, ſed ſũmã eius, qui in mediis hoſtibus ſomno indulget, animi fidẽtiam. Quem ad ſenſum illa ſunt Geneſ. 49. n. 14. *Iſſachar aſinus fortis accubans inter duos terminos*. Eamdem itidem animi ſignificans confiſionem dicebat Dauid Pſal. 4. ver. 9. *In pace in idipſum dormiã, & requieſcam; Quoniã tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me*. Hæc verò quæ diximus, idem eſſe dormire inter medios cleros atque inter duos terminos vel in ipſis hoſtiũ confiniis, ſupponunt. ſuppoſitionis autem probatio negotij nõ eſt. Etenim licet nomen cleros ſignificet ſortem; ſed poſſeſſiones appellari ſortes in confeſſo eſt. ſic ſumitur pro poſſeſſione aut agro nomen cleros apud Septuag. Num. 18. ver. 20. & 21. & Ierem. 12. ver. 13. & Hieron. de locis Hebraicis in litera M. Verbo Miſpathaim verſionem *cleros*, Aquilę attribuit. vnde colligit hic Agellius Septuag. relicta voce Hebræa vertiſſe: *ſi dormiatis inter medios Sapataim*, vel *Miſpataim*. Ad hæc, vocari poſſeſſionẽ Græcè nomine *cleros*, notat Suidas in hac voce. Hiſpanicus certè idiotiſmus eſt, poſſeſſionẽ nominari ſortẽ. Quãuis itaque ſors & terminus diſtinguãtur, ſed in re noſtra nõ eſſe diuerſũ dormire inter terminos, vel inter duas ſortes dormire, euidens eſt.

Dormire in cleris grandẽ affert fidentiam.

Clerus pro poſſeſſione.

Equidẽ certus ſum, idem prorſus eſſe inter duos terminos, & inter duos cleros. quod ita confirmo ex S. Hieron. hic vertẽte *inter duos terminos*. Deinde ex Hebræa voce שְׁפַתַּיִם eſt hoc duale שְׂפַת, quod vulg. reddit *labia*, Ezech. 40. v. 43. ibi, *Et labia earũ palmi vnius*. vbi manifeſtus eſt ſermo de mẽſis marmoreis, in quibus oblatæ animalium carnes diuidebantur. labia autẽ menſarũ quis non videat idem omninò eſſe, quod terminos earũ? Præterea noſter vulgatus æſtimauit procul dubio idẽ prorſus eſſe שפתים & nomen alterum משפתים, quod idem ſentiunt lexiographi. ſignificabit igitur nomẽ Sapataim, vel Sephataim (nam pronunciationem, in qua tanta etiam varietas, non moror) terminos, quos ſignificat miſpataim. nã quod miſpataim terminos ſignificet, efficitur ex Geneſ. 49. n. 14. *Iſſachar aſinus fortis accubãs inter duos terminos*. & Iudic. 5. ver. 16. *Qui habitas inter duos terminos*. Scio aliter trãsferre quoſdã recẽtiores. Vatab. in Geneſ. *Inter duas ſarcinas*, in Iudic. *inter duas caulas*. in noſtro Pſ. *inter ollas, vel chytropodes*. vbi alij *inter palos*, id eſt, ſi dormiatis in tentoriis, quæ palis defiguntur. Cæterum verti debere inter duos terminos & locorum conuenientia, & noſtræ verſionis auctoritate fit perquam certũ. nam quod aſſignãt Rabbini aliquot inter hæc duo nomina diſcrimen in locis illis ש in diuerſo cornu eſſe punctatum, vt modo ſit שׁ, modo שׂ, tricæ apinæ.

Cleri & termini idem.

Tricæ Rabbinorum.

Non deſunt tamẽ ex noſtris, quibus non omnino diſpliceat Hebræorũ verſio: quin imo Genebr. hic & Villalpandus tom. 2. fol. 235. & 386. conni-

tuntur,vt illa noſtræ conſentiat.Putat itaque Genebrard. verſari inter cacabos & ollas, adagium eſſe Hebraicum,ad ingens aliquod periculum aut miſeriam ſignificandum, quaſi idem ſit quod inter ignes & titiones verſari,aut inter fumū & flā-mam. hanc verò parœmiam in alteram ſenſus eiuſdem à Septuaginta commutatam,quę ſit:verſari inter ſortes, eo quod ſortium nomine extremum periculum deſignetur, cum alluſione nimirum ad ſortes iaci ſolitas,cùm è duobus alter fuiſſet deſtinandus neci.ſed ſi Genebrardum roges,vt tunc explicet *τὸ dormiatis*, quod in noſtra expoſitione ſimpliciſſimè accipitur,ad ſuam erit violentè trahendum.

Vulgata magno iure præferenda.

Cenſeo igitur extra chorum eſſe huiuſmodi commenta, neque ad ſortes illas exitiales in noſtra verſione reſpectū;ſed verò ad terminos agrorum, vt dixi,ac poſſeſſionum. has enim à Græcis ſicut & Hiſpanis ſortes appellari. Facit autem manifeſtè pro noſtra & verſione & loco alter illi prorſus geminus,quem iam laudauimus ex Deboræ cātico Iudic.5.in quo habetur,*inter duos terminos*,pro his noſtris, *inter medios cleros*. Quare errant illi multum meo animo, qui noſtram coagmentare volunt cum Rabbinorum verſione:cùm hæc potius velut inepta habenda ſit ſuſque deque: nec immeritò illi hîc illuditur ab Agellio.

Agricola ſtudioſus ſignificatus.

Hic denique auctor autumauit, vt quis ſignificetur deditus omnino agriculturæ, factam eſſe hanc phraſim: *Dormire inter medios cleros*. Et probat, quòd hic manifeſtus ſit locorum Geneſ. 49. & Iud.5.quos attulimus, ſenſus. Addit, verbum dormio non propriè hîc ſumendum, ſed pro cubare, aut iacere. quam ſignificationem ex 2.Reg. 13. verſ. 31. apud Septuag. colligit. ſed præſtat ſanè etiam ad denotandam agricolationem verbum dormio propriè explicare. nam ſi auidiſſimum negotij ſui agricolam exprimere quis vellet, illum cum emphaſi diceret, diu noctúque à ſatis non recedentem, adeóque illis indormientem. Sed adiungo, vt locus ille vterque Geneſ. & Iud.de eiuſmodi cultu agrorum ſumendus fuiſſet neceſſario, fortaſſe id non ineptè cohærere cum præcipuo ſenſu,id eſt,cum myſtico,de fructu ſcilicet glorioſo,qui myſticæ agriculturæ reſpondet. Dico tandem in cōmune me relinquere,fortè an duo loci illi aptiores ſint ad ſignificandum periculum,quā aliud quoduis. Vt vt hoc ſit,certè in noſtro Pſal.id ſeries exigit,vt ſatis probatū eſt.

Penna columbe deargentata,&c.Notandum illud, non ita hæc coniungi, *Eritis ſicut penna*; ſed aut orientur vobis pennæ columbinæ, aut dabuntur. Hæc porrò de præda varia auri præcipuè & argēti capit Agellius, hoc fere ſenſu:quamuis à bello abſtineatis dediti & domi & in agris quietioribus ſtudiis;præda nihilominus auri,& argenti onuſti eritis.Et fauere ſibi putat Hebræum nomen *Iona*, quod cum columbā ſignificat, tum prædatricem. Cenſeo tamen ad eiuſmodi deſignādam prædam, minimè accommodatam eſſe columbā.Hæc enim præ ſe quidem fert pulchritudinem;non autē verū neque aurum,neque argentū. Quare ad ſplendorē ornatúmque ſignificandū, modò erit aptior columbæ ſplendentis comparatio. quē ſenſum licet hîc ageretur de agriculturā,politum cēſeo. ſed

Ha penna aſferunt glorioſam fugā.

eſt ſine dubio multo politior de glorioſa fuga. Hic intelligitur ex Pſ.54.ver.7.ibi, *Quis dabit mihi pennas ſicut columba*. Has pēnas expeti à Dauide, periculū vti effugeret,euidens eſt.Etenim colūbæ volatus, quo accipitrē eludit,eſt quā celerrimus.

Qui verò noſtrā columbam ſic accipiunt,quaſi Chaldaicorum ſtemma ſit vexillorum, ij mihi minimè videntur attēdiſſe, quam perſpicuum ſit, alarum mētionē in magno periculo,ad illud euadendum,prorſus fieri;nec proinde magis ad hunc locum inſigne Chaldæorū, nec columbæ Syrorū adorationem accommodari,quàm ad illa:*Quis dabit mihi pēnas ſicut columba*.ſed mox iterum de hoc commento, quod fortaſsè nobis erit non inutile.

Elapſio è diſcrimine grauiſſimo pulchrè ſignificata.

Notandum igitur, vt grauiſſimi diſcriminis euitandi ſignificaretur ratio, ea quidem eiuſmodi,quæ fugienti nō ſolum conſeruaret caput,quo periclitabitur, ſed cum decore,cum gloria & admiratione omnium ac documento demum manifeſto eiuſmodi fugientem ſua innocentia diuitus ereptum;vt hęc omnia ſignificarentur,exquiſitiſſimum fuiſſe, vt columbinis alis tota illa adderetur pulchritudo, *penna columba deargentata*(id eſt, candidiſſimæ) *& poſteriora dorſi eius in pallore auri*. Et hoc quidem aurum adiectū caudæ propterea videtur,quò denotetur iis, qui hanc gloriam poſt contēplātur,illam maiorē multo,& admirabiliorē videri:propterea verò ſic videri dicitur,quia à tergo cernitur columba elapſa. Hæc prætereà allegoria hoſtium repræſentat indignationem,dum abeuntem columbam vident ita eſſe pulchram. etenim dum fugiens volat, ſuam magis expandit pulchritudinem, colorem argenteum, aureum ſplendorem. Et quo pulchriorem cernebant hoſtes, eo mouebantur propter fugam acerbius: quod cum auro, & cum argento, quibus quaſi ablatis ſe locupletaſſe videbatur, aufugerit.

Martyrum triumphus repræſētatur.

Pſalmi porrò præcipuum inſtitutum mirè continuat hic verſus:ecquæ enim illa fuit martyrum fortiſſimorum gloria,cum ex tātis periculis,quin & ex morte ipſa(cui ſignificandæ illa,*Si dormiatis inter medios cleros*,accommodatiſſima ſunt) triumphātes euaſerunt?Et hîc fortaſſe eorum opinatio, qui ad columbā,quā adorabant Syri,reſpici putār, locū habet. Fuit enim tandē cū Martyres glorioſi ab ipſiſmet interfectoribus ſuppliciter adorarētur,perinde quaſi honorē diuinū Syri colūbæ deferrēt. Ac denique conſiliū diuinæ prouidētiæ ita in Apocalypſi ponderatæ, quod perſecutiones & pericula quo grauiora fuerint glorię Eccleſię magis impendio famulata,hæc mirè commendant.

Verſ. 15. *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam,niue dealbabuntur in Selmon.*

Verbum פרש reſpondēs noſtro *diſcernit*,ſignificat *ſeparare*,cùm habet ש pūctum in dextro cornu;at verò in ſiniſtro eſt extendere,diſpergere.Et quia Pagn.& Arias legerunt כפרש ideo reddiderūt in diſſipando,vel diſpergendo:cum Rabbinis nimirum recentioribus,qui in theſauro locum ſic exponūt.Huc verò vt Genebrardus & Latini alij trahant noſtrum diſcernit,aduertūt ſolere hoc in ſacra Scriptura ſumi pro iudicare,condēnare.Mihi tamē videtur certum nihilominus Septuaginta legiſſe minimè פרש, ſed פרש,nec itidem punitionē voluiſſe;ſed fauorem potius,& electionem.

Pro intelligentia verbi diſcerno cōſulenda originalia.

Verum quidem eſt latinū *diſcerno* referri aliquando ad iudiciū,vt Pſ.49.ver.6.& 1.Cor.4.ver.7.ſed eſt cauſa,quia Græcè tūc eſt διακρίνω:at vero cum Græcum διαςέλλω redditur diſcerno,tunc hoc eligere ſignificat ac ſeparare,id ex 3.Reg.8.num.53. probatur.nam vbi nos:*Tu enim ſeparaſti eos tibi in hereditatem de vniuerſis populis terra*,ponūt Septuaginta διεςείλω. & in noſtro quidem loco Græcè non ponitur διακρίνει, ſed διαςέλλει. vnde fit liquido

Digitized by Google

do Septuaginta legiſſe פרש cum puncto ſcilicet in dextro cornu, *ſeparauit*.

Eſt prætetea hæc ſignificatio aptiſſima contextui, vbi præceſſit glorioſa illa euadendi ratio. Et in proximo ſenſu ad Dauidem; qui cum honore ſummo è Saülis, hoſtiúmque reliquorum manibus elapſus fuerat, optimè refertur. Nec cohæret minùs quod dicitur in hoc verſu, quod ſcilicet cum facto regum delectu, Saülem reiiciendo, Dauidem manifeſtè Deus vt in Iſraële regnaret, approbauiſſet; id argumento fuerit euidenti, eximiis à Deo beneficiis populum illum Dauidis opera auctum iri. Hæc itaque Dauidis electio cum Saülis reprobatione ſignificatur eleganter, dum dicitur: *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam.*

Diſcernere reges, Dauidē ſeligere, reijcere Saülem.

Quod cùm ita ſit, cui forte ſuccurret, dictum idcirco diſcernere reges in numero maiore, propter approbatum alterum, alterum improbatum. Sed placet magis, vt noſtrum diſcernere ſolum ad electionem & approbationem Dauidis referatur. Et licet in hac electione Saülis quoque afferatur reprobatio; verumtamen diſcerni & ſeparari ille duntaxat dicitur, qui deligitur à Deo: ſic de Iſraëlitis ſolis dictum 3.Reg.8.num.53. *Tu ſeparaſti eos tibi in hæreditatem.* Quare τὸ *reges* ad Dauidem tãtum referendum. Nec verò quidquã obeſt, quid plurale ſit: vſurpari enim hoc ſolet etiam cùm de ſingulari eſt ſermo: viro aliquo v.g. in primis religioſo ſacris infulis initiato, ſic ritè & ex vſu loqueremur: Præclarè erga nos agitur, cum Epiſcopos ſanctos nanciſcimur. Sic itaque dicitur in præſenti, Regis eximium donum cœleſtis eſſe, quòd tantis beneuolentiæ ſignificationibus creet ipſe ſui populi reges. Niſi fortè dictum in plurali *reges*, vt ad Dauidis filios & nepotes electio extenderetur. Nam τὸ *ſuper eam*, conueniunt omnes, & iure, ad Dei hæreditatem, ideſt, ad populum Iſraël referri debere: licet nomen *hæreditas* quinque retro verſibus relinquatur; ſed cogit tamen contextus, vt hic ad eam vocem reſpiciatur. Vnde noſtra firmatur explicatio: nam eligere reges ſuper hæreditatem Domini, locutio eſt difficultatibus expedita; non ita verò, ſed impedita maximè & inaudita punire aut indicare reges ſuper hæreditatem Domini.

Quanti ſit electio boni regũ.

Niue dealbabuntur in Selmon. omnia ſcilicet: ideſt niue operientur propter niuis ingentē vim. Hebræa reddi ſolent ex R.Dauid: *Ninget in Selmon*; id quod de copioſa niue intellexerunt Septuaginta. Nam licèt alij in diuerſis perſona, tempore, & conſtructione verbum accipientes reddant: *Dealbabis, dealbaſti, aut albeſcebas*, &c. Sed intellectum dederunt ſimpliciorem Septuaginta & R.Dauid. Ariæ verſio eſt; *Albeſcebas vt nix.* Sed cum his afferatur mons ille niuibus coopertus, non aptè dicitur, albeſcere vt nix. hæc enim tranſlatio ſolum præbet colorem niueum. atqui elegans horũ verborum ſententia non in colore ſiſtit, nec propterea tantùm dicitur mons opertus niue, ſed propter huius effecta multò magis.

Notes igitur diuinorum collationem beneficiorum ſuperius verſ. 9. in cœleſti rore & pluuia repræſentatam: *Etenim cœli diſtillauerunt*, &c. Quòd ſi cœlitus effuſa dona ros & pluuia belliſſimè expreſſerunt; effuſionem iam largiorem ac magnificentiorem nihil aptius expreſſiſſet, quàm pluuia in niues commutata: bonorum enim quoddam quaſi cornu copiæ niues ſignificant. ſic dicimus Hiſpani annos eſſe felices, quibus copia obtigit niuium. Conſentaneè quidem ad illa

A Eccleſ.43.num.14. *Imperio ſuo accelerauit niuem, & accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui.* Quæ dicta pro Dei cum gloria, tum erga homines beneficentia prædicandis. Quò facit illud Zachar. 10. num.1. *Dominus faciet niues.* Dicemus itaque copioſè ſuper Selmon ninxiſſe: & ſic maior eſt conferendorum beneficiorum ſignificatio. Color verò ille ſplendidus, cui maximam oriens Sol pulchritudinem conciliat, cum proſperitate repræſentat fulgentem participationem diuinæ lucis, & propitiæ mortalibus clementiæ.

In niuibus ſignificata abundantia rerum.

In Selmon. Non id afferri in his, fore vt ningeret ſupra Selmon, perſpicuum eſt. Etenim Dauidis electionem (quam ſignificatam diximus in illis: *Dum diſcernit cæleſtis ſuper eam.*) non erat conB ſecuturum, vt monti Selmon (de quo Iudic. 9. numer. 48.) faueret Deus: verum enimuerò cui monti fauendum impenſè miris donorum acceſſionibus, is erat Sion regia Dauidis arx: idcirco ſequitur ſtatim, *Mons Dei, mons pinguis*, vt iam cum Paulo (ſic exiſtimo) ad Hebr. 12. verſ. 22. explico. De Sione itaque agitur, non de Selmone. & in Selmon omnia niue dealbatum iri, tantundem mihi eſt, ac fore vt Sion mons, quantus quantus eſt, niuibus contegeretur.

Selmon denotat Sionem.

Quorſum igitur, cum hoc ita ſit, poſitus à Dauide Selmon? Illa frequentior eſt reſponſio, idem eſſe in Selmon, atque: ſicut in monte Selmon, quia hic mons, qui in tribu eſt Ephraim, niue dicitur abundare. Cæterum ſi non hic aliud latet, C quàm comparatio; hæc congruè magis petita fuiſſet ex Libano inſigni propter ſuam niuem, vt vel ex Ierem. 18. num. 14. patet: Libani enim, ideſt albi nomenclationem inde ille accepit. Addo id, quod dicitur de Selmonis niue, mihi certum non ita videri, cum hoc aliunde non colligatur. imo Rabbi Dauid in שלג & in שלם noſtrum Selmon appellatiuè pro tenebris ſumit.

Poſitum per comparationē ſecundũ plures.

Hoc improbatur.

Quod ſi probabilis fuiſſet hæc ſignificatio, diceremus Dauidem, cum vſus fuit hoc nomine, eò ſpectaſſe, vt ſignificaret ſuarum tenebras aduerſitatum in magnum ſplendorem ac pulchritudinem, poſtquam rex fuiſſet declaratus, commutatum iri, non ſecus atque vmbroſus & obſcurus antea mons niuium cauſa in ſplendorem emergeD ret. Nec abſona videbatur hæc verſui præcedenti cogitatio: *Si dormiatis inter medios cleros*; tunc maximè ſi cacabi placerent & ollæ. Verùm enim nomen Selmon nobis tenebras non dederit, niſi abſciſſum: reiici enim debent poſteriores literæ מון & ſumi tantum priores, prima ſcilicet ſyllaba צל, nam hæc ſignificat vmbram. cuiuſmodi abſciſſio mihi arguit libidinem obſcuritatis inueniendæ. Illud verò ſimplex eſt ac genuinum, vt tres literæ pertineant ad thema, ſicque acceptæ צלם eſt imago, ſimilitudo, aut figura: addita deinde diminutiui nominis terminatione, qualis apparet in Selmon, ſignificat tunc imagunculam aut breuem figuram. Et fortaſſe fuit, cum E paruulum aliquod idolum in monte Selmon coleretur. Certè Selem Num.33.verſ.52.idolum eſt.

Illud tandem affirmo, cum dicitur fore vt ningeret in Selmon, ſi id competit huic monti, inde deſumptam comparationem. Cæterum certum ſit vel incertum ſolere niuibus abundare Selmonem; quod Dauid Selmonis appellatione Sionem inſignierit, quid habet meo quidem animo exquiſitum, vt ſcilicet mons ille & Sionæa arx denotaretur breuis vtrique figura eſſe & quædam duntaxat imaguncula Chriſti arcis ingentis, veri

Selmon imaguncula: & Sion breuis effigies Chriſtiana Eccleſia.

nimirum Sionæi montis, ideſt Eccleſiæ Chriſti primigeniæ, quæ niue fuerat complenda multò abundantiſſima; vt nempe cœleſtium donorum, quæ illi & vbertatem & pulchritudinem compararent, admiranda. qua felicitate idcirco cumulata fuit Eccleſia, quia eius Rex Chriſtus delectus fuit. nam: *Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur*, &c. Hæc porro niuis allegoria propter ſequentem verſum, qui illam pulchrè excipit, notanda.

Verſ. 16. *Mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis.*

Verſ. 17. *Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.*

Quæ experi poſſunt omnia, vt terræ alicuius prouentus copioſiſſimus ſit; ea reducuntur ad duo, vt & ſolum ipſum pingue ſit, & cœleſti pluuia tempeſtiuè fœcundetur. Hoc ſecundum in ſe Deus recepit, promiſit enim pluuiam niuium, quibus egregiè fœcundatur terra, abundantiſſimam. Ergóne tantæ cœlorum benignitati pinguedo ſoli Sionæi, quo ſpes ſit de prouentu admirabili certiſſima, reſpondet? Ad hoc ita Pſaltes: *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus*, &c. Glebam vberem Latini eam vocant, quæ ſummùm pinguis eſt, adeóque, ſiquidem fauentem ſibi habeat annum, ſuis non ſatisfacit cultoribus, niſi fructum reddat omnino extraordinarium. Ea ergo terreni Sionæi, poſtquam illic Deus ſuam elegit habitationem, vbertas erat; quam nulla ſatis verborum, atque eorum quidem minimè vulgarium, ſed planè exquiſitorum congerie ſignificare ſe poſſe Dauid oſtendit cum inquit: *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Coagulatus* Hebraicè גַבְנֻנִּים mihi idem eſt, quod adipatus, ſeu adipoſus. nam גְבִינָה caſeus eſt Iob. 10. num. 10. *har* itaque *gabnunnim*, vt etiam aduertit R. Ioſeph, mons eſt adipatus, ſeu adipoſus, nos dicimus, *tierra mandecoſa de fertiliſſima.* Huc igitur haud dubiè, Pſalmi exigente ſerie, Septuaginta ſpectarunt. nam mons gibborum, aut excelſus, quomodo reddunt alij, quibus adhærent Pagninus & Arias, extra rem eſt.

In fertiliſſimo mõte Sionis & annus erat, & ager.

Iam verò fructus, quo de loquitur Pſaltes, haud eſt quidem frumentarius; ſed enim victoriarum aduerſus Dei hoſtes, quas ille ferebat mons. hic quippe regiarum, munitarúmque vndequaque arcium proprius eſt fructus. Harum itaque vbertas diceret eleganter, firmiſſimum opum, copiarúmque, quas, qui eas incolunt, reges habent, fundamentum. Quod vtique declarans Dauid, in quanam ſe ſubſiſtat mons Sion, adiungit in Dei ſcilicet præſentia, qui arcem illam elegerat non vt temporarium diuerticulum, ſed vt firmiſſimum domicilium. *Etenim Dominus habitabit in finem.* Quem cœleſtes comitantur copiæ, quæ numero ſunt infinitæ, quæ ſcilicet cum eo in monte Sina aliquando ſunt viſæ. Etenim Imperator, qui illic ſe præbuit ſpectandum, & quo cum Sanctorum millia Deuter. 33. verſ. 2. idem omnino Dauidi, eiúſque domui bene cupiens in Sione defixerat ſedem. Non eſt proinde cur montem alium quemcumque poſſe cum hoc componi exiſtimetur; nec potentia vlla quam videatur præcellens, formidetur: *Vt quid ſuſpicamini montes coagulos?* Opes alias, quæ diuinis obſiſtant, fruſtra capit mens, aut cogitatio.

Sion fertilis victoriarum propter Dei præſentiam.

Verſ. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.*

Iam hæc ex parte nuper expoſuimus. pro addendis noto, *Currus* in ſingulari eſſe. reſpondet noſter idiotiſmus *ladrillo infinito, piedra infinita.* Currus Dei μυριοπλάσιον millia millium, & decies millia millium. Iam Hebræum רִבֹּתַיִם id eſt duæ myriades, propterea poſitum eſt, vt ad exercitum duplicem, alterum cœleſtis hierarchiæ, Eccleſiaſticæ alterum in præcipuo ſenſu verſus referatur.

Ad exercitum hominum & Angelorum reſpectum.

Millia lætantium. Hebraicè reſpondet τῷ *lætantium* Sinan. quod cum τῷ Sina habet agnominationem. quaſi dicat, in monte Sina cum Deo apparuerunt Sinanitæ. id eſt tranquilli & beati, vt explicant apud Genebrardum Rabbini, quibus cum vulg. credere præſtat, quàm Montano aliter explicanti. Ea verò horum eſt ponderatio, non inire bellum hos milites cum formidine de euentu; ſed magna potius cum pace ac tranquillitate: etenim quæcumque volunt, ea poſſunt omnia, polléntque. Huius porro verſus præcipuam intelligentiam traditam à Paulo ad Hebr. 12. verſ. 22. habemus. *Acceſſiſtis*, ait, *ad Sion montem*, &c. *& multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum.* Quæ ſequuntur: *Dominus in eis in Sina in ſancto.* ideſt olim in Sina, nunc in ſuo ſancto tabernaculo in monte Sion.

Lætãtur quia belligerantur de euentu ſecuri.

Ex Paulo ad Hebr. 12. 22. verſus explicatur.

Notandum itaque Dei & Angelorum potentiam in hac allegoria concipi quaſi glebam vberem ac feracem; loco verò niuium, quibus terra redditur impenſè frugifera, ipſius Dei eſſe largam benignitatem, fauorémque. Conſtiterit igitur iam ex his verſibus huius Pſalmi pluuiam, de qua ſuperius; *cœli diſtillauerunt.* &, *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus*, &c. auxilium eſſe diuinum in prœliis præſentiſſimum. Illis verò *infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.* virium apertè deſignari imbecillitatem ad exercenda arma. Subditas autem à Deo nouas ac præſtante vires ex Angelorum præſentia, cum id ſit: *Animalia tua habitabunt in ea*, &c.

Verſ. 19. *Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem.*

Priuſquam de ſenſu loquor potiſſimo, noto, Dauidem hîc, dum de ſuis agit rebus, cum Deo colloqui ſine dubio in hac ſententia: Deum, vbi ille primum aſcendit (aſcendente ſcilicet arca) Sionem in concinnato ſibi tabernaculo habitaturus, nationes illas, quibus cum Dauid belligerabatur, ipſi, pro penſando vtique hoſpitio, ſubegiſſe, & captiuas obtuliſſe. De potiſſimo autem ſenſu hîc nobis laborandum non eſt, vbi explicatorem Paulum habemus, qui hæc de Chriſti Domini ad ſuperos aſcenſu ad Epheſ. 4. numer. 8. ſic enarrat: *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ. Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos vt impleret omnia.* Fit verò ab Apoſtolo in his alluſio ad ea, quæ in terra promiſſionis arca Dei, itinera fecit, per valles ſcilicet, vt expreſſum habet

Explicatur locus ex Paulo ad Epheſ. 4. num. 8.

Paulus explicatus aliter.

ſacra Scriptura, quoad Sionæi montis faſtigium tenuit. Sic itaque Chriſtus Dominus ex his noſtris, quæ lachrymis valles exundant, ſcandit ad cœlorum verticem. vnde vaſtiſſimam Eccleſiæ Gentilitatem ſubdidit.

Et valet quidem hic locus ad Chriſti diuinitatem confirmandam: etenim in eo non Dauidi confertur Chriſtus, ſed potius vero Deo, qui arcæ inſeſſor aderat in ſuo propitiatorio. Quod ſi obiicias ex ſacræ Scripturæ vſitata phraſi, eum Dominum, qui in propitiatorio adeſſe exiſtimabatur, æternum patrem intelligi; ſicut Dauidem, vt Pſalm. 18. viſum, Chriſti figuram eſſe. Reſpondeo, quia Chriſtus, & Deus & homo eſt, naturam duplicem duplicis iſtius locutionis ſufficienti B eſſe fundamento: ac proinde modò intelligi in Dauide, modò in arcæ inſeſſore: nec verò hunc Patrem eſſe, vt à filio diſtinguitur, aliquid eſt quod cogat; ſed verum duntaxat Iſraëlis Deum.

Accepiſti dona in hominibus.

Dona verti debere, ex Hebræo nomine liquet, & ex Græco item δόματα, nam domus ſunt δόματα. Pro *in hominibus* Hebraicè in homine, ſed ex vſitata numerorum enallage, vt Paulus docuit ad Epheſ. 4. num. 8. Senſus horum eſt, ex infinito Deũ theſauro ſuo dona in homines diſtribuiſſe: in hos quidem pectora generoſorum digna ducum: prudentiam bellicarum artium in illos: in alias robur C militum valentiſſimorum: ac denique Dei in Sionem aſcenſus, munerum in Iſraëlem largiſſimorum deſcenſus fuit. Nam cum hic ſermo victorias de hoſtibus conſecutas reſpicit; diuiſa idcirco dona capio in proximore ſenſu de prudentia, induſtria, animis, ac robore, quæ Deus ſuo populo, vt nationes vicinas perdomarent, dilargitus eſt. Nam in principali de iis agitur, quibus ſuos poſt triumphalem aſcenſum munerauit Chriſtus, vt eos idoneos armis cœleſtibus conſtitueret, qui mentes hominum ad fidei pertraherent obedientiam, atque adeò de captiua Gentilitate triumphum agerent.

Dona hæc ſunt, quæ neceſſaria ad triumphandos hoſtes.

Duplex Pſalterium Romanum & Arabicum & Iuſtinus verterunt: *Dedit dona hominibus*, aut filiis D hominis. ſic item Paulus ad Epheſ. 4. num. 8. *Dedit dona hominibus*. Nam licet Hebræa ſonent, accepiſti dona in hominibus (ideſt inter homines diuidenda) ſed tamen accipere in hoc loco eſt efferre è theſauro ad impartiendum: quare commodè Paulus vertens, dedit dona hominibus, explanauit locutionem. Quam ſignificationem, cùm edocti ſemel fuiſſent, qui huic incumbunt literaturæ, facilè iis fuit alia inuenire in ſacra Scriptura loca, è quibus hunc eſſe vſum linguæ illius elicerent. Eiuſmodi illa ſunt Exod. 25. num. 2. *Loquere ad filios Iſraël, vt accipiant mihi primitias.* & 3. Reg. 17. *Accipe mihi partem aquæ.* Quare ipſimet Rabbini apud Genebrardum hîc obſeruant hanc eſſe Hebræam phraſin. E

Vſus verbi accipio in Scriptura.

Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.

Sumi in accuſatiuo poteſt, aut in nominatiuo τὸ *Non credentes.* Non enim vnica eſt in Græcis lectio, cum & ἀπειθοῦντες reperiamus, & ἀπειθοῦντας, vt oſtendunt ſcholia ad Biblia Sixtiana. Hieronymus tamen ad Suniam præfert accuſatiuum. Ad hæc, Græca non modò habent participium, nam

A in aliquibus eſt nomen ἀπειθεῖς ideſt rebelles; quomodo Aquila conuertit. Porrò τοῦ *inhabitare* Græcè ornatur articulo genitiui. atque id documento eſt, quid ij non crederent, aut rei cuius eſſent increduli, qui non credentes hîc indigitantur. Enimuerò minimè inducebant in animum Deum in Iſraële habitare. *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.*

Quid igitur de incredulis eiuſmodi fiet? Implenda hæc oratio eſt ex ſuperioribus. nam cum præceſſerit: *Cepiſti captiuitatem, dediſti dona. Etenim non credentes.* hæc ita ordino: Deum impertitum dona, eo quod increduli captiuandi, aut ſubiiciendi eſſent. Vel ita ex proximiori: *Dediſti dona hominibus.* etenim dediſti eis incredulos ſiue infideles. Neceſſarium itaque maximè fuit, vt vires & animos ô Deus ſubminiſtrares tuis; ſiquidem, quos illis tradere volebas in ſubditos, eſſent eos iugo ſubmiſſuri. Facit ergo huius ſenſus conuenientia, vt aduerbium *etenim* vti cauſam reddens accipiatur.

Incredulos vincere, victoria inſignis.

Verſ. 20. *Benedictus Dominus die quotidie: proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.*

Diuina erga nos benignitas ac magnificentia maior erit in dies, ac illuſtrior, accreſcéntque proinde laudum illius à nobis perpetuarum argumenta. Etenim quæ aduerſus Gentiles hoſtes ipſius ſuſcipiemus bella, ex votis omnino illa nobis caſura ſunt.

Verſ. 21. *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.*

Neque verò cauſa vlla eſt, quam ob rem belli reformidentur diſcrimina; cum Deus ſit ad eripiendum potentiſſimus. Atque in præcipuo ſenſu Martyres, cum victores exiſtant moriendo, necem dicunt aptiſſimè non ſubterfugere: cum ſtantem à ſe haberent Deum, qui ſuos ex ditione mortis cum triumpho educere nobiliſſimo poterat, pollebátque. ad rem ſunt quæ de clauibus mortis & inferni Apocal. 1. dicuntur.

Martyrum victoria.

Verſ. 22. *Verumtamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.*

Et vt nos aſſeret Deus ab impendente morte; ita aduerſarios impactis eorum capiti & ceruici calcibus, infima deiectione mactabit. Ad illa: *Verticem capilli*, facit mos aliquot nationum, in quibus Turcæ ſunt in Agareni, qui ad apicem, cætera raſo capite, quoſdam nutriunt capillos. Porrò, *perambulare in delictis*, periphraſis eſt ſceleroſorum.

Dedecus impiorum.

Verſ. 23. *Dixit Dominus: Ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris.*

Noſter reddidit vt alias ſolet *conuerto* Hebræum שוב, eſt autem hoc variæ acceptionis, plerumque tamen vſurpatur in rei iteratione, & transferri ſolet his verbis: reuerti, redire, iterare, iterum facere. Huic reſpondet Hiſpanicum *voluer*. & quemadmodum Hiſpanicè *voluer a hacer*, eſt iterum facere; ita Hebraicè ex peritorum animad

Hebraiſmus in τῷ conuertam.

Digitized by Google

animaduerſione שׁוב, accedente præcipuè verbo altero, Latinè explicatur per hæc: Rurſus, iterum, denuo.

Explicatur Hebraiſmus de renouatione veterum victoriarum.

Dico igitur his ſignificari, partas olim de Baſan & de Ægypto nobiles victorias renouatum iri. nam futuram alteram ſimilem Baſanicæ, ſignificat locutio illa: *Ex Baſan conuertam*, ſiue *iterabo*: ſicut ſimilis altera Ægyptiæ (quæ accidit in mari rubro) illis notatur: *Conuertam*, vel *iterabo in profundum maris.* Hebraicè de profunditatibus maris. Sic Hieronym. & Caſſiodorus: *de profundis.* & Symmachus *è Baſan & è profundis*: quod noſter pro clariori intellectu reddidit: *In profundum maris.* Quod itaque Latinis: iterum ad Troiam, Hebræis ſonat: iterum de Baſan, iterum de profundo maris. B ideſt rurſus me victorem oſtendam; antiquaque facinora inſtaurans, iterum triumphabo de Baſan, ac de Ægyptiis iterum demerſis in maris fundum.

Hæc genuina Grammatica eſt ſine dubio: vnde peritè ait Genebrardus hîc reſpici ad Og regem Baſan, & ad Pharaonem. Verumtamen faciendum id diſtinctè, vt pars ſecunda Pharaonis, prima Ogi hiſtoriæ reſpondeat. ex vtraque enim confuſa exiſtit confuſus ſenſus. Quare inepti ſunt illi meo animo, qui exponunt, eos qui ſunt ex Baſanitide regione in profundum maris eſſe demergendos.

Baſanij, qui gigantes, robuſti, Ægyptij, ſapientes.

Quæ porrò ratio fuit, cur Baſanicæ & Ægyptiacæ victoriarum inſtauratio eodem verſu coniungeretur: C Cenſeo equidem vt triumphus, quem de mundanis tum ſapientia tum potentia Deus eſſet acturus, ſumma cum proprietate repræſentaretur, inueni fuiſſe admirabilis Baſani & Ægypti coniunctionem. Etenim Baſanij robuſtiſſimi fuerunt, quippe qui gigantes; at Ægyptij ſibi arrogarunt exiſtimationem ſapientum. Vtrũque ex ſacra Scriptura liquidum fit. Deuter. 3. num. 13. dicitur: *Cunctáque Baſan vocatur terra gigantum.* & num. 11. *Solus Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum. Monſtratur lectus eius ferreus nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis manus.* Accedit, nomine *Baſan* ſignificari robuſtum, pinguem, petulantem. Quod ſi libeat item in Og philoſophari, hoc nomen denotat ſubcinericium panem: forte D an quia perinde velox futura eſſet illius ſubuerſio, quam ſolet eſſe panis eiuſmodi denotatio? Alterum verò de ſapientia Ægyptiorum probatione non eget, factum id à nonnullis, qui Ethnicorum ſapientiã ad Ægyptiacos fontes retulerũt. Certè Ægyptiis ſapientiã tribuerunt ſacræ literæ Iſai. 19. verſ. 12. quem ad locum SS. Hieronymus & Cyrillus videndi. Actorum item 7. verſ. 22. Moyſes dicitur in omni ſapientia Ægyptiorum eruditus. Et id quidem per quadraginta annos, non minus, dicit ſuo proœmio in Iſai. S. Baſilius. Et demum Abrahamum peregrinatum fuiſſe in Ægypto ſapientiæ cauſa, auctor eſt Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. (ſecundum Gelenium) 9. aut (iuxta Rufinum) 16.

Verſ. 24. *Vt intingatur pes tuus in ſanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipſo.*

Hinc ſumatur aduerſus nos argumentum. nec enim aptè coaleſcit, victoriam partam de Ægyptiis renouari, & pedem ſanguine intingi. quando ab iis qui præfocantur vndis, cruor non fluit. Sed facilis reſponſio: loqui proximè Dauidem de victoriis, A quibus ipſe Dei beneficio fruiturus erat. In quibus renouanda quidem erant antiqua portenta; ſed in ratione dumtaxat proſternendorum hoſtium humanis tum prudentia tum robore pollentium. Alias enim non agi de ſubmergendis hoſtibus, perſpicuum eſt, cùm non ita vicerit Dauid, ſed verò confligendo cum aduerſariis, eorúmque ſanguine bene multo profundẽdo. Vnde vt edendam in Ethnicis exprimeret ſtragem, hanc eiuſmodi deſcribit, vt effuſus in ea cruor fluuios decurrentes inficeret, ibíque canes, quibus aqua cruentata mitè ſapit, potarent. Quod ſi Ethnicus aliquis Pſalmi huius ſcriptor fuiſſet, hunc potum ſanguinolentum hominibus vtique tribueret. nam ſic Florus aliquando: Tanto, inquit, ardore B pugnatum eſt, vt non plus aquæ, quàm ſanguinis milites ex cruento Aufido biberint. Sed cùm Hebræi ad huiuſmodi potum ſuæ legi aduerſarium maximè horrerent, propterea ſic loquitur ſacer Vates: *Lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipſo*, id eſt, tingetur ipſo ſanguine fluente ex inimicorum cæde.

Cædis deſcriptio.

In principe verò intelligentia, cum hæc tota cædes delictorum ſit, adeóque animarum per fidem veram reſtauratio, quod hac cæde Chriſtiani milites pedes ſuos tinxerint, illud eſt, pedes euangelizantium pacem, qui pulcherrimi ſunt, reipſa præſtantium facinorum purpuram demonſtraturos. Quod ſi canes in arcano ſacræ Scripturæ ſermone concionatores ſunt, illorum profectò C palatum hac ſpirituali internecione, proprio opere diuinæ manus, mirificè oblectatur. qui itidem ſunt aues illæ, quæ ad eſum equorum & equitum magnæ illius cædis in Apocalypſi celebratæ inuitantur.

Senſus præcipuus de ſpirituali cæde, & canes ſunt concionatores.

Verſ. 25. *Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei regis mei, qui eſt in ſancto.*

Horum igitur contemplatio prodigiorum & deſignatorum iam, & quæ à Deo (cuius eſt in ſuo ſanctuario ſedes) in noſtri gratiam deſignatum iri deinceps ſperamus, facit vt ita lætemur omnes, hancque arcæ ipſius pompam tantopere celebremus.

D Verſ. 26. *Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum.*

Quorũ præcipuè ſit facinora Dei celebrare.

Quod religioſi conuentus tam monachorum, quàm Virginum, aliæque generatim deuotæ Deo animæ communi victorias Dei modulatione, proſequantur; hæc potiſſimam ſpectant.

Verſ. 27. *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſraël.*

Duplex ſenſus.

Hæc de fontibus Iſraël capi poſſunt dupliciter: vel ô Iſraëlitæ de Iſraëlis fontibus deducti Deum E omni efferte prædicatione: vel prædicate Deum & Chriſtum Dominum ſuam ex Iſraële ſecundùm carnem originem ducentem. Quæ expoſitio vel ipſorum eſt, teſte Gebrardo, Rabbinorum.

Verſ. 28. *Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.*

Ad id, quod Debora per ecſtaſim, ſeu raptum vidit,

Digitized by Google

Minima tribus minimè poſtrema.

vidit, Beniamin tribum (ideſt Saülem) victoriam de Amalech relaturam, alluſum hîc eſſe, indicaui ſupra. Dicitur ergo, eandem tribum, minimam licet reliquarum, in huius celebritatis lætitia minimè poſtremam eſſe. Etenim ſi olim triumphum peragere de Dei hoſtibus viſa fuit, habere nunc eandem, cur agat Deo gratias immortaliter, qui illam in partem bene magnam in bellis contra Philiſtæos feliciſſimè confectis aſſumpſerit. Et fortaſsè ad Ionathæ facta præcellentia ſit reſpectus. hic enim & adoleſcens erat, & mente ad illa deſignanda, quæ 1. Reg. 14. de eo narrantur, ſublatus videtur. Iam in ſenſu principali hunc eſſe

Beniamin Paulus.

Beniaminum, glorioſum Paulum, dubium mihi non eſt: cuius ita proprius eſt mentis exceſſus, quippe qui raptus fuit ad tertium cœlum. Et quidem in hac victoria & triumpho de Gentibus obtento, ei, qui præcipuus fuit Apoſtolus Gentium, principem aſſignare locum, æquiſſimum eſt.

Principes Iuda, Duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

Reliqui Apoſtoli.

Qui ſe præcipui Dauidi commilitiones adiunxerunt, fuerunt illi ex tribu Iuda: meritò itaque conſtituuntur hi inter principes primo. Quod ſi, qui ex Zabulon & Nephthali, ſtatim nominati ſunt à Debora, quia grauiſſima quæque ac difficillima belli acrius obierunt; eoſdem ego, inquit Dauid, ex prioribus nominabo. & hi fortaſſe in bellis Dauidis ſigna ſui eximia dederunt. Nam defixos potiſſimum habuiſſe vatem oculos in Apoſtolos, cui dubium? cùm ex his tribubus (quo de Iſaias 9. verſ. 1.) orti fuerint eorum plerique. vide ſis hîc Genebrardum.

Verſ. 29. *Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.*

Verſ. 30. *A templo tuo in Ieruſalem.*

Deus noſter concinis.

Hanc partem, vt aptè iungam, ſic ordino: confirma hoc à templo tuo, quaſi dicat. Quod tui Domine populi gratia priuſquàm templum Ieroſolymis haberes, effeciſti; id ſanè poſtquam in hac vrbe, in Sione ſcilicet arce tuorum regali habita, vti perſequaris, vrbiſque illius, cuius ciuis iam es, vti rationibus ex animo faueas, efflagitat ratio ipſa. Quo nihil aptius eſt ad arcanum ſenſum. Etenim Sion vmbra fuit Eccleſiæ primigeniæ in hoc item monte fundari cœptæ. multa ſunt ad hanc rem Pſalm. 28.

Tibi offerent reges munera.

Colēdus ideo magnificè.

Enimuerò quibus nos auxeris victoriis, ad tui gloriam maiorem cedent illæ omnes: nam ex manibus reges Ieroſolymitani nitidiora quæque ac pretioſiora tibi deuouebunt. reges itidem alienigenæ tuam inde agnoſcentes maieſtatem, mittent dona tuis ædibus.

Verſ. 31. *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati ſunt argento.*

Senſu proximo de Adarezer maximè.

Hæc in ſenſu proximo, licet poſſint accipi dicta contra Philiſtæos, ſed præcipue videntur contra

A Adarezer opibus ac delitiis affluentem. Huius quidem potentiam Pſalm. 28. vitulo aſſimilatam vidimus. & fortaſsè, qui ſe omnes huic de compacto aſſociarunt, vt cum Dauide acie dimicarent, hos repræſentat taurorum grex.

In præcipuo de Romanis ethnicis.

Cæterùm in ſenſu potiſſimo hæ feræ ſunt Eccleſiæ hoſtes, & imperium ſignatè Romanum. De quibus ita pſaltes: Beſtias iſtas ô Domine delicatas arctè compeſce, homines, inquam, Romanos tuæ Eccleſiæ quam infeſtiſſimos. Infræna Domine belluam iſtam plurimorum & capitum & cornuum, quæ rabie quadam immenſa Chriſtianos è cœleſti regno nititur expellere: ſiquidem cum hac expoſitione Pſalmi verba conſſent, ea nulli non, credo, probaretur.

B Firmabunt expoſitionem animaduerſiones aliquot. Prima, pro τῷ *feras*, feram eſſe Hebraicè in ſingulari, conuenienter admodum ad beſtiam Romani Imperij, de qua Apocalypſ. 13. Fuit tamen in hoc loco plurale *feræ* nihilo ſecius conueniens: nam & beſtia erat multorum capitum, & plurium ſocietas beſtiarum. Et iuuat elephantum

Iobus cum noſtro compoſitus.

etiam Iob 40. Behemoth pluraliter, ſcilicet nominari.

Secunda, ſicut deliciæ, quibus elephantus degit, ſignificantur illis apud Iob 40. num. 16. *Sub vmbra dormit in ſecreto calami*, &c. ita propter idem met ſignificandum conuenienter dictum, feram eſſe calami vel arundinis Romanum imperium, quod cum ferox in alios fera & immanis;

Hoſtes Eccleſiæ, delicati & molles.

C ſibi tamen nimis quam eſſet delicata. & Daudem ad Iobum reſpexiſſe valde conſentaneum eſt. Iam perſecutores illos Eccleſiæ importuniſſimos hîc de mollitudine notari, in cauſa ſunt ea, de quibus eoſdem ſugillat Apocalypſis, impudica flagitia, vnde erumpebat magna ex parte odium, quo illi proſequebantur Chriſti Eccleſiam.

Tertia demum animaduerſio eſt, illa, *Congregatio taurorum in vaccis populorum*, ſic conſtrui debere: Crudelis hæc bellua (de qua ſermo, dixi enim

Tauri congregati ſenatores Romani.

Hebraicè in numero eſſe ſingulari) multorum eſt inſtar taurorum, qui in armentum conuenêre: habet enim cornua complura. Decem illi tribuit Apocalypſis; ſed poſitum hunc numerum pro ingenti multitudine, perſpicuum eſt. Tot enim beſtiæ illius cornua erant (de quo in Apocal.) quot Romæ ſenatores. Et ſenatus quidem Ro-
D mani ſignificationi aptiſſimè legit Romanum Pſalterium: *Concilium taurorum.* Et Symmachus *Congregatio pragrandium*; ideſt, ſummatū. Quæ cum ita ſint, cornuum beſtiæ illius deſignandæ copiæ, quid perinde accommodatum, quàm congregatio taurorum in vaccis populorum? & quis neget huc à Daniele in beſtia ſua decem cornuum alluſum videri?

Vt excludant. Ex Græcis quidam codices habent, vt excludant; alij, vt non excludant. & apud S. Auguſtin. eſt: vt excludantur ij: vt

Conatus impiorum.

non excludantur apud S. Hilarium: ſed ſententia eadem. Nam in negatione hæc eſt: *In-*
E *crepa feras arundinis*, vt non excludant Chriſtianos à regno cœlorum. At in affirmatione, id ſummoperè contendere tauros illos, vt à cœlis Chriſtianos excludant. Quid porrò ſit excludere, Paulus docet ad Rom. 3. numer. 27. & ad Galat. 4. numer. 17. *Eos qui probati ſunt.* ideſt, eos, qui probantur abs te & examinantur, non ſecus atque argentum igne excoctum.

Verſ. 32.

Digitized by Google

Verſ.32. *Venient legati ex Ægypto: Æthiopia preueniet manus eius Deo.*

Ægypty pro ſapientibus, pro barbaris Æthiopes.

Quod ſapientes & inſipientes, philoſophi & barbari ſupplices tandem daturi eſſent Euangelio manus; is eſt præcipuus ſenſus. Dictum verſ. 23. de Ægyptiorum ſapientia. nam barbaties Æthiopum omnibus explorata eſt. Tantum igitur ob facinus.

Verſ 33. *Regna terræ, Cantate Deo: Pſallite Domino: Pſallite Deo.*

Verſ. 34. *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem.*

Satis ſupra verſ.5. de hoc aſcenſu,& de oppoſitione apparenti.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.

Hæc verba allegoriam habent ex tonitruis deſumptam, de qua multa in Pſalm. 28. Euangelij prædicatio eſt,ad quam præcipuè poſita eſt, ſicut in eodem Pſalm. 28. vbi latè de huius allegoriæ elegantia.

Verſ. 35. *Date gloriam Deo ſuper Iſraël.*

Ob dona in Iſraëlem conferenda; præcipuè tamen in myſticum, qui Chriſtianus eſt populus.

Magnificentia eius,& virtus eius in nubibus.

Reditur ad allegoriam tempeſtatis, in qua Dei potentiam & gloriam nubes manifeſtant. Fusè de hac re Pſalm.28. vbi de ſenſu proximo aut ſuperficiario allegoriæ,& de præcipuo ſeu literali. Ibidem de diſtinctione virtutis à magnificentia. in ſenſu myſtico nubes ſunt Euangelij prædicatores, quorum ſunt illæ pulchrum in primis ſymbolum. De hoc Apocal.1.verſ.7.notat.7.

Nubes pro prædicatoribus.

Verſ.36. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.*

Pſalmi epiphonema.

Pſalmi totius hoc eſt epiphonema, cui ſubeſt hæc ſententia: Deum è ſuo tabernaculo (nam Hebraicè ſonat à ſanctuatiis) quod iam in Sione defixerat,admirabilem ſe in victoriis, quibus futurum erat, vt illum populum bearet deinceps, exhibiturum. Conſentaneè itaque ſic finitur: *Deus Iſraël ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.* Ad ſimile huic fini initium eſt Pſalmi 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.*

Pſalmi 86.

ARGVMENTVM.

PSalmus hic ſub Ieroſolymitanæ vrbis typo illuſtrem velat de magnitudine ac præſtantia Romanæ Eccleſiæ Prophetiam.

Textus. *Paraphraſis.*

Eccleſiæ dignitas.

1. Fundamenta eius in montibus ſanctis.

Ciuitatis Dei(quæ Eccleſia eſt) fundamenta ſunt montes ſublimes:atque hæc Eccleſia ſic in diuina exiſtimatione veteri Synagogæ excellit, quemadmodum ſubſtructio quædam firmiſſima turrium,& portarum opere ſumptuoſo, ſiue tentoriis,ſiue tuguriis præſtaret ſubitariis.

A *2. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.*

3. Glorioſa dicta ſũt de te,ciuitas Dei.

4. Memor Rahab & Babylonis ſcientium me.

Magnifica ſanè de te, ô ciuitas Dei, tam Prophetæ, quàm Apoſtoli prędicarunt. Cuius tamen ciuitatis, vt eos dignetur iure, ciuéſque adeò recenſeat,vel ipſorummet Ægyptiorum & Babyloniorum (inſenſi hi terrenæ Ieroſolymæ hoſtes) Deus commeminit;
B hac duntaxat lege,vt honorem Deo ipſi præſtent ac obſequium.

Scire Deum, quid?

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic.

Quòd ſi vel hoſtes ipſos ita complectitur hæc ciuitas: complectetur etiam & cooptabit in ciues conuenas alios quoſcumque, veniant licet illi ex Tyro, aut Æthiopia. locupletes ſint, videlicet,aut egeni,Romani vel Scythæ ſine vlla perſonarum acceptione.

5. Nunquid Sion (Hebraicè in datiuo) *dicet:Homo,& homo natus eſt in ea?*
C *& ipſe fundauit eam Altiſſimus.*

Sione Eccleſia quàm latus.

Non ita verò Deus cum Sione locututus erat: Hominum genera hæc & hæc ad tuos pertinent germanos ciues; reliqui verò tales minimè habentor. Eiuſmodi diſcernens ſermo illic neutiquam audietur. Etenim illius conditor Deus eſt. Et idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.

6. Dominus narrauit in Scripturis populorum & principum:horum,qui fuerunt in ea.

Quare in catalogo populorum ac principum huius ciuitatis enumerat Deus nationes vniuerſas, confirmátque proinde ſuperius dicta.

7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.

Pax ſumma.

Nec verò,quòd ſint in ciues adlecti tot homines, ex nationibus ita diuerſis, &
D aliàs ſibi multum aduerſis, obeſt id vlla ratione paci ac concordiæ. Quin imo ita hîc agitur, quemadmodum in republica, vbi omnes concordes admodum ac lætiſſimi degunt.

NOTATIVNCVLA.

Illa, *& ipſe fundauit eam Altiſſimus*, explicata ſunt in paraphraſi abſque interrogatione:quia tamen hanc appoſuit vulgatus,talis eſſe tunc poterit conſtructio:Nunquid dicet Sioni Deus:Homo & homo, &c. & ipſe fundauit eam Altiſſimus? ideſt:Minimè quidem ita fiet,vt dicat Deus nationes à nationibus diſcernendas, nec in ciues aſſumendos,niſi qui ex proſapiis fuerint clariſſimis,
E quoniam conditor Altiſſimus eſt.

Pſalm.91. *Bonum eſt confiteri Domino*,&c. explicatio.

ARGVMENTVM.

Extollitur eorum, qui hîc viuunt deuoti omnino Deo, felicitas: ex conſideratione ſolerti

profan

Digitized by Google

profundarum Dei cogitationum, & ex diuerſo piorum hominum & impiorum fine.

1. Titulus eſt, *Pſalmus cantici.* Dicam de his verſ. 2. & 4. Additur: *In die Sabbati*, quoniam Sabbatis caneretur, vt putat Ianſenius. ego propter myſticum Sabbatum præcipuè, hoc eſt, cum exacta demum furioſa perſecutionum procella, futurum erat, vt Eccleſia optata pace frueretur.

2. *Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. Confiteri & pſallere*, canere & pulſare fides, voce & manibus, verbo & opere Deum extollere.

Miſericordia & veritas ſunt beneficētia & æquitas.

3. *Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.* Miſericordia & veritas ſunt beneficentia & æquitas. Præbet ſe quidem omni tempore Deus beneficum Eccleſiæ ſuæ, atque etiam æquum. Sed fortaſsè *manè* tempus ſignat proſperitatis, ſicut aduerſitatis, *nox*. Etenim in illa ſplendet fauor potiſſimum; æquitas verò in hac. atqui propter vtrumque Deo in myſtico Sabbato gratiæ agendæ ſunt, & propter benignitatem, qua tunc quietis omnibus fauet, & propter æquitatem, qua punit in aduerſis. Niſi fortè vtrumque *manè* & *nox*, & ad miſericordiam, & ad veritatem ſit referendum. nam fit ſæpe, vt in duo diſtribuatur id, quod totum vtrique debet attribui.

Quì plenè Deus prædicandus.

4. *In decachordo pſalterio: cum cantico, in cithara.* Notatiunculæ ad verſ. 2. addo, obſeruari debere rationem diuinæ efferendæ in fauoribus benignitatis, & æquitatis ac iuſtitiæ in ſuppliciis, verbo ſcilicet, & opere eam eſſe, vt & voce fateamur Deum meritò punire, & re delicta vindicemus.

Iuſti delectatio.

5. *Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.* Hæc ad proximè præterita referri debent, ideſt, ad conſolationem, quam experitur iuſtus in conſideratione diuinarum & miſericordiæ & veritatis. quæ duæ ſunt prouidentiæ virtutes. atque ita *in factura tua*, idem eſt atque in operibus tuis.

Virtus Dei, & ſapientia.

6. *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.* Ad duo alia prouidentiæ potiſſima attributa, quæ ſunt virtus & ſapientia, tranſit Vates. Et quàm, inquit, diuina ſe virtus in exhibenda ſuæ Eccleſiæ de Romana potentia victoria patefecit! Et quàm item Deus, cùm tempeſtatibus aduersùs Eccleſiam ſuam commotis ad eandem ſummum euehendam fuerit vſus, ſua nobis conſilia alta & ineffabilia commendauit!

Stultorum nota.

7. *Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.* Diuinorum conſiliorum profunditas, & ſumma in infirmitate virtus, occultæ deinde ipſius tum æquitas tum beneficentia res ſunt, quę immane quantum ſtultorum, & inſipientium mentem præteruolant.

Siſtunt in externa rerum ſpecie.

8. *Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum: & apparuerunt* (Hebraicè, *floruerint*) *omnes, qui operantur iniquitatem.* Non poſſunt, inquit, inſipiens & ſtultus ad conſiliorum Dei profunditatem accedere. Etenim hi in externa rerum ſpecie ſiſtũt: cúmque peccatores & ſceleratos florere videant, non aduertunt res illorum florentes florem eſſe fœni, totámque illam ſpeciem eiuſmodi, quæ ſubitò exſiccabitur & euaneſcet.

Exitus peccatorum.

9. *Vt intereant in ſæculum ſæculi.* Non igitur aduertunt fore vt illum peccatorum florem primum ſubita macies, & interitus deinde æternus conſequatur: ſéque proinde illis, quos imitantur, in pereundo adſimiles futuros: Deum autem, cui mouent ipſi bellum, ſuam in Eccleſiæ victoriam, victoriam æternam demonſtraturum. atque hoc illud eſt: *Tu autem Altiſſimus in æternum Domine.*

10. *Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes, qui operantur iniquitatem.*

Vi Chriſtus vincat robuſtiſſimos quoſque.

11. *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum.* Hæc Chriſti Domini ſunt (qui & myſticus Dauid, & qui, dum triumphat Eccleſia, triumphator eſt) ita loquentis: quantamlibet in Eccleſiam Romani ferociam exeruerint, bene id quidem eſſe: enimuerò ſiquidem ipſi tauri fuerunt, Chriſti potentiam ſecum ipſis geſſiſſe, vt cum tauro rhinocerotem. De horum pugna late in Pſalm. 28.

Laboris pro Deo fructus.

Et ſenectus mea in miſericordia vberi. Hebraicè *in oleo*, & Græcè etiam. nam eſt in ἐλαίῳ. Noſter verò habuiſſe videtur ἐλέῳ. Sed oleo myſticè accepto, ſenſus non variatur. Ex comparatione rhinocerotis cum tauro vt pila ludentis explicuit modò Pſaltes victoriæ præſtantiam: conſequenter verò, vt pacis diuturnitatem victoriam conſecuturæ ſignificaret, appoſuit militis, (qualis Dauid erat) comparationem, qui victis iam hoſtibus, diutiſſimè potitur laboris ſui fructu: eſt autem fructus tranquilla quadam frui proſperitate, quam vbertas deſignat, & inſigni beneuolentiæ diuinæ ſignificatione, quam affert miſericordia. Nam diuturnitas graphicè vtique expreſſa fuit inducta ſenectutis mentione.

12. *Et deſpexit oculus meus inimicos meos.* Et quale deuicti homines triumphatori ſuo ſpectaculum, eiuſmodi præbebunt mihi mei hoſtes. Equidem ex alta & ſublimi ſede deiectos illos & humi proſtratos intuebor.

Ablatiuus cũ præpoſitione pro accuſatiuo Hebraiſmus.

Et in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Notandus Hebraiſmus, ablatiuus cum præpoſitione pro accuſatiuo. Cuiuſmodi illa: *Seminare in carne*, pro *carnem*. Interrogare in ligno Oſee 4. num. 12. ideſt, lignum. Sic itaque in præſenti, *in inſurgentibus*, pro *inſurgentes* in me, atque malignantes audiet auris mea. Sed quemadmodum *deſpexit* proximè præcedens eſt cernere illos de excelſo loco; ita nunc τὸ *audiet* explicandum, eorumdem ſupplicationes, ſiue eoſdem ſupplices audire. qui ergo in me priùs inſurgebant, & me calumniabantur, eos poſt audiam mihi ſupplicantes.

Iuſti, palmæ ac cedri myſtica.

13. *Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Iuſtus* pro iuſtorum multitudine, vt conſtat ex ſequentibus.

14. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.* Iuſti, myſticæ palmæ & cedri, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ ornatui ſunt ac decori.

Longæui.

15. *Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi.* Hi poſt ætatem longæuam vegeto ſunt corpore, viuido, atque adeo pulchro.

Quam bene inſumunt ætatem.

Et bene patientes erunt. εὐπάθεια eſt bona corporis habitudo & complexio, ſeu temperamentum. Hæc igitur eo dicta ſunt, vt oſtendant, Apoſtolicos viros indefeſſam præſtare operam prædicationi, *vt annuncient.*

Exercitium eorum.

16. *Vt annuncient: quoniam rectus Dominus Deus noſter: & non eſt iniquitas in eo.* Hic eorum nuncius, & prædicatio. quæ præcipuè ad id temporis, quo perſecutorum vigebat calamitas, referenda videtur. non enim illis permittendis iniuſtum ſe præbuit Deus; rectiſſimum quin imo moderatorem.

Digitized by Google

Verſ.32. *Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.*

Ægypty pro ſapientibus, pro barbaris Æthiopes.

Quod ſapientes & inſipientes, philoſophi & barbari ſupplices tandem daturi eſſent Euangelio manus; is eſt præcipuus ſenſus. Dictum verſ. 23. de Ægyptiorum ſapientia. nam barbaries Æthiopum omnibus explorata eſt. Tantum igitur ob facinus.

Verſ.33. *Regna terræ, Cantate Deo: Pſallite Domino: Pſallite Deo.*

Verſ.34. *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem.*

Satis ſupra verſ.5. de hoc aſcenſu, & de oppoſitione apparenti.

Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.

Hæc verba allegoriam habent ex tonitruis deſumptam, de qua multa in Pſalm. 28. Euangelij prædicatio eſt, ad quam præcipuè poſita eſt, ſicut in eodem Pſalm. 28. vbi latè de huius allegoriæ elegantia.

Verſ.35. *Date gloriam Deo ſuper Iſraël.*

Ob dona in Iſraëlem conferenda; præcipuè tamen in myſticum, qui Chriſtianus eſt populus.

Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Nubes pro prædicatoribus.

Reditur ad allegoriam tempeſtatis, in qua Dei potentiam & gloriam nubes manifeſtant. Fusè de hac re Pſalm.28. vbi de ſenſu proximo aut ſuperficiario allegoriæ, & de præcipuo ſeu literali. Ibidem de diſtinctione virtutis à magnificentia. in ſenſu myſtico nubes ſunt Euangelij prædicatores, quorum ſunt illæ pulchrum in primis ſymbolum. De hoc Apocal.1.verſ.7.notat.7.

Verſ.36. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.*

Pſalmi epiphonema.

Pſalmi totius hoc eſt epiphonema, cui ſubeſt hæc ſententia: Deum è ſuo tabernaculo (nam Hebraicè ſonat à ſanctuariis) quod iam in Sione defixerat, admirabilem ſe in victoriis, quibus futurum erat, vt illum populum bearet deinceps, exhibiturum. Conſentaneè itaque ſic finitur: *Deus Iſraël ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ, benedictus Deus.* Ad ſimile huic fini initium eſt Pſalmi 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.*

Pſalmi 86.

ARGVMENTVM.

Pſalmus hic ſub Ieroſolymitanæ vrbis typo illuſtrem velat de magnitudine ac præſtantia Romanæ Eccleſiæ Prophetiam.

Textus. *Paraphraſis.*

Eccleſiæ dignitas.

1. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.*

A 2. *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.*

Ciuitatis Dei (quæ Eccleſia eſt) fundamenta ſunt montes ſublimes: atque hæc Eccleſia ſic in diuina exiſtimatione veteri Synagogæ excellit, quemadmodum ſubſtructio quædam firmiſſima turrium, & portarum opere ſumptuoſo, ſiue tentoriis, ſiue tuguriis præſtaret ſubitariis.

3. *Glorioſa dicta ſũt de te, ciuitas Dei.*

4. *Memor Rahab & Babylonis ſcientium me.*

Scire Deum, quid?

Magnifica ſanè de te, ô ciuitas Dei, tam Prophetæ, quàm Apoſtoli prædicarunt. Cuius tamen ciuitatis, vt eos dignetur iure, ciuéſque adeò recenſeat, vel ipſorummet Ægyptiorum & Babyloniorum (infenſi hi terrenæ Ieroſolymæ hoſtes) Deus commeminit; B hac duntaxat lege, vt honorem Deo ipſi præſtent ac obſequium.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic.

Quòd ſi vel hoſtes ipſos ita complectitur hæc ciuitas: complecterur etiam & cooptabit in ciues conuenas alios quoſcumque, veniant licet illi ex Tyro, aut Æthiopia. locupletes ſint, videlicet, aut egeni, Romani vel Scythæ ſine vlla perſonarum acceptione.

5. *Nunquid Sion* (Hebraicè in datiuo) *dicet: Homo, & homo natus eſt in ea:* C *& ipſe fundauit eam Altiſſimus.*

Sionis Eccleſia quàm latius.

Non ita verò Deus cum Sione locuturus erat: Hominum genera hæc & hæc ad tuos pertinent germanos ciues; reliqui verò tales minimè habentor. Eiuſmodi diſcernens ſermo illic neutiquam audietur. Etenim illius conditor Deus eſt. Et idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.

6. *Dominus narrauit in Scripturis populorum & principum: horum, qui fuerunt in ea.*

Quare in catalogo populorum ac principum huius ciuitatis enumerat Deus nationes vniuerſas, confirmátque proinde ſuperius dicta.

7. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.*

Pax ſumma.

Nec verò, quòd ſint in ciues adlecti tot homines, ex nationibus ita diuerſis, D & aliàs ſibi multum aduerſis, obeſt id vlla ratione paci ac concordiæ. Quin imo ita hîc agitur, quemadmodum in republica, vbi omnes concordes admodum ac lætiſſimi degunt.

NOTATIVNCVLA.

Illa, *& ipſe fundauit eam Altiſſimus*, explicata ſunt in paraphraſi abſque interrogatione: quia tamen hanc appoſuit vulgatus, talis eſſe tunc poterit conſtructio: Nunquid dicet Sioni Deus: Homo & homo, &c. & ipſe fundauit eam Altiſſimus? ideſt: Minimè quidem ita fiet, vt dicat Deus nationes à nationibus diſcernendas, nec in ciues aſſumendos, niſi qui ex proſapiis fuerint clariſſimis, E quoniam conditor Altiſſimus eſt.

Pſalm.91. *Bonum eſt confiteri Domino, &c.* explicatio.

ARGVMENTVM.

Extollitur eorum, qui hîc viuunt deuoti omnino Deo, felicitas: ex conſideratione ſolerti proſun

Digitized by Google

profundarum Dei cogitationum, & ex diuerſo piorum hominum & impiorum fine.

1. Titulus eſt, *Pſalmus cantici.* Dicam de his verſ. 2. & 4. Additur: *In die Sabbati*, quoniam Sabbatis caneretur, vt putat Ianſenius. ego propter myſticum Sabbatum præcipuè, hoc eſt, cum exacta demum furioſa perſecutionum procella, futurum erat, vt Eccleſia optata pace frueretur.

2. *Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime. Confiteri & pſallere*, canere & pulſare fides, voce & manibus, verbo & opere Deum extollere.

Miſericordia & veritas ſunt beneficētia & æquitas.

3. *Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.* Miſericordia & veritas ſunt beneficentia & æquitas. Præbet ſe quidem omni tempore Deus beneficum Eccleſiæ ſuæ, atque etiam æquum. Sed fortaſsè *manè* tempus ſignat proſperitatis, ſicut aduerſitatis, *nox*. Etenim in illa ſplendet fauor potiſſimum; æquitas verò in hac. atqui propter vtrumque Deo in myſtico Sabbato gratiæ agendæ ſunt, & propter benignitatem, qua tunc quietis omnibus fauet, & propter æquitatem, qua punit in aduerſis. Niſi fortè vtrumque *manè* & *nox*, & ad miſericordiam, & ad veritatem ſit referendum. nam fit ſæpe, vt in duo diſtribuatur id, quod totum vtrique debet attribui.

Quî plenè Deus prædicandus.

4. *In decachordo pſalterio: cum cantico, in cithara.* Notatiunculæ ad verſ. 2. addo, obſeruari debere rationem diuinæ efferendæ in fauoribus benignitatis, & æquitatis ac iuſtitiæ in ſuppliciis, verbo ſcilicet, & opere eam eſſe, vt & voce fateamur Deum meritò punire, & re delicta vindicemus.

Iuſti delectatio.

5. *Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.* Hæc ad proximè præterita referri debent, ideſt, ad conſolationem, quam experitur iuſtus in conſideratione diuinarum & miſericordiæ & veritatis. quæ duæ ſunt prouidentiæ virtutes. atque ita *in factura tua*, idem eſt atque in operibus tuis.

Virtus Dei, & ſapientia.

6. *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.* Ad duo alia prouidentiæ potiſſima attributa, quæ ſunt virtus & ſapientia, tranſit Vates. Et quàm, inquit, diuina ſe virtus in exhibenda ſuæ Eccleſiæ de Romana potentia victoria patefecit! Et quàm item Deus, cùm tempeſtatibus aduersùs Eccleſiam ſuam commotis ad eandem ſummum euehendam fuerit vſus, ſua nobis conſilia alta & ineffabilia commendauit!

Stultorum nota.

7. *Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.* Diuinorum conſiliorum profunditas, & ſumma in infirmitate virtus, occultæ deinde ipſius tum æquitas tum beneficentia res ſunt, quę immane quantum ſtultorum, & inſipientium mentem prætervolant.

Siſtunt in externa rerum ſpecie.

8. *Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fænum: & apparuerunt* (Hebraicè, *floruerint*) *omnes, qui operantur iniquitatem.* Non poſſunt, inquit, inſipiens & ſtultus ad conſiliorum Dei profunditatem accedere. Etenim hi in externa rerum ſpecie ſiſtūt: cúmque peccatores & ſceleratos florere videant, non aduertunt res illorum florentes florem eſſe fœni, totámque illam ſpeciem eiuſmodi, quæ ſubitò exſiccabitur & euaneſcet.

Exitus peccatorum.

9. *Vt intereant in ſæculum ſæculi.* Non igitur aduertunt fore vt illum peccatorum florem primum ſubita macies, & interitus deinde æternus conſequatur: ſéque proinde illis, quos imitantur, in pereundo adſimiles futuros: Deum autem, cui mouent ipſi bellum, ſuam in Eccleſiæ victoriam, victoriam æternam demonſtraturum. atque hoc illud eſt: *Tu autem Altiſſimus in æternum Domine.*

10. *Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes, qui operantur iniquitatem.*

Vi Chriſtus vincat robuſtiſſimos quoſque.

11. *Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum.* Hæc Chriſti Domini ſunt (qui & myſticus Dauid, & qui, dum triumphat Eccleſia, triumphator eſt) ita loquentis: quantamlibet in Eccleſiam Romani ferociam exeruerint, bene id quidem eſſe: enimuerò ſiquidem ipſi tauri fuerunt, Chriſti potentiam ſecum ipſis geſſiſſe, vt cum tauro rhinocerotem. De horum pugna latè in Pſalm. 28.

Et ſenectus mea in miſericordia vberi. Hebraicè *in oleo*, & Græcè etiam. nam eſt in ἐλαίῳ. Noſter verò habuiſſe videtur ἐλέῳ. Sed oleo myſticè accepto, ſenſus non variatur. Ex comparatione rhinocerotis cum tauro vt pila ludentis explicuit modò Pſaltes victoriæ præſtantiam: conſequenter verò, vt pacis diuturnitatem victoriam conſecuturæ ſignificaret, appoſuit militis, (qualis Dauid erat) comparationem, qui victis iam hoſtibus, diutiſſimè potitur laboris ſui fructu: eſt autem fructus tranquilla quadam frui proſperitate, quam vbertas deſignat, & inſigni beneuolentiæ diuinæ ſignificatione, quam affert miſericordia. Nam diuturnitas graphicè vtrique expreſſa fuit inducta ſenectutis mentione.

Laboris pro Deo fructus.

12. *Et deſpexit oculus meus inimicos meos.* Et quale deuicti homines triumphatori ſuo ſpectaculum, eiuſmodi præbebunt mihi mei hoſtes. Equidem ex alta & ſublimi ſede deiectos illos & humi proſtratos intuebor.

Ablatiuus cū præpoſitione pro accuſatiuo Hebraiſmus.

Et in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Notandus Hebraiſmus, ablatiuus cum præpoſitione pro accuſatiuo. Cuiuſmodi illa: *Seminare in carne*, pro *carnem*. Interrogare in ligno Oſee 4. num. 12. ideſt, lignum. Sic itaque in præſenti, *in inſurgentibus*, pro *inſurgentes* in me, atque malignantes audiet auris mea. Sed quemadmodum *deſpexit* proximè præcedens eſt cernere illos de excelſo loco; ita nunc τὸ *audiet* explicandum, eorumdem ſupplicationes, ſiue eoſdem ſupplices audire. qui ergo in me priùs inſurgebant, & me calumniabantur, eos poſt audiam mihi ſupplicantes.

Iuſti, palmæ ac cedri myſtica.

13. *Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Iuſtus* pro iuſtorum multitudine, vt conſtat ex ſequentibus.

14. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.* Iuſti, myſticæ palmæ & cedri, quæ Chriſtianæ Eccleſiæ ornatui ſunt ac decori.

Longæui.

15. *Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi.* Hi poſt ætatem longæuam vegeto ſunt corpore, viuido, atque adeo pulchro.

Quam bene inſumunt ætatem.

Et bene patientes erunt. εὐπάθεια eſt bona corporis habitudo & complexio, ſeu temperamentum. Hæc igitur eo dicta ſunt, vt oſtendant, Apoſtolicos viros indefeſſam præſtare operam prædicationi, *vt annuncient.*

Exercitium eorum.

16. *Vt annuncient: quoniam rectus Dominus Deus noſter: & non eſt iniquitas in eo.* Hic eorum nuncius, & prædicatio. quæ præcipuè ad id temporis, quo perſecutorum vigebat calamitas, referenda videtur. non enim illis permittendis iniuſtum ſe præbuit Deus; rectiſſimum quin imo moderatorem.

Digitized by Google

Cùm ſeptem Pſalmi hactenus enarrati, ita concernant principale Apocalypſeos argumentum. Apocalypſi patefacta, quaſi velo ſublato, in eos claritas redundauit. meritò proinde eos auctor vocauit Apocalypticos. Septem alij ex ordine ab auctore concepto ſequebantur, in quibus Regnum Dei, & Eccleſia triumphus de Roma Ethnica habitus celebratur. hi ſunt à 92. ad 98. ad quos reſpectum fuiſſe illis verbis Apocalypſeos cap. 19. verſ. 6. Quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens. *illic notatione 6. animaduerſum. Id igitur eſt horum ſeptem Pſalmorum argumentum, quod iterum cum reliquorum omnium argumentis apponetur. nam commentarium inuidit nobis acerba mors. Quæ ſequuntur in Pſalmum 96. notæ ſunt breuiuſculæ, ſed aureæ.*

In Pſal. 96. *Dominus regnauit, exultet terra*, &c.

ARGVMENTVM.

INcredibilem oſtendit lætitiæ in triumpho Eccleſiæ ſignificationem: veri iam numinis imperio in terris ſtabilito.

1. Titulus, *Huic Dauid, quando terra eius reſtituta eſt.* ita nimirum Chriſti redemptione terrarum orbem recepit Deus.

Beneficentia Dei. *Dominus regnauit* à Chriſti redemptione. nam tametſi à ſæculo Deus ſit, ſed *parata ſedes ſua, ex tunc. exultet terra*, orbis totus. *Lætentur inſulæ multæ.* Prouinciæ Italia, Hiſpania, reliquæ. Hic Dei apparet beneficentia.

2. *Nubes & caligo in circuitu eius.* poſui tenebras latibulum ſuum.

Iuſtitia, *Iuſtitia & iudicium correctio eius.* quaſi dicat, ita licèt obuelet ſe, apparet tamen mirificè, eo regnante ius fáſque reduci, ac reſtaurari, ac ſic reformari omnia. Etenim correctio reformatio eſt; oſtenditúrque, exulantem ante Dei regnum iuſtitiam, eo regnante, poſtliminio reductam. quod tantum bonum *ſedis eius*, ideſt, prouenit ab eius throno.

Robur, 3. *Ignis ante ipſum præcedet.* ignis Spiritus diuini ipſum præibit complanans viam. *Et inflammabit in circuitu inimicos eius*, veterem in ipſis Adam euertens & conſumens. nam ſic optimam omnium vindictam Deum ſumere, probatum habeo. Apocal. 8.

4. *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ.* Prodigia cum admirabili prædicatione. *Vidit, & commota eſt terra.* optandum terræmotum!

5. *Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini.* Quot duros & obſtinatos, quot ſuperbos deiecit & emolliuit? *A facie Domini omnis terra.* Quòd ſi hîc de propria ruina & euerſione ſermo, haud ſanè præmiſſum fuiſſet, *Exultet terra.*

Dei prædicatores, & crucis. 6. *Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius.* Cœlorum verba ac voces tonitrui ſunt, cuiuſmodi Apoſtolorum prædicatio. Annunciauerunt item iuſtitiam, ideſt, myſterij rationem præbuerunt. *Et viderunt omnes populi gloriam eius.* Latentem in crucis opprobrio maieſtatem.

7. *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia.* quaſi dicat: Qui crediderit, non feſtinet. Non eſt cur pudefiat, qui cruci affixum adorat; habent illi vero cauſam turpiſſimi pudoris, qui Iouem ac Venerem & alios venerantur huius colluuiei, *& qui gloriantur in ſimulachris ſuis.*

A *Adorate eum omnes Angeli eius.* Et gloria quidem crucifixi ipſis etiam Angelis ſuſpicienda, adoranda.

8. *Audiuit, & lætata eſt Sion* Eccleſiæ deinde conſolatio omnis eadem gloria eſt. *Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.* Et puræ ac ſanctæ animæ Deum ob tam admirabile conſilium perpetua efferunt prædicatione.

9. *Quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram.* Deùs hac ſe via adorari fecit ab orbe vniuerſo. *nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.* longè diuerſa, quàm quæ aliis Diis exhibebatur, adoratione. *Fructus crucis.*

B 10. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* ſimilis illi clauſula: *Domum tuam decet ſanctitudo Domine*, &c. *Cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum.* Quid non det nobis, quos ſuo ſanguine redemit? *De manu peccatoris liberabit eos.* Dæmonis, & qui eius factionis.

11. *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.* Atque dum hac luce, hac fruimini lætitia.

12. *Lætamini iuſti in Domino.* Et omni lætitiæ ſignificatione mnemoſynon, ſeu memoriale huius ſanctificationis recolite. *Et confitemini memoriæ ſanctificationis.*

C *Sequuntur ex ordine Pſalmi aliquot, quorum titulus eſt*, Alleluia. *& quos reſpicit Apocal. cap. 19. Atque hi in diuerſas quaſi cohortes ſunt diſtributi. Prima continet tres Pſalmos. horum materies eſt laudatio, quam ob partam de Roma victoriam Eccleſia fide iam ornata Deo tribuit, illi acceptas referens ſalutem, gloriam & virtutem.*

Pſalm. 104. *Confitemini Domino, & inuocate*, &c.

ILlud notandum ante omnia, quindecim huius Pſalmi priores verſus eoſdē omnino eſſe, quos D Canticum, aut Pſalmus, qui 1. Paral. 16. ponitur, in principio habet. nam verſus cantici illius vndecim ſequentes Pſalmum poſtea 95. conſtituunt. Tres verò eiuſdem cantici verſus vltimi principium ſunt, & finis Pſalmi 105. Et cur idem canticum concinnatum ſit ex tribus his Pſalmis, digna quæ expendatur, res eſt.

Ex Pſalmis porrò alleluiatis, ad quos alluditur Apocal. 19. hic noſter 104. prior eſt. Ad quem illud ſpectat verbum, *ſalus.* in ea vtique deprædicanda magnitudine, quam, quòd Deus ſaluam eduxerit Eccleſiam ex perſequentibus, Synagoga priùs, deinde Gentilitate, demonſtrauit.

Cæterùm, quam ſuſtulit à Synagoga perſecutionem Eccleſia, ex comparatione coarctationis illius, quam populus Iſraëliticus in Ægypto per- E tulit, Pſalmus agitat; (eâdem prorſus de cauſa, qua Ieroſolyma Apocal. 11. verſ. 8. Ægyptus nominatur) quas verò procellas in Eccleſiam Romanum commouit imperium, ex comparatione belli, quod eidem populo Chananæi intulerunt. Nam ſicut hi nihil ſuis armis profecerunt, quominus eorum regionem Iſraël occuparet: nihilo quidem ſecius Chriſtiana Eccleſia prouinciarum Romani Imperij poſſeſſionem fuit adepta. Argumentum itaque Pſalmi hoc eſt.

ARGV

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Probatur hic Pſalmus de Eccleſia Chriſtiana eſſe literalis.

Sub comparatione Iſraëlis ſalui egreſſi ex Ægypto, & in terram Chanaan ingreſſi, agitur de populo Chriſtiano, primùm de Iudæis, ac de Romanis deinde triumphante.

Vt hunc de Eccleſia Chriſtiana ſenſum iudicem literalem, hæc mihi fundamenta ſunt. Primum, teſtari in Apocalypſ. Ioannem tam hunc, quàm Pſalmos reliquos alleluiatos à ſe, ſtatim ac Babylon (ea eſt antiqua Roma) conflagrauit, igne ſcilicet Chriſtianæ religionis, exauditos. Et quemadmodum euidens eſt, in reliquorum ſaltem nonnullis actum ad literam de Chriſtiana Eccleſia (ſicut etiam in 28. quem audiſſe ſe Ioannes dicit Apocalypſ. 10.) ita etiam de hoc cenſeo exiſtimandum. Secundum, illud debere de Pſalmis & Prophetis perſuaſum eſſe, Iudaica ab illis tangi, reſpici Chriſtiana, vt ſæpe dico. atque hoc ad prophetiarum ſacræ Scripturæ dignitatem maximè ſpectare. Hoc verò vti firmem, aduerto ex hac exponendi ratione, quòd per comparationem cum veteribus hiſtoriis de beneficiis à Deo in Chriſtianam Eccleſiam ponendis agatur, hiſtoriæ priſcæ nihil omnino decedere ex iis, quæ optare poterant ſectatores literalis ſenſus vel ambitioſiſſimi. Etenim comparatio vtrumque ſenſum complectitur, clauditúrque proinde in noſtra expoſitione altera, quam ipſi literam appellant. Si igitur vno eodémque literali ſenſu potuit ſacer Spiritus Eccleſię itidem Chriſtianæ myſteria comprehendere, quis non videat, ita factum potiùs eſſe, atque id præcipuè in Pſalmis, qui vt perpetuò in Chriſtiana Eccleſia canerentur, ſcripti ſunt? Denique noſtra optimè firmabitur expoſitio, cùm apparuerit, & cum literali ſerie, & cum Alleluia, qui titulus eſt, eam bellè conuenire. Huc facit Genebrardus generaliter confirmans Pſalmos omnes alleluiatos reſpicere ad Meſſiam & ad Eccleſiam.

Senſus literalis in comparationibus quid claudat.

Verſ. 1. *Confitemini Domino, & inuocate nomẽ eius: annunciate inter Gentes opera eius.*

2. *Cantate ei, & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.*

Inuitant hæc, vt Domino canatur *Alleluia.* verba autem illa, *inter Gentes*, aptiſſimè ſeruiunt principali ſenſui. nam Roma iam ad Deum conuerſa, hæc myſteria Gentibus erant annuncianda. Hæc porrò, *inuocate nomen Domini*, ad fauoris petitionem videntur pertinere, vt præmitti ſolet in initiis, Chriſti nomine inuocato. Vnde de ea confeſſione, ad quam ſingulariter opus ſit Dei opem implorare, eiuſmodi eſt Euangelij prædicatio inter gentes, colligitur ſermo inſtitui. Iam inuocare Dei nomen, eſt à Deo petere, vt det ſanctitatem ſuo nomini, per quod proſecuturum ſe ſuum Chriſtianæ Eccleſiæ opus promiſerat. Hoc enim ſignificari nomine *Iehoua*, ſæpe dictum. quod ſi ad nomen Ieſus reſpiciatur, tantundem eſt.

Inuocare nomen Domini.

Verſ. 3. *Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.*

4. *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper.*

Laudamini, idem eſt, ac gloriamini. nam cùm A gloriamur Deum nos habere, cuius nomen ſit *Iehoua*, & ſaluator, & qui gloriam impleat ſui nominis, id planè eſt Deo gloriam exhibere. Cuiuſmodi diuinam prædicationem admirabilis eorum, qui ſic in Deo gloriantur, & eiuſdem gloriam quærunt, lætitia comitatur. atque ideſt, lætetur cor *quærentium Dominum.* His verò quæ ſequuntur, *Quærite Dominum & confirmamini*, Euangelici prædicatores admonentur, vt non ſuam, ſed Dei ſectentur in prædicatione gloriam, atque vt in hanc animi affectionem ſtudium & operam impendant, vt illam ſibi parent maximè roboratam, vt ne prolapſi proprium honorem conſectentur. ideo eadem inculcatur admonitio, *Quærite faciem eius ſemper.*

Lætitia comes diuinæ prædicationis.

Prædicatoris ſtudium, diuina gloria.

B Verſ. 5. *Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.*

6. *Semen Abraham, ſerui eius: filij Iacob electi eius.*

7. *Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.*

Veterum facinorũ admirabilium, prodigiorúmque, quæ olim Deus ſuæ genti bene cupiens, & de hoſtibus ſumens pœnas, patrauit, memoriam ne deponite. Enimuerò qui Deo ſeruiunt ſincerè, atque adeò quos ipſe ſibi delegit, (qui quidem Chriſtiani ſunt) iſti ſunt vera Abrahami, & vera Iacobi progenies. (Genebrardum non ſequor, qui τὸ *ſemen Abraham*, vocatiuum eſſe imaginatur.) C Porrò Deus ille Abrahami & Iacobi, idem prorſus noſter Deus eſt. Et quæ Deus olim cõtra Ægyptios & Chananços pro ſua natione iudicia exercuit, eadem omnino cernimus inſtaurata; nec vero in angulo mundi duntaxat; ſed in totius orbis theatro.

Qui Deus inſtauraris priſca facinora.

Noto τὸ *ſerui*, & τὸ *electi* in verſ. 6. Græcè nominatiuos eſſe plurales. Quòd ſi textus, qui circumfertur, Hebræus, cum τὸ *electi* pluralem nominatiuum, τὸ verò *ſerui* oſtendat genitiuum ſingularẽ; mihi quidem ſeniores ſeptuaginta, cum vtriuſque hemiſtichij meliori congruentia, paulò ſunt antiquiores. Tametſi recidat eodem ſenſus. hic enim eſt textus Hebraici: Quos Deus ſibi ſeparauit, hos quidem veros eſſe Abrahami ſerui Dei filios, & veros item Iſraëlitas.

Vulgata defenſio.

D Verſ. 8. *Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui: verbi quod mãdauit in mille generationes.*

9. *Quod diſpoſuit ad Abraham: & iuramenti ſui ad Iſaac.*

10. *Et ſtatuit illud Iacob in præceptum: & Iſraël in teſtamentum æternum.*

11. *Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ.*

Illud hîc primum aduerto, τὸ *mandauit*, & τὸ *præceptum*, ad imperium hîc non pertinere, ſed ad datum, promiſſum & legatum. Hiſpano Hebraiſmo verbum *mandar* donationibus & E præceptionibus commune eſt. Idem autem in ſacra Scriptura reperiri, conſtat ex Leuit. 25. verſ. 1. nam vbi noſter, *Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto.* Hebraicè præcipuam benedictionem, &c. & idem eſt verbum צוה quod in Pſalmo, nos diceremus, *To os mando para el ano ſeſto gran abundancia.* Et in præſenti quidem patet ex contextu τὸ *mandauit* idem eſſe ac promiſit. Etenim id quod præceptum dicitur, eſt:

Præcipere Hebraicè quod Hiſpanè, mandar.

 Tibi

Tibi dabo terram Chanaan.bene adeò animaduertit Mercetus verbo צוה promiſſum quoque ſignificari. ſic etiam verbum חק, cui reſpondet in hoc loco *τὸ præceptum* (Hebraicè explicant ſtatutum) ad promiſſa extendi ac priuilegia, quæ ſtatuta quoque ſunt, compertum eſt. Quemadmodum & vox Latina *lex* non ſemper ad præceptum pertinet. nam lex etiam eſt quæ ius alicui præbet, aut priuilegium, quæ eſt lex priua, ſeu priuata. Præceptum itaque in præſenti & teſtamentum nihil differunt. Ponitur autem teſtamentum pro ſtabili promiſſo, aut legato, qualia ſunt teſtamentorum promiſſa.

Mille quomodo accipiatur?

Secundum, verbis illis: *In mille generationes*, non id afferri, vt datum hoc, aut promiſſum in centum duntaxat annos, quibus eo potirentur Iſraëlitæ, firmatum ſit; quin imò in tempus perpetuum. Quare cùm dicitur terra Chanaan in mille generationes promiſſa, tantundem eſt, ac ſi promiſſa diceretur in æternam poſſeſſionem. Quod itidem afferunt illa: *In teſtamentum æternum*. & reſpectus eſt ad ea, quæ à Deo Abraham accepit Geneſ. 13. num. 15. *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum*. & cap. 17. num. 8. *In poſſeſſionem æternam*. Cùm igitur hìc affirmatur: *Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui*; verbi, *quod mandauit in mille generationes*, ſenſus eſt, Deum obliturum nunquam promiſſi ſui de regione illa in æternam ſuis poſſeſſionem donanda.

Tertium demum noto, huiuſmodi promiſſionem à Deo accepiſſe Abraham, Iſaac, & Iacob. Abraham quidem Geneſ. 12. num. 7. & cap. 13. n. 15. cap. 15. n. 18. & cap. 17. num. 8. Iſaac Geneſ. 26. num. 3. & denique Iacob Gen. 28. num. 13. Quod verò habemus in præſenti, *& iuramenti ſui ad Iſaac*, ea reſpicit, quæ Geneſ. 26. num. 3. Iſaac audiuit à Deo: *Semini tuo dabo vniuerſas regiones has, complens iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo.* Atque ex his patet, tametſi non exprimat aliàs ſacra Scriptura, Abrahamo fuiſſe terram Chanaan cum iureiurando à Deo promiſſam, abundè tamen ad id ſanciendum eſſe, Iſaac certum fieri, id antea ſuo patri iuramento firmatum, quod ſibi denuo ſanctè quoque affirmabatur. ideo tam vera, quàm propria noſtra ſunt, *& iuramenti ſui ad Iſaac*.

Quibus ſic ſtabilitis, ea noſtri Pſalmi ſeries eſt, Deum, quemadmodum olim ſui meminit iuramenti, & eius cauſa terram Chanaan Iſraëlitis præbuit in poſſeſſionem perpetuam; ſic itidem memoria tenuiſſe, vt myſtico Iſraëli (qui populus Chriſtianus eſt) eam largiretur terram (prouincias videlicet Gentilitatis) quam Chriſto iureiurando promiſerat. nam, *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum*, Pſal. 109. & ideo Chriſto Domino dicitur Pſalm. 2. *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, &c. Atque hoc myſterij poſſeſſio verus ſoli Chananæi figurauit. Incipitur autem ab hoc in Eccleſiam collato beneficio Pſalmus, quoniam huc tendit ille præcipuè: quo tamen vti ſuauiùs perueniat, priùs antiqua percurrit. Noſtræ explicationi Arnobius fauet.

Conuerſio hominū, vnde.

Peccati fructus.

Atque illud eſt nota dignū, ea, quę hîc legūtur, memorem Deum fuiſſe in ſæculum teſtamēti ſui, teſtamenti æterni, & in mille generationes, ideſt, ſine vllo termino, impendio magis propriè myſtico aptari Iſraëli. nam pactum cum Iſraële altero fœdus, & eius delicta, & nouum etiam teſtamentum irritum fecerunt: at dominatus orbis Chriſtianis conceſſus termini expers erit.

A Verſ. 12. *Cùm eſſent numero breui, pauciſſimi & incolæ eius.*

13. *Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.*

14. *Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.*

15. *Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.*

Hi verſus de Abrahamo ſunt.

In ea, quæ Pſalmi huius figura eſt, & ex qua ſumitur comparatio, nondum de ingreſſu filiorum & nepotum Iacob in Ægyptum (de quo Gen 46.) agere videntur hi verſus. Etenim omnes quatuor ſibi ſunt connexi: atque in ingreſſu illo non euenit, quod hîc dicitur, *& corripuit pro eis reges*. Verùm enim hæc id reſpiciunt, quod pro tuendo Abrahami honore fecit Deus. Cùm *flagellauit Pharaonem plagis maximis, & domum eius*, vt dicitur Gen. 12. n. 17. & cap. 20. num. 3. *Dixit Dominus ad Abimelech regem Geraræ, En morieris*, &c. Quòd ſi obiicias, ſiquidem de tempore illo ſermo eſſet, ineptam videri locutionem, vt de populo Iſraël tunc dicatur, *cùm eſſent numero breui, atque pauciſſimi*, quando Abraham ſolus erat. Reſpondeo, cum Abraham & Sara familiam intraſſe: ideo verò paucos dici propter defenſionem, quam præferebant, infirmam: atque hanc attendi debere, vt ponderetur quanto miraculo Abraham totius damni expers euaſerit. Quòd verò illis Septuaginta ex Abrahami genere ingreſſis poſtea in Ægyptum nocuerit nemo, id mirandum non eſt, cùm illos tutiſſimos redderet Ioſephi potentia. Sed tamen quod Ægyptum ingrediens Abraham tam imbecilli extrinſecus vſus munimento, & Saræ pulchritudine corda rapiente, nullius prorſus audaciam fuerit expertus, id porrò iure miraculum appelletur. Hæc itaque verſuum horum ſententia eſt, homines vix vnum & alterum humana ope deſertos, aduenas, huc illuc peregrinantes potentiam regum, ſeu tyrannorum libidini obnoxios, ſingulari tunc fuiſſe Dei prouidentia protectos, ita vt nemo quid in eos paulò liberiùs auderet; reges verò, qui damnum illis meditabantur, grauiſſimè fuiſſe punitos; ſic denique effectum, vt eos non læderet quiſpiam modò, ſed venerarentur omnes potiùs, ac veluti altiſſimi Dei Sacerdotes & prophetas ſuſpicerent.

Obiectio dimota.

Protectio Dei ingens.

Clauditur autem hac comparatione, quod Chriſtianæ Eccleſiæ ſuis initiis euenturum erat, quando ſcilicet perpauci erant Chriſti diſcipuli, hoſpites vbique ac peregrinabundi; ſed tamen nuſquam non Dei potenti brachio ab omnibus defenſi. At non obſtabat quominus & verberibus, & morte ſæpe ipſa crudeliſſimè acciperentur. Verum id quidem, ſed diuini Spiritus vnctio tantam eis ſecuritatem afferebat, vt veriſſimè dicantur, minimè ſeu iniuriis, ſeu flagris vel mortibus ipſis contacti. iuxta id S. Auguſtini, *Calcari non poteſt niſi inferior: ſed inferior non eſt, qui quamuis corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamen fixus in cœlo eſt.* Hoc ergo ipſum ſignificant illa verba: *Nolite tangere chriſtos meos*. ideſt, non tangetis, non nocebitis eis, quantumuis velitis. Enimuerò vnctio diuini Spiritus, & Spiritus item Euangelij (qui eſt Spiritus prophetiæ) eos extra omnem ponit veſtrorum telorum iactum. Præterquam quòd, cùm expediebat Eccleſiæ Chriſtianos & prędicatores ſuos euadere perſecutorū rabiē, tunc miris planè modis eos è periculis eripie

Vnctio diuina quàm tueatur homines.

eripiebat Deus. vt cum Petro factum narratur Act.12. & cum Paulo Act.9. num. 25. & 21.num. 32. & ſæpe alibi. Porrò correptio regum in Sergij Pauli Proconſulis conuerſione, & in tremore qui Felicem corripuit, & in ſimilibus aliis impleta fuit. Ac denique, vt nec Pharao nec Abimelech Sara abuti, ſicque, quominus progenies illa Deo chara naſceretur, impedire potuerunt; nihilo ſecius acerbitatum quamlibet grauiſſimarum vis nulla quidem potuit, vt primogenia illa ſocietas (Eccleſia ſcilicet Chriſto deſponſata) cultu Deorum turpiſſimo fœderatur. ex quo fieret vt magnus ille fœtus, Chriſtianus ſcilicet populus in lucem minimè ederetur.

Fides Deo præſtita vnde ſit.

Verſ.16. *Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit.*

17. *Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.*

18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius.*

19. *Donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflammauit eum:*

20. *Miſit rex & ſoluit eum; princeps populorum, & demiſit eum.*

21. *Conſtituit eum dominum domus ſuæ: & principem omnis poſſeſſionis ſuæ.*

22. *Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.*

Cùm in ſuperioribus de Abrahami peregrinationibus, quibus Iſaaci & Iacobi ſunt adiungendæ, non verò de eo in Ægyptum ingreſſu, quo de Gen.46. actum fuerit; hi verſus ad priorem tempore hiſtoriam minimè regrediuntur.

Myſterium huius famis expoſitum ab Amos.

Quidnam Deus in fame, de qua hîc mentio, ſignificarit, in cap.8.num.11. Amos id quidem expreſſit: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram, non famem panis, ſed verbi Dei.* Per *famem* ideo veritatis ignorationem, & diſceſſionem à fide denotari, non ſolùm Arnobius hîc, ſed & Hieronymus, Ambroſius & Baſilius apud Lauret. verbo, *eſurire*, docuerunt. Sermo itaque eſt de ignoratione illa prægrandi, in quam ſeſe præcipitarunt Iudæi, cùm reiecto Chriſto fidem deſeruerunt. Tunc enimuerò pane, doctrina ſcilicet veritatis totus orbis defectus fuit, eo dumtaxat excepto, quem Ioſephi induſtria contulit in Ægyptum. Iam verò ex Apocalypſi conſtat myſticam Ægyptum Ieruſalem eſſe: myſticum autem Ioſephum Chriſtum. Cuius paſſionem illud ſubſecutum eſt, vt in ampliſſima Dei domo princeps renunciatus ſit. Eum igitur, qui veritatis denunciandæ cauſa in ardenti bene coctus fuit anguſtiarum camino (nam id eſſe, *Eloquium Domini inflammauit eum*, rectè intellexit Geneb.) illinc verus populorum omnium princeps glorioſiſſimè eduxit. Is eſt æternus Pater in Pharaone, qui Ioſepho vincula detraxit, figuratus. Nam æterno Patri Chriſti reſurrectionem aſſignari, id quidem quatuor & viginti ſacræ Scripturæ locis (Apocal. 4. notatis) quibus id fit expreſsè, conforme eſt.

Ioſephus Chriſti figura.

Ad hæc, Ioſephum iiſſe vænum Chriſti repræſentat venditionem, ideſt, in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Iam quæ tulit in cuſtodia Ioſephus vincula, Chriſti paſſionem adumbrarunt. Quod verò dicitur, *Ferrum pertranſiit animam eius*, equidem puto maioris, quàm vulgo creditur, emphaſis eſſe & energiæ. dici enim ſolet animam ſumi pro perſona. Sed, vt mihi hæc locutio probaretur, quid ſubeſt energiæ huic dicto: *Ferrum pertranſiit perſonam eius?* Quocirca ſatiùs duco hanc phraſim explicari illis ad Virginem Simeonis verbis: *Tuam ipſius animam pertranſiit gladius.* Non ita verò Ioſephi animus afficeretur vinculis, quàm horum cauſa, infami ſcilicet, quod vim Dominæ afferre voluiſſe putaretur. Et ſanè Chriſtus Dominus in paſſione ſua ignominioſiſſimè acceptus fuit. Suſpicor etiam Ioſephum tamdiu in cuſtodia detentum (annos tredecim dicunt aliqui) ſuo prætuliſſe corpore vinculorum ſigna. Hæc igitur vt emphaticè dicerentur interiora pertingere, quid aptius phraſi illa, *Ferrum pertranſiit animam eius? Pertranſire* enim penetrare eſt, & vt aliquid ſignificetur eſſe valde penetrabile, commodè dicas illud animam ipſam attingere, cuius videtur ſedes eſſe in carne intima. quæ phraſis notat lædi interiora ac viua, vbi animæ ſenſus eſt. Iam verò non alia locutio magis efficaciter dolores Chriſti Domini (quæ eſt horum princeps intelligentia) repræſentaret. cuius interiora carnis penetrarunt claui, adeòque viuas partes peruaſerunt.

Chriſti & ignominia & dolores perquàm graues.

Donec veniret verbum eius. Colligo ex his, licèt verum ſit Ioſephum gratiam præfecti carceris ſibi collegiſſe, illum tamen non omnino exuiſſe vincula, ſed catellam aliquam, aut ferreum collare ſemper retinuiſſe: *Donec veniret verbum eius, haſta que llego ſuhora* tempus ſuæ liberationis. vt bene ex Hebraica phraſi Genebrardus, quæ explicatio aliis, quas afferr, potior eſt.

Eloquium Domini inflammauit eum. quaſi dicat. Quod Ioſephus, quæ Deus ſibi patefecerat, communicarit, hanc ipſi flammam, ideſt, ærumnam, importauit. Quæ figura fuit paſſionis Chriſto conflatæ ex iis, quæ ſibi Deus præceperat, Iudæorum genti denunciatis.

Optabiles pro Deo ærumnæ.

Sed tandem, *Miſit rex, & ſoluit eum.* Etenim ſumma Dei potentia ſuſcitatus, monarcha vniuerſalis conſtitutus eſt.

Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret. Quemadmodum voluit Pharao, vti Ioſephi regni principibus, ſenioribus reipublicæ, ac ſacerdotibus (qui præcipuè regi in adminiſtratione operam dabant) immenſas ſuæ ſapientiæ opes impartiret; ſimili ratione placitum Deo fuit, vt Chriſtus euectus iam glorioſiſſimè ſuum deriuaret Spiritum, cœleſtémque in eos ſapientiam, quos æternus Pater Eccleſiæ ſuæ principes & ſeniores (de quibus Apocal. 4.) delegerat. Et ſanè niſi ad hunc, qui ſenſus præcipuus eſt, reſpectum fuiſſet, parum ad hiſtoriam videbantur hæc verba pertinere. Ex Apocalypſi notandum interim, vt illis quatuor animalibus Eccleſiæ principes, ita presbyteros ſenioribus viginti quatuor repræſentatos. Deinde, licèt textus videatur omittere, Ioſephum fami regionis immenſa repoſita frumenti vi remedium adhibuiſſe; ſed cum eo Pſalmi ſeries intueatur, maiori explicatione opus non fuiſſe. Atque ea ſignatè ex cauſa, quoniam quem Pentecoſtes ſolẽniis in Apoſtolos & Diſcipulos Chriſtus deſtinauit ſpiritum, hæc enimuerò horrea illa fuerunt cœleſtis ſapientiæ quàm abundantiſſima. nec alia omnino in terris erant, vnde panis veræ & fidei, & doctrinæ mortalibus prouideretur. Et quoniam Ieroſolyma in Apocal. vocatur myſtica Ægyptus, appoſitiſſimum planè eſt, vt ſicut fami propriæ opitulata ſunt Ægypti propriæ granaria, ita

Apoſtoli docti à Chriſto.

Doctrinæ horrea aperta in Pentecoſte.

Digitized by Google

altera myſticæ Ægypti vnicè tulerint ſuppetias A
myſticæ item fami.

Verſ.23. *Et intrauit Iſraël in Ægyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.*

24. *Et auxit populum ſuum vehementer: & firmauit eum ſuper inimicos eius.*

25. *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: & dolum facerent in ſeruos eius.*

Geſta res, quæ hîc exponitur, ingreſſus eſt illorum ſeptuaginta, familiæ Iacob (de quo Gen.46.) in Ægyptum, mirabilis eorumdem multiplicatio, & exercita poſtea in eos tyrannis. Iam horum principalis intelligentia facilis eſt, cùm rebellis Ieroſolyma (ex Apocal.11.) ſit myſtica Ægyptus. B
Etenim quæ myſtica doctrinæ cœleſtis granaria myſticus Ioſeph myſticæ prouidit Ægypto, hæc quidem fruenda in cauſa fuerunt, vt eos, ex quibus fuerat præſeminandum Chriſtianum genus, in Ieroſolymam cogeret Deus. Atque ita tot fuiſſe intra Ieroſolymam Apoſtolorum vocibus conuerſos, (certè multos, quos ſibi Deus prędeſtinarat filios, tunc fecit Ieroſolymis adeſſe) id planè fuit ingredi in Ægyptum Iſraëlem. Nam illic in Sionæi montis Eccleſia prima poſita ſunt Chriſtiani populi plantaria. illic multiplicari is cœptus eſt fœcunditate mirabili, illic coorta in eumdẽ ſtatim fuit Synagógæ perſecutio, Ægypti tyrannide adumbrata. Atque idcirco in his verſibus ſimul ij, de quibus agitur, multiplicati dicuntur, & aduerſùs hoſtes roborati: C
continuóque tyranni in eoſdem violentia ſubditur. Nam licèt in hiſtoria citò admodum ab Iſraëlis ingreſſu ad oppreſſionem, quæ euenit multò pòſt, tranſitum videatur; ſed in myſtico ſenſu, qui præcipuus eſt, vnà omnia facta ſunt.

Eccleſia primitiua orta & à Iudæis perſecutio.

Sed ad illa; *in terra Cham*, ex Geneſ.10. notandum, Miſraim, (ex quo orti Ægyptij) fuiſſe Chami filium. Cæterùm Chami eiuſdem filij fuerunt Chanaan, Chus, & alij. Cur igitur hoc nomen, ſcilicet terra Cham, indatur potius Ægypto, quàm terræ Chanaan? Sed enim id factum, vt Ægyptij notentur maledicti: & horum nomine eandem ſubeunt turpiſſimam notam perfidi Iudæi. quaſi dicat, hos tametſi Iudæos, & ſanguine & ex genere Sem; infami tamen pertinacia in D
Chami progeniem adſcitos.

Iudæi Chami filij nominãtur.

Verſ.26. *Miſit Moyſem ſeruum ſuum: Aaron, quem elegit ipſum.*

27. *Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in terra Cham.*

28. *Miſit tenebras & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos.*

29. *Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.*

30. *Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum.*

31. *Dixit & venit cœnomyia: & cinifes in omnibus finibus eorum.* E

32. *Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipſorum.*

33. *Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.*

34. *Dixit, & venit locuſta, & bruchus, cuius non erat numerus:*

35. *Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.*

36. *Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.*

Pro grammatico ſenſu notandum primò hæc, quæ in Moyſe & Aarone poſita dicuntur, *verba ſignorum & prodigiorum in terra Cham*, verba eſſe potentia ad miracula & prodigia deſignanda, itaut illorum minæ non eſſent inanes voces. atque id exprimunt, vt ego quidem ſentio, illa quæ ſequuntur: *& non exacerbauit ſermones ſuos.* ideſt, non ſeueritas verborum fuit, ſed verò factorum. Quòd ſi cum Græcis & Hebræis codicibus pluraliter legantur, tunc ſic capio: Moyſes & Aaron non exacerbauerunt ſermones Dei, eodem omnino ſenſu. quaſi dicat, tunc cùm minæ effectum ſortitæ ſunt, perſpectum ſatis fuiſſe, cùm potentiam & ſeueritatem denunciabant, non eos vendidiſſe verba, nec Dei mandata exaſperaſſe; ſed illa potiùs fideliter retuliſſe. Hæc à Genebrardo longè aliter explicata video; ſed durè meo iudicio. Quem verò ego ſenſum aſſigno, nec duritiæ ille quidquam, nec parum habet energiæ. Et cohæret præterea optimè, vt in ſigno, quod prius Pſalmo exprimitur, aduertatur, ex eo conſtitiſſe, non verbo duntaxat Deum, aut Moyſen, & Aaronem fuiſſe interminatos. Ad cætera porrò ſigna omnia referendum etiam quod de hoc dicitur, ea de cauſa poſito in priore loco.

Verba ſignorũ ſunt prodigia.

Notandum ſecundò, plagas, quibus Deus Ægyptum puniuit, decem in Exodo numerari, hoc ſcilicet ordine. 1. aquas verſas in ſanguinem. 2. ranas. 3. cinifes. 4. muſcas. 5. peſtem animalium. 6. vlcera veſicarum. 7. grandinem & ignem. 8. locuſtas. 9. tenebras. 10. mortem primogenitorum: at in noſtro Pſalmo ſeptẽ, non amplius plagas apparere. hoc ordine, videlicet. 1. tenebras. 2. aquas in ſanguinem verſas. 3. ranas. 4. cœnomyiam & cinifes. (*dixit & venit cœnomyia & cinifes*, duplici plaga in vnum verſum coniecta, & vna ex duabus coaleſcente. nam cœnomyia muſcæ ſunt) 5. grandinem & ignem. 6. locuſtam. 7. mortem primogenitorum. Ex plagis itaque Ægyptiacis omittuntur hîc & peſtis animalium, & vlcera hominum. vt verò ex reliquis octo fierent ſeptem duntaxat, duæ, cinifum videlicet, & muſcarum in vnam ſunt coniunctæ. Ad hæc, Pſalmi in recenſendo ordo diuerſus eſt: plagas enim inchoat ab illa quæ in Ægypto nona fuit. Quod qui dicat caſu factum, eius mihi ſenſus minimè probatur. Iam ſi nec ſeptenarij, nec noui ordinis ſufficiens ratio, dum ad hiſtoriam reſpicitur, exhibetur; ritè quidem inde colligitur, ab Spiritu diuino dirigi nos potiſſimum ad myſterium. atque hoc profectò eſſe Pſalmi præcipuum ſenſum.

Plagæ Ægypti decẽ Pſalmus hic redegit ad ſeptem.

Eſt ergo mea in hac re ſententia, Moyſis & Aaronis comparatione hîc agi de doctrina ac ſanctitate virorum Apoſtolicorum: qui cùm prædicatione, tum exemplo myſticis in Iudaïcum populum plagis inflictis, illi, ſed obduratæ præcipuè Ieroſolymæ, (quæ myſtica Ægyptus eſt) bellum intulerunt. Quare hi certè ſunt duo illi teſtes, de quibus Apocal.11. quibus data poteſtas eſt aquas in ſanguinem conuertendi, terrámque omni plaga percutiendi.

Quòd ſi Moyſes apta perſona eſt (vt oſtenſum Apoc.11.) quæ cœleſtem doctrinam repræſentet; Aaro

Digitized by Google

Vt Moyſes doctrina cæleſtis, ita Aaron figura ſanctitudinis.

Aatonem fratrem ipſius maiorem natu commodam itidem eſſe figuram ſanctitatis, quæ cæleſtem doctrinam ætate præcedit, ſtatim intelligitur. Quæ præterea ſanctitatis cœleſtis ſignificatio ſuo quaſi iure conuenit Pontifici Aaroni: & propter ſui muneris, cùm ſummus eſſet Sacerdos, ſanctimoniam; & propter inſignem illam inſcriptionem: *Sanctum Domino.*

Hi ergo duo Chriſti teſtes (cœleſtis ſcilicet doctrina, & ſancta virorum Apoſtolicorum vitæ) ſunt qui myſticis plagis myſticam Ægyptum affecerunt, cùm ſcilicet Iudæos infideles ac cæcos demonſtrarunt: illius diſſenſionis, quam exiſtere inter fideles infideléſque neceſſe erat, Euangelij prædicatione auctores fuerunt: infideles ira ac furore aduersùs fideles accenderunt: eorum obſtinatam perfidiam, miſerámque deinde pòſt obſtinationem, ipſorum conditionem, qui ſuis ſe totos permitterent libidinibus, replicarunt: ac denique cùm perpetuam eorum damnationem, qui non obedirent Euangelio, denunciarunt. Hæc plagarum myſticarum ſumma eſt, de quibus latè Apocal. 8. & cap. 11. notat. 7. vbi reddita ratio, cur, cùm priores Ægypti plagæ decem fuerint, alteræ quibus myſtici Ægyptij, id eſt, Iudæi, cæſi ſunt, ad ſeptenarium numerum ſint reductæ, ſeptémque proinde tubarum plagæ, de quibus Apocal. 7. fuerint. Et licèt illa ſeptem non plagas modò myſticas, ſed famem etiam, bellum & peſtilentiam complectantur; in noſtro verò Pſalmo ſolùm eſt ſermo de myſticis, quæ ex potentia myſticorum Moyſis & Aaronis extiterunt. Cæterùm in vtroque plagarum ſeptenario, tã noſtri Pſalmi, quàm tubarum Apocalypſeos, ad ea quæ Leuit. 26. num. 28. habentur, *Percutiam vos ſeptem plagis*, intuitus fuit, vt propterea ſeptenas fuiſſe plagas Iudaici populi, conueniens fuerit. Hæc ergo cauſa fuit, quam ob rem ex decem Ægypri plagis illæ ſunt hoc in Pſalmo, quę minus inſtituto conducebant, omiſſæ: ideo etiam duæ in vnam coaluerunt.

Cur hic in plagis, diuerſitas.

Preſſa ſeptem plagarum ſignificatio.

Iam verò is in hoc loco plagas recenſendi ordo ſeruatus fuit, quem earum myſterium exigebat. Etenim infidelitatis tenebras, quæ prima res eſt, de qua rebelles Iudæos Apoſtoli arguebant, tenebræ repræſentant. ſicut aquæ in ſanguinem conuerſæ diſſenſionem ſubſecutam. Poſt hanc tertio fuerunt loco rixæ & animoſitates ranis figuratæ. Quartò iratum ac furorum aſyli, & ciniſes ſolicitudinum. Secundùm hæc, aptè ponderatur miſerorum, qui ſuæ cæcitati & perditæ affectioni ſe dedebant, obfirmata duritiés: cuius eſt ſymbolum pulcherrimum grando. Porrò in obfirmatis ſic prodebat ſeſe concupiſcentiæ tyrannis locuſtis denotatæ. Ac tandem ſuprema eſt plaga animarum damnatio primogenitorum internecione ſignificata. Atque hæc attigiſſe in præſens ſat ſit. nam hac de re Apoc. 8. & 11. fuſiùs.

Nec verò fuit vlla ratione violentum, vt ciniſes muſcis adiungerentur; quoniam cùm peſtes hæ parum ſint diſpares, vtriuſque ſignificatio, quo reſpiciebatur, iræ nimirum & ſollicitudines multum connexæ ſunt. cùm igitur expediret trahere plagas ad ſeptenas, aptè vtique compacta vna fuit ex duabus illis.

Ægyptij primogeniti primitiæ laborũ dicuntur ex irriſione.

In extrema plaga reſiſtunt aliquantum nonnulli, cùm primam Ægyptiorum ſtirpem Pſaltes vocet: *Primitias omnis laboris eorum.* phraſis eadem eſt in Pſalmo 77. verſ. 61. varia ad difficultatem varij. Equidem hîc ego irriſionem politam in Hebræi nominis dilogia fundatam conſidero. ete-

A nim און ſignificat & robur & laborem. Cur verò dicantur primogeniti roboris primitiæ, quod ex illis Geneſ. 49. verſ. 3. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea*, ſit planum, ſtatim apparet. At qui irridens Ægyptios, ac eorum primogenitos, dolorémque ac laborem toti Ægypro paratum ſcribit, is lepidè vocem vſurpet ambiguam, qua eos ſugillet de robore immutato in dolorem ac laborem. Quo verò irriſionis perſpiceretur elegantia, prudentiſſimè Septuaginta, & ex his vulgatus verterunt *Primitias omnis laboris eorum.* Ac facit huc quidem, eandem alluſionem nominis indicari illis Iacobi Geneſ. 49. verſ. 3. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei.*

B Verſ. 37. *Et eduxit eos cum argento, & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.*

Tunc myſticè fidelis Iſraël exiit ex Ægypto, cùm populo Iudaico rebelli derelicto, attulit ad Gentes Euangelium. Et vt in exitu priore furati ſunt Ægyptiorum diuitias Iſraëlitæ: ita Apoſtolici viri omnem ſapientiæ & ſanctitatis ſupellectilem (quòd proprium videantur Iudaicæ gentis peculium) ſecum, vt ditarent Gentilitatem, tranſtulerunt. nam & argentum ſapientiæ, & aurum ſanctitatis ſymbolum eſſe, planum eſt. Quòd ſi de tanta multitudine nullum in exitu ægrotaſſe mirum fuit, admirationi eſt nihilo ſanè minori C exceſſa animi virtus, qua Deus viros Apoſtolicos & Euangelij buccinatores confirmauit: cuiuſmodi ad facinus, quod adoriebantur, qui orbem vniuerſum debellare contendebant, neceſſaria fuit. de quibus pereleganter dicitur in hoc ſenſu: *Non erat in tribubus eorum infirmus.*

Arcanè, de tranſlatione ſapientia & ſanctitatis ad Gentes.

Verſ. 38. *Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos.*

Hoc in Iudæis deſertoribus (qui myſtici Ægyptij ſunt) impletum, cùm bellum quod ipſis euangelica prædicatio mouebat, & quas infligebat D myſticas plagas, ſentientes, metuebant iam prædicatores, hóſque egredi gaudebant ſuos Ieroſolymæ fines: rati quippe tranquillè ſe deinceps acturos.

Stultorum leuamen.

Verſ. 39. *Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.*

Chriſtiano populo, quo myſticus Iſraël, per Gentilitatis deſertum ingrediente, ſtatim viſa eſt arcana nubes, Dei ſcilicet protectio illius rationibus maximè fauens (quo illud Apocal. 7. num. 16. gens hæc experiretur: *Non cadet ſuper eos ſol, neque vllus æſtus.*) ignea item columna, quæ illi in ærumnoſa nocte E prælucebat, & ſuo ductu illi à feris & hoſtibus ſecuritatem comparabat.

Protectio piorum à Deo.

Verſ. 40. *Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli ſaturauit eos.*

Verſ. 41. *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in ſicco flumina.*

Myſterio vtriuſque verſus illa Apocal. 7. num. 16. reſpondent: *Non eſurient, neque ſitient amplius*, ex Iſai. 49. verſ. 10. Cæterùm ſi prædicatorum fames & ſitis, diuinæ gloriæ & animarum ſalutis fames ac ſitis erat; cùm plurimos per vaſtam Gentilita

Animarum cõuerſio myſtica coturnices ac mãna.

 tilita

Digitized by Google

tilitatis ſolitudinem pertrahebant ad fidem, hæc enim verò mitæ erant coturnices, ac manna mirum, quibus Deus illic eoſdem reficiebat.

Illa verò: *Abierunt in ſicco flumina.* quantum ad Grammaticum cum Genebrardo de riuorum, quos Moyſes de petra eduxit, fluxu per arentia priùs & horrentia loca, ſtrictè intelligo. Ad hæc, ſi quidem vera ſit Hebræorum traditio, riuulum illum Iſraëlitico populo per eremum fuiſſe comitatum, id etiam aptè habet ad myſticum ſenſum. conſulendus Pſal. 77. verſ. 19. Genebrardus.

Verſ. 42. *Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum.*

Dei promiſſio fideliſſima.

Myſticum Iſraëlem ex myſtica Ægypto eo eduxit Deus, vt fidem ſuam præſtitam Chriſto de dāda ipſi in poſſeſſionem Gentilitate exſolueret; quemadmodum, quam olim præſtiterat Abrahamo, vt liberaret, traxit ex Ægypto Iſraëlem, & locauit in Chananæo ſolo.

Verſ. 43. *Et eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in lætitia.*

44. *Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt.*

45. *Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius requirant.*

Quemadmodum quidquid in Ægypto poſſidebant Iſraëlitæ, lætè deſeruerunt, elati quidem certa de poſſeſſione terræ Chananæorum, fiducia. ſic etiam viri Apoſtolici, quibus ſuis Iudæis terga vertere, triſtitiæ fore videbatur; ſed enim prouidentia diuina eos ad Gentilitatis conuerſionem vocante, prouentus ſpe certiſſima ſubnixi incultam Gentilitatem adorti ſunt in exultatione & lætitia. Nec verò illos ſpes & data fides fruſtrarunt: re enim ipſa à Deo Gentilitatis prouincias acceperunt: *& dedit illis regiones gentium, & labores populorum*, quas vrbes ethnici extruxerant, quos agros coluerunt, & conſeuerant.

Apoſtoli orbu Domini conſtituti.

Vt cuſtodiant iuſtificationes eius, &c. Non illi modò, qui illa priùs bona compararunt, ſed horum filij etiam ac nepotes. In ſenſu autem potiſſimo, cùm filij & poſteri virorum Apoſtolicorum ſint ipſimet ethnici, quos Chriſto per Euangelij prædicationem genuerant, eadem ex his ferè exiſtit ſententia, ac ſi hæc ſic componeremus: Dedit illis regiones Gentium & labores populorum, vt Gentium deinceps prouinciæ, & populi, qui colebant idola, legem iam veri Dei requirant, & ipſius iuſtificationes cuſtodiant.

Dei dona quo ſpectent.

In Pſalmum 105. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*

ARGVMENTVM.

Svb comparatione diuinæ gloriæ in eo ſatis perſpectæ olim, quòd Iſraëlem delinquentem ſæpius, ob peccatáque depreſſum, Deus ex miſericordia emergente de humilitate fecerit, atque etiam exaltarit; agitur de ſimili Dei gloria de-

A claranda vtique in perſecutionibus, quas Chriſtianæ Eccleſiæ, ad eam caſtigandam, idem immiſſurus erat, vt ipſis iam bene inſtructam ac emendatam in loco exaltaret mirum in modum.

Eſt hic ex Pſalmis alleluiaris, ad quos Apocal. 19. alluditur, ſecundus, ad quem pertinet verbum illud *Gloria.* nimirum vt celebret, quàm fuerit glorioſum Deo Eccleſiæ primigeniæ delicta acerbis admodum punire perſecutionibus: harúmque interuentu eandem ſummopere ſublimare.

At primum non tractari duntaxat hoc Pſalmo delicta, ſupplicium, & gloriam tādem antiqui populi; ſed huius comparatione Pſalmum dirigi in Eccleſiam, eandem omnino expertam, equidem
B perſuadeor iiſdem omnino, quæ ad præcedentem Pſalmum argumenta produxi.

Deinde manifeſta eſt Pſalmi huius ſeries de irritato ſæpiſſimè ab illa gente, priuſquam in poſſeſſionem promiſſæ terræ venirent, Deo; ac de adquiſita Deo gloria, quod ſe vinci neutiquam ſineret repetitis ſceleribus; ſuum quin imò proſequeretur opus, quoad illis, tametſi bene mulctatis, optatam cum ſummis & beneuolentiæ & honoris documentis poſſeſſionem tribueret. Huic porrò inſtituto ſeruit quàm aptiſſimè illud, quod huic Pſalmo obtigit, nomen, *Gloria Dei.* Conuenienter quidem Paulinis ad Rom. 3. verſ. 23. verbis: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, id eſt, miſericordia Dei. Iam quòd gloria Dei appelletur eius, benignitas fundamentum eſt non in præſtā-
C tia modò huius virtutis; ſed etiam, quia de hominibus, de fidelibus ſignatè bene mereri, id vtique, ſceleroſa quamlibet irritatione non obſtante, prçſtat Deus ſui honoris cauſa. Iuxta legitimum illorum ex Dominica precatione ſenſum: *Sanctificetur nomen tuum.* Quæ quidem ex Ezech. 36. verſ. 20. & ſequentibus petita ſunt, vbi dicitur: *Ingreſſi ſunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen ſanctum meum, cùm diceretur de eis, Populus Domini iſte eſt*, &c. *Et peperci nomini ſancto meo* (mei mihi nominis gloria condoluit) *quod polluerat domus Iſrael in Gentibus ad quas ingreſſi ſunt. Idcirco hæc dicit Dominus*, &c. *Non propter vos ego faciam, ſed propter nomen ſanctum meum. Et ſanctificabo nomen meum magnum, vt ſentiant Gentes, quia ego Dominus,*
D &c. *vobis* ſcilicet, *benefaciens, & exaltans vos*, vt ſequitur ibidem.

Gloria Dei appellatur eius miſericordia.

Miſerendo ſanctum ſe oſtendit, id eſt, ſanctificetur nomen tuum. *Matt. 6.*

Tertiò, perſecutiones in Eccleſiam primitiuorum excitas fuiſſe Dei permiſſu, vt illis expeteret à fidelibus delictorum pœnas, res quidem eſt exiguæ firmitatis, aut certitudinis minimè habenda. Præterquam enim quòd in ſana Theologia conſtans eſt, pœnaria ſæpiùs mala ob culpas infligi; ex hiſtoria certè Eccleſiaſtica cōpertum eſt, perſecutiones aliquot in abuſuum & delictorum Chriſtiani populi ſupplicium à Deo fuiſſe immiſſas. (id quod Apocal. 19. in alluſione ad hunc Pſalmum expendo) atque idem de cęteris videtur ritè exiſtimandum. Etenim vel in ipſa Apoſtolorum, quod ipſorum ſcripta manifeſtant, ætate grauiter fideles offendebant. Et ſanè, qui ob eiuſmodi cul-
E pas cenſeat attritam Eccleſiam vt depreſſa flagellis & afflicta humi, impendio magis dein, vt Dei gloriam addecet, extolleretur; is quidem, meo animo, honori diuino multum deſeruit. His addendum, conſtare ex ſacra Scriptura, cùm peccator à Deo ſe iuſtè punitum agnoſcens, deiicit ac humiliat ſe; hac ipſum humilitate multum gloriæ Deo tribuere: ac tunc quidem viciſſim Deum, ei, qui ſe affecit gloriæ, fauendo, proſpicere gloriæ ſui

Gloria Dei peccatorem ſeruire ſe humiliando, Deum item ipſum exaltando honorè ſuo conſulere, probatur ex ſacra Scriptura.

Digitized by Google

ſui nominis. Videri debet ad rem hanc cap. 7. Ioſuē 19. *Da gloriam Domino Deo Iſrael.* & 1. Reg. 6. 15. *Dabitis Deo Iſrael gloriam.* Pſalm. 78. 9. *Propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.* Ac demum Daniel. 3. 31. *Vniuerſa quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti: ſed fac nobiſcum ſecundùm manſuetudinem tuam, & da gloriam nomini tuo Domine.*

Verſ. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*
2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius.*

Aptiſſimè Pſalmus inchoatur à propoſitione materiæ, cùm in eo de bonitate Dei, miſericordia, potentia ac gloria ſit agendum. In his bonitatem ac miſericordiam perſpicuum eſt non ad veniam ſolùm referri, ſed ad Dei dignum conſilium. cùm malis in bonum conuerſis, fideles à quibus fuerat laceſſitus, caſtigatos priùs maximè deinceps extollit. Quam ad rem potentiarum mentio in primis fuit appoſita, quia parcendo maximè & miſerando ſuam Deus omnipotentiam manifeſtat, quod illi attribuit Eccleſia. Atque id non intelligitur modò, propter eam, quæ inſignis virtus apparet in parcendo; ſed quia Deus hoc non contentus, vt edat documenta digniora ſui, ſuæque omnipotentiæ, eos, quibus indulget, cumulat beneficiis, euehit, ac glorioſos reddit. Nomen denique vltimum *laudes eius* ſumitur pro gloria eius. & cur eiuſmodi prolixa Dei beneficentia nominetur gloria Dei, dictum paulò antè.

Deus qui ſe oſtendat potentiſſimum.

Verſ. 3. *Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.*

Quòd illi beati ſint, qui Dei mandata ſemper obſeruant, non is eſt horum ſenſus, Pſalmi quippe inſtituto non conueniens. Vult ego dicere hic verſus. Quouis ſe tempore ad Deum quis conuertat cum vero ſuorum delictorum ſenſu, faciatque adeò iudicium & iuſtitiam; tunc quidem ianuam diuinæ miſericordiæ patentem illum reperturum. Eſt hic ſenſus cum argumento Pſalmi, vt expendenti patebit, mirificè cohærens. Nam id peruium eſt, illa *in omni tempore*, vſurpari poſſe, quemadmodum apud Ezech. *In quocumque die.* cap. 32. 12. ſic habetur, *Impietas impij non nocebit ei in quacumque die conuerſus fuerit ab impietate ſua.* Porrò quibus ſua iam non incommodant ſcelera, ij iure beati nominantur. iuxta id Pſalmi 31. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Huius verò nomenclationis ratio fuit ſpecialis in hoc Pſalmo. quippe qui celebret iis, qui depreſſum attulerint Deo animum, non ignoſci modò; ſed euehi eos mirum in modum. Quòd verò phraſis illa, *cuſtodire iudicium, & facere iuſtitiam*, aptè de pœnitentia intelligatur, aliis hoc oſtendit ſacra Scriptura. Ezech. 18. 21. *Si impius egerit pœnitentiam, & fecerit iudicium & iuſtitiam.* Quare in ſolemniis B. Magdalenæ hoc in loco vſurpauit Eccleſia, *Feci iudicium & iuſtitiam Domine, non calumnientur*, &c. ex Pſalm. 118.

In omni tempore eſt quod in quacumque die, apud Ezech.

Pœnitentes dicuntur iudiciū & iuſtitiam facere, ex Ezech.

Verſ. 4. *Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.*
5. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum,*
A *ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua.*

Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui. Complaceat tibi obſecro de nobis, perinde quaſi tibi olim de populo pœnitenti complacebat: & ſicut illos pœnitentes viſitabas ſalutari admodum viſitatione; nos itidem pœnitentes ſic viſita. Illa interim notanda, *In ſalutari tuo.* nam pro ſalute tua poſuit interpres adiectiuum in terminatione neutra, quaſi dicat, in eo quod ſalutare eſt, vt ſignificaret Deum, tametſi is ſit punitor aliquando ſeueriſſimus, conſolatorem eundem quoque eſſe quàm ſuauiſſimum. Eò itaque hæc petitio viſita-
B tionis in ſalutari aut ſuaui tendit, vt Deus ſuam iam ſeueritatem operiat, aperiat verò fauorem, veniam, ac miſerationem.

In ſalutari viſitare, id eſt, quod ſalubre ac placidū afferre.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum. ſunt qui hæc *ad videndum, ad lætandum, ad gloriandum,* exponant: vt videam, vt lætter, vt glorier. Verumtamen de Septuaginta ac Vulg. compertum eſt, ad Deū hæc illos omnia retuliſſe. nam cùm ad eū reſpiciant illa, *vt lauderis cum hæreditate tua,* cætera eiuſdem Hebraicè figuræ debent eodem reſpicere. Quare priora duo ad videndum, ad lætandum, cum Vulg. conſequenter accipiamus vt videas, vt læteris. Porrò videre & lætari in bonitate electorum & lętitia, eſt, ſanctitudine, & lætitia adſpecta collætari. Is ergo horum ſenſus eſt, ſi quidē Deus grandi de ſuorum ſanctitate ac lætitia ele-
C ctorum velit gaudio frui, certum omnino ſibi eſſe debere, grandi quadam miſeratione, quę ex malis eliciat bona, atque adeò indulgentia vti erga eoſdem magnificentiſſima. ſecus nec reperturum in electis Deum placentem ſibi aut bonitatem, aut ſanctitatem, nec illos ſolidum gaudium indepturos.

Deum homines vnde oblectent.

Vt lauderis cum hæreditate tua, id eſt, vt de eorum ornamento & felicitate glorieris, vel etiam vt de eorum laude, id eſt, meritis laudabilibus laus tibi & gloria deferatur.

Verſ. 6. *Peccauimus cum patribus noſtris: iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus.*
D 7. *Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.* I.
Et irritauerunt aſcendentes in mare, mare rubrum.
8. *Et ſaluauit eos propter nomen ſuum: vt notam faceret potentiam ſuam.*
9. *Et increpuit mare rubrum, & exiccatum eſt: & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.* Exod. 14.
10. *Et ſaluauit eos de manu audientium: & redemit eos de manu inimici.*
11. *Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remanſit.*
12. *Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt*
E *laudem eius.*
13. *Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt conſilium eius.* II.
14. *Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto: & tentauerunt Deum in inaquoſo.* Exod. 17.
15. *Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum.* Num. 11.
16. *Et irritauerunt Moyſen in caſtris: Aaron*

Sanctum

III. *Sanctum Domini.*
Num 16. 17. *Aperta eſt terra, & deglutiuit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abiron.*
Deut. 31. 18. *Et exarſit ignis in ſynagoga eorum: flamma combuſſit peccatores.*
IV. 19. *Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt ſculptile.*
Exod. 32. 20. *Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.*
21. *Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto.*
22. *Mirabilia in terra Cham: terribilia in mari rubro.*
23. *Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.*
Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos.
V. 24. *Et pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem: non crediderunt verbo eius.*
25. *Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis: non exaudierunt vocem Domini.*
Num. 14.31. 26. *Et eleuauit manum ſuam ſuper eos: vt proſterneret eos in deſerto.*
27. *Et vt deiiceret ſemen eorum in nationibus: & diſpergeret eos in regionibus.*
VI. 28. *Et initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum.*
29. *Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.*
Num. 25.7. 30. *Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio.*
31. *Et reputatum eſt ei in iuſtitiam, in generationem & generationem vſque in ſempiternum.*
VII. Num. 20. 10. 32. *Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus eſt Moyſes propter eos:*
33. *Quia exacerbauerunt Spiritum eius. Et diſtinxit in labiis ſuis.*
VIII. 34. *Non diſperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.*
35. *Et commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.*
36. *Et ſeruierunt ſculptilibus eorum: & factum eſt illis in ſcandalum.*
Lib. Iudic. 37. *Et immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.*
38. *Et effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Et infecta eſt terra in ſanguinibus.*
39. *Et contaminata eſt in operibus eorum: & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.*
40. *Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuum: & abominatus eſt hæreditatem ſuam.*
41. *Et tradidit eos in manus gentium: & dominati ſunt eorum qui oderunt eos.*
42. *Et tribulauerunt eos inimici eorum, & hu-*

A *miliati ſunt ſub manibus eorum:*
43. *Sæpe liberauit eos. Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.*
44. *Et vidit cum tribularentur: & exaudiuit orationem eorum.*
45. *Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœnituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.*
46. *Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos.*

B Hæc tota geſtæ olim rei expoſitio eò pertinet ſummatim, vt fateantur fideles, ærumnas, quibus mactati à Deo fuerunt; probè ſatis ſuis fuiſſe ſceleribus commeritas. Deum verò ſe digna præſtitiſſe, ſuíque nominis gloriæ conſuluiſſe, cùm admonitum priùs per ſupplicia populum, ex ſua poſt cum ipſo miſeratione maxima ſummum in modum extuliſſet. Illa porrò, *Peccauimus cum patribus noſtris*, (vel ſicut patres noſtri) vt à fidelibus iure Iſraëliticis dicebantur, cùm efflagitabant diuinam opem in ærumnis, & liberati poſt gratias agebant; nihilo ſecius vſurpare poteſt Eccleſia Chriſtiana, huius quin etiam gratia potiſſimum hic Pſalmus conſcriptus eſt. nec verò ineptè antiquam illam gentem Chriſtiani nuncupent patres ſuos. *Patres fidelium qui dicantur?*

C Iam quod dicatur priùs, *Peccauimus cum patribus noſtris*, & veterum poſt Iſraëlitarum flagitia enumerentur; deſignat fortè, tam in ſceleribus illis, quàm in ærumnis conſecutis quamdam veluti imaginem eorum, quæ expertura olim erat natio Chriſtianorum, myſticè proponi. Nec caſu quidem factum videtur, vt quas Iſraël calamitates, priuſquam infenſas ipſi nationes Dauid ſubieciſſet, paſſus eſt, reducantur ad octonas in hoc Pſalmo; ſed vt perſecutiones præcipuę, quas Chriſtiana Eccleſia pertulit antequam Romanum iniret imperium, ſignificarentur. Nam quas illa ſuſtinuit ante triumphatam Romam, ad octo reuocaſſe videtur Apocalypſis, vt dixi cap. 13. Hoc tamen, quoniam poſtrema Deo offenſi cauſa, & poſtrema item calamitas ex his octo plus videtur complecti, nimis premere non libet. Eius tamen gratia, cui & hæc accommodatio, & curioſior ad illam commentatio placuerit, perſecutionum octo diſtinctionem ad marginem notaui. *Perſecutiones Iſraëlitarum cur octo.*
D
Num. 23. *Dixit, vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.* id eſt, decreuerat certè Deus illos funditus euertere. Id quod iam feciſſet, niſi Moyſes vir ipſi chariſſimus in ipſo iam ad vaſtationem procinctu indignationi obſtitiſſet. ſumpta videtur ab vrbis expugnatione metaphora, quandò rupto iam muro, ciuis aliquis fortiſſimus muri ſuccedens loco ſe ipſum opponit, & ciuitatem tutatur: factum ſcilicet additum, quos hoſtes irruebant, & armis, & proprij obiectu corporis conſtantiſſimè occlu-
E dens. Moyſes igitur non aliter, cùm murum miſerè diruptum, & iram Dei vehementiſſimè aggredientem aſpexit; medium ſe conſtantiſſimè obiiciēs, charúmque caput oſtentans ſuum, cum grata non minus illa, quàm libera & vehementi oratione dixit: *Aut dimitte populo huic, aut dele me de libro vitæ*, ſedauit iratum Deum, ſuúmque populum tutatus eſt. Vide ſimilia Ezech. 22. Ierem. 5. Iſai. 58. maximè iuxta Hebræam verſionem, & Sapientiæ item 18. *Dei iram reprimunt eius amici.*

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 47. *Saluos nos fac Domine Deus noſter: & congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua.*

48. *Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſeculo, & vſque in ſeculum: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.*

Pſalmum finit precatio, qua poſtulent à Deo fideles, vt nihilo minus, quàm cum Iſraële olim, quamquam ſceleribus onuſto, ſuæ pietatis diuitias communicet cum Eccleſia: quo hæc tota ſe in eius effundat laudes, in eiúſque prædicatione glorietur; quod ab infidelibus acriter perſequentibus cepta ſit, illis congregatis, qui hac illac diſperſi errabant. Quod cùm pſaltes præuidiſſet à Deo præſtitum iri, ipſi prior de tanto beneficio gratulatur, exhortatúrque fideles ad ingeminandam hanc vocem: *Amen, amen.* id enim eſt, illa Pſalmi clauſula, *Fiat, fiat.*

In Pſalmum 106. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.*

ARGVMENTVM.

Vocatio eſt Gentium ac victoria, quàm aduerſùs capitales hoſtes Diabolum, carnem, & mundum, per ipſaſmet ab infidelibus excitatas perſecutiones dedit Chriſtianæ Eccleſiæ Spiritus ſancti virtus.

Ex Pſalmis alleluiatis, ad quos Apocal. cap. 19. in illis, *Alleluia, ſalus, & gloria & virtus Deo noſtro eſt*, alluditur, hic eſt tertius ad quem ex laudatione illa triplici tertia pertinet, *Virtus*. In eo itaque tractatur de Spiritus ſancti efficacitate, (de qua ſunt illa: *Quo ad vſque induamini virtute ex alto*, Lucæ 24. 49.) ad colligendam Deo gentilitatem, ad eliciendam admirabilem ex atrociſſimis perſecutionibus victoriam: victoriam, inquam, de Diabolo, carne & mundo, per Romani imperij ſubiectionem.

Quæ me adducit ratio, vt hoc eſſe credam Pſalmi argumentum (præter ea, quæ ad Pſalmum 104. & Apocal. 19. dixi) eſt cùm Pſalmi contextus, tum quòd videam & filum in ſenſu alio vel humili, vel non ita ſublimi ad finem deducere, operoſiſſimum eſſe, ne dicam impoſſibile; & in meam explicationem, vt patebit iam, mirè quadrare omnia. Enim verò quòd Pſalmus de miſericordia Dei corpora à miſeriis, quæ hîc enumerantur, liberantis intelligatur, minimè acquieſcit animus. Etenim in hac interpretatione & argumenti plenitudinem, & ordinis conuenientiam requiro.

Probatur Pſalmi argumentum.

Ac primùm, cur liberatio ab his calamitatibus potius, quàm ab aliis celebretur? An ne vt ab illis, ita etiã à periculis belli, ab inſidiis, & innumeris aliis non eripit Deus? Ecquis deinde ordo ille eſt regredi à ſolitudine ad captiuitatem, cùm, vt liquet, ſeruitus Ægyptiaca deſerti faſtidiis anteceſſerit? Ad hæc; eiuſmodi de calamitatibus corporeis expoſitio ad particularia nonnulla, quę populum vniuerſum minimè contingunt, cuiuſmodi ſunt Ezechias à morbo, & à tempeſtate Ionas liberati, cogitur deuolui. Atque Pſalmus ipſe præfatur ſe generalia concernere, vt qui illis ſit compoſitus: *Qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de* A *manu inimici, & de regionibus cõgregauit eos, à Solis ortu, & occaſu, ab Aquilone & mari.* Mihi hæc omnino videtur Chriſtianæ Eccleſiæ deſcriptio, iuxta id Ioan. 11. 52. *Vt filios Dei, qui erãt diſperſi, cõgregaret in vnum.*

Deſcriptio Eccleſiæ Chriſtianæ.

Ac denique, quia ad myſticam intelligentiam vocat, Pſalmi finis is eſt: *Quis ſapiens & cuſtodiet hæc, & intelliget miſericordias Domini.* nec verò nouus Dauidi eſt huiuſmodi ad Eccleſiã Chriſtianã reſpectus. Relinquitur ergo illud duntaxat, vt in myſtica intelligentia Pſalmi diuinam, ſcilicet virtutẽ in Gentium vocatione, & glorioſa de tribus immaniſſimis hoſtibus victoria (ipſiſſimũ hoc eſt Apocalypſeos argumentum) prædicantis, & tractationis dignitatem, & ordinem concinnum aſſignemus. Hæc, vti recipimus, præſtentur, adii- B ciat æquus lector ad noſtram diſtributionem animum.

Prologus Pſalmi.

Verſ. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.*

2. *Dicant qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.*

3. *A Solis ortu & occaſu: ab Aquilone & mari.*

His nihil ne excogitari quidem aptius potuit C noſtro argumento.

PARS PRIMA.

De Gentium vocatione.

Verſ. 4. *Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.*

5. *Eſurientes, & ſitientes anima eorum in ipſis defecit.*

6. *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.*

7. *Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in* D *ciuitatem habitationis.*

8. *Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum,* (oſtenſa ſcilicet.)

9. *Quia ſatiauit animam inanem: & animam eſurientem ſatiauit bonis.*

In his, quæ præit mentio deſerti, gentilitatem deſignat. res hæc notiſſima eſt, quippe quæ in ſacra Scriptura, vt dixi Apocal. 12. frequentiſſima. In hac porrò deſerti allegoria facilè intelligitur, quæ ſit Gentilium fames & ſitis. Clamor verò ita capiendus ſicut in Aggæo cap. 2. 8. *Deſideratus* E *cunctis Gentibus.* de eo quem edere cogit neceſſitas, cuiuſmodi eſt terræ ſiccæ, efflagitantis imbrem. Intelligi etiam poteſt hic clamor de actu elicito per auxilium Dei ad gratiam diſponens. Denique ciuitas habitationis eſt Chriſti Eccleſia, in qua gentes factæ ſunt *ciues Sanctorum & domeſtici Dei.*

Clamor duplex.

PARS SECVNDA.

Victoria de Diabolo.

Verſ 10. *Sedentes in tenebris & vmbra mortis:*

vinctos

Digitized by Google

vinctos in mendicitate & ferro. A

11\. *Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & conſilium altiſſimi irritauerunt.*

12\. *Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.*

13\. *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.*

14\. *Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum diſrupit.*

15\. *Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.*

16\. *Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreas confregit.* B

17\. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.*

Seruitus diaboli qualis.

Captiuitatem infelicem, quam ſub Dæmonis tyrannide patiebantur mortales, graphicè proponunt (alioqui valdè certè hyperbolica) omnia hęc: *In tenebris. Vmbra mortis. In mendicitate & ferro. Portas æreas, vectes ferreos.* quibus aſſonant loci alij ſacræ Scripturæ plures. Illud verò notandum τὸ *ſedentes* accuſatiuum eſſe, per appoſitionem nimirum ad animam inanem, & animam eſurientem proximè præcedentes. Atque id argumento eſt manifeſto, qui liberati dicuntur à calamitate deſerti, & à captiuitate, eoſdem eſſe. quod vtique nos dicimus. C

PARS TERTIA.

Victoria de carne.

Verſ. 18. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.*

19\. *Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.*

20\. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.*

21\. *Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.*

22\. *Et ſacrificent ſacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.*

Caro repræſentatur vt ægrotus.

Haud ineptus eſt ordo, vt victoriæ de mundo præeat victoria de carne. nam huius bellum in Eccleſiam ei, quod intulit mundus, præceſſit. Porrò ad carnem inimicam deſignandam (quæ quidem appetitio eſt in primis morbida & animæ valetudini ſummum contraria) quid vſurparetur aptius, quàm ægrotus quidam cibum ſalubrem, & quidquid aliud commodum ſibi eſſe poſſet, faſtidiens prorſus? ecquid ita appoſitè damnationis periculum, quæ æterna mors eſt, ſignificaret? Iam illa, *Miſit verbum ſuum & ſanauit eos,* ſignatè admodum oſtendunt quam Deus adhibuit medicinam. Et quidem hanc fuiſſe ſacram Euchariſtiam, illa indicant, quæ ſubduntur: *ſacrificent ſacrificium laudis,* &c. Enim verò Euchariſtię effectus morboſi appetitus, de quo agitur ſanatio. E

Euchariſtia ſanat carnis appetitum.

PARS QVARTA.

Victoria de mundo.

Verſ. 23. *Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis.*

24\. *Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.*

25\. *Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius.*

26\. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.*

27\. *Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.*

28\. *Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.*

29\. *Et ſtatuit procellam eius in auram: & ſiluerunt fluctus eius.*

30\. *Et lætati ſunt quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

31\. *Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius hominum.*

32\. *Et exaltent eum in Eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.*

Mundus ingruens in Eccleſiam humiliter.

Quàm vehementiſſimam perſecutionem commouit in Eccleſiam Romanorum opera & induſtria mundus, illa appoſitè admodum horribili procella denotatur, quam ſiuit Deus in Eccleſiarum naues ingruere. Huic verò ſignificationi concinunt alij ſacræ Scripturæ loci, vt Pſalm. 92. *Eleuauerunt flumina Domine,* &c. *Mirabiles elationes maris,* &c. Sed verò in altis Dominus longè mirabilior.

Epiſcoporum in conciliis conſeſſus.

Illa autem locutio, *Cathedra ſeniorum,* conſeſſum Epiſcoporum, qui habitus eſt in conſiliis, denotat quàm aptiſſimè. Et fit alluſio, ſicut
D & Apocal. 4. ad ſeniores illos viginti quatuor primogenitos, qui fruebantur in templo ſellæ iure. Nam parta iam Eccleſiæ Chriſtianæ pace habita ſunt concilia frequentia, & in aliis conuentibus plurimis floruit publicus Chriſtianæ religionis vſus.

PARS QVINTA.

De Iudæorum miſeria, & Gentilium felicitate.

Verſ. 33. *Poſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.*

34\. *Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.*

35\. *Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.*

36\. *Et collocauit illic eſurientes: & conſtituerunt ciuitatem habitationis.*

37\. *Et ſeminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.*

38\. *Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.*

Cum

Digitized by Google

Cùm prædicta ſit hactenus ingens illa Dei aduerſus Chriſtianam Eccleſiam ex omnibus gentibus congregatam miſericordia; appoſitè in primis huic tractationi theologica altera de reprobatione populi Iudaici, & Gentilici electione ac felicitate ſubiungitur. Etenim quod hic reciperetur in filium, illius repudium occaſio fuit. Vbi igitur Eccleſiæ victoriæ celebratæ ſunt; quiſnam affectus erupiſſet opportunior, quàm admiratio de ſortium commutatione? Eſt enim hoc quaſi rei huius originem indicari, quia nimirum tranſierit in ſolitudinem paradiſus. Nam ſtatim modum ac rationem inuenit Deus Gentilici deſerti in paradiſum conuertendi, in electum & abundantem populum: qui haberet habitationis vrbem, ſementes copioſas, vineas admirabiles: de fœcunda meſſe & lætiſſima vindemia eodem omnino ſenſu egi 14. Apocal. in fine.

*Quem * ſibi paradiſum pararit Deus.*

PARS SEXTA.

De via, qua ad felicitatem peruenit Chriſtiana Eccleſia.

Verſ. 39. *Et pauci facti ſunt: & vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.*

40. *Effuſa eſt contemptio ſuper principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.*

41. *Et adiuuit pauperem de inopia: & poſuit ſicut oues familias.*

42. *Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os ſuum.*

Et pauci facti ſunt. Hæc non ita capio, vt poſt multiplicationem, perſecutionem paſſa iterum Chriſtiana Eccleſia ad paucitatem redučta ſit; ſed verò quòd ad ſuperiùs deſcriptam abundantiam vexationes Chriſtianorum, & cruciatus multiplices fuerint viæ. Hæc porrò inde habuerunt ortum, quòd terrarum Principes Romani, Imperatores ſcilicet totos ſeſe effuderint in contemptum Chriſtianæ religionis. atque id eſt, *effuſa eſt contemptio ſuper Principes*, ſinente illos Deo eiuſmodi implicatos errore longiſſimè trahi: *Et errare fecit eos in inuio, & non in via.* At verò ex deiectione ipſa honorem ſuæ Eccleſiæ elicuit Deus: *Et audiuuit pauperem de inopia.* Notanda valde locutio. Eſt enim de inopia idem, quod media deſpectione ac miſeria, iuxta illud: *De area, vel de torculari*, 4. Reg. 6. 27. Atque ita de abundantiſſima Eccleſiæ fœcunditate ſequitur: *Et poſuit ſicut oues familias.* Inter vtrumque verò hemiſtichium, *& adiuuit pauperem de inopia. Et poſuit ſicut oues familias.* nexus eſt admirabilis. ſubuentum, dicitur, egeno ipſamet egeſtate. Etenim Chriſtianum populum modis diuexatum plurimis ipſarummet perſecutionum interuentu Deus multiplicauit. Et poſuit ſicut oues familias. Quàm ſit ouillo pecori opus defenſore, res eſt manifeſtaria. Aliæ animantes, vt ſuos educent fœtus, non paſtorum egent, non canum: at oues ſic indigæ ſunt eiuſmodi cuſtodiæ, vt ſi illa abeſſet, ne agnum quidem vnum altum conſeruarent. In cauſa quidem eſt, quòd cùm animal hoc non ſit nimis imbecillum, & vel ad fugiendum vel abſcondendum ſe, A planè rude; lupos tamen habet ſibi ſummopere infeſtos. Ad huc tamen copioſiores ouium, quàm ceruorum aut boum, vel aliorum, quæ tueri ſe poſſunt, greges educantur, prouidente nimirum ipſamet neceſſitate tutelam opportunam. Ne verò ſumptus fruſtretur, datur opera, vt greges numeroſi ſint, adeóque prouentus ingens: *Et poſuit ſicut oues familias.* Non ſecus actum eſt cum Chriſtiano populo, quàm cum ouibus imbecillis, cuius inaudita multiplicatio ex ipſamet extitit perſecutione rabioſa. Propterea igitur *videbunt recti, & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit*, ſeu occludet, *os ſuum.* Etenim tunc prorſus ora ſigillantur infidelium, cùm vident ab ipſa aduerſitate proſperitatem ac decus B ortum duxiſſe.

Proſperitas aditur per aduerſa.

Effuſa contemptio quid.

Adiuuare de inopia, id eſt, media ipſa infelicitate.

Ipſamet egeſtate ſuccurrit egeno Deus.

Pſalmi concluſio.

Verſ. 43. *Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Domini.*

Haud ſcio quænam alia clauſula magis eſſet appoſita, vt ad meditanda arcana ac ſublimia ſenſa, lector inuitaretur.

Laudationem, quæ Deo firma cum fide exhibetur, altera ſubſequi debet, quam eidem præſtat Deo vita ad ipſius præſcriptorum normam conformata. C *Ad hanc porrò tria requiruntur, propoſitorum ex virtute conſtantia, oratio vt à tentationibus eripiat Deus, communicatio Spiritus diuini. Tria hæc tribus docentur Pſalmis* 107. 108. *&* 109. *qui inter primam & ſecundam Alleluiarum cohortem poſiti ſunt. Hunc poſtremum myſteriorum in primis differtum tractabo fusè. Illum enim non vllo loco Apocalypſis acceſſit. Eius proinde tractationem Apocal.* 2. *in fine ad illa*, Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo. D *& cap.* 4. 2. & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens, *pollicitus ſum.*

Laudatio vera Dei vnde compleatur.

In Pſalmum 109. *Dixit Dominus Domino meo*, &c.

ARGVMENTVM.

CHriſti Domini poſt paſſionem cùm gloria, tum eius virtutis in ſanctificatione animarum admirabilis effectus tractantur in E hoc Pſalmo. Rem vtramque paucis concluſit ad Roman. 1. 4. Paulus, cùm dixit, eò Dei conſilium pertinuiſſe, vt Chriſtus reſurgeret, & cum gloria propria Dei filio, & cum virtute ac ſpiritu conferendæ ſanctitatis. *Prædeſtinatus eſt*, inquit, *Filius Dei in virtute ſecundùm ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum.* Haud aliter igitur in præſenti Pſalmo Chriſti gloriam prædicant illa; *ſede à dextris meis.* & mox, *Tu es ſacerdos in æternum*, &c. Nam ſanctificationem animarum celebrant omnia, quæ ſuperſunt. Sed enim id ſit quàm artificioſiſſimè ponderato vindictæ genere peregrino,

Paulus ad Rom. 1. v. 4. explicatus & ex eo noſter Pſalmus.

Digitized by Google

grino, quod de ſuis hoſtibus Chriſtus erat expetiturus, nimirum illos ad intimam ſui amicitiam, adeóque ſanctitatem, & ad ipſammet ſui cauſa effuſionem. ſanguinis traducendo.

Verſ. 1. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*

Multorum eſt illa animaduerſio, quòd dicatur Chriſto: ſede donec tibi ſubiiciam inimicos, non ideo ſignificari poſtea ipſum non ceſſurum. Multa ad id fulciendum ex Hieronym. & Chryſoſtom. congerit ſacræ Scripturæ teſtimonia Maldonatus, Matth. 1. num. 18. & 25. Addo ego, hanc phraſin non vſurpari temerè, niſi in iis, quæ eximiæ quid habent mirabilitatis. Tale illud Matth. 1. 25. *Non cognoſcebat eam donec peperit.* nimirum Virginem à viro non cognitam peperiſſe, id maximè fuit admirabile. Quòd autem poſteà cognita non ſit, quid mirum? ſic igitur in præſenti, admirationi omnino eſt, Imperatorem nondum perfectè debellatis ac ſubiectis hoſtibus; triumphare iam tum ac tutò requieſcere. Quod ergo dicitur Chriſto: *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, tantam eſſe ſignificat virtutem & efficaciam paſſionis Chriſti, vt ea defunctus triumphum continuò agere, triumphalémque ſeſſionem tenere poſſit cum requiete ſumma. Securus nimirum, ac planè certus de perfecta ſuorum inimicorum ſubiectione, quantumuis iſti ſuis præfidentes viribus Eccleſiam ſe Chriſtianam deuoraturos ſperent. Cum Chriſto igitur ita Pater: *ſede à dextris meis, donec ponam inimicos*, &c. non quia deinceps in ſempiternum ſeſſurus non ſis; ſed quia etiam nunc quando tui hoſtes Eccleſiæ tuæ ſunt quàm infenſiſſimi; cùm victoria tibi ſit exploratiſſima, ſecurè ſedeas ac triumphes. etenim tuorum meritorum excellentiæ debet Deus, vt ſedenti tibi parentum ſuppedaneum hoſtes tui. Atque id quidem euidentiſſima diuinæ virtutis oſtenſione: id enim affert epitaſis illa Dei in prima perſona aieitis, *donec ponam.* Hæc vis verborum, *ſede à dextris meis, donec ponam*, &c. atque ita Paul. ad Hebr. 10. 12. intellexit, cùm ait: *Vnam pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet in dextera Dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.* Propterea bene Gebrar. *donec ponam*, explicat, id eſt, etiam donec ponam.

Donec ponã, & ſimilia in raru vſurpari.

Paſſionis Chriſti ſumma efficacia.

Sedentis porrò metaphora requiem & regnum in ſacra Scriptura deſignari, res eſt notiſſima. Quod verò additur, *à dextris meis*, id eſt, ad dexteram Dei, ad Throni excellentiam referendum. Nam primogenito Patris dextera debetur, vt ex Geneſ. 46. 13. colligitur. Atque ita cùm *omnes filij reſurrectionis ſint filij Dei*, Luc. 20. 36. primogenitus ex mortuis, erit primogenitus inter filios Dei, ſiue inter multos fratres. Nunc autem minimè de proprietate perſonali, quæ conuenit Chriſto ex vnione hypoſtatica loquor, ſed de ea, cum qua reſurrexit, Monarchiæ vniuerſalis maieſtate. De qua omnino Pauli ſermo eſt ad Rom. 1. 4. cùm ait præ deſtinatum fuiſſe à Deo, vt Chriſtus ex reſurrectione prodiret filius Dei in virtute, ſiue in maieſtate. atque adeò vt à cæteris omnibus Dei filiis adoraretur, iuxta id Pſalm. 96. verſ. 8. *Adorate eum omnes Angeli eius.*

Dignitas Chriſti.

Addo, quòd det Chriſto dexteram Deus, fortaſſe eſſe, conferre illi ſupremum honorem. Ad eum modum quo Academiæ Louanienſis Rectorem ornauiſſe dicitur Carolus Imperator (Lipſius in Louanio) loco dextero. In quo ſenſu, Iudicem ac Gubernatorem Chriſtum conſtitui, id quidem eſt à dextro latere collocari. Videndus Maldonatus, qui Marc. 16. 19. quid ſit ſedere ad dexteram Patris enarrans, per dexteram dicit quiddam æqualitate maius ſignificari.

Dextera pro ſummo honore.

Hîc denique noto, hunc locum catholicè explicari poſſe ſic, vt Chriſtus ad Patris dexteram, donec ponantur hoſtes ſcabellum pedum, verè intelligatur ſedere aliqua ratione, ſub qua ſeſſurus non ſit eum locum poſt iudicij diem. Nam verbum *ſedeo* ad officij iudicialis exercitium referri poteſt, ex more ſcilicet ſacræ Scripturæ, in qua *ſedere pro tribunali*, actum ſæpe affert iuridicum. Matth. 27. 19. Ioan. 19. 13. Act. 12. 21. & cap. 25. n. 6. & 17. Accedit vſum ea metaphora de Chriſti tribunali Paulum ſemel & iterum ad Roman. 14. 10. *ſtabimus ante tribunal Chriſti.* & 2. Corinth. 5. 10. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Si ergo per hanc ſedem exercitium intelligatur iudicandi, & gubernandi, cùm iam tunc poſt diem iudicij Chriſtus iudicaturus ac gubernaturus denuò nihil ſit; ſedere ille quidem in eo tribunali ad dexteram Dei verè dicitur, donec inimici eius ponantur ſcabellum pedum illius; deinceps autem non eſſe in tribunali illo, vel ſede regia ſeſſurus. Verbum porrò *iudicandi* non referri duntaxat ad functionem generalis Iudicij propriam, ſed ad illam etiam, quam Chriſtus modò exercet, in confeſſo eſt. tale illud Pſalm. 71. 4. *Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum.* Aptè itaque hac ratione capiatur noſtrum, *ſede donec ponam*, de illa adminiſtratione, quam poſt diem Iudicij Chriſtus non capeſſet. atque ita cepiſſe videtur Paulus 1. Corinth. 15. 24. cùm ait: *Deinde finis: cùm tradiderit regnum Deo, & Patri, cùm euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.*

Sedere ad iudices refertur.

Sed quid tandem eſt inimicos poni ſcabellum pedum Chriſti? Equidem interpretor de perfecta Iudæorum, & Gentium deditione. Quo intellectu Dæmones, & reliqui damnati ſcabellum pedum Chriſti non ponentur; ſed illi tantùm, quos ſuæ paſſionis virtute, Chriſtus ſibi reddet planè ſubditos, nimirum per fidem, obedientiam & charitatem. Huic explicationi fauet planè Apoſtolus ad Hebr. 10. num. 12. 13. 14. 16. ait enim Chriſtum ſpectare, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius, & addit: *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* ac demum inquit Spiritum ſanctum id conteſtari: *dando leges in cordibus eorum*, & in mentibus eorum ſcribendo eas. Videnda quæ nuper attulimus ex 1. Corinth. 15. vbi dicitur verſ. 28. tunc Deum omnia in omnibus futurum, cùm ſubiecta

Chriſti inimicos parari ipſi ſcabellum pedum, eſt eos ad vitã ſanctã rationem perduci.

Digitized by Google

ſubiecta fuerint ſibi omnia. Facit item, habere Chriſtum (Apocalypſ. 1. & 10.) igneos pedes; eo quòd ſibi ſubiectos igne charitatis inflammet. quare qui alieni ſunt ab hac flamma, eruntitidem ab ſcabello pedum eius. Accedit, quæ in hoc Pſalmo de ſubiectione, & contritione inimicorum Chriſti dicuntur, ad ſanctificationem animarum, vt videbimus, ſpectare omnia. Ac denique Pſal. 98. 5. *Adorate*, dicitur, *ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.* Ergo poni ſcabellum pedum Chriſti inimicos eius, eſt eoſdem ſanctificari, vt docebat Paulus laudatus ad Heb. 10. verſ. 12. & 13.

Verſ. 2. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.*

Ex Sione mittitur virga, quia huc deſcendit Spiritus ſanctus.

Virga Chriſti eſt Spiritus ſancti virtus.

Dixerat Propheta, fore vt Chriſti pedibus aduoluerentur ipſius hoſtes, ipſo Chriſto ſedente atque quieſcente. Atqui hoſtes iſti, qui Eccleſiam perſequerentur, non Iudæi modò rebelles futuri erant, ſed armatum ſua potentia Romanum Imperium. Hoſtium itaque eiuſmodi ſubiectio miraculi ſingularis, opus erat. Ideò ſubditur Dominum ex Sion virtutis ſuæ virgam emiſſurum. quaſi dicat, ſi qua Moyſem inſtruxit Deus potenti virga, eius fuit efficaciæ, vt ea imbellis gens de Pharaone ac de Ægypto triumpharet; enim verò virga virtutis Chriſti longè erit potentior. Atque hæc virga (Chriſto à Patris ſui latere, vbi ſedet, nunquam diſcedente) omnia illa deſignabuntur facta admirabilia, quibus, vti Eccleſia de Romano Imperio ac de reliquis hoſtibus triumphet, opus fuerit. Propterea verò ex Sione mittenda dicitur hæc virga, quoniam ſpiritus Chriſti (qui Apoſtolorum, diſcipulorúmque omnium eſt virtutis virga) illic impertitus fuit. Qua roborari Apoſtoli virga & Romani Imperij, & reliquorum, qui Eccleſiæ infeſti erant, vt omnes ſubmitterent Chriſti iugo, oppugnationem ſuſceperunt. Huc Chriſti verba pertinebant Luc. 24. 49. *Ecce ego mitto promiſſum Patris mei in vos. Vos autem ſedete in ciuitate, quoad vſque induamini virtute ex alto*, & Act. 1. 8. *Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti.* Virgam ergo virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: quaſi diceret Pſaltes: ſedem vt deponas tuam Chriſte, neceſſe non eſt. Sufficit Apoſtolorum itio, illi virtutis virga, nimirum tuo firmati ſpiritu ingrediantur mundum: eius enim virtute miracula, & conuerſiones admirabiles perficient omnes, quæ ad ſubigendas tibi gentes, neceſſariæ fuerint. Erit itaque effectus: *Dominare*, pro dominaberis (vt habet ſexta editio) *in medio inimicorum tuorum. In medio*, Hebraicè, in interiori, nimirum obtinebis corda, animas: erit proinde ſubiectio inimicorum perfectiſſima. quo facit Symmachus, vertens: *Corripe intus inimicos tuos.*

Chriſti in corda dominatus.

Chriſti virtus adumbrata Moſis virga.

Hîc ergo alluditur haud dubiè ad Moyſis virgam. Et quidem hac Chriſti fuiſſe adumbratam virtutem, communis eſt Sanctorum (quos Lauretus citat) expoſitio. Ego explico vlteriùs, Chriſti virtutem eſſe ſanctum ipſius Spiritum. atque is videtur ex illis Luc. 24. verſ. 49. *Donec induamini virtute ex alto*, Sanctorum ſenſus. ſed priuſquam progredior ad ea notanda mirabilia, quæ Moſes edidit ſua virga, an illa diuerſa A fuerit ab ea, quam geſtauit Aaron, quærere operæ pretium eſt.

An eadem fuerit Moſis, & Aaronis virga.

Argumenta ad negãdum.

QVòd fuerit diuerſa, his videtur rationibus effici. Prima. ſi eſſet eadem, ſemper appellaretur virga Moſis, quod ſecus fit. Secunda, duas fuiſſe palàm fieri videtur Exod. 7. ita enim Moſis ad Aaron verſ. 9. *Tolle virgam tuam.* Mox verò idem Moſes ad Pharaonem: *Ecce*, inquit, B *percutiam virga, quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem.* & verſ. 19. *Dixit quoque Dominus ad Moyſen: Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam*, &c. *ſuper aquas Ægypti, & ſuper*, &c. *vt vertantur in ſanguinem*, & verſ. 20. *Feceruntque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus.* Videtur ergo fieri, diuerſas geſtaſſe virgas Aaronem & Moſen, & aquas vtrumque percuſſiſſe. Tertia; virga, quæ fronduit, & in arca fuit repoſita (vt habetur ad Hebr. 9. 4. ex Numer. 17.) Aaronis fuit; at Moſaica nec frondes habuit, nec arcæ cuſtodiam, ſed ab Ægyptiis dicitur aſſeruata (vt refert in Exodum Pererius) in Iſidis templo.

Vnicam fuiſſe, vera eſt ſententia.

Cenſeo nihilominus non diuerſas, ſed vni- C cam eſſe virgam illam, quæ nunc Moſis, nunc Aaronis nominatur; imò & Dei, Exod. 4. 20. & cap. 17. 9. id ita efficio. Non duæ virgæ, ſed vnica poſita fuit coram Deo, quod ad Hebr. 9. 4. Paulus expreſſit. atqui in confeſſo eſt, poſitam ibi fuiſſe, & quæ Moyſi, & quæ Aaroni attribuitur. nam illa, qua, vt daret aquam, percuſſa eſt petra Horeb, in conſpectu Domini ex ipſius præcepto poſita fuit. Dicitur enim Numer. 20. 9. *Tulit ergo Moyſes virgam quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei.* Porrò, hanc illam eſſe, quæ Moſis appellatur, id conſtat Exod. 17. 5. vbi cùm hæc hiſtoria narraretur, Moſi dicitur: *ſume tecum virgam, qua percuſſiſti* D *fluuium.* id eſt, mare; reſpicitur enim ad hiſtoriam, quæ Exod. 14. 21. habetur, vbi agitur perſpicuè de virga Moyſis. Habetur ergo liquidò virga, quæ Aaroni attribuitur, quæ fronduit coram Deo, non eſſe à Moſaica diuerſa, illos verò, qui in Iſidis ponunt templo, figmenta narrare.

Probo deinde Exod. 4. 17. Moyſi dicitur: *Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.* atqui primum ſignum (iuxta id, quod ſuprà verſ. 3. & 4. dicitur) futurum erat, vt virga in colubrum verteretur. Porrò cùm hæc conuerſio, quæ facta eſt coram Pharaone, memoratur, expreſsè dicitur Aaronis virga in draconem fuiſſe conuerſa, & ab illa maleficorum virgæ deuoratæ. Iam verò contraria argumenta ſoluere, E negotij non eſt, cùm nullibi dicantur duæ virgæ, ſed eadem nunc Moyſi, nunc Aaroni in manu erat. Quare quicquid in ſacra Scriptura de vtriuſque virga legitur, concluſit Dauid in noſtro verſu, & eò alluſit. Quæ ergo ſequuntur expendenda ſunt.

Quæ de Moyſis virga dicuntur, & in virgâ Chriſti conueniunt.

Primùm, eam virgam non Moyſis tantùm & Aaronis appellari, quin etiam ipſius Dei Exod. 4. 20. & cap. 17. 9. ſecundùm ea patrata fuiſſe miracula omnia. *Virgam hanc ſume* (Exod. 4. 17.) *in manu tua in qua facturus es ſigna.* Tertium, verſam fuiſſe in colubrum, & in ſuam formam ſtatim

Digitized by Google

rediiſſe. Exod. 4. v. 3. & 4. & coram Pharaone verſam in colubrum in Aaronis manu virgas incantatorum, quæ in Dracones fuerant mutatæ, deuoraſſe. Exod. 7. v. 9. 10. & 12. Quartum, ea aquas in ſanguinem tranſiiſſe. Exod. 7. 20. Quintum, & puluerem Ægypti in ciniphes. c. 8. 17. Eadem eductas ranas. Licet enim dicatur Exod. 8. 6. *Et extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ.* extenta manus intelligitur armata virga. ſicut Exod. 9. 22. dicitur, *Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando*, &c. & ſtatim, *Extenditque Moyſes virgam.* Sextum, ea effectum, vt plueret grandine tonitruis ac fulguribus mixto, cap. 9. v. 23. Septimum, vt Ægyptus locuſtis ſcateret. cap. 10. verſ. 13. Octauum, vt eadem Ægyptus tenebris obſcuraretur denſiſſimis. Nonũ, eâdem virga ſciſſum mare, vt liber pateret aditus Iſraëlitis; & reſtitutum poſt in ſuum locum, vt obruerētur Ægyptij, cap. 10. verſ. 16. & 27. Decimum, & petram Horeb factam manalem, qua ſitienti populo de aqua fuit ſatisfactum, Exod. 17. 6. & Numer. 20. (memineris interim Spiritum Chriſti eſſe, qui ſuggerit vitalem aquam, Ioan. 4.) Vndecimum, eandem fuiſſe virgam, quæ in frondes induit ſe ac flores Aaronis manu, Numer. 17. verſ. 8. Germinaſſe dicitur, & turgentibus gemmis erupiſſe flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt. Duodecimum, cùm Moyſes preces contra Amalec fundebat, & tantiſper, dum manus orando ſubleuabat, hoſtes profligabantur, tūnc cum habuiſſe *virgam Dei in manu*, Exod. 17. ver. 9. Decimumtertium denique, eandem virgam repoſitam in tabernaculo, Num. 17. cap. verò 20. verſ. 9. dum agitur de Moyſis virga, vt notaui paulò antè, dicitur: *Erat in conſpectu Domini.* cùm Paulus ad Hebr. 9. 4. dicat, poſitam in arca Aaronis virgam.

Ea patrata in hominum conuerſione.

Illud verò notandum, eum fuiſſe horum miraculorum exitum, vt mediis tot plagis extraheretur à Deo ſua gens ex Ægyptiaca ſeruitute. Quod etiam ſpiritualiter perfectum, cùm plagarum myſticarum interuentu (de quibus, & de eo quod ab antiquo preſbytero eductum ſe ait Ireneos, late Apocalypſ. 15. & 16.) Eccleſiam ſibi Deus ex Gentilitate comparauit. Cæterùm quod Moyſis, ad quam alluſio ſit, lignea virga fuerit, Chriſti verò ferrea; id quidem mundi totius beneficium concernit. ſic enim eius declaratur robur & efficacia, ad euincenda ea omnia, tenebras, puta, ignorantiam, animorum rebellionem, quæ Chriſti regno contraria ſunt. ſed de his dictum aliàs.

Verſ. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum: ex vtero ante Luciferum genui te.*

Expenduntur voces ſigillatim.

Literæ eædem עמך cum punctatione diuerſa ſignificant, *Tecum*, & *populus tuus.* Septuaginta, vnde fuit vulgata tranſlatio, legerunt עִמְּךָ id eſt, *Tecum.* Maſſoretæ, poſt quos, abeunt iuniores, עַמְּךָ *Populus tuus.* vtri amabo factioni præſtat adhærere? Deinde, pro *Principium*, transfert Pagnin. *Sponte veniet.* Arias *deuotionum.* Alij *voluntates.* Sed hos abiiſſe putarem à vulgato, quòd eius tam ſententiæ, quàm nexus elegantiam non ſint aſſecuti. Genebrardus quidem oſtendit Hebraicam vocem principatum afferre. atqui pro principatu, ſeu excellentia, poni in ſacra hac literatura principium, notius eſt, quàm vt egeat probatione. ſufficiat illud Eccli. 11. 3. *Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris* (*la prima de lo dulce, la excellencia*) *habet fructus illius.* *Sanctorum*, Hebræa vox ſanctitatem in ſingulari ſignificat: ſed ea poni ſolet pro ſanctuario; ſic fit 1. Paralipom. 24. vbi dicitur: *Principes ſanctuarij.* Iam verò pro *ſanctuarium ſanctuary* vſurpari in ſacra Scriptura Sancta Sanctorum, id quidem conſtat.

Verſus ordinatur.

His præmiſſis noſter verſus: *Tecum principium in die virtutis tua in ſplendoribus Sanctorum.* ita mihi videtur ordinandus: *Tecum principium*, id eſt, Tua eſt præſtantia & excellentia, Spiritus nimirum excellentis; ſicut dicitur: *Mecum ſunt diuitiæ & gloria.* & apud Poëtam Æneid. 4.

Mecum erit iſte labor.

(Hæc mox firmabuntur explicatione eius ad Hebr. 6. verſ. 1: *Intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem.*) Notandum autem de virga virtutis Chriſti (hoc eſt, de Chriſti ſpiritu) cum alluſione ad virgam virtutis Moſaicam proximè ſermonem fuiſſe. Atque licèt triumphauerit de Ægyptiis Moyſes, illorum tamen corda minimè edomuit. Aptiſſime ergo ſubiicitur, virgam præualidam, & præſtantiam ſpiritus eam eſſe, quam Chriſtus vindicauit ſibi, & quam ipſe, vbi primùm de peccato triumphum agit, aſcenditque ad Patris dexteram, cum hominibus communicauit. Nec verò opus, vt quemadmodum in illis, *Initium dulcoris*, expreſſum fuit genitiuum; ita etiam noſtro τῷ *principium* expreſsè apponeretur, quippe quod ſeries exprimebat ſatis. Nam præceſſit proximè: *Virgam virtutis.* de principio igitur, ſeu excellentia eiuſmodi virgæ ſermo fuit inſtitutus. ſequitur item, *in die virtutis*, & *in ſplendoribus ſanctorum.* Quare de excellentia virtutis, atque ſplendoris agi, perſpicuum fit.

Excellentia diuini Spiritus.

Sicut virga Chriſti virgam Moſis, ita ſplendor hic reſpicit tabernaculi claritatem.

Iam, quòd virtus & ſplendor coniungantur (ſiquidem hîc, vt vidimus, ad Moſaicam virgam alluſum ſit) id mihi poſitum eſt cumprimis. Duo enim Moyſi auctoritatem magnam conciliarunt. alterum, virga virtutis contra Pharaonem: ſplēdor verò ac maieſtas tabernaculi, vbi Dei gloria in nube ac proteſtatione illius populi tantùm effulgebat, alterum fuit. In vtroque igitur & in virga virtutis, & in ſplendore ſanctuarij, nimirum in debellandis inimicis, quàm in amicis protegendis (*ſuper omnem gloriam protectio*) ſummum ſe in modum præſtantem Moyſi Chriſtus declarauit.

Dies virtutis eſt dies Pentecoſtes.

Vtrumque verò manifeſtari cœptum eſt in die virtutis Chriſti, & ſplendore, quem die eadem ſanctuarium edidit. quod vtrumque refero ad Pentecoſtes diem, cùm & contextus id exigat. præceſſit enim, *virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Deinde quia Eccleſiæ primigeniæ ſanctuarium in Sione fuit. Illic Deus glorioſam protectionem, qua ſe Chriſti Eccleſiæ propitium exibebat, & præſtantia quidem egregia patefecit. Illic Apoſtolos ac Diſcipulos inſtruxit robuſta virga, qua irrumpentes quoquo verſum omnia Chriſto compararent. Iam enim aſtruximus ex Luc. 24. 49. & Act. 1. 8. Spiritum ſanctum aptiſſimè capi virtutis nomine. quæ per excellentiam eſt Chriſti virtus. de qua Pſaltes cùm hîc, *in die*, inquit, *virtutis tuæ.*

Ex vtero ante Luciferum genui te. Hebræa ſonant:

Ex

Digitized by Google

Ex vtero ab aurora, tibi ros adoleſcentiæ tuæ. Conatur verò Genebrardus eundem eſſe lectionis vtriuſque ſenſum. Equidem conabor idem, ſed diuerſa via; ſi priùs diuertero aliquantulum ad incidentem quæſtionem.

Quid Lucifer ſignificet in ſacra Scriptura, & an idem quod ſtella matutina.

Sex loci vbi de Lucifero.

QVi ſacræ Scripturæ loci in verſione vulgata Luciferũ habent, hi ſunt c.11. Iob 17. *Cùm te cõſumptũ putaueris, orieris vt Lucifer.* Hebraicè ſicut manè eris apud eundem. Iob c.38.v.32. *Numquid producis Luciferum in tempore ſuo?* Hebr. *Numquid exire facies ſigna cæleſtia in tempore ſuo?* Tertius locus eſt, quem verſamus: *Ex vtero ante Luciferum,* &c. qui ex Hebræo transfertur, vt vidimus. Quartus Iſai.14.v.12. *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris?* Lucifer reſpondet Hebræo הֵילֵל à verbo הלל ſplenduit, illuminauit. Pro noſtris verò illis: *Qui manè oriebaris*, Hebraicè, *Filius auroræ*, & Hieron. *pro aurora*, Iſai.8.verſ.20. vertit *matutinam lucem.* Quintum annumerabimus, ſi credamus Hebræis nonnullis, R. Himmanueli nominatim, qui noſtra illa Prou.4. verſ.18. *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem.* De Lucifero, apud Pagninum in נגה interpretatur. In nouo Teſtamento apparet Lucifer 2. Petr.1. 19. *Donec dies eluceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris.*

Tres de ſtella matutina.

Stellam autem matutinam legimus Eccl.50.6. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.* Apocal.2.28. *Dabo illi ſtellam matutinam,* & cap.22.16. Chriſtus dicit ſe eſſe ſtellam matutinam.

Communis fert explicatio, agi in his omnibus de Veneris ſtella propriè ſumpta vel tranſlatè: quam ſtellam ſupponũt omnes cum M. Tul. lib.2. de Nat. Deor. Latinè Heſperum dici, cùm ſubſequitur Solem; cùm antegreditur autem, Luciferum. Fundamenta verò ſunt huius explicationis, primum, vſus nominis Lucifer ſubſtantiuè accepti communis; ſicut nominis Phoſphorus noſtro Græcè reſpondentis. quem vſum dictionaria tam Græca, quàm Latina promunt. Et de Phoſphoro quidem, illum ſtellam Veneris eſſe apud Martialem in celebri epigrammate,

Et Luciferũ & ſtellã matutinam eſſe Veneris ſtellã, argumenta.

Phoſphore redde diem,

euidens eſt. Deinde, cùm in ſacra Scriptura idem ſignificent Lucifer & ſtella matutina, quòd hæc ſit ſtella Veneris, vulgò Lucifer, in dubium id vocari poſſe, minimè videtur. Hoc denique firmatur ex illo Eccleſ.50. nam verſ.6. & 7. comparationes tres adducuntur continenter: Quaſi ſtella matutina. quaſi Luna plena. quaſi Sol refulgens. Vnde fit, primam minimè ex Sole deſumi, ſed ex Lucifero.

Poſſe vti dictione ſacrã Scripturã nõ in communi acceptione.

Prius tamen quàm meum aperiam ſenſum, notarim, cum exigunt ratio & contextus vt in ſenſu diuerſo à communi Græcorum & Latinorum vſu dictio aliqua accipiatur in ſacra Scriptura, huic minimè denegandum, quod ſcriptori cuiuis Horatius in epiſt. ad Piſon. concedit, cùm inquit,

——Dabitúrque licentia ſumpta pudenter,
Et noua fictáque nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco fonte cadant parcè detorta.

Nec verò eſt cur id, quod dixit de Græco fonte, nequeat extendi ad etymon Latinum. Et multa quidem locutionum ſacræ Scripturæ propriarum, illarum certè haudquaquam nimis Latina- A rum ſuppetunt exempla, de eiuſmodi dixit aliquando Ianſen. *Præſtat verba impropriè accipere, quàm improprium ſenſum habere.* Sic monet Chryſoſtom. & Gregor. ſuas habere Scripturam ſanctam proprietates, cui concedendum hoc ſit, nec intra Donati regulas arctandam. Cæterùm interpreti contendenti ſumi in ſacra Scriptura dictionem aliquam in acceptione ab vſu communi aliena, duo fuerint ſtatuenda: vnum, non eſſe id factum ex licentia violenta, ſed ſumpta, vt Horatius dixit, pudenter. Alterum, eiuſmodi licentiam exigi & à contextu, & à ratione.

Lucifer in ſacra Scriptura pro Sole.

Nunc iam propoſitam quæſtionem ſic ſoluo: ſtellam matutinam accipi pro ſole, licèt non nemo poſſet opinari: non ego, qui Apocal. 2. in
B fine ſtatutum habeo, illam accipi pro Lucifero, vt communiter ſumitur. De altera verò parte, etymologiis tam Græca, quàm Latina conſultis, quòd Sol appelletur Lucifer aut Phoſphorus, cenſeo minimè dictum licenter. Etenim quod ſecum ferat Lucem, id quidem Soli excellenter conuenit. Quod ſi Luna Iulio & Orpheo appellatur iure (vt in Lexicis occurrit) Lucifera; quòd Sol parens luminis Lucifer vocetur ſubſtantiuè, nihil eſt planè violentiæ. Accedit huic rationi ex Plinio lib.2.cap.8. firmamentum. nam de Veneris ſtella inquit, ipſis cognominibus eſſe æmulam Solis. & mox: *Luciferi nomen accepit vt Sol alter.* Conſtat ergo Solem vocari Luciferum, aut Phoſphorum, haudquaquam eſſe nomencla-
C tionem violentam, quin imò ex vſu fuiſſe antiquiori vtriuſque linguæ ac magis proprio; vnde fuerit ad Veneris ſtellam, quæ Solem imitatur, deriuata. Sic Solem vocari ſolitum Phoſphorum Henric. Stephan. in theſauro ſuo probat ex Suida.

Luciferum in Iob videri Solem eſſe.

Expendendum ſupereſt, vtrùm hanc Luciferi acceptionem poſtulent loca ſacræ Scripturæ. Et quidem, licet Iob 11.v.17. pro noſtris illis: *Orieris vt Lucifer,* Hebraicè ſit: *Sicut manè eris.* agi tamen de Solis luce videtur fieri ex contextu. habet enim: *Meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cùm te conſumptum putaueris, vt manè eris, vel oriens vt Lucifer.* Alter verò ex eodem Iob locus: *Numquid producis Luciferum?* Hebraicè longè eſt
D diuerſus, nec vllam affert noſtræ difficultati lucem. In loco verò Prouerb. ſi Hebræis habenda fides vertentibus, Lucifer notat Solem: ille enim eſt, qui procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. ſtella autem Veneris non item.

Luciferi in S. Petro Sol eſt.

Magis ad rem ſunt Iſaias & S. Petrus propter Græcam vocem φωσφόρος, qua hîc vſus eſt, & Hebræam הֵילֵל, qua ille, vtramque propriè Lucifero reſpondentem. Et in Petro quidem rectè expendenti fiet, puto, manifeſtum, poſitum Luciferum pro Sole. Dicitur enim: *Donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris.* Atqui ſuam abſcondit lucem ſtella Veneris illuceſcente die. Non igitur de illa ſermo, ſed de Sole. Accedit, huic ſtellæ non aptè comparari beatorum
E gloriam, de qua illic; Soli autem aptiſſimè.

Sol item in Iſaia.

Iſaias verò in ſuis: *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer?* Cum Nabuchodonoſoro loquitur perinde quaſi cum ampliſſimo monarcha. Huiuſmodi autem principem quis non videt multo magis propriè Soli, quàm Veneris ſtellæ conferri? Sanè Auguſtus Cæſar, quod numiſmata oſtendunt, ſe Soli, vxorem verò ſuam Lunæ componebat. *Videbam ſolem, dixit Ioſeph, & Lunam & ſtellas vndecim,* &c. quòd ſi hic per ſolem Iacob, quod

Digitized by Google

eſſet familiæ princeps, denotatur, quanto potiori iure tantus monarcha Soli comparetur? Quæ verò ſequũtur, *Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum*, &c. referenda ſunt ad verba Nabuchodonoſori ventoſiſſima. atqui non illius ſtellæ eſt, ſed verò Solis, hæc ſublimitas. Præterea illa: *Qui manè oriebaris*, non omnino quadrant in Luciferum: hic enim licèt Sol antegradiatur, ſed tres interdum horas, quod indicant Ephemerides, ante ſolem oritur, atque ideo non manè, ſed obſcura adhuc nocte: at ortus matutinus Solis eſt perpetuò. Ad hæc. Pro noſtris, *Qui manè oriebaris*, Hebræa elegantia habet, *Filius auroræ*. ita verò nemo vocet Luciferum, qui modò oritur poſt ſolem, nec tum cernitur: cùm autem cernitur, auroram antecedit. At ea nomenclatio Soli eſt appoſitiſſima, qui naſcitur auroræ ſinu. Sic Sophocles in Trachiniis eleganter: *Nox*, inquit, *ſpoliata parit Solem*, *νὺξ ἐναριζομένα τίκτει ἅλιον*. & in 4. Æneid. Virg. cecinit non Sole modò, ſed & aurora tenebras fugari.

Sol filius auroræ.

Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terras,
Humentémque aurora polo dimouerat vmbram.

Nunc denique ad Luciferum noſtri Pſalmi, cuius cauſa digreſſi ſumus, deueniendum.

Reditus ad Luciferum noſtri Pſalmi.

Pro Sole quoque ſumitur in Pſalmo hoc Lucifer.

Dico igitur Luciferi nomine in præſenti Solem eſſe intelligendum. Hoc neutiquã violentum eſſe nec nominis, Græci præcipuè ac Latini ſignificationi ex dictis, maximè ex Petri loco compertum eſt: nec deinde contextui. imò verò huic probè conſiderato aptiſſima fuit Solis mentio; ſtellæ autem Veneris haudquaquam. Præceſſerunt enim proximè ſumma virtus, & ſummi ſplendoris efficacia. atqui hoc vtrumque & ſumma quidem præſtantia continet Sol. Senſus itaque proprius huius loci eſt, vt in virtute ac ſplendore componatur Chriſtus & anteponatur Soli. Et quidem comparationis notã expreſſit Symmachus, vertit enim: *Sicut iuxta diluculum tibi ros ab adoleſcentia tua.* Et Quinta editio, *Super auroram tibi ros.* Neque verò mirum eſt eiuſmodi notam Hebraicè, vbi ſæpe illa reticetur, non eſſe. Hæc porrò, *Ex vtero*, qui ad æternam referunt natiuitatem, ſic nectent, vt dicãt, ita Chriſtum ab æterno Patre honorari, quod proprius eius filius ſit ab æterno genitus. Ego verò Hebræam orationem, *Ex vtero, ab aurora, tibi ros adoleſcentia tuæ*, ita cenſeo intelligendam: Quem in iuuentute decorem præfers ac pulchritudinem, eundem habebas prorſus tunc, cùm ex vtero materno egreſſus es. quemadmodum Sol ab ipſomet auroræ gremio præditus ex virtute ac ſplendore, quibus meridie pollet. Hanc iuuant intelligentiam nonnulla. Primum, pro *ex vtero* Hebræa eſſe *à vulua*, viderique proinde ad Chriſti natiuitatem temporalem referenda. Deinde, Hebraica phraſi, roris metaphora (quod notauit Genebrardus,) gratiam intelligi. Sic Hiſpani quemcumque Dei fauorem inſignem, rorem appellamus cœleſtem. Præterea fieri veriſimile, cùm Hebraicè ſit: *Ab aurora tibi ros adoleſcentiæ tuæ*, de ſole, quamquam is non exprimatur, tractari. Nam & Sol eſt, qui oritur manè quàm pulcherrimus: & Vulgatus poſt Septuaginta, cum Luciferum, (qui, vt vidimus, Sol eſt) quod nomen Hebraicè non habebant, expreſſerint, argumento ſunt ex contextu & locutione ſolem hîc ab ipſis deprehenſum.

Chriſti maximus ſplendor.

Explicatio verſus.

Probatio ex verbis, phraſi, contextu.

A Quartum demum eſt Vulgatum, & Septuaginta non vertiſſe; *ſicut Lucifer*, ſed *ante Luciferum*, id eſt, præ Lucifero, ſeu pro ſole. Cui phraſi ſimilis illa eſt Ioannis Baptiſtæ: *Ante me factus eſt*, id eſt, præſtantior me. Et tametſi Hebraicè non exprimatur, Chriſtum præſtare Soli; verùm adhibita Chriſti cum Sole comparitio ſufficiens huic verſioni, *ante Luciferum*, pro *ſicut Lucifer*, dedit fundamentum. Eſt enim id perſpicuum, quæ de Sole iſto dicuntur abſque tropo, aut figura; ea myſtico Soli, & quidem magna cum excellentia myſticè conuenire. Tantundem eſt itaque, *ſicut Lucifer*, & *ante Luciferum*, niſi quòd hoc illo expreſſius eſt. Profuit præterea Interpretibus Septuaginta contextus, vt hanc præſtantiam exprimerent, quam Chriſto attribuit nomen, *principium*, poſitum proximè.

Ante Luciferum, id eſt, præ Lucifero.

B Senſus ergo tam Hebrææ, quàm noſtræ lectionis eſt, exhibitum à Chriſto in die Pentecoſtes documentum eximium ſuæ tum gloriæ, tum virtutis. Has verò non illi tum denuo aduenitſe; ſed quam virtutem, quámque gloriam, cùm Spiritum ſanctum communicauit hominibus, patefecit; iam tum cùm aluo exceſſit virginali, perfectiſſimè habuiſſe. Hæc ornatiſſima Chriſti egreſſio in cauſa fuit, vt ille Soli, cui excedit infinitum, conferretur. Dicimus itaque *ante Luciferum*, idem eſſe quod *præ Lucifero*. Opponat verò quis ſimi-

C les ſacræ Scripturæ locos, in quibus ſapientia genitam ſe prædicat ante omnem creaturam, cuius modi ſunt ea Prouerb. 6. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum antequam terra fieret.* &, *Nondum erant abyſſi*, &c. At conuenienter his in præſenti, *Ante Luciferum genui te*, ſignificabit, nondum erat Lucifer, & ego iam te genueram. Verùm reſponderi primùm poteſt, quòd ſapientia dicatur ante omnes colles, &c. à pleriſque referri ad Chriſti Incarnationem, eo quòd terminus fuerit intentionis Dei primæuæ. Addo, vergere contextum noſtri Pſalmi, vt de Chriſto, qua homo eſt, hæc intelli-

Ante colles, &c. genita ſapiẽtia, quid ſit.

D gantur, ſitque ideo ante Luciferum idem quod *præ Lucifero*.

Verſ. 4. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.*

Nexus cum ſuperioribus.

Superiora excellentiam Chriſti ſupra Moyſem, & Aaronem celebrarunt; aptiſſimè ergo ſubiungitur æternum fore Sacerdotium eiuſdem Chriſti. quaſi dicat, defecturum aliquando Moyſis & Aaronis Sacerdotium quippe imperfectum: at Chriſti vtpote perfectiſſimum perpetuò duraturum. Cùm verò dicitur Deus id iuraſſe, nec vn-

E quam conſilium mutaturus, quàm firma ſit futura Sacerdotij Chriſti æternitas, ſatis denotatur. Nam ſi firmitudinem addit iuſiurandum humanæ promiſſioni, diuina fulta iuramento Dei firmiſſima & quidem ſignificanter repræſentatur. *Vt per duas res* (6. ad Hebr. 18.) *in quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.* Eſt ergo ſenſus Sacerdotij Chriſti præſtantia tantùm ſeſe oblectare Deum, vt promiſſione ſimplici de eius perpetua ſtabilitate ſibi non ſatisfaciens, illi ad conſolationem noſtram vberiorem iuſiurandum adiungat. Abundantiùs volens oſtendere (6. ad Hebr. 17.) *immobilitatem conſilij ſui.* Vbi notandum, quòd Chriſti Sacerdotium complacitum fuerit Deo;

Sacerdotium Chriſti gratũ Deo cõciliat Dei gratiam Chriſtianæ Eccleſiæ.

Deo; ibi afferri ſimul Chriſtianæ Eccleſiæ ſanctitatem eidem complacuiſſe. Etenim Sacerdos (ad Hebr. 5. verſ. 1. & 7. verſ. 22.) inter Deum & homines ſequeſter eſt. Quare Paulus collegit ex hoc iuramento reconciliationem ac ſanctificationem noui Teſtamenti, id eſt, Chriſtianæ Eccleſiæ, eſſe quàm perfectiſſimam. *In tantum* (inquit, ad Hebr. 7. 22.) *melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus.* Iam ad Pſalmi inſtitutum (hoc eſt, vt Chriſti in ſanctificatione animarum excellentia demonſtretur) nihil aptius. idcirco ex hoc iuramento Paulus ad Hebr. 7. 20. (attentam conſiderationem requirit locus) Sacerdotij Chriſti elicit excellentiam.

Nomen ordo preceptũ videtur reſpicere; præpoſitio, ſecũdùm, ſimilitudinẽ inter Chriſti & Melchiſedechi ſacerdotium.

Secundùm ordinem Melchiſedech. Hebraicè, *iuxta verbum meum Melchiſedech.* Paulus tamen ſæpe cum Septuaginta vertit, *ſecundùm ordinem Melchiſedech.* aliquando, vt 7. ad Hebr. 15. *Secundùm ſimilitudinem Melchiſedech.* Mihi quidem Hebræa *ſecundùm verbum*, præceptum Domini iniunctum Melchiſedecho videntur afferre, & nomen *ordo*, ſeu *ordinatio* debere eodem referri. At ſimilitudinem Sacerdotij inter Chriſtum & Melchiſedechum indicat præpoſitio *ſecundùm*, aut *iuxta*. Eſt igitur ſenſus, inter Sacerdotium Chriſti, & illud, quo ex Dei ordinatione functus eſt Mechiſedech, magnam interceſſiſſe ſimilitudinem.

Hæc ſimilitudo in quo potiſſimum.

Hanc porrò ſimilitudinem Pererius tom. 3. in Geneſ. in rebus vndecim conſtituit. quarum eſt potiſſima Melchiſedechi ſacrificium fuiſſe ex pane & vino. At Paulus illo ad Hebr. cap. 7. quod totum poſuit in enarratione huius noſtri verſus, rei huius, illius quidem potiſſimæ, nullam fecit mentionem. Pererius nuper adductus & Ribera ad illud caput huic dubitationi reſpondent, quam præſtet Chriſti Sacerdotium Aaronitico, Paulum dumtaxat tractandum ſibi in loco illo propoſuiſſe; omiſſámque ideo ſimilitudinem Melchiſedech ſacrificij ex pane & vino conſtantis: ponderatam

Cur Paulus eã omiſerit.

Prima reſponſio.

verò ſignificationem nominis *Melchiſedech.* & *Rex Salem.* quæ nomina regem iuſtum notant, pacificúmque. Ponderaſſe in Apoſtolum, & quid ſignificaret ignotam fuiſſe Melchiſedechi genealogiam, aut generationem, quia: *Generationem eius quis enarrabit?* Et Melchiſedechum ab Abrahamo decimas accepiſſe, & Sacerdotij tranſlationem hoc Pſalmo prædictam, & Dei iuſiurandum, Sacerdotij denique Chriſti æternitatem ponderaſſe. atque hoc facere ad Pauli inſtitutum; minimè verò ſimilitudinem in panis ac vini ſacrificio, hácque propterea omiſſam. atque hæc Riberæ, & Pererij reſponſio eſt.

Secunda reſponſio.

Sed tamen Genebrardi, qui Hieronymum laudat, & Chryſoſtomum, diuerſa eſt ad hunc Pſalmi locum; ibi nimirum Euchariſtiæ myſterium Paulum reliquiſſe, quòd eſſent adhuc illius incapaces Hebræi, quibus ſcribit. Atque ideo ſentit Genebrardus, Paulum cùm cap. 5. huius epiſt. 10. hæc verba citaret: *Pontifex iuxta ordinem Melchiſedech;* ſtatim addidiſſe: *De quo nobis grandis ſermo, & ininterpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.* Vtpote quibus, vt ſubdit verſ. 12. *Lacte opus ſit, non ſolido cibo.* Atque id, quod ibi Ribera ex Hieronymo, & Chryſoſtomo adducit, Paulum, ne verſum declaret prorſus, obtendere minorem Hebræorum capacitatem, Genebrardum iuuat.

Ego tamen (tantiſper dum audio quid aptius) ſentio Paulum minimè voluiſſe illorum, *De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum,*

A interpretationem à ſe relictam propter Hebræorum imbecillitatem; ſed hîc potiùs coactum ad longiorem citati verſus explanationem. atque id eſſe, *de quo nobis grandis ſermo.* Græcè, multus ſermo. mox ſcilicet habendus in cap. 7. vt bene Caietanus. Quod verò ſubiicit, *ininterpretabilis ad dicendum*, Græcè δυσερμήνευτος λέγειν, obſeruo cum lexiographis, particulam δυς, quæ in compoſitione denotare ſolet *difficultatem*, interdum ſignificationem intendere. Senſus ergo eſt: intelligenti quidem ſat pauca. atque ideo ſi Hebræi, ad quos hæc Paulus, maiori pollerent intelligentia, multis non fore opus aduersùs illius enarrationem; ſufficeret enim citare verſum, vel ſummum expoſitionem attingere; verùm quoniam

Expoſitio ſingularis eorũ ſermo ininterpretabilis

B infantes intellectu fuiſſent, egere eos longa & aperta expoſitione. atque cùm verſus contineret plura, negotioſum planè eſſe, omnia minutatim ediſſerere. Pauli fundamentum eſt, infantia Hebræorum, qua illi, ne verborum Pſalmi ſine doctore caperent arcana, retinebantur. Adducit ad rem Apoſtolus pro ſimilitudine lactentes pueros; quorum propter rationis inopiam non eſt rationes capere iuſtitia fundatas. ita videlicet Hebræi nondum ad ſolidum apti cibum totius verſus nucleum eruere & commandere nequibant; egebant proinde doctore, à quo veluti præmanſus porrigeretur.

Paulus explicatur iterum.

Hic illius capitis quinti finis eſt, & cùm ad ſeptimum differre vellet Apoſtolus verſus declara-

C tionem, ſic ſextum orditur: *Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectiora feramur.* Vbi notes, pro inchoatione haberi Græcè ἀρχῆς. id eſt, *initium*, aut *principium*. quæ vox eadem eſt in noſtro Pſalmo, *Tecum principium*, ad Chriſti excellentiam, vt diximus, referenda: atque de ea Chriſti excellentia verſus agit, quem Paulus ſuſceperat explicandum, cuius explicationem ad ſeptimum vſque caput intermittens, interim in ſexto Hebræos ad perfectionem exhortatur.

Vera reſponſio de ea à Paulo omiſſa ſimilitudine.

Eſt præterea contra Genebrardi expoſitionem prævalidum argumentum, Hebræos, ad quos ſcribit Paulus, Chriſtianos eſſe, ac proinde minimè fieri veriſimile, eos eiuſmodi non eſſe, quibus cum

D aliquatenus de Euchariſtia tractaretur, declararetúrque adumbratum Melchiſedechi ſacrificio noſtrum Chriſtianæ Eccleſiæ. Equidem pro explorata re duco, quòd ſimilitudo inter Melchiſedechi, & Miſſæ ſacrificium intercedens ita ſit perſpicua ac plana, illam hac cauſa à Paulo expreſſam non fuiſſe. qui, vt ex hac diſputatione conſtat, ex huius verſus myſteriis, illud tantùm quod Hebræis ad intelligendum promptum non eſſet, enarrare conſtituit: ac proinde quæ ſimilitudo manifeſtaria erat, hanc ſupponit Apoſtolus, pergítque ad eam expendendam, quæ eſt in nomine, & in regno Salem. In qua continetur Chriſtum, qui fecit vtraque vnum, & pacificauit ambos populos, vnicum eſſe Hebræorum, & Gentilium Sa-

E cerdotem. Expendit item renouationem Sacerdotij antiqui, & Aaronij antiquationem, præſtantiam & æternitatem Sacerdotij Chriſti, alia denique, vt decimarum ab Abrahamo oblatarum myſterium. Sicut verò ſimilitudinem illam inter vtrumque ſacrificium omiſit, omiſit etiam ſacrificium Euchariſtiæ propriè eſſe, quod milites populi Dei reficiat, recreet, & corroboret, quoniam horum & ſimilium ponderatio minimè eſſet difficilis.

Digitized by Google

Quid de prima reſponſione.

Peterij item & Riberæ reſponſio, ſimilem eſſe Melchiſedechi ſacrificio Euchariſtiam, non facere ad Pauli inſtitutum, non ſatisfacit: etenim ad demonſtrandam Sacerdotij Chriſti excellentiam nihil ſanè aptius erat, quàm excellentia ſacrificij Euchariſtiæ, & ea refectio, quam militibus populi Dei ſuppeditat. ac proinde non eam prætcriit Apoſtolus ſimilitudinem, quaſi minus ſuo idoneam inſtituto; verùm quod non quidquid verſus claudit, exprimere propoſuerat, ſed quæ ex ſe Hebræi non ita facilè perciperent.

Verſ. 5. *Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ Reges.*

τῶ Dominus in hoc verſu Patrem deſignari, & ad Filium orationem conuerti, ſenſus videtur interpretum communis. Verumtamen re exactè conſiderata, Auguſtini, & Proſperi, qui cum Patre in hoc verſu aiunt ſermonem eſſe, & *τῶ Dominus* Filium denotari; expoſitionem iudico pro certa habendam eſſe. Atque in ea primum difficile non eſt, vt concordet hic verſus cum primo, vbi Filius ad Patris dexteram ſedere dicitur. Etenim ſi nomen Dominus hîc deſignat Filium, & cum Patre eſt ſermo, huius quidem & primi verſus eadem eſt ſententia. Cùm autem Pſalmus prætulerit, à Chriſto ſedente ad dexteram Patris ſui hoſtes ſubiectum iri; vt pòſt dicatur Chriſtus in terris cum Patre ad dexteram præliaturus, minimè cohæret. nam ſi ad Patris in cœlis ſedet dexteram, cur quæſo, fingatur idem Pater in terris Filij dexteram tueri? Deinde, quia verborum, quæ ſequuntur, *Confregit reges, iudicabit nationes, conquaſſabit capita, bibet de torrente, exaltabit caput*, idem eſt omnium ſuppoſitum. Quòd autem omnia hæc dicantur in præſenti de Filio, ſeu Meſſia, non videtur dubitandum. Nomen igitur Dominus ſignificat in hoc verſu Filium, ſeu Meſſiam. Ac denique, quamquam ſit certum, & in Filium nomen Iehoua conuenire, & Adonai in Patrem; cæterùm diſtinctionis gratia in primo verſu Iehoua Patri fuit attributum, Adonai verò Meſſiæ: cùm ergo poſitum fuerit in præſenti non Iehoua, ſed Adonai, apparet eundem Adonai eſſe, qui nunc ſignificatur, cùm dicitur: *Dominus à dextris*, & qui ſuperiùs à dextris *Iehoua* ſedere dictus fuit.

Aſſtruitur Dominus Filium ſignificari.

Occurritur argumento contrario.

Non aliud huic aduerſatur intellectui, quàm in proximo verſu: *Tu es Sacerdos in æternum*, pronomine *tu* Meſſiam deſignatum, viderique expeditum, vt & *tu* & *tuis*, eandem reſpiciant perſonam, apoſtrophen continuari, nec mutari derepentè. Occurrendum verò ſic, in apoſtrophe verſus præcedentis non loqui Dauidem, ſed æternum Patrem, ait enim Propheta: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum*, &c. Patris itaque æterni iuramentum habet apoſtrophe. Hác porrò continuari non poſſe liquet, cùm id, quod ſequitur ad æterni Patris iuramentum non pertineat. nam aliàs ſi continuaretur, & *τὸ Dominus* Patrem deſignaret, non ita dicendum: *Dominus à dextris tuis*; ſed, ego ero à dextris tuis. Cùm igitur conſtet apoſtrophen non continuari, quid mirum loqui Dauidem de Patre per tertiam perſonam in primo verſu, & conuerti ad eundem in præſenti per ſecundam, vnde conſequatur nomine Adonai Filium deſignari, iuxta primi verſus diſtinctionem? Certè mutationes perſonarum ſimiles in Pſalmis occurrunt complures.

Cùm ergo dicitur in præſenti: *Dominus à dex-*

A *tris tuis*, &c. ſenſus eſt Meſſiam ab ipſamet ſua apud Patrem ſeſſione confregiſſe, id eſt, confracturum (ex vſu præſenti prophetico) expugnaturúmque reges illos, qui bella ipſi inferebant. Et mihi verò citra dubium eſt, noſtrum Pſalmum, eandem iram Dei, atque Apocalypſin continere, nouiſſimā nimirum. In qua id præcisè quod pœnas dat, non peccator, ſed peccatum eſt, cùm hoc in beneficium peccatoris ſummum deſtruitur. Confringere itaque reges eſt, illos ſuorum perculſos peccatorum contritione Euangelio ſubiicere. Et facit pro *confregit*, ex Hebræo reddi *transfixit*, ſagittis ſcilicet amoris ſui, iuxta illud Pſalmi 44.v.6. *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corde inimicorum regis.*

Ira Pſalmi eſt, de qua in Apocal. nouiſſima.

Confractos reges eſſe ſenſu peccatorum contritos.

B De iiſdem ſagittis, eadémque tranſfixione Apoc. 6. 2. ſermo eſt. Atque hoc ita ſtatuto, quod hîc dicitur, *In die iræ ſuæ*, de die illo magnæ vltionis myſticæ, quæ ſumpta fuit in magna Romani Imperij conuerſione, intelligendum eſt. Memineris hîc diem illum magnum Omnipotentis Dei Apocal. 16.14. & lacum iræ Dei magnum Apocal. 14. 19.

Hic porro verſus ad victoriam de regibus, qui captum Loth ferebant Geneſ. 14.14. ab Abraham reportatam reſpectum præfert. nam cùm pſaltes proximè meminerit Meſſiam in Melchiſedech adumbratum; aptiſſimè ſubiunxit typum alterum deſumptum ex Abrahamo, qui cum pauculis familiæ ſuæ retulit de inimicis regibus triumphum.

Hac Chriſti victoria ad illam, quā de regibus habuit Abraham, alludit.

C Atque hiſtoriarū hæc coniunctio alluſionis argumentum eſt. Etenim Melchiſedech, vt grates ageret Deo de Abraham victoria ſacrificium obtulit. nam ita ille ad Abrahā Gen. 14.20. *Benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt.*

Verſ. 6. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.*

Ablatiuus cum præpoſitione *in* poſitus accuſatiui loco, nota eſt ſacræ Scripturæ locutio: *Iudicabit* itaque *in nationibus*, idem eſt ac iudicabit nationes. id eſt, faciet vindictam in nationibus,

Vindicta myſtica.

D vt Pſal. 149. verſ. 7. *Ad faciendam vindictam in nationibus.* Vbi de myſtica vindicta ſermonem eſſe, euidens eſt ex contextu. Explicat ergo præcedentem hic verſus. Regibus enim transfixis, nationes erant Euangelio ſubiiciendæ.

Implebit ruinas. Ruina, euerſio populi idola colentis perfecta erit & planè abundans. iterum moneo de ruina myſtica ſermonem eſſe. Et fortaſſe ſignificat *τὸ implebit* in Eccleſia victoria impletum iri veteris Teſtamenti figuras. cuius hiſtoriæ vmbræ erant & typus victoriarum Chriſti. Sic enim Abrahami victoria figura fuit, & ea quidem ſubtenuis: at & veritas & excellens victoria, ea ſola eſt, quam fert Chriſtus.

Sic etiam & ruina.

E *Conquaſſabit capita in terra multorum.* Hebraicè, *Transfiget* caput ſuper multam terram, vel in multa terra. Et eſt ſenſus, qui orbis totius domini erant & capita, Romani videlicet, hos quidem debellaturum Chriſtum, & miſſurum ſub iugum ſuum. Quam ad rem obſeruandum, hæc de Romani Imperij excidio vel Hebræos intelligere. Verùm enim de excidio myſtico verus eſt intellectus. *Caput* ſynecdochicè poſitum pro capitibus, & *conquaſſatio*, vel *contritio* pro myſtica transfixione, vt ſuperiora.

Et conquaſſatio.

Implebit ruinas, conquaſſabit capita. Hæc ad ſtragem illam penè infinitam, quam in mundo edidit Chriſtus per ſuorum Martyrum teſtimonium, referenda

Debita Martyribus.

Digitized by Google

referenda puto. Atque hic pulchrè collocantur hæc verba, cohærentque optimè quæ ſequuntur.

Verſ. 7. *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.*

Quæ efficiunt torrente paſſionē Chriſti nō ſignificari.

Communis expoſitio torrentis nomine intelligit paſſionem Chriſti. Sed aduerſantur huic expoſitioni. Primum, ſeries Pſalmi. præceſſit ſermo de Chriſto in cœlis ſedente, atque triumphāte: ſequitur futurum, *De torrente in via bibet*. Secundum, torrentis nomen, quod niſi contextus aſtringat, tam eſt indifferens ad gloriam, quàm ad paſſionem; legimus enim: *Torrente voluptatis potabis eos*. Atqui nihil eſt in præſens, quod torrentis nomen ad Chriſti contrahat paſſionem. Tertium, locutio *de torrente bibet*, quæ Chriſti paſſionis magnitudinem non declarat ſatis, minuit quin potiùs: cùm Chriſtus Dominus totum exhauſerit paſſionis torrentem.

Hic torrens eſt, quem Martyrum ſanguis impleuit.

Genuinam igitur loci huius expoſitionem exquirenti conſiderandus eſt præcedens contextus: hìc autem, cum præceſſerit, *implebit ruinas, conquaſſabit capita*, cædem repræſentat ingentem. In huiuſmodi verò, ecquis alius torrens futurus, niſi qui ſanguine fluat cædis illius? Ita dicitur Num. 23. verſ. 24. *Donec occiſorum ſanguinem bibat*. & Apocal. 14. 19. 20. *Miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum*. & ſtatim: *Exiuit ſanguis de lacu vſque ad frenos equorum per ſtadia mille ſexcenta*. Hic locus Apocalypſeos ad noſtrum Pſalmum alludit. & vtrobique de ſumma illa Chriſti gloria in Martyrum eiuſdem infinitorum teſtimonio agitur literali ſenſu. Nam quod in hoc Pſalmo dicitur, *in terra multorum*, Hebraicè, *in terra multa*, ſtadiis Apocalypſeos mille ſexcentis reſpondet. videnda quæ adduximus ad illum locum.

Is potus Chriſto ſuauiſſimus.

Sed obiicias fictionem Apocalypſeos minus eſſe violentam; illa enim ſolùm repræſentat potantes ſanguinem Chriſti equos, non vtique Chriſtum ipſum: quòd verò ipſemet Imperator ſeſe ad bibendum de ſanguine demittat, fictionem ſanè videri haud ductam ex decoro. Reſpondeo, quòd Imperator ex ipſomet curru abſque vlla vel depreſſione, vel labe, ſanguine ſe hoſtium exſatiet, in hoc quidem minimè non decorum cuſtodiri. Id igitur eſt quod canit Pſalmus, Chriſtum Martyrum ſanguine, qui quidem ipſi glorioſiſſimus eſt, cùm ſuam ad Patris dexteram neutiquam deponat ſedem, exſaturare ſeſe.

Is ſanguis maximè conducens ad gloriā Chriſti & Eccleſiæ.

Propterea exaltabit caput. Hìc notandum Chriſtum, ex teſtata ipſius fide Martyrum ſanguine infinitorum impensè honorari: & Chriſtianæ Eccleſiæ exaltationem ipſi Chriſto honorificentiſſimam ſanguine Martyrum, vbi maximè diuina emicuit virtus, acceptam referri.

Secunda Alleluiarum cohors Pſalmos nouem à 110. ad 118. complectitur. Horum argumentum eſt diuina laus ob deuictam Romam, quæ vita quidem ex Chriſtianis inſtituta præſcriptis exhibetur. 1. Dei timore colendo. 2. Miſericordia & iuſtitia cum proximis exercenda. 3. Grati animi aduersùs Deum ſignificatione. 4. Spe in eodem firma. 5. Animo ad virtutem A *orationis affecto. 6. Cordis ad ſubeundum martyrium comparatione. 7. Ardenti diuinæ gloriæ, conuerſioniſque ad Deum mundi totius deſiderio. 8. Gloriatione in Chriſto Domino. 9. Immaculata vita, & quæ ſe in omnibus ad diuinam voluntatem conformet. Hæc eſſe, quæ his tractentur Pſalmis, Auctoris pia & ſolers ferebat meditatio. Perbreues nonnullorum commentarios reliquit, alicuius non niſi paraphraſin, aliorum argumenta duntaxat; ſed quorum nihil ſanè contemnendum ſit.*

B

Pſalmi 110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, &c.*

ARGVMENTVM.

Sub comparatione hæreditatis gentium Iſraëlitico populo promiſſæ agitur de Gentibus Eccleſiæ Chriſtianæ ſubiiciendis: & pro eo beneficio, ad eam Dei laudem quæ illi per ipſius timorem defertur, fideles incitantur.

Verſ. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum, & congregatione.* C

Verba illa, *in conſilio & congregatione*, non ſic accipio quaſi deſignent locum, vbi ſe dicat Propheta diuinas laudes celebraturum; ſed vt deſignent potiùs confeſſionis, ſeu laudationis materiam & cauſam. Etenim intuitus Pſaltes fidelium iam fieri conuentus, qui priùs, quod vigebat perſecutio, minimè licebant: ob id deprædicat Deum ab imo corde Conſilium itaque pro concilio accipio, vt idem ferme ſit quod congregatio. Tempus verò perſecutionis ſæpe aliàs ſignificatur in ſacra Scriptura, vt tempus exilij in quo diſperſi agunt fideles, aut fugati: at tempus pacis vti illud, in quo priùs diſſipati conueniant.

In conſilio & congregatione, *id eſt propter conuentus pios.*

D

Verſ. 2. *Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.*

Quia pro his, *Exquiſita in omnes voluntates eius*, Hebræa ſic videbantur ad verbum reddenda, *Exquiſita omnibus volentibus ea*, videtur multis ſenſus non ſatis noſtra tranſlatione expreſſus; ſed verò, qui alioqui erat difficilis, videntur eum mihi Septuag. aptiſſimè expreſſiſſe. Hæc ergo, *Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius*, ita explico. Magna ſanè & admirabilia eſſe Dei opera inuenientur, ſi ad omnem, quam in eis voluntatem ipſe habet, exquirantur. id eſt, ſi Dei E conſilia & fines, ad quos illa dirigit, attentè inſpiciantur. Enimuerò is ſapientiam diuinorum operum & profunditatem minimè animaduertet, qui Dei non calluerit mentem. At qui opera Dei iuxta ipſius conſilia exquiſierit, ea comperiet diuiniſſima eſſe, ac ſapientiſſima. Atque hac ratione inquiruntur à volentibus ea, id eſt, ab iis, qui diligunt illa, & in eis delectantur. Hæc cùm ad hanc libram examinentur, apparet tunc, vt Eccleſia nimiopere diuexari permitteretur, quàm id fuerit conueniens, vt præſtantior inde longè ac glorioſior

Dei opera vt cognoſcātur, attendendus eorum finis.

Digitized by Google

ſior exiſteret victoria. In antiquis porrò Dei facinoribus, in plagis, putà, Ægyptiacis, qui pertingere potuerit ad Dei fines, & quam illic graphicè euentura Chriſtianæ Eccleſiæ repræſentata fuerint, is planè intelliget, multo fuiſſe maiora opera illa, quàm tunc æſtimabantur.

Verſ. 3. *Confeſſio & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.*

Eadem actiõ tio deprehendit ſpecioſa illa valde, ac iuſta.

Cùm igitur fines, quos habet Deus, conſiderantur, fit demum perſpicuum, quæ opera non ita videbantur ſpecioſa, eſſe illa quidem, & ſummum. & quæ videbantur iuſtificata minùs, ita porrò ad iuſtitiæ normam exacta eſſe, vt illam extorqueant à nobis hanc confeſſionem: verè perfectiſſima eſt iuſtitia Domini, nec in illa quid vnquam meritò accuſatur. *Confeſſio & magnificentia*, ideſt, opus quod laudari ac magnificari debeat. Hebraicè הוד וְהָדָר ideſt, *virtus & pulchritudo*, vel *gloria & decor*, vt vertit Vulg. Pſalm. 20.6.

Verſ. 4. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus.*

5. *Eſcam dedit timentibus ſe.*

Haud diſpicio ſanè, qua ratione contextus patiatur hîc de ſacra Euchariſtia ſermonem. Cùm Pſalmi ſine dubio argumentum ſit Gentium hæreditas, qua Deus erat aliquando Eccleſiam impartiturus. Deuenit in hunc ſenſum non nemo, eiuſmodi eſſe, quæ patrarit Deus, vt eorum nunquam poſſit eſſe obliuio. quorum conſideratio piorum animos iucundiſſimè pauerit. Et ſic melius contextus cohærebat, quàm in Vatabli expoſitione *vi eſcam* de præda, quam ſecum abſtulerunt Iſraëlitæ, cũ egreſſi ſunt ex Ægypto, capientis. Appoſitum tamen, meo iudicio, impendio magis eſt, vt verſus hic de ſacra intelligatur Scriptura. Cũ enim celebrent præcedentia diuinorum operum magnitudinem, conuenienter adiungitur, breuem eorum in ſacra Scriptura exhiberi commentariũ, qui admirabilis eſt iuſtorum animis cibus. Promouet hunc intellectum Chryſoſtomus tom. 1. homil. 29. ad Geneſ. 9. *Quod ad augendas*, ait, *vires corpori ſenſibilis cibus facit, id anima lectio præſtat. Spirituale enim alimentum eſt, & fortem reddit animum, & conſtantiorem & magis philoſophicum.* Iam quod ſubſequitur, mirificè cohæret cum hoc ſenſu.

Sacra Scriptura diuinorum operum breuiarium prabet, qua refectio eſt piorum ſuauiſſima.

Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui.

Verſ. 6. *Virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo.*

Deus factũ ſuis cũ Iſraële antiquo cauit, quid facturus eſſet cum nouo.

Si de ſacra Scriptura, vt dictum, agebatur, quid potuit addi cohærentius, quàm vt dicatur, ea nos quaſi pignore & cautione tutos reddi de perpetua Dei in iis, quæ cum populo ſuo ſanxit, memoria? de exerenda ſcilicet in eo tuendo, brachij ſui omnipotentia. Nam quæ narrat ſacra Scriptura de Iſraële ex Ægypto educto, inductóque in poſſeſſionem terræ Chanaan; id quidem pignus fuit, & certiſſima cautio de gerendis olim cum Iſraële vero. Immo illa fuerunt vmbra dumtaxat eorum, quæ Eccleſiæ Chriſtianæ maximè cupiens, Deus paraturus erat, eam ex ſpirituali Ægypto educendo, & hæreditate gentium augendo.

A Verſ. 7. *Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius veritas & iudicium.*

Gentes adlecta Eccleſia diuinam liberant fidem.

Pro noſtris, *vt det illis hæreditatem gentium*; alij ſic transferunt: *Dando illis hæreditatem gentium.* nec diuerſus noſtræ lectionis ſenſus. Is itaque contextus eſt, Deum ſuæ dediſſe Eccleſiæ ſacram Scripturam pignus, de oſtẽſione vtique omnipotentię ſuorũ operũ in victoria de Gentibus ipſius obedientiæ ſubmittendis, concedenda. Quia verò præſtare Deum ſua promiſſa, id quidem propter aſtrictæ fidei obligationem, eſt iam fas, iúſque præſtare; ideo additur ad conſolationem Eccleſiæ, *opera manuum eius veritas & iudicium.* quaſi dicat, Deum poſſe haudquaquam deeſſe officio veritatis & iuſtitiæ præſtandæ: deberéque B proinde fideles omnino ſecuros conſiſtere in mediis perſecutionum vorticibus, certos nimirum his Deum, ſuam vti fidem ſolueret, vſurum.

Verſ. 8. *Fidelia omnia mandata eius: confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.*

Mandata capi interdum pro promiſſis.

Oſtendi ſuperiùs Pſalm. 104. ad illa verſ. 8. *Verbi quod mandauit in mille generationes*, his vocibus *mandare*, & *mandatum*, non pro præcepto, ſed promiſſo vti ſolere interdum ſacram Scripturam. Quò ſpectat id, quod ſequitur proximè: *Mandauit in æternum teſtamentum ſuum.* Atque hanc ac- C ceptionem exigit præſens contextus. Sic enim optimè hic cum proximo verſus cohæret. Nam vt Eccleſia, eius quod Deus ipſi promiſerat, ei ſubditum iri, ſcilicet aliquando Gentilitatem, prorſus fieret ſecura, iterum atque iterum Dei commendatur fidelitas, veritas item ipſius, æquitáſque. quoniam non vt decipiat pollicetur; ſed verò vt ſtet promiſſis fideliſſimè.

Verſ. 9. *Redemptionem miſit populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum.*

Duo ſunt, quaſi dicat Pſaltes, quæ promiſit nobis Deus, & libertas ab Ægyptiis, & Gentium imperium: alterum præſtitit iam, alterum, vt quę D nobiſcum pepigit, perficiat; haud dubiè præſtabit exactiſſimè. Et eſt hoc ei tempeſtati, qua egreſſa iam Eccleſia ex myſtica Ægypto, ex Iudaici nimirum populi oppreſſione, Gentilium adhuc vexationem tolerabat, in primis appoſitum: ſuo item modo in ætatem conuenit Dauidis, cùm populus, graui Philiſtæorum excuſſo iugo, ad regionis illius, quam redegit poſtea in ſuam ditionem Dauid, aſpirabat dominationem. Senſus itaque eſt, extraxit nos iã è captiuitate Deus, idem operi ſuo finem imponet, & ſatisfaciet promiſſioni ſuæ. Quòd ſi malit quis redemptionem hanc ad eam, quæ Chriſti eſt propria, referri, minimè recuſo. Is E ergo hæc ſic attexet: Qui profuſo nos ſanguine redemit, idem, conceſſa nobis Gentium hæreditate parta ſua redemptione, conuentionem vtique ſuam ad exitum perducet.

Redemptio libertatem affert, mandatũ verò æternæ ſtabilem promiſſionem.

Sanctum & terribile nomen eius.

Verſ. 10. *Initium ſapientiæ timor Domini.*

Deus Sãctus fauet iuſtis. Terribilis ſibi ſubiicit vel potentiſſimos.

Ac tandem Deus optimus in nationibus Gentilitatis Eccleſiæ ſubigendis, honori conſulet ſui

Digitized by Google

ſui nominis, ſeque & ſanctum & formidabilem demonſtrabit. Sanctum quidem, vt qui faueat iuſtis; formidabilem autem in terrore, quem ſuæ Gentis hoſtibus incutiet, cum præualidis hoſtibus facillimè conculcatis, Romanam potentiam perdomuerit, atque ſuæ Eccleſiæ deuictam attulerit. Nec opponat iam quiſpiam hanc Dei terribilis nomenclationem melius in vltione Dei propria, quàm in myſtica collocati? Enimuerò in myſtica vltione, decorè in primis vſurpare ſacram Scripturam nomen iræ nouiſſimæ, iræ ac furoris ingentis, explicaui latè in Apocalypſi.

Cùm ergo dictum ſit, quàm ſe Deus Sanctum, quámque terribilem in geſtis ſuis oſtendat, aptiſſimè ſubiungitur: *Initium ſapientiæ timor Domini.* B Deum ſcilicet timere, prudentiæ id quidem eſſe ſingularis. Etenim ſanctitatem amat quippe ſanctus; atqui eundem vtpote terribilem quis iratum ferat? Nam initium ſapientiæ idem eſſe, quod ſapientiam præſtantem, ſicut initium dulcoris Eccleſ. 11. verſ. 3. melli tribuitur, notum eſt. Eſt autem conuenienter addita hæc ſententia, vt denuncietur, diuinam laudem, ad quam hortatur fideles hic Pſalmus, non eſſe debere verbo tenus; ſed ad opus & affectionem extendi, cuiuſmodi ea laus eſt, quam Deo exhibet timor ſanctus.

Timor ſanctus opere & affectu Deum laudat.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: Laudatio eius manet in ſæculum ſæculi.

Ij dicuntur in præſenti facere timorem Domini, qui ea præſtant, quæ timor Domini præſcribit. C atque ij prudentes prædicantur, quia initium ſapientiæ timor Domini. Ac denique quæ ab hoc timore laudatio proficiſcitur, ſeu quam ille defert Deo, ea quidem eſt quæ manet in ſæculum ſæculi, quæ ſæcula perſeuerat. ſicut ſtabilis contra ea non eſt, quæ verbis timore nudis exhibetur. qua igitur prædicatione Deum afficit timor ſanctus, hæc æternum perſiſtet. Atque hoc illud eſt veræ laudis genus ad quod Pſalmi titulus *Alleluia*, ideſt, laudate Deum, nos inuitat. Noſtrum porrò intellectum, ſi quid aliud, maximè firmat Apocalypſis alluſio. Etenim ex Pſalmis alleluiatis, ad quos Apocal. 19. alluditur, hic noſter quartus eſt. Recolenda quæ diximus ad illum locum, & ad Pſalm. 104. ex alleluiatis primum.

Idem perpetuam reddit laudationem Dei.

Pſalmi 111. *Beatus vir, qui timet Dominum,* &c.

ARGVMENTVM.

Qvamquam virum quemcumque iuſtum ac miſericordem, quem adeò fortunarit prouidentia Dei, reſpicere videatur locutionis figura; re tamen vera ſermo eſt de Chriſto Domino, propter cuius merita Eccleſiæ Chriſtianæ promittitur etiam in hac vita potentia maxima, & glorioſus de inimicis *triumphus*: atque *propter eum triumphum ad Dei laudem inuitantur fideles.* E

COMMENTARIVS.

Eius itaque modi Pſalmi huius locutionis figuram concinnatam, vt præferat cum iuſto quouis ac munifico ſermonem, probat vel ſimplex il- A lius lectio. Atqui iſtud ex mirabili fuit artificio, vt myſterium ad maiorem ipſius maieſtatem diſſimularetur. Nam quod directè de Chriſto & ipſius Eccleſia ſermo ſit, perſuadet 1. Apocalypſeos alluſio, vt oſtenſum cap. 19. nam hic ex Pſalmis alleluiatis quintus eſt. 2. Contextus Pſalmi ſolerter inſpectus: nec enim de quolibet homine, iuſto quamuis valde, ac miſericorde, vera eſt illa promiſſio: *Potens in terra erit ſemen eius.* & quod ſubditur: *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Iam verò vt hæc myſticè, vel allegoricè capiantur, haud fert capitis illius 19. Apocal. alluſio. Præterquam quod valde quidem, meo animo, imprudenter literariã de Chriſto & Eccleſia in Pſalmis refugiat quis expoſitionem.

De Chriſto directè hic agi, aſtruitur.

His tamen ita conſtitutis, reſiſtat quis adhuc in verbis illis tituli: *Reuerſionis Aggæi, & Zachariæ.* Nam licèt ea fortè conſideratio alicui ſatisfaciat, qui compoſuerunt, & cecinerunt hunc Pſalmum, Aggæum fuiſſe & Zachariam è Babylonia captiuitate reuerſos: verùm enim argumentum Pſalmi quid innuit grandius multo & excellentius, quàm vt in reditus illius ſolemnitatem, lætam licet, conueniat. Niſi quiſpiam dixiſſet Aggæum & Zachariam ex præſenti lætitiæ occaſione ad ingentem illum Chriſtianæ Eccleſię, exactis iam perſecutionibus immaniſſimis (quarum captiuitas Babyloniæ videtur typus) gaudij & exultationis cumulum, conſiderationem extuliſſe. Vt vt tamen hoc ſit, myſtica titulorum, qui Pſalmis aliquibus præſcribuntur (de quo habes in prologo Pſalmorum) intelligentia conſiderata, hanc Aggęi & Zachariæ reuerſionem in titulo huius Pſalmi parabolicam eſſe, ſpectaréque ad argumentum Pſalmi, mihi ſit valde veriſimile. Hoc vt exponam, noto primùm hæc verba: *Reuerſionis Aggæi & Zachariæ,* in Hebræo textu non eſſe, neque forſan in Græco Septuag. interpretum; vnde ſubit me ſuſpicio, vel Apoſtolos, vel Apoſtolicos viros ea Pſalmo arcanè appoſuiſſe. Noto deinde, in nominibus propriis, vt ad eorum ſignificationem, myſterij cauſa alicuius deſignandi, ſpectetur, frequens eſſe. Ac demum noto, Aggæum nobis ſonare *feſtiuum.* Zachariam verò, *Memoriam Dei.* Iam verò vt denotaretur, furentes illas Eccleſiæ tempeſtates, gaudij & ſpiritualis iubili, quibus D naſcentis Eccleſiæ filij potiebantur, renouationem tandem ſubſecuturam, grandique illi perſecutionum inundationi ſucceſſurum myſticè, quod Geneſ. 8. verſ. 1. dicitur: *Recordatus autem Deus Noë, & eorum qui erant in arca, adduxit Spiritum ſuper terram,* quid quæſo elegantius, quàm hunc Pſalmo titulum præponi, *Reuerſionis Aggæi & Zachariæ?*

Aggæus & Zacharias præfixi in titulo fortè in egreſſu Iſraëlis è Babylone cecinerunt Eccleſiæ ex perſecutionibus exitum.

Aptius eſt vt Aggæus & Zacharias appoſiti ſint parabolicè propter nominum ſignificationem.

Verſ. 1. ***Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.***

2. ***Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.***

3. ***Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.***

Beatus vir qui timet Dominum. A Dei timore, in quem Pſalmus præcedens deſiit, præſens inchoatur. *timor* autem hîc conſideratur vt Iſai. 11. verſ. 3. in Chriſto ſcilicet. nec enim de quolibet timente Dei ſermo eſt, ſed de eo, quem Pſalmus intuetur. Ad eum vtique modum quo in veſperis dici B. Martino ſacri canit Eccleſia. *O beatum virum,*

Hic timens Dominum Chriſtus eſt.

Digitized by Google

virum, cuius anima paradiſum poſſidet. &, *ô beatum Pontificem*, &c. nec tamen de quolibet aut beato, aut S. Pontifice generatim, ſed ſpeciatim loquitur de S. Martino. Chriſtus ergo eſt ille vir, qui timet Dominum, quemadmodum de ipſo dicitur Iſai. 11. 3. *Repleuit eum Spiritus timoris Domini.* De ipſo item propheticè dictum: *In mandatis eius volet nimis.* nam cùm præceptum de patiendo pro humano genere à Patre accepiſſet, dicebat Luc. 12. verſ. 50. *Quomodo coarctor vſque dum perficiatur.*

Præmium, potentia filiorum, & immenſa in vtraque vita felicitas.

Operis verò longè præſtantiſſimi præmium: *Potens in terra erit ſemen eius.* nam ſoboles eius fideles ſunt; his porrò orbis dominatus promiſſus eſt. Iam ſemen eius, & generatio rectorum idem eſt. Licèt enim inter Chriſtianos eſſe & poſſint & ſoleant nonnulli, qui iuſti non ſint; quia verò vocantur omnes ad admirabilem & rectitudinem & ſanctitatem; & quia hæ in illis duntaxat veræ repeiriuntur, quia demum Chriſtiani re ipſa primitiui omnes ferè recti erant ac ſancti; ideo veriſſimè appellati *Generatio rectorum.* & iuſtis quippe ac rectis Dei promittitur benedictio, quo nomine proſperi ſucceſſus intelliguntur omnes? Nec afferunt diuerſum quid hæc: *Gloria & diuitiæ in domo eius.* nam Chriſti domus Eccleſia eſt Chriſtiana, quæ habebat in promiſſis non æternam modò gloriam, & opes gratiæ; ſed Romani etiam imperij idolorum cultui mancipati victoriam, ac proinde imperium vniuerſale. *Ac denique iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* quaſi dicat, fore vt in donis maximis, quibus Deus erit ſuam Eccleſiam perpetuò cumulaturus, emineat ſemper gloria iuſtitiæ, ac ſanctitatis Chriſti, cuius eximia promerita Pater æterna Chriſtianæ Eccleſiæ felicitate remunerauit.

Verſ. 4. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis: miſericors, & miſerator, & iuſtus.*

Tenebræ perſecutionum euanuerunt proſperitatis luce; in quo Deus miſericors & iuſtus.

Senſus eſt, præfatam felicitatem, cuius gaudebat promiſſione Chriſtiana gens, furerent in eam licèt tenebris & impetu ſæuiſſimæ tempeſtates, iis handquaquam interceptum iri, quod è tenebris perſecutionum ſubitò emerſura eſſet proſperitatis lux, ita Deo ſuam cùm benignitatem, cùm iuſtitiam oſtentante. benignitatem quidem, hominibus ſummum vexatis fauendo, erratiſque illorum ignoſcendo: iuſtitiam autem, iuſtorum cauſæ conſulendo, liberando fidem, Chriſtóque in præmium felicitatem Chriſtianorum conferendo.

Verſ. 5. *Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio:*

6. *Quia in æternum non commouebitur.*

Quòd ſi ei, qui beneficus, prudens ac iuſtus eſt, repoſitæ in tuto ſunt iucunditas, & proſperitas, quia in æternum non commouebitur; quis porrò Chriſto D. beneficentia, prudentia, ac iuſtitia par? nam ſi benefici eſt vel eleemoſynis vel mutuandis facultatibus, ac commodandis, aliiſque officiis iuuare omnes: prudentes deinde ac iuſti, ſermones ſuos, ideſt, conſilia ſua omnia *in iudicio*, ideſt, cum conſilio diſponere; quis perinde beneficus ac Chriſtus, qui miſertus eſt humani generis, eique extremè indigenti ſanguinis ſui pretio commo-

Benignitate ac prudentia Chriſtus præſignis.

A dato opitulatus eſt? Iuſtus deinde ac prudens, quis iuxtà ac idem ipſe, qui omnia ſua conſilia & ſermones diſpoſuit in iudicio & veritate? Chriſtus igitur haud dubiè fruetur in æternum pleniſſima iucunditate, ex ſucceſſu Eccleſiæ ſuæ in primis fortunato, quia in æternum non commouebitur, acquiſita.

Verſ. 7. *In memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius ſperare in Domino.*

8. *Confirmatum eſt cor eius: non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.*

Fiducia Chriſti in mediis Eccleſiæ tempeſtatibus.

B Quod eius nunquam Deus obliuiſceretur, quódque ſanebit ſemper, certus omnino eſt: nullus proinde impendentis aduerſitatis, perſecutionis in ſuos excitæ rumor ipſum quidquam turbabit. Etenim ſæuiente tempeſtate, *Paratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius.* Fiducia de diuina ope concepta, quod omnia cadent proſperè, ſecuritatem affert, atque ideo commouebitur nunquam; confidens potiùs ac ſecurus tantiſper dum fiat compos voti, nimirum vt hoſtes ſui, ideſt, infideles, locum inferiorem, ſuperiorem verò teneant Chriſtiani, conquieſcet. nam deſpicere inimicos, eſt inferiores, ideſt, victos cernere. Iam aduerbium *donec* non afferre commotum iri poſtea Chriſtum, quis ambigat? Lectorem allego ad τὸ, *donec ponam inimicos tuos*, Pſal. 109. C

Verſ. 9. *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.*

Exaltata Eccleſia remuneratio eſt miſericordiæ Chriſti.

Magnæ illi Chriſti aduersùs pauperes, ideſt, humanum genus, cui ſanguinis ſui pretio ſuppetias tulit, benignitati hoc tribuitur, vt præmium ipſius æternum ſit, Chriſtianíque populo exaltatio glorioſiſſima. Enimuerò, *ſi poſuerit pro peccato animam ſuam* (eſt apud Iſai. 53. verſ. 10.) *videbit ſemen longæuum.*

D Verſ. 10. *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.*

Improbis autem rabies vehementiſſima.

Appoſitè hoc ad ſuperiora: quo ſignificetur eiuſmodi fore exaltationem Chriſtiani populi, quæ furioſam rabiem Dæmoni & infidelibus obſtinatis importet.

Extẽſio Pſalmi ad ſectatores Chriſti.

Addo tandem, ſermonem in hoc Pſalmo fortè non eſſe de Chriſto tantùm ipſo, ſed de eodem etiam in Apoſtolicis concionatoribus & Martyribus agente. Ipſius enim Chriſti in iſtis ſummum eluxit gratia, & ipſi etiam ſunt parentes & auctores Chriſtianæ gentis, eorum nimirum, quos doctrina & exemplo ad Chriſtum pertraxerunt. E

Pſalmi 112. *Laudate pueri Dominum*, &c.

ARGVMENTVM.

PRophetia eſt de magna Dei gloria & Chriſtianæ gentis exaltatione per conuerſionem Gentili

Gentilitatis. Hanc ob cauſam fideles, ex grato in A primis atque humili animo, vti perſoluant Deo gratiarum officium agendarum, inuitantur.

Extorquent ſanè hoc argumentum tam alluſio capitis 10. Apocalypſ. vt ibi vidimus, ad hunc Pſalmum: (ex enim hic ex alleluiatis ſextus,) quàm totius Pſalmi, quod videbimus iam, ſeries.

Verſ. 1. *Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.*

2. *Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.*

3. *A Solis ortu vſque ad occaſum, laudabile nomen Domini.*

4. *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cœlos gloria eius.*

Pueri Domini, id eſt, ſerui.

Primus verſus Hebraicè ſonat: *ſerui Domini laudate nomen eius.* nam עבדי propriè ſignificat *ſeruos:* cúmque ſit in regimine, conſtructio eſt: ſerui Iehouæ laudate nomen Domini. Idem tamen noſtræ lectionis eſt ſenſus, communi enim ſacræ Scripturæ locutione ſerui vocantur pueri. Tantundem verò eſt, ſerui Iehouæ laudare ipſius nomen, ac, ſerui laudate Dominum veſtrum, laudate, inquam, nomen eius.

Hoc nomen Domini eſt Iehouah, ad cuius ſignificatum reſpicitur.

Porrò *laudare nomen Domini*, eſt Deum propter veritatem ſui nominis prædicare. Nomen C autem eſt *Iehouah*, omnia illa, (de quo latè Apocalypſ. 1.) complectens: *Erit, eſt & fuit.* In his igitur indicitur laudatio Dei, quod proprium ipſius opus, quemadmodum in promiſſis & figuris habebatur, ad finem vſque perduxerit, ſui nominis dignitati, victoria Eccleſiæ contra hoſtes conceſſa, cumulatè ſatisfaciens. Atque hæc eſt repetitionis cauſa: *ſit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc*, &c. quaſi dicat, in omnem ſæculorum æternitatem deprædicetur Deus, quod gloriam ſui nominis feliciter promouerit, ac proſecutus ſit.

A Solis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini. Hebraicè, laudatum nomen Domini. Quare *laudabile* in præſenti idem eſt, quod frequenti laudatione celebratum. Atque ratio propter quam ad laudem diuini nomini Pſalmus inuitat, hæc quidem eſt, quod effecerit iam Deus ſuum laudari nomen ab omnibus gentibus, vtpote *à Solis ortu vſque ad occaſum.* Quod de Gentium capiendum conuerſione efficitur ſatis ex verbis Malachiæ, qui cum alluſione ad hunc Pſalmi locum eiúſque expoſitione capit. 1. verſ. 11. canit: *Ab ortu Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus.* firmant adhuc ſequentia hunc ſenſum.

Hac explicuit Malachias de Gentium laude.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus. Quorum intellectus, manifeſtus is quidem eſt, non vtique Deum eſſe gentibus omnibus celſiorem; ſed verò maieſtatem eius agnoſci iam & ſuſpici à Gentium vniuerſitate. Quod verò ſequitur, *& ſuper cœlos gloria eius*, vt cum hemiſtichio præcedenti cohæreat, ſic exponendum: Quam gloriam ex Gentium notitia & adoratione acquiſiuit Deus, hanc minimè terreſtrem eſſe, cœleſtem quinimò. Enimuerò Gentes Chriſtianam & religionem & vitam amplexatæ cœlum quoddam ſpirituale fiunt, in quo Deus gloriatur maximè & exultat. Nam ex Apocalypſ. 4. & aliunde, quanto iure cœlorum nomen tribuatur Chriſtianæ Eccleſiæ, ſatis notum exiſtimo.

Gentes ex Chriſtiano viuentes ritu cœli ſunt & glorioſa habitatio Dei.

Verſ. 5. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat.*

6. *Et humilia reſpicit in cœlo & in terra?*

7. *Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem:*

8. *Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.*

Plurimum extollit Deus habitationem ſuam.

Qui in altis habitat. Hebraicè ad verbum, B *exaltans ad habitandum.* Tygurina verò addito reciproco habet, *exaltans ſeſe ad habitandum.* Ego non ſic puto. Etenim Deus non ſeſe ad habitandum extollit; ſed ædificium potiùs, vt in illo habitet. Quod ea phraſi dictum videtur, qua diceremus principem ſummùm habitationis ſuæ palatia extollere, ac magnificare. Cùm itaque Deus in creaturis, quas in ſuam elegit domum, habitaturus ſit; illud admirationis eſt, quo plurimum eas extollat, non ſe ferri ſinere magnitudine, ſed capi potiùs paruitate maiore & humilitate. Quaſi ſcilicet quo plurimum quis palatium erigeret, in aream ſeligeret maximè depreſſam vallem, vt inde potentia & magnitudo magis eminerent.

Quid porrò eſt: *Humilia reſpicit in cœlo & in terra?* Quidquamne in cœlis humile eſt, quod euehendum Deus intueatur! aut quidquam fortaſſe ſordium ibidem eſt, vnde elaturus aliquem ſit? id enim videtur exigere contextus. nam pro illorum explicatione: Humilia reſpicit in cœlo & in terra, apponitur: *ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* Ergo etiam in cœlis erat aliquid, quod humi vel in ſordibus, & in paupertate, inopiaque iaceret. Secus enim quomodo diceretur Deus reſpicere humilia quæ in cœlo & in terra, ſuſcitare à terra inopem, & de ſtercore pauperem erigere? Hoc vti exponam, quod ſuperiùs verſ. 4. iterum obſeruo, *cœli* nomen in præſenti Pſalmo ad Chriſtianam Eccleſiam referri. & conſtat D alioquin eam eſſe familiarem ſacræ Scripturæ, in Pſalmis præſertim, acceptionem. Ex hac obſeruatione facilè intelligitur, quæ ſit humilitas in cœlo, quæ verò in terra. Etenim humilitas in cœlo ea eſt, quam docet conuerſio cœleſtis: vt ſcilicet qui ex ſe, ex natura ſua nihil eſt prorſus, is de ſe humiliter ſentiat, & abiectè. Et qui eiuſcemodi apud ſemetipſos exiſtimationis ſunt, in hos enimuerò, vt euehat, vt exaltet, coniicit altiſſimus ſuos oculos.

Qui ſentiunt de ſe abiectè, ij ſunt humiles in cœlo, ſeu prædicti cœleſti humilitate.

Ad documentum verò præclariùs tum potentiæ & magnificentiæ Dei, tum odij, quo proſequitur idem vanitatem ac ſuperbiam, addit Pſalmus non ferri tantùm diuinos oculos ab iis, quæ cœleſtis viri ſunt humilitatis, ſed E ab iis etiam, qui altero item modo humiles ſunt ac depreſſi: ab iis nimirum, quorum non apud ſe modo humilitas eſt ac deſpectio (quam cœleſtem diximus humilitatem) ſed etiam qui apud homines viles ſunt ac nihili ducti, id eſt vexati, afflicti in egeſtate ac mendicitate degentes. In eos igitur, qui huius vtriuſque humilitatis fundum tenebant, figit oculos Deus, vt extollat, vt exornet, & throni ſui celſitate,

Spreti & conculcati ab hominibus ij ſunt humiles in terra.

K &

Digitized by Google

& auctoritate principatus in ſuos. Enimuerò homines piſcatu victitantes, quos paruulos (Matth. 11. verſ. 25. *Reuelaſti ea paruulis*) vocat Euangelium, principes creauit Eccleſiæ, his ad ſupremam auctoritatem, ac maieſtatem euectis nationes ſummiſit. Agit verò Pſalmus de ea maieſtate, quam accepit Eccleſia, ſubiecta ſibi Romanorum potentia, & orbis deinde tradito imperio. atque id quidem, quoniam tanto magnitudinis imponendo faſtigio, humilitatem Deus Apoſtolorum ac Martyrum vt fundamentū elegit. Etenim ſummæ illæ Eccleſiæ conceſſæ auctoritas & maieſtas, præmium vtique fuit humilitatis & abiectionis Apoſtolorum ac Martyrum Chriſti D. Atque illi profectò in regno ac triumpho, quibus filij ipſius ſpirituales perfruuntur, tanquam nobiliſſimi regnatores ac triumphatores veriſſimè dicuntur conquieſcere.

Vtramque humilitatem euexit Deus ad dignitatē ſummam.

Eſt autem dignum quod obſeruetur, ſicut ex Hebræa proprietate redditur verſ. 5. *Exaltans ad habitandum.* ex eâdem verti in 6. *Humilians ad videndum.* vbi ſubeſt id arcani, Deum non ſeligere modò humiles ac depreſſos, vt extollat; ſed ipſum etiam humiliare profundè eoſdem ac deprimere, vt poſtea exaltet. Sic enim Eccleſiam, quam poſtea volebat ſummum euectam, depreſſit & attriuit priùs deſpectu ac perſecutione multiplici. nam illa phraſis, *ad videndum*, idem eſt atque ad conijciendum in illam ſuæ benignitatis oculos, eóque euehendum celſitatis ac gloriæ, quo euexit poſtea reipſa.

Dei ingeniū, ſummum deprimere, quos efferre vult ſummum.

Verſ. 9. *Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.*

Senſus eſt Chriſtianam Eccleſiam primogenitam, quæ ſterilis videbatur & orba filiis Iudæo repulſo populo, Gentili iam acquiſito; gaudio affectam a Deo fuiſſe beatiſſimæ parentis, quæ ſeſe numeroſiſſima tot filiorum optimorum corona adeóque incredibili gloria ex tot regnorum prouinciarúmque Romani imperij conuerſione decoratam ac locupletatam videret. De hac commutatione pulcherrimè 49. verſ. 21. Iſaias, *Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens, transmigrata & captiua, & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta & ſola: & iſti vbi erant? Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum*, &c. In eodem eſt argumento cap. 54. verſ. 1. *Lauda*, inquit, *ſterilis quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quoniam multi filij deſertæ magis quam eius, quæ habet virum.* Marito quidem & filiis, quæ gaudere videbatur, erat ſynagoga; at Chriſtiana Eccleſia primogenita, quæ ſterilis, quæ ſolitaria reputabatur.

Eccleſia cōpioſa prole filiorū beata.

Pſalmi 113. *In exitu Iſraël de Ægypto*, &c.

ARGVMENTVM.

SVb Iſraëlis comparatione ex Ægypto egreſſi, in terrámque ingreſſi promiſſam, agitur de populo Chriſtiano à Iudæis commigrante ad Gentes, illaſque ſanctificante, déque miraculis antiquis in eo facinore ſpiritualiter renouandis.

A vnde fit ad fideles inuitatio, vt ſua in Deum fiducia prorſus collocata, illum timore ac gloria proſequantur.

Hebræi, quos imitatur Caiet. partiuntur in duos hunc Pſalmum; ab illis enim: *Non nobis Domine, non nobis*, alterum inchoant. Nos præter Eccleſiæ Chriſtianæ auctoritatem (cui Hebræorum præferre diuiſiones ſtultum eſt.) vt Pſalmum hunc ſimplicem eſſe, non duplicem perſuadeamur, ex Apocal. vt illic vidimus cap. 19. notat. 3. confirmationem habemus. Atque inde quæ exiſtit, vt par eſt, certitudo efficiens nō duos hîc, ſed vnicum Pſalmum eſſe: eadem iuuat in primis, vt prima Pſalmi pars, allata licèt ſub antiquæ ex Ægypto egreſſionis (de qua videntur Deo gra-

Pſalmū hunc partiri in duos ſine ratione.

B tes perſolui) tegumento, multo ſublimius, hac tamen occultiori locutionis figura, complecti credatur argumentum. Etenim Pſalmum hunc, qui contendat, vel viuente Moſe, vel ante Dauidis ætatem compoſitum, nemo eſt. Quod autem Hebræorū fideles de egreſſu antiqui Iſraëlis ex Ægypto agentes Dauidis tempore dicerent: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam*, planè fuiſſet abs re. Supponit enim vox hæc, *Non nobis Domine, non nobis*, qui eam vſurpant, eos vel inſtrumento, vel vſui Deo fuiſſe, vt illud quod celebratur facinus illuſtre, patraretur. Atqui perſpicuum eſt, exiſtimare non potuiſſe Dauidi coætaneos aliquid in ſe fuiſſe cauſæ, vt maiores ſui egrederentur ex Ægypto, euaderéntque glorioſè Pharaonis

Vnitate eius multum iuuari noſtrum argumētum.

C potentiam. Quòd ſi reſpondeas loqui Pſaltem eorum nomine, qui ex Ægypto exierunt, minimè ſatisfacies. non enim erat cur neque hi à ſe gloriam remouerent. Etenim & miraculorum magnitudo, & eorum patrandi ratio clariſſimè demonſtrabāt, qui ex captiuitate aſſerebātur, eos minime ad partem vocari facinoris illius præclariſſimi; ſed illud debere totum Dei omnipotentiæ aſcribi.

Equidem ſentio hunc Pſalmum ab eo diuidendum, qui partem eius priorem in Ægyptiaco exitu Iſraëlitarum antiquo credat verſari totam; quod quia ita ſibi Hebræi perſuadent, ideo Pſalmum diuidere coacti ſunt, quia huic argumento ſequentia illa, *Non nobis Domine*, &c. minimè conueniebant. Diſciderunt itaque quod contexere

Diuiſerunt qui in eo Chriſtiana non viderūt.

D nequierunt. Cùm tamen haud expeditum eſſet, inchoare Pſalmum ab illis: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriā*, nullo, de quo ageretur, facinore aſſignato. Vbi verò fuerit conſtitutum, exitum ex myſtica Ægypto ſpiritualis Iſraëlis; Iudææ item ſpiritualis, quæ myſtica eſt terra Chanaan à Gentibus occupata, poſſeſſionem, proprium eſſe Pſalmi huius argumentum; huic enimuerò nihil eſſe poterat congruentius illis verbis: *Non nobis Domine, non nobis*, & quæ ad Pſalmi finem conſequuntur. Nam in hoc argumento euidens eſt cani Pſalmum Chriſtianæ Eccleſiæ primitiuæ nomine, illorum item ipſorum, qui populo Iudæo-

Qui in eo Chriſtiana vel ad Gentiles ingreſſum vident, iungunt opportunè.

E rum (quæ myſtica eſt Ægyptus) in ſua obſtinatione derelicto, per mare Gentilitatis ingreſſi, nouæ Iudææ, quæ regio eſt ab ethnicis Romanis antea poſſeſſa, cum expugnatione ſanctitatem attulerunt. quæ tunc demum ſanctitate imbuta debellatoribus ipſius myſticis Iudæis, qui Chriſtiani ſunt, in poſſeſſionem ceſſit. In hoc porrò ſenſu & argumento nihil magis appoſitum cogitari poterat, quàm vt tanti facinoris adminiſtri propriam ipſorum imbecillitatē agnoſcentes, de compacto dicant: *Non nobis Domine,*

non

Digitized by Google

non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Fauet ergo noſtro argumento mirificè, hæc cum ſequentibus ad eundem Pſalmum pertinere. Præterquam quòd alluſio 19. Apocal. magnam affert firmitudinem in hoc Pſalmo (qui ex alleluiatis eſt ſeptimus) agi ex occaſione reprobationis Iudæorum, de Gentilitatis conuerſione. Iam Pſaltem vſum ad hoc fuiſſe argumentum antiqua hiſtoria, expreſſo illius typo, ad ſacræ id quidem excellentiam poëſeos, quod diſſeruimus in huius libri procemio, valde conferebat. Et ciuitatem Ieroſolymitanam, carnaliúmque Hebræorum rempublicam eſſe ſpiritualem Ægyptum, mare verò Gentilitatem eſſe, iam id ſatis Apocalypſi edocti ſumus. quo ſemel conſtituto totus Pſalmus optimè cohæret. Denique quod illi ego argumentum aſſigno, longè certè quidem excellentius eſſe, Pſalmíque præſtantia dignius, quis neget?

Verſ. 1. *In exitu Iſraël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro:*
2. *Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſraël poteſtas eius.*

Barbari dicūtur myſtici Ægyptij, ideſt, Iudæi rebelles.

In exitu ſcilicet noui Iſraëlis, & nouæ domus Iacob, hoc eſt, populi Chriſtiani ex myſtica Ægypto, nempe ex ſynagoga, cùm populum illum, barbarum quidem, qui tam barbarè Chriſtianos inſectabatur, hi deſeruerunt, & ad Gentilitatem prædicationis cauſa ſe tranſtulerunt.

In ſecundo verſu primum *τὸ eius* in vtraque parte aliqui referunt ad Deum, ſed cùm Dei nomen non præceſſerit, immeritò: referri verò ad *τὸ Iſraël* quod præceſſit, ideſt expeditum. Deinde, nomen *Iudæa* terram illam deſignat regni Iuda, & conſequenter Iſraël terram deſignat regni Iſraël. Intellectus autem hic eſt, quemadmodum Iſraël antiquus, cùm ex Ægypto egreſſus fuit, cum nactus eſt expeditionis ſuæ finem, vt veræ religioni ſubiecerit, occuparítque non illam modò regionis portionem, quæ tribui ceſſit Iudæ & Beniamini (quæ pars vocata poſtea eſt Iudæa, in qua & tabernaculum Dauidis, & Salomonis templum paulò pòſt ædificatum eſt.) Sed omnem etiam regionem, quam reliquæ occuparunt tribus, & quæ Iſraël appellata eſt; ita nimirum exitus noui Iſraëlis ex myſtica Ægypto (ideſt, populi Chriſtiani primitiui ex ſynagoga) & Romam, & totam eius imperium occupare, is quidem euentus proſper ac finis fuit. Romæ autem, poſtquam recepit Chriſti fidem, aptiſſimè tribuitur nomen myſticæ Iudææ per Chriſtianos primitiuos ſanctimonia imbutæ, ac Domino dedicatæ. Illic enim myſticum Salomonis templum. nam id eſt Romanæ Eccleſiæ magnitudo, imperij totius vertex, Deo inauguratum eſt. Appoſitè etiam valde toti imperio, cæteris nimirum ditionis Romanæ prouinciis redactis iam in Chriſtianæ gentis poteſtatem, conuenit, vt Iſraël, propter eam, quæ facile ex ſuperioribus elicitur, proportionem cognominetur.

Iudæa myſtica Roma, imperium verò totum, Iſraël.

Verſ. 3. *Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum.*

Sicut olim mare cum aſpexit filios Iſraëlis ingredientes, vt iis, Dei quippe filiis, cederet, pedem quaſi referre cum fuga viſum eſt; Chriſtianis ad eum quidem modum primitiuis euenit. Hi enim ſynagogam (quæ myſtica Ægyptus eſt) deſerentes, Gentilitatis mare generoſiſſimè adorti ſunt. Atqui huius videbantur illi primum abſorbendi fluctibus: ſed verò poſuit paulatim iras, reduxit fluctus tumentes, viam demum intra ſinus ingredientibus dedit. Quemadmodum item Iordanis, ineunti iam iam antiquo Iſraëli, vt poſſideret, promiſſionis terram, ſiccum alueo ſuo ingreſſum obtulit; ita planè, vt Orientis regum Darij & Cyri myſtico exercitui liceret myſticæ Babylonis liberè poſſeſſionem inire, *ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen, & exſiccauit illud.* adeunda quæ diximus Apocal. 16. verſ. 12.

Maris & Iordanis fuga cedentem doctrinæ Euangelicæ Gentilitatem deſignat.

Verſ. 4. *Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium.*

Exultare ſaltationem affert, ac tripudium; horum autem deſcriptio grammaticè egregiam terræ motus ex poëſi politiſſima deſcriptionem repræſentat. Et quidem Geneb. Rabbinū citat Iſaac, qui ex magiſtrorum ait ſententia extitiſſe reipſa hunc in monte Sinai terræmotum, cùm illuc Dominus legem ſuo populo præbiturus deſcendit. Nec contextus non videtur fauere: ſicut enim quæ proximè dicta ſunt, *Mare vidit & fugit: Iordanis conuerſus eſt retrorſum*, ad verbum euenere; ita videtur de terræmotu ſentiendum. Verùm refragatur huic dicto, terræmotum, ſi fuiſſet, minimè prætereundum à Moyſe Exod. 19. vbi nubem denſiſſimam, tonitrus, fulgura, fumum, ac tubæ ſonitum recenſet. Quare diſpliceret minus, vt in ſenſu grammatico lætam hic verſus hyperbolem exhiberet. quaſi dicat, ob ſtupendum factum maris ac Iordanis exſiccatorum, vel montes ipſos ſpectatos fuiſſe ſubſultantes, demiratos partim prodigium, partim populo gratulatos.

Terræmotus in Sinai non fuit.

Sed tamen ad id inclino impendio magis, vt terræmotum, qui verè in antiqui Iſraëlis tacta hiſtoria non fuit, ſciens prudénſque Pſaltes addiderit, quo Pſalmum hunc aduerteremus ad exitum myſtici Iſraëlis longè admirabiliorem directè ferri, id facinus vtique longè pulchrius, ad Euangelij ſcilicet ſementem in Ethnicorum campum diſperſam. In qua terræmotus, qui raræ ſemper & admirabilis mutationis portentum eſt, idem ſignificat prorſus quod in Apocal. 16. verſ. 18 *Terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit*, &c. videnda item Apocal. cap. 6. verſ. 12. & cap. 11. verſ. 19. His adiungo ſignificari poſſe non incongruè Apoſtolos per montes, & Apoſtolicos viros per colles; qui quidem omnes ad facinus pulcherrimum exultarunt, certi vtique cū dynaſtis ac orbis principibus confligendi. quod ſanè arietare fuit, atque id tam valentiſſimis adorti ſunt animis, vt ſpectaculum præbuerint longè admirabilius, quàm ſi montes inter ſe arietantes conſpicerentur. Vnde Apoſtolorum filioli (qui ſunt velut agni ouium) eos ad depugnandum animos hauſerunt, vt in mundum vniuerſum, eiúſque dominos potentiſſimos arietare ſint auſi parentes imitati.

Poſitus propter denotandam Euangelij in Gentibus prædicationem.

Mõtes & colles Apoſtoli ſunt & ſectatores illorum mundi potentiam arietū inſtar impetentes.

Verſ. 5. *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti: & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?*

K 2 Verſ. 6.

Digitized by Google

Verſ.6. *Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium.*

7. *A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.*

Tantorum cauſa præſentia Dei & Chriſti.

Apoſtrophe pulcherrima, & aptiſſima reſponſio, in qua diuinæ præſentiæ, præſentiſſimo ſcilicet Dei & Spiritus ipſius fauori, quæ nuper memorata ſunt, geſta admiranda tribuuntur. & cur non item Chriſto, vt in ſacra nobis adeſt Euchariſtia, eadem tribuantur? Agno certè, qui immolatur quotidie, mirandum illud, quòd clauſus liber fuerit recluſus, Apocal. 5. (vide locum) aſſignatur.

Verſ. 8. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.*

B

Colligitur eadem efficaci argumẽto.

Horum ſententia talis eſt, qui myſticam hominum ad fidei veritatem pertrahendorum ſitim, quam duo illa (ſunt enim duo) vt eſt in Exod. 17.6. & Num. 20.11. perpetrata miracula adumbrarunt, exſaturare potens eſt; effecit idem profectò, vt tam Gentilitatis mare, quàm Iordanis copioſum flumen terræ ingreſſum promiſſæ remorantia, vt cederent loco ingredientibus, cum ſtupore inareſcerent, atque idem Apoſtolos, horúmque ſpirituales filios ad prælium cum mundi principibus committendum omni ope, vehementiſſimè animauit. Contextus, qui meo animo admirabilis eſt, grauiter expendendus.

Verſ. 9. *Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.*

Hic vulgata non quidem Pſalmũ diſtinguit, ſed vt in Pſalm 9 numeros inchoat.

Cum aſſignato verſibus ſuperioribus ſenſu cohæret præſens mirabiliter. Licèt enim excelſus ille virorum Apoſtolici inſtituti Spiritus ad ſyluam Gentium vaſtiſſimam irrumpendam, virtúſque ad Romanum Imperium, eiúſque arcem, quam etiam debellarunt, adoriendam, extremæ ſint admirationis: at verò tanti facinoris adminiſtri, quo id minus ſui vel fortitudini vel audaciç arrogaretur, clamant ſimul conuenientiſſimè: *Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.*

Verſ. 10. *Super miſericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant Gentes: Vbi eſt Deus eorum?*

D

Conuerſio gẽtium non innixa virtuti humanæ, ſed Dei & benignæ, & promiſſa præſtanti.

Obſeruo τὸ *ſuper*, ex quo hunc ſenſum elicio. Non habuit pulcherrimum facinus auctorem noſtram virtutem, noſtrum brachium. Enimuerò innixi nos tuis tam effuſæ in Gentes benignitati, quàm promiſſorum conſtantiæ ac fidelitati, credidimus te pro nobis pugnaturum: *Nequando dicant Gentes: Vbi eſt Deus eorum?*

Verſ. 11. *Deus autem noſter in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit.*

12. *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.*

E

13. *Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.*

14. *Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.*

15. *Manus habent & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture ſuo.*

A

Indepti, aiunt, victoriam ſumus, & ita ſcilicet neceſſum id erat, cœleſti vtpote nomine idola, aduersùs vaniſſima depræliante.

Verſ. 16. *Similes illis fiant, quæ faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.*

Hominum malitia ponderatur.

Alios video horum verborum ſenſus; ſed hæc mihi arridet explicatio. Vtinam non plus nobis negotij idololatræ reſiſtendo faceſſant, quàm faceſſunt idola ipſa. Etenim quàm parum hæc, quæ tam facilè conterimus, ſeu confringimus, reſiſtant nobis compertum ſatis eſt.

Verſ. 17. *Domus Iſraël ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.*

18. *Domus Aaron ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.*

19. *Qui timent Dominum, ſperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorũ eſt.*

20. *Dominus memor fuit noſtri: & benedixit nobis: Benedixit domui Iſraël; benedixit domui Aaron.*

21. *Benedixit omnibus, qui timent Dominum, puſillis cum maioribus.*

Beneuolentia Dei.

Fiſæ ſunt Idolis ſuis Gentes: nos autem vero Deo, qui nobis & fauore & ope opportunè ſubuenit, fauit demum benedictione ſua beneficiorum omnium atque felicitatis totius effectrice.

C

Verſ. 22. *Adiiciat Dominus ſuper vos: ſuper vos & ſuper filios veſtros.*

23. *Benedicti vos à Domino, qui fecit cælum & terram.*

Demerenda precibus.

Hîc iam preces ſternuntur Deo, beneficiis vti, quibus Eccleſiam affecit, alia adiungat, aliáque. ſic vt ea iugiter fruantur proſperitate fideles, quam nomen ſignificat Dei cœlorum, terrarúmque conditoris. atque hoc petere eſt benedictiones, cœleſtem temporaneámque, Dei nimirum regnum & imperium mundi.

Verſ. 24. *Cælum cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum.*

Cælum, Eccleſia.

Ad eum, quo dici ſolet, modum, Deum habitationi ſuæ cœlum, hominum verò terram condidiſſe, verſus hic ratione tamen agens ſublimiore pronunciat, cœlum myſticum (Chriſtianam intellige Eccleſiam) ſibi ſuæque gloriæ fabricaſſe Deum, terrarum verò principatum hominibus, quo eum iugi laudatione mactarent, impertiiſſe.

Verſ. 25. *Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes qui deſcendunt in infernum.*

26. *Sed nos qui viuimus benedicimus Domino, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.*

Nexus cum ſuperioribus.

Non ita facilè diſpicitur, quis ſit ſententiæ huius cum præcedentibus nexus; ſed is re quidem vera oppidò quam egregius eſt. nam cùm præceſſerit, Deum hominibus, quo eum perpetuis laude & gloria proſequantur, terrarum contuliſſe dominiũ; vt id operis inchoati proſequeretur Deus, dominationéque in fideles denuo collata priuaret infideles. preces ad Deum allegat & rationem hanc, infideles nimirum, quippe mortuos, ſpiritu carere

Digitized by Google

catete ac vita ad Dei laudationem & gratulationem neceſſaria ; qui verò id ritè præſtent, fideles eſſe. Suæ proinde gloriæ proſpicere Deum, in Imperio, quo Romani aliique ethnici pollebant, exhibendo Chriſtianis confirmandóque.

In Pſalm. 114. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.*

ARGVMENTVM.

SVb comparatione Dauidis à periculis & ærumnis ingentibus in ſtatum felicem ope diuina vindicati, de populo agitur Chriſtiano diuinitus emergenti de perſecutionum horribilium fundo ad beatam tranquillitatem proſperitatémque. additur propterea hortatio ad Dei laudem, eíque placendi ſolers ſtudium.

Textus. — **Paraphraſis.**

Cauſa amoris Dei.

1. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.
2. Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Amo Deum, opis ipſius in meis anguſtiis comprimis certus. *Dilexi quoniam* (id eſt, eo quòd) exaudiet (id eſt, exaudit, vel exaudiuit) *Dominus vocem orationis meæ.* Quia cùm ad diſcrimen iam deſcendiſſem extremũ, eum facilè meis precibus exoraui. eius propterea & implorandi & prædicandi non faciam, quoad vixero, finem.

Modus precandi in anguſtijs.

3. Circumdederunt me dolores mortis (id eſt mortiferi) *& pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni.*
4. Et nomen Domini inuocaui. O Domine libera animam meam.
5. Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.

Conflictabar enim iamiam lethi faucibus, animam quidem tantùm non exalaui. In re tamen penè iam conclamata ita cum Deo egi: ô Domine extremè laboranti fer opem. Scio ſanè ô Domine, te miſericordia, iuſtitia, & in miſerè afflictos benignitate conſpicuum eſſe.

6. Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.

Eius eſt Dominus ingenij, vt nunquam non pauperculis ſuccurrat, laborantibúſque. me adeò hominem in paucis calamitoſum humaniſſimè eripuit.

7. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.

Redito igitur mi anime in tuam priſtinam ſecuritatem ac requietem; ſiquidem Dominum tibi beneficentiſſimum habuiſti:

8. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu.

In loco enim admodum mihi ſuccurrit, vt ne interitum ſubirem: nec hoc tantùm, ſed etiam vt ne malè acceptus oculos deflendo corrumperem; ne item prolapſione violenta pedes offenderem.

9. Placebo Domino in regione viuorum.

Tantis igitur affectus beneficiis, à mortuorum ſocietate, quam iam mente & cogitatione deuorauerąm, diuinitus abſtractus, inter eos qui vitali fruuntur aura, incumbam ſolerter ſtudio, gratum me obſequiis omnibus benefactori meo continuò præſtandi. *Placebo*, Hebraicè, Ambulabo coram Domino. Tametſi Græca, vt habet Euthym. ſonent etiam, delectabor coram Domino. *Seruire Deo, delectabile.*

In Pſalm. 115. *Credidi propter quod locutus ſum*, &c.

ARGVMENTVM.

CAnitur Chriſtiani populi fides, & libertas ſpiritus, & in perſecutione conſtantia, atque ad mortem pro Chriſto ſubeundam ſtudioſus impensè animus. Expenditúrque quàm magnificè Dominus Martyrum ſuorum conſtantiam dependerit, afflictione demum Eccleſiæ in pacem & proſperitatem commutata. Atque ea propter ad Dei gloriam maximo ſtudio celebrandam inuitantur fideles.

Textus. — **Paraphraſis.**

1. Credidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
2. Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax.

Equidem diuinæ promiſſioni fidem habui: illam proinde fidei quippe plenus paſſim euulgaui. At pòſt ita me calamitates penè obruerunt; vt mihi de mentis poteſtate deiecto hæc oberraret cogitatio: Fortè an ille decepit me; qui fidem fecit. Vnde eò ſum delapſus, vt mecum muſſitando dicerem: Non eſt homo qui mendacij alicuius reus non ſit.

3. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?

At verò prementi me anguſtia liber cùm ſim iam, liberatámque pleniſſimè intuear Dei fidem, quid tot ac tantis, quibus me Deus auxit beneficiis, dignum ipſi reponam?

Calix ſalutaris, quid.

4. Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Illi quidem calicem ſalutis offeram (erat hoc Deo, in gratulatorio conuiuio, offerri ſolitum munus) nec verò latebit cui libem illud muneris, nomen enim Domini diſtinctè exprimam.

De Pſalmi huius verſibus, qui ſuperſunt, ſex, nihil reliquit auctor, putauit fortè explicatum eorum in hoc ſuo argumento conſtare. Sequentium verò duorum Pſalmorum nihil nobis conſtitit amplius, quàm argumenta nuda.

Pſalmi 116. *Laudate Dominum omnes gentes*, &c.

ARGVMENTVM.

IVdæorum gente reprobata iam, ad fidem verò Gentilibus perductis; qui ex Iudaiſmo receperãt Chriſtum, adeò illi quidem in miſericordia & veritate Dei erga ipſos demonſtratis exul-

tant, vt prædicari hoc idem ab vniuerſis gentibus percupiant.

Pſalmi 117. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius: Dicat nunc Iſraël,* &c.

ARGVMENTVM.

POpulus Chriſtianus, de grauiſſima, quàm ſuſtinuerat ab omnibus gentibus perſecutione glorioſiſſimè triumphans, ad Iubilationem & ſalutaris ſui laudem ac cultum religioſum exhortatur ſeſe.

In Pſalm. 118. *Beati immaculati in via,* &c.

ARGVMENTVM.

SVb comparatione Dauidis, quàm ei ſalutare, dum Saulem fugiebat, diuinæ legis fuiſſet ſtudium expendentis, & ad conſtantem eiuſdem legis obſeruationem exhortantis ſeſe, implorantíſque ea cauſa diuinam gratiam; agitur de Chriſtiano populo, cui Romanorum Principum perſecutionem acerbiſſimam ſuſtinenti, valde fuit glorioſum Chriſtianæ legis præcepta religioſiſſimè per Dei gratiam obſeruare; ſic enim de ipſis Romanis, & de Imperio eorum vniuerſo triumphauit. Ea propter ad Dei laudem, ipſiúſque cuſtodiam legis abſolutam fideles omnes Pſalmus inuitat.

Textus. *Paraphraſis.*

ALEPH.

Beati, qui, & mundi? 1. *Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.* — Illi ſunt planè quàm felices, qui ingrediuntur viam ita mundam, in qua nec lutum ipſis, nec labecula minima adhæreſcit.

Qui id paratur. 2. *Beati qui ſcrutãtur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* id eſt, placere ſtudent. — Hæc porrò felicitas paratur & mundities attenta diuinæ legis, quæ cuſtodiam ipſius reſpicit, conſideratione; perpetuóque ſtudio complacendi Deo.

Vnde immũditia? 3. *Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.* — Hi quidem felices, hi mundi. nam qui prauè vitam degunt, apparet hos, cùm ſe delutarint fœdè, peſſimam viam inſtitiſſe.

Et perfecta munditiesſ 4. *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*, id eſt, exactiſſimè. — Nec verò ad hanc ſufficit munditiem vitæ, qualemcumque ſe diuinæ legis cuſtodẽ exhibere, ſed enim religioſiſſimũ, abſolutiſſimũ.

Quanti ſit via recta. 5. *Vtinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.* — Optabile ſanè eſt iter agẽti, eat vti is ſemper recta via: ita verò in cuſtodia diuinæ legis, rectæ ſcilicet & iuſtæ admodum faciendum.

A 6. *Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.* quando tauuiere reſpeto a todos tus mandamientos. — Nec metuat quis, quod diuinam legem mundanis anteponat obſeruantiis, de proprio ſibi aliquid honore deceſſurum. nam qui nullum non ex Dei præceptis obſeruat, eum nunquam pudefactum iri, id ego (Pſaltes inquit) ipſi præſto. *Religio perfecta non cõfundit.*

7. *Confitebor tibi in directione cordis* (id eſt, laudabo te ob directionẽ cordis) *in eo* (id eſt eo, vel B ob id) *quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.* — Is agat immortales gratias Deo, qui firmam ſentit rectè vitam inſtituendĩ deliberationem; quia legis ſanctæ inſtitutionem probè didicit. *Certus placendi Deo, ſi probè inſtitutus.*

8. *Iuſtificationes tuas cuſtodiam.* (id ſcilicet apud me ſtatui) *non me derelinquas vſquequaque.* — Precandi ſtudium, quod eliciat à Deo, vt ſua nos nunquam mittat manu, probè viuendi deliberationem comitari debet. *Sed addas preces.*

BETH.

9. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.* — Atque hæc quidem lex eſt, quæ eum, qui perierat, reſtaurat. *Vnde vita reſtitutio.*

C 10. *In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.* — Qui porrò ſic reſtitutus eſt (quantacumque is iam polleat ſãctitate) habet cur preces fundat, Deúmque enixè oret, ne ſinat eum labi, longéque à ſuis præceptis fieri. *Et conſeruatio?*

11. *In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.* — Vt autem lapſus euitetur, cordis intima diuina teneri lege neceſſe eſt. *Qui cuſtodiatur cor?*

12. *Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas.* — Doctorémque eiuſdem intimum eum eſſe, cui debetur iure laus. *Dei magiſterio.*

13. *In labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui.* — Hominem item de illa, ne excidat è memoria, ſermonem aſſiduo ſerere. *Lectione repetenda.*

D 14. *In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs.* — Eíque diuitiarum omnium poſtponere coniunctam vim. *Deſpicatu rerum.*

15. *In mãdatis tuis, exercebor: & conſiderabo vias tuas.* — Incumbere etiam & executioni ipſius, & ſoletti eiuſdem meditationi. *Doctrina executione.*

16. *In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.* — Eiuſmodi enim meditãdi laborẽ cõſequetur, vt eã legẽ minimè obliuiſcatur homo, quod eſt, ne tranſgrediatur. *Et meditatione.*

GIMEL.

17. *Retribue ſeruo* E *tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.* — Verus Dei cultor in remunerationem obſequiorum petere debet à Deo, vt ſuæ legis cuſtodiendæ, communicet ipſi Spiritum. *Quid petas à Deo pro obſequio tuo.*

18. *Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.* id eſt, legis, vel in lege tua. — Atque vt pro merito expendat, quàm ea lex admirabilis ſit, exacuat ipſi mentis aciem.

19. *Incola ego ſum in terra: nõ abſcondas à me mandata tua.* — Et vt ne patiatur, curarum molle terrenarum, affectionúmque ex iis ſuppullulantium, illud quod tanti eſt, in obliuionem venire.

20. Concu

20. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

Atque vt vigeat vſque deſiderium ardens indipiſcendæ ſanctitatis. *Concupiuit anima mea*, eſt hoc oro, hoc deprecor.

21. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Quas de ſuperbi dederunt formidabiles pœnas, eæ quidem, maledictionibus opertos eſſe, qui ſe à diuina lege abalienant, abundè docent.

Pietatis impedimenta.

22. Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

Pio nihilominus obuerſatur viro, fore ſe inter ſuperbos, quòd Dei legem obſeruet, deſpicabilem: cui proinde ſtudioſè petendum eſt à Deo, vt hanc ab ipſo cogitationem dimoueat, dimoueátque ad eam proferendam vires.

Vincendi ratio.

23. Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Fit enim aliquando cùm dynaſtæ ac reges conuentus indicant aduersùs pietatis cultorem. Huic tamen interim nec vltrò de illis, nec incommodi aliquid eſt expetendum; ſed ea, quæ arduiora, adeóque celſiora docet lex diuina, opere præſtanda.

24. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Enimuerò diuina verba aſſidua illi ſunt meditatione terenda: ac quidquid deliberarit, ac definierit, debet ne minimum quidem à diuina voluntate diſcrepare.

DALETH.

Reſponſionis mala remedium.

25. Adhæſit pauimento anima mea: viuifica me ſecundùm verbum tuum.

Qui lapſum ſe, & animis ad virtutem aggrediendam defectum ex prauæ propenſionis pondere ſolo ipſum affligenti experitur; precibus aſſiduis appellet cœleſte Numen, vt hoc ſuorum vi verborum iacentem excitet, inſerátque conformem ſuæ legi propenſionem.

26. Vias meas enunciaui & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

Et qui, calamitate, quam patiebatur, propoſita Deo, fauorem inde ſentit, & propenſionis peruerſę mutationem bonam; idcircò tamen ab orando Deo, vt accreſcat ſibi perfectionis ſuorum mandatorum lux, ne ceſſet.

27. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Et vt ſciat doctrinam ita admirabilem exequi, interiorem ab eo inſtitutionem efflagitet.

Remedium pigritiæ.

28. Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

Cúmque ſe videat de contentione remittentem, malaque pigritia dormitantem: accurrat ad preces, vt Deus ſuo illi verbo nouum addet obſeruantiæ vigorem, & conatum.

29. Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei.

Vt Deus nos à lato vitiorum calle ſubducat, indulgeátque benignè ſuam legem: qua illuſtrati tenere firmiter virtutis ſemitam diſcamus, orando eſt opus.

Qui retineatur forti...

30. Viam veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus.

Qui porrò hanc viam ita probã, ita rectam elegit, nec ab ea ſe abduci paſſus eſt.

A

31. Adhæſi teſtimoniis tuis Domine: noli me confundere.

In eam quinimo affectus eſt mirabiliter: adhuc tamen multum habet, cur Deo pro ope ſternat preces. Enimuerò ſi ab eo deſeratur, pudore cooperietur ac miſeria.

32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.

Et currere quidem per hanc viam tantiſper durat ſolùm dum fauor durat diuinus, & animus ille, qui obiectas animæ difficultatum moles complanat.

HE.

B

Lex Dei vbique perquirenda.

33. Legem pone mihi Domine viam iuſtificationũ tuarum: & exquiram eam ſemper.

Bellè Deus illi cupit viro, cuius cordi ſua ipſius manu legis ſuæ doctrinam inſculpit. Tali porrò beneficio potitus, eam legem ſiue conuerſatione, ſiue lectione, vbique inquirit: nam perpetuum illius ſtudium hoc eſt.

Quis prud...

34. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.

Prudentia diuinum eſt datum, quam qui eſt adeptus ſtudet magnopere diuinę legis obligationes propter obſeruantiam agnoſcere, eáſque libenter executioni committit.

C

Oratio comes bonæ voluntatis.

35. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum: quia ipſam volui.

Exiſtit verò ex voluntate obſeruandæ diuinæ legis ardens deprecatio, vt Deus hoc in itinere ducat hominem, & manu teneat.

Oratio fructuoſa.

36. Inclina cor meũ in teſtimonia tua: & non in auaritiam.

Et fauet quidem valdè Deus ille, cuius feratur cor non in cupiditatem bonis temporaneis abundandi; ſed verò verborum ſciendi cœleſtium, eorundémque obſeruandi.

37. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Nec vanitas rapiat eius oculos; cùm tamen viuidus ſit ac vegetus ad ea quæ vera ſunt.

D

38. Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

Et cuius pectori fixa ac firma ſint Dei verba à ſancto eiuſdem timore.

Petenda quandoque fortis medicina.

39. Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.

Qui captus eſt doctrinæ cœleſtis ſuauitate, & ea expetit frui: ſuſpicatur autem ab ea re impediri ſe alienis affectionibus, & indignum reddi; (nam *vnum eſt quo differtur tantum bonum*, Geneſ. 34. 22.) vrgeat is Deum, vt dolori non parcens circumcidat, exſecet id, quo ipſi tantum impeditur boni.

E

40. Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Alleget item ad Deum preces, qui eius præcepta cuſtodire ſeriò exoptat, pro ſpiritu vegeto ad opus ita nobile perſequendum, inſtétque, cœlitus virtuti faueri, id quàm æquum eſſe.

VAV.

Apologiam verborum Dei quis nactus.

41. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

Qui Dei benignitatem, & eam quam pollicentur ſacræ Literæ, ſalutem, ac libertatem conſequitur; is quidem habet ſatis quid il-

Digitized by Google

42. Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

lis reſpondeat, qui verbis ipſum confiſum, improperando obiectabant.

Loqui de lege Dei, quanti eſt.

43. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

44. Et cuſtodiam legem tuam ſemper; in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

Cui viro cœleſtis doctrina, quoniam ipſi confidit, ab ore numquam excidit, huic enim verò eadem è manibus excidet nunquam, commendabit executioni, fructúmque inde Dei reſpondentem æternitati decerpet.

Quis coram rege loquitur fidenter de Deo.

45. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.

46. Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar.

Qui cordis amplitudine ex placendi Deo orta deſiderio, & eidem innixa pollet; loquetur is coram ipſis Regibus de diuina lege abſque timore, abſque perturbatione.

47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48. Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iuſtificationibus tuis.

Qui præcepta Dei amore habet, & meditatione colit, vti illis poterit, vt ſe ſoletur, & opere cum lætitia præſtare.

ZAIN.

49. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.

50. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me.

Ritè poteſt datam à Deo fidem exigere, qui ipſi fiſus eſt. Et egregia ſanè hæc eſt in calamitate conſolatio. Etenim Dei verbum vehementer erigit eius animum, qui ſibi cauit tali pignore.

Piorum ſolamen.

51. Superbi iniquè agebant vſquequaque: à lege autem tua non declinaui.

52. Memor fui iudiciorum tuorum à ſæculo Domine: & conſolatus ſum.

Inſectentur licèt quantumuis ſuperbi iuſtum: nec minimum tamen ab obſeruantia diuinæ legis illum dimouerint. Interim verò hîc eorum memoria, quæ diſpoſita ſunt eadē lege, vt ſcilicet ſortiū poſtea cōmutatio fiat, ſe conſolabitur.

Vt affligantur aliorum flagitijs.

53. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

54. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.

Atque idē ob eorum peccata, qui ipſum perſequuntur; quia hæc important offenſam Deo, eximio afficitur doloris ſenſu: quia verò ſibi laborē & moleſtiā; tam id nō grauatē fert, vt in mediis ærumnis hilariter cœleſtem doctrinam moduletur.

55. Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legem tuam (turris fortiſſima nomen Domini.)

56. Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Quæ fiducia de Dei fauore iuſtum ſuffulcit, & obſeruatio diuinæ legis, ita ſe mutuo iuuant, vt fauoris memoria illum in mediis aduerſitatum tenebris excitet ad legis cultum, ipſe verò fauor ſtudium elicit, Deo, exacta mandatorum obſeruantia complacendi.

HETH.

Firmitas in lege Dei, vnde?

57. Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam.

Cùm Deus cuiquam ſatisfacit, id omnino efficit, vt is mandata Dei exſequi, ſtatuat apud ſe firmiter.

A *58. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundum eloquium tuum.*

& in ſpecando.

Et qui ex animo ad cœleſtem aſpirat beatitudinem, hic opem iure poſtulet à Deo: agit enim cum illo ex ipſis ſcriptura, in qua opitulaturum ſe adnitentibus ad id eximij boni, pollicetur.

59. Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

Modus corrigendæ vitæ.

Qui deflexerat de cœleſti via, emendabit errorem; ſi ſui ipſe examinator errati referat ſe ad diuinam legem.

B *60. Paratus* (id eſt, præparatus, confirmatus) *ſum, & non ſum turbatus* (id eſt, rupis inſtar minimè deijciar) *vt cuſtodiam mandata tua.*

Atque illam colere deinceps tam firma conſtantique deliberatione conſtituat, vt ab ea nulla iam tentatione deturbetur, aut dimoueatur.

61. Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

Et ſanè qui poſitus fuerit eo loci, cum licèt laquei circumueniant vndique ac diſcrimina; neutiquam verò legis ſanctæ memoriam ponet.

62. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

Atque ex his quidem ad cœleſtem doctrinam egregiè animatus aliquis fuit, qui de ſtrato intempeſta nocte corripiebat ſeſe, vt
C Deum ob ſuauem legis ipſius diſpoſitionem prædicaret.

63. Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.

Ita verò affectus ad diuinam legem omnium eiuſmodi obſeruantium gaudet communicatione.

64. Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Tanti porrò is faciet hanc legem, vt dicat Deo, licere per ſe ipſi aliis benigniſſimè pro ingenio largiri dona; hoc verò vnum, non aliud efflagitare ſe, interna ſcilicet ab ipſo inſtrui legis ſanctæ doctrina.

TETH.

D *65. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo, Domine, ſecundum verbum tuum.*

66. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Petendum quid à Deo maximè.

Is, quem diuina beneficentia multis aliis affecit bonis; adhuc illud efflagitet, quod donorum eſt caput: vt à Deo ad ſapientiam, prudētiam, omnémque probitatem, quam ipſius mandatorum arguat obſeruantia, inſtituatur. Etenim reliquis beneficiis, parum eſt, quod fidatur; huic verò quàm maximè. Reliqua hoc deſtituta nec proſunt, nec permanent; hoc verò ſolum eſt, quod hominem beat.

67. Priuſquam humiliarer ego deliqui:
E *propterea eloquium tuum cuſtodiui.*

Quanti ſit lege Dei habenda alio.

Tanti eſſe debet diuinæ legis obſeruatio; tam parui verò temporanea bona; vt his plecti eum, qui deliquit, quo Deum in poſterum diſcat non offendere, magni loco beneficij habendum ſit.

68. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

Qui magnum hoc à Deo beneficium petit, vt ille inſtruat interiùs ſua lege, cum illo ritè ſic agat: videat ſe bonum eſſe: ſanctitatis adeò ac

Digitized by Google

ac perfectionis communicationem eum decere, qui bonus ac ſanctus eſt.

69. *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.* Factus porrò compos ſui voti, homines ſuperbia ac faſtu nobiles in eum ſæuiant quantumuis, ab exactiſſima tamen obſeruantia diuinæ legis non ceſſabit.

70. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:* (Cuajaron ſus intentos) *ego verò legem tuam meditatus ſum.* Tametſi ſua perſecutoribus fluant ad palatum conſilia peſſima, roborentur, & ſtabiliantur; non ideo diuinæ colendæ legis curam iuſtus intermittet.

71. *Bonũ mihi, quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.* Et quidẽ huiuſmodi temporalis aduerſitas, quę debitæ legi diuinæ reuerentiæ magiſtra eſt, eximium Dei beneficium eſt.

72. *Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri & argenti.* Enim verò theſaurum, qui in diuina lege & fide, & opere firmata, repoſitus eſt; haud alius æquet theſaurus.

IOD.

Modus recta intelligentia petenda.

73. *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerũt me: da mihi intellectum & diſcam mandata tua.* Qui rectam à Deo poſtulat intelligentiã, habet quod ad eum inter precandum alleget; eo nimirũ dono opus ipſius perfectũ iri, eos deinde oblectatum, qui ipſis ex animo obſequuntur.

74. *Qui timent te, videbunt me, & lætabũtur: quia in verba, ſuperſperaui.* id eſt, alta quadam ac ſuprema ſpe niſus ſum.

& petenda miſericordia.

75. *Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me.* Ille qui calamitatibus attritus eſt, ſi Deũ habere velit orantis ſui miſereſcentẽ, Deum in ea ipſius punitione iuſtè ſe geſſiſſe, agnoſcat priùs, ac mox diuina confiſus voce, qua vti ſe adeamus inuitat, mali efflagitet remedium.

76. *Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me ſecũdum eloquiũ tuum ſeruo tuo.*

Vita in meditatione legis.

77. *Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.* id eſt, me ſolabor meditando, viuam, quia meditabor. Qui Dei benignitatem expertus eſt, is in eius meditatione legis vitam reperit & conſolationem.

Effectus varij ex iuſti perſecutione.

78. *Confundantur ſuperbi, quia iniuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autẽ exercebor in mandatis tuis.* Ex ea, quam iuſtus ſuſtinet, perſecutione pudorem ſibi perſecutores parant: iuſtus autem maiorem in virtute profectum cum exemplo ſimul piorum & ſolatio.

79. *Conuertantur mihi timentes te:* (conuertant in me oculos, pro conuertent) *& qui nouerunt teſtimonia tua.*

80. *Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.* Quorum non ſunt à peccati ſordibus cõſcientiæ puræ, hi quidem turpiter abibunt pudefacti. Immaculatus dicitur in iuſtificationibus, quem de peccati labe non arguit lex.

CAPH.

Diſcrimen deſiderij ſpiritalis à terreno.

81. *Defecit in ſalutare tuũ anima mea* (præ te ſalutis deſiderio quaſi fatiſco, vel vt mox) *& in verbum tuum ſuperſperaui.* In deſideriis ſpiritualibus haud euenit idem, quod in terrenis. viuũt hæc ſpe prorſus demortua: atque in illis differatur quantumuis executio, importétque afflictionem dilatio & mortem ipsã: adhuc tamen non ſolum viget ſpes, ſed etiam ſpei fiunt acceſſiones.

A

82. *Defecerunt oculi mei* (ita ſum ad deſiderium intentus, vt deſerar viribus, à quibus illud elicit laſſitudo: Quo vſque tandem) *in eloquium tuum, dicentes: Quando conſolaberis me?*

Patientia magna piorũ.

83. *Quia factus ſum ſicut vter in pruina:* (ideo) *iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus.* Occaleſcere quidem & obdureſcere neceſſe eſt, vt ne homo oneri ſuccumbat diuinæ legis. fit enim interdũ, cùm perſecutorum calamitas ita premit, & tandiu premit, vt iam opus ſit tolerantia redundante.

B

84. *Quot ſunt dies ſerui tui* (ô quot elapſi ſunt dies, ex quo diſcrutior!) *quando facies de perſequentibus me iudicium.*

Legis Dei ab aliis diſcrimen.

85. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:* (forte Ethnici inter quos Dauid profugus agebat, eum allicere volebant ad errores ſuos) *ſed non vt lex tua.* Quod differunt aniles fabulæ à pura putáque veritate, id eſt: vaſti diſcriminis inter Dei ſanctiſſimam legem ab inaniſſimis aliorũ ſectis.

C

86. *Omnia mandata tua veritas.*

Opem Dei quis orat fidenter.

Iniquè perſecuti ſunt me, (Saul & ſui) *adiuua me.* Auxilium à Deo confidẽs petit qui perſecutionem iniuſtè patitur additam perſecutioni: interim tamen innocentiam perpetuò colit.

87. *Paulominus cõſummauerunt me in terra:* (por poco no me aterraron) *Ego autem non dereliqui mandata tua.*

88. *Secundum miſericordiam tuã viuifica me: & cuſtodiã teſtimonia oris tui.* Admota cordi ad Dei cuſtodiendum legem viuida vis, cœleſte eſt datum.

LAMED.

D

Fiduciam quid promouet?

89. *In æternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.* Promouent quidem vehementer Dei fiduciam miraculorum terręque firmitas, & conſtat dierum noctiumque viciſſitudo, ex imperio diuino.

90. *In generationem & generationẽ* (per cuncta ſæcula) *veritas: fundaſti terrã, & permanet.*

91. *Ordinatione perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.*

92. *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periiſſem in humilitate mea.* Vt quis animum in ęrumnis non deſpondeat, magnũ quid habet momenti ſacræ Scripturæ meditatio.

E

93. *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis* (id eſt, in ipſarum obſeruatione, vel vt eas obſeruarem) *viuificaſti me.* Atque ex animo ibi collecto colere ſemper Dei legẽ, homo firmiſſimè decreuit.

Quid ſubleuet perſecutiones.

94. *Tuus ſũ ego, ſaluum me fac: quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui.* In perſecutione hoſtium magna res ſeruire Deo, ad eius implorandum auxilium, & eiuſdem Scripturæ ſe impendere

pendere

Digitized by Google

95. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.

pendere ſtudio magnum ſolatium.

Lex ſacra latum exigit cor. *96. Omnis conſummationis* (id eſt, cõſummatæ malitiæ) *vidi finem:* (id eſt, ſummam intẽtionem complemẽtum, el colmo de todas ſuſtraças) *latum mandatum tuum nimis.*

Ingens ſanè magnitudo cordis, ac latitudo eſt quam exigunt à nobis Dei præcepta, quandoquidem locum ibi hoſti eſſe volunt abſolutiſſimæ quantumuis improbitatis.

MEM.

Vnde perpes meditatio diuinæ legis. *97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt.*

Amor planè Dei eſt, qui continuam legis ipſius elicit meditationem.

Ars inimicos prudẽtia imperandi. *98. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.*

99. Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

Qui inimicos ſuos amore habet, is hac vnica arte omnes illos ad improbitatẽ licèt aſtutiſſimos prudentia antecellit; reliquos itẽ quālibet ſenectute ac grauitate conſpicuos, qui illum ad vltionem informabant.

100. Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.

Prudẽs quis. *101. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.*

102. A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.

Atque vt nulla protſus re ad Deum ſe quis offendendum abduci patiatur; in hoc porrò hæc prudentia conſiſtit.

103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.

Et ſapientia quidem vera hæc eſt, ſaporis nimirum ac guſtus iucundiſſimi ſcientia.

104. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Ac denique ex lege diſcitur diuina, prudentem verè ac ſcientem hominem eſſe: quod qui aſſecutus eſt, omnẽ etiã peroſus eſt improbitatẽ.

NVN.

Lapſum quis vitat? *105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.*

Qui ductum ſequitur verborum Dei, is nec labitur, nec offendit.

106. Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.

Diuinæ colendæ legis deliberatio pia ſanctaque formidine vehementer ſtabilita, pretioſa res.

Quando propior Dei manus. *107. Humiliatus ſũ vſquequaque Domine: viuifica me ſecundum verbum tuum.*

Tunc tibi proximam eſſe ſcito Dei opem, cum maiores te anguſtiæ circumcludunt.

108. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

Ores tamen Deum, vt in eam te adducat tempeſtatem, in qua laudes, quas ipſi exhibeas, ſponte fluant, non verò calamitate quaſi extortæ.

109. Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.

Nihil quod legi Dei conſentaneum non ſit, extorqueant ſiue laquei, ſiue pericula.

A *110. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.*

Lex Dei quã habẽda loco. *111. Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.*

Debet eſſe diuina lex qua ſi poſſeſſio ſummæ oblectationis, horti amœniſſimi, quos animi ergò reficiendi quiſquam emit.

Cur ea ſeruanda? *112. Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.*

Summittere ſe diuinæ legis cuſtodię debet homo, vel propter immiſſum in laboris ſtipendium à Deo animum: (quo de ſuprà v. 17.) aut moueat, quam præſtabit Deus, larga merces: vel ſaltem vt ex nominibus, quæ multa Deo quicumque fecit, aliquod expediat. B

SAMECH.

In ea auxiliũ & ſpes. *113. Iniquos odio habui: & legem tuã dilexi.*

114. Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.

Qui vitium odit, & virtutem amat; habet hic & ſui defenſorem Deum, & firmam in verbis ipſius ſpem.

Quid afferat conſuetudo prauorum. *115. Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.*

Improborum conſuetudo iucunditates impedit diuinæ legis.

Vita quis fruitur? *116. Suſcipe me ſecundum eloquium tuum* (ad eum ſcilicet modum quo Abrahamo, Iacobo, aliiſque Deum fauiſſe legimus) *& viuam: & non confundas me ab expectatione mea.* C

Non eſt qui potiatur vita, niſi is, quem fauore ſpeciali protegit Deus. hoc adeò ab illo & petendum, & ſperandum.

117. Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

Vt quis à periculis eximatur prolapſionis, & meditationi vacet ſacræ Scripturæ, ope diuina opus eſt.

Contemptui quis ſit Deo. *118. Spreuiſti omnes diſcedentes à iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorũ.*

Pro nihilo ducitur à Deo peccator quiuis, & dotibus quidem polleat quibuſlibet, vel mens aut cogitatio deprauata ſat eſt, vt contemptui ſit.

D *119. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi teſtimonia tua.*

Non eſt peccator, qui tota miſer non erret via.

Peccare vel non poſſe; quã optabile. *120. Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.*

Optabile quidem ſummũ eſt, vt ita carnem diuinus edomuerit timor, cruciarit, ac clauis veluti aſtrinxerit, quodammodo vti nequeam peccare: quo videlicet timore deficere refugiam à iudiciis, id eſt, mandatis Dei, aut quo iudicia, id eſt, ſupplicia Dei mihi ſint medullitus infixa.

AIN.

Propriam innocentiam quãdo liceat memorari. E *121. Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me.*

122. Suſcipe (Hebraicè dulceſce, vel oblecta) *ſeruum in bonum* (fauore tuo) *non calumnientur me ſuperbi.*

Licita quidem res eſt, Deo propriam in te memorare innocentiam, quo ipſe à perſecutoribus eximat; atque vt quam ſuauem prouidentiam cum ſuis exercet, participes, ſeruum te illius dicere.

Quanti facienda. *123. Oculi mei de-*

Tanti internam Dei diſciplinam

Digitized by Google

cienda Dei inſtitutio.

fecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

pliuam viri æſtimant boni, vt hîc totum ipſorum bonũ iudicent ſitum eſſe: hoc ergo beneficium enixè efflagitant, huius deſiderio fatiſcunt.

124. *Fac cũ ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.*

125. *Seruus tuus ſũ ego: da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.*

Qui inſeruire Deo expetit ex corde, is, vt petat illuſtrari ſe, ius habet.

Deus quando præcipuè colendus.

126. *Tempus faciẽdi Domine*: (Hebraicè, Domino, id eſt, ſe fidelẽ obſequiis præſtandi) *diſſipauerunt legem tuam.*

127. *Ideo dilexi mãdata tua, ſuper aurum & topazion.*

128. *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.*

Cùm homines perditi ad flagitia proiecti magis feruntur; id maximè temporis eſt, cùm ij, quos tangit Dei honor, pluribus eum obſequiis demerentur, pluris faciunt eius legem, eaque gloriantur, omnemque iniquitatem exoſi, accuratius ſeſe ad mandata Dei omnia componunt exequenda.

PHE.

Cur optanda Dei inſtitutio?

129. *Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt anima mea.*

130. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.*

Maxima ſunt quæ contẽplanda in ſacris literis arcana deliteſcunt: quæ cùm eruuntur, diſciplinam aperiunt admirabilem, & quæ ſapientia, cumulant vel imperitos: earum propterea intelligendarum, qui pietatem colunt, flagrant deſiderio.

131. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.*

132. *Aſpice in me, & miſerere mei ſecundum iudicium* (Hebraicè more) *diligentium nomen tuum.*

133. *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.*

Optabile multum eſt, vt quemadmodum amicos, aſpiciat me Deus, cupiátque perinde mea cauſa, méque ita agentem deducat, nec patiatur aliquò me vnquam occupari vitio.

Quid ſpectãdum deprecanti, calumnias, vel proſpera petenti.

134. *Redime me à calumniis hominum vt cuſtodiam mandata tua.*

135. *Faciem tuam illumina* (id fauoris ſignum) *ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.*

Eò ſpectare debet, qui calumnias deprecatur, vt iis in obſequio Dei ne retardetur. Eo itidem proſperitatis deſiderium tendat, ne diuinæ legis ſtudium aduerſitas remoretur.

Lacrymæ vbi locandæ.

136. *Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia non cuſtodierũt legem tuã.*

Eiuſmodi quidem (nuper dictum) proſperitas ſit, quæ Deo ſeruiat: at lacrymæ non aptè niſi deflendis criminibus collocantur, propriis quidem, quod (vide Genebrad.) aptius eſt, ſiue etiam alienis.

SADE.

Dei rectitudo vbi appareat?

137. *Iuſtus es Domine: & rectum iudicium tuum.*

138. *Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.*

Eximiè ſe Deus rectũ præbet, cùm quidquid eſt ſãctum ac verũ, obſeruari vult quàm exactiſſimè.

Ira in hoſt. qualis?

139. *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

Qua proſequitur iuſtus hoſtes ſuos indignatione, ea zelus eſt de ſceleribus in Deum admiſſis conceptus.

Legis Dei illicium.

140. *Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.*

Quæ inſunt diuinæ legi munditiæs ac perfectio ſumma, ea alliciunt ad ipſius amorem.

Ignota probitas.

141. *Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.*

Non vulgaris interdum bonitas ſub ſordibus, & deſpectione deliteſcit.

142. *Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.*

Admirabile planè eſt, diuinæ legis & præmia, & ſupplicia, non fictè, ſed veriſſimè, æterna omnino eſſe.

143. *Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.*

Non ſunt calamitates in cauſa, vt qui iuſtus eſt, diuinam legem in obliuione ponat.

Petendum quid enixè.

144. *Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuam.*

Id quod ſacra diſponit Scriptura (circa æternitatem ſcilicet præmiorum, & ſuppliciorum) æquiſſimum eſt. In illud quidem ſummopere incumbendum, vt intelligentiam concedat Deus, qua agatur ſic, vt exitus cuiuſque ſit æterna, non mors, ſed enim vita.

COPH.

Fauor Dei cur petendus.

145. *Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.*

Cùm ad Deum accurritur in aduerſis rebus fauoris gratia, fieri id debet propter ſeruiendum ei.

146. *Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.*

Fiducia magna ſignum.

147. *Præueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.*

Qui ad ſternendas preces præoccupat matutinam lucem, non parum certè is, ſed multum confidit.

148. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.*

Et quidem iuſtorum eſt, quo gratiam diuinæ meditandæ legis obtineant, diluculum præuenire.

Iuſtus cum ſuis Deus peculiariter.

149. *Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me* (viuificare eſt vitam largiri: finge vinctum ob crimen maieſtatis læſæ, hic cum abſoluitur, vita donatur.)

Qui ſapiunt exaudiri ſe petunt à Deo cum miſericordia; vt eum ipſis eã (de qua aliàs) iuſtitiam fauendo exerceat.

Deus quando propior.

150. *Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt.*

151. *Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.*

Exagitent quantumuis iuſtum effrenes improbi, timendi tamen non ſunt. nam tametſi hi longinqui ſint à Deo, Deus autem, vt adſit ſuis, quod par eſt, propinquus tunc accedit.

Quid primò notandum in lege Dei.

152. *Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia in æternum fundaſti ea.*

Legis diuinæ comitem eſſe perpetuitatem, præmiorum ſcilicet, & ſuppliciorum (atque id ſapientes, præmiorum licet temporaneorum velo obductum videatur aliquando, ſtatim perſpi-

perſpi

Digitized by Google

perſpiciunt) hoc eſt quod primò notari debet in hac lege. A

R E S.

Propria innocẽtia commemoratio licita.

153. *Vide humilitatem meam & eripe me : quia legem tuam non ſum oblitus.*

Oppreſſo licet homini innocentiam, vt liberetur, commemorare ſuam, ad diuinámque ea cauſa promiſſionem confugere, eique inniti.

154. *Iudica iudiciũ meum, & redime me : propter eloquium tuum viuifica me.*

155. *Longè à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.*

Cui peccatores inſiſtunt viæ, hac minimè queunt B ad ſalubrem beatitudinis portum peruenire: nec enim hunc exquirunt in diuina lege.

Benignitatis Dei argumentum.

156. *Miſericordia tua multa Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.*

Habet Deus tantum benignitatis, vt hac ad indulgendum etiam peccatori ex iuſtitia extendet ſeſe: id eſt, vt rationem quærat, qua eum abſolui iuſtum iam ſit.

Quid pium afflictũ cruciet.

157. *Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: à teſtimoniis tuis non declinaui.*

Non quòd plurimi ſint qui iuſtum diuexant, dat is aliquam impatientis animi ſignificationẽ; ſed verò quod C in Deum delinquatur grauiſſimè afficitur.

158. *Vidi præuaricantes & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.*

Deo, vt faueat, quid obiiciendum.

159. *Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.*

Quali in Dei legem affectione feratis, quo illum tibi fauentem reddas ac beneficum, exponere potes.

160. *Principium verborum tuorum, veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.*

Illa maxima eſt diuinorum verborum excellentia, vt veritatis ſint inconcuſſæ: atque hæc non res ſpectat qualeſcumque; ſed enim æternum duraturas. D

S I N.

Timor & lætitia iuſti.

161. *Principes perſecuti ſũt me gratis:* (ſinque, ni porque) *& à verbis tuis formidauit cor meum.*

Timor aut lætitia nulla opinio ſunt iuſto, perinde quaſi illa, quæ diuina lex, & ſacræ literæ proponunt.

162. *Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.*

Iuſti grates de quo præcipuè.

163. *Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.*

164. *Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.*

Qui vitium execratur, deamat verò virtutem; nullum is faciet præteritum diem, in quo non agat ſæpiſſimè gratias Deo, ob eam, qua nos inſtituit diſciplinam. E

Eius pax.

165. *Pax multa diligẽtibus legẽ tuã: & non eſt illis ſcandalũ.*

Atque idem ingenti pace, ſine vlla contrariæ rei interturbatione, perfruetur.

Vnde piorum veterum affectus ad legem Dei.

166. *Expectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.* A Dios llamando, y con el maço dando.

Ex certiſſima in Chriſtum ſpe ſancti veteris Teſtamenti patres meritè erga diuinam legem afficiebantur.

A 167. *Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.*

Vnde hi creſcat.

Animus autem in hunc modum affectus præceptis Dei obſeruandis obtinetur.

168. *Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.*

& cuſtodia legis, vnde.

Qui vigilem Dei oculum ſuper ſe cogitat; obſeruat eius præcepta.

T A V.

169. *Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.* B

170. *Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuũ eripe me.*

Legis recta intelligentia & obſeruatio vnde.

Iuſti viri eam à Deo, quam ipſe precantibus promiſſam habet, vt legis illius obſeruationi inſiſtant, intelligentiam neceſſariam petunt: deinde vt à periculis & occaſionibus legis eiuſdem transgrediendæ iuxta eamdem promiſſionem eximantur, preces addunt.

171. *Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas.*

172. *Pronunciabit lingua mea eloquiũ tuum: quia omnia mãdata tua æquitas.* C

Legem Dei quis prædicat rite & loquitur.

Quem Deus intrinſecus informat de lege ſua, is nunquam Deo ſatiatur prædicãdo, nec lege eadem repetenda, eaque quoniam ita eſt rationi conformis, in ſermonem perpetuo producenda.

173. *Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.*

Quis petat iure eripi à periculis.

Cui certum eſt diuinam cuſtodire legem, iure petat hic à Deo, vt qui eiuſmodi elargitus eſt deliberationem, ad aduerſariorum tentamenta, diſcriminaque omnia euadenda, adiungat opem.

174. *Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.*

Cœlitus expectat iuſtus ſuis laboribus remedium; interim tamen adhæret mandatorum Dei obſeruationi.

175. *Viuat anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.* D

Cùm ſe viderit à malis vindicatum, ob id tunc laudabit Deum: intereà verò ea, quæ ſacra Scriptura geſta narrat, animi admouebunt alacritatem. Aut ita expono Præcepta, quæ grauiter iuſtus exequitur, illum iuuat ad laudandum Deum. Etenim laus verba factáque complectitur.

Quæ vera Dei laus.

176. *Erraui ſicut ouis quæ periit: quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.*

Eo quis nomine iure à Deo poſtulet ſibi in neceſſitatibus opem ferri, & velut errantem ouem in caulas à paſtore reduci, quod ſibi nunquam exciderit diuinæ legis obſeruantia.

De Pſalmis inter ſecundam & tertiam Alleluiarum cohortem interpoſitis. E

Templi gradus quot, & arcanum illorum.

HI quindecim ſunt, nempe à 119. vſque ad 133. omnéſque ac ſinguli inſcriptionem habent *Canticum graduum.* Et quidem tẽpli gradus, vt Bellarminus affert ex Auguſtino & Lyra, & Villalpandus ex Ioſepho, quindecim quoque erant, quia nimirum continent eos fauores hi Pſalmi, quibus benignitas ac munificentia Dei iuſtos proſequitur: per quos veluti gradus in domo Dei ad perfectiſſimum felicitatis ſtatum, in quo ſacerdotes & animalia ſunt, pulcherrimè aſcenditur.

Tertia

Digitized by Google

Tertia Alleluiarum cohors.

In hac veniunt duo Pſalmi 134. & 135. quorum nulla extat ab auctore enarratio, dabimus quæ reliquit argumenta. hos ille putabat ad eam pertinere laudationem, quam ob partam de Roma victoriam Eccleſiæ miniſtri qua concionando, qua ſatis operando, exhibent Deo.

Argumentum Pſalmi 134.

Hic licèt ad miniſtros templi Salomonici, qui Deum propter beneficia in Iſraëlem collata de- B prædicent, exhortationem præferat; hac tamen adumbratione præcipuè dirigitur ad exhortandos miniſtros Euangelij, vt huius facti buccinatores præclari diuinam erga populum Chriſtianum magnificentiam extollant, & reportatam de Iudæis primùm, tum de Gentibus victoriam.

Argumentum Pſalm. 135.

Idem omnino eſt atque præcedentis, & ſub eâdem allegoria. Inchoatur tamen ab Eccleſiæ naſcentis prædicatone, allegoria ducta ex creatione mundi. Vnde ad reprobationem tranſit Iudaici populi & Gentilis electionem. Atque hæc iuben- C tur Euangelij miniſtri prædicare.

Pſalmi inter tertiam & quartam alleluiarum cohortem intercepti.

Hi à 136. vſque ad 144. nouem ſunt, præbéntque nouenarium ab ſpe & obſeruatione peractum. Etenim primi octo Eccleſiæ anguſtias, ſed inter eas & ſperantem & obſecrantem illam deſcribunt; qui numerus octonus octo præcipuis Eccleſiæ perſecutionibus fortaſsè reſpondet. Nonus autem, quam Dei prouidentia conciliat, ſecuritatem ſignificat. Horum argumenta & breues D in aliquem notæ cum argumentis Pſalmorum omnium inferius collocabuntur.

Quarta Alleluiarum cohors.

Quarto & vltimo loco Pſalmi alleluiati ſex ſunt à 145. nimirum vſque ad 150. His Deus ob partam ipſi Romam laudatur à fidelibus vniuerſis, ſe vtique ad reliquorum infidelium conuerſionem ardentiſſime excitantibus, idque vt perficiant, cum moribus, cum verbis omni ope enitentibus. Atque id præcipuè ſex in rebus eluceſcit, quarum ſingulas ſuo ordine Pſalmi ſinguli potiſſimum intuentur. Hæ ſunt ſpes in Deum. Patiens manſuetudo. Orationis ſanctæ ad pro- E ximos ardor eximius. Viuendi ratio cœleſtis, longè adeò ab Ethnicorum moribus diuerſa. Summa inter ſe animorum coniunctio. Intima item coniunctio cum ipſo Deo. Quid in his ab Auctore fuerit elaboratum, iam apparebit.

Argumentum Pſalmi 145.

Laudatur in hoc Dei iudicium in Gentium A conuerſione, per quam, illuminatis cœcis, & regno Dei ſtabilito, tantopere proficiebat, ac perficiebatur Eccleſiæ ſpes.

Argumentum Pſalmi 146.

Hic Deum extollit ob exitum perſecutionum Eccleſiæ in primis felicem, & hunc quidem cum præclara virtutis, iuſtitiæ, ſapientiæ & beneficentiæ Dei oſtenſione, cum magna etiam ſtellarum Eccleſiæ gloria, cum ingenti demum pluuiæ myſticæ fructu, ex conuerſione ſcilicet Gentium & exaltatione manſuetorum, timentium Deum, atque de eiuſdem miſericordia bene ſperantium.

In Pſalmum 147. *Lauda Ieruſalem Dominum.*

ARGVMENTVM.

PRophetia eſt de pace ac proſperitate admiranda, qua perſecutionibus exactis Chriſtiana Eccleſia fruitura erat; ac de Euangelio omnibus iam tunc Gentibus ſecurè prædicando, ab ipſiſque excipiendo. Quæ nimirum lætiſſima ſerenitas horribilium, quæ præceſſerunt, tempeſtatum fructus fuiſſet.

Duo ſunt quæ nos ad hoc argumentum, ſicut in aliis Pſalmis dixi, compulerunt, & Apocalypſeos cap. 19. ad hunc Pſalmum, qui ex quarto Alleluiarum ordine tertius eſt, alluſio, & ſeries tota mirificè, vt apparebit, cohærens huic argumento.

COMMENTARIVS.

Verſ. 1. *Lauda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.*

2. *Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te* (Hebraicè in medio tui.)

3. *Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.*

4. *Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo eius.*

Vt ſuccedens perſecutionibus pax ſignificetur, eſſe hæc appoſitiſſima: *Confortauit ſeras portarum tuarum. Poſuit fines tuos pacem.* perſpicuum omnino eſt. Deinde verò, ſicut pacem reipublicæ proſperitas & abundantia conſequuntur; ita etiam vbi primùm Chriſtiana Eccleſia pace firmata eſt, ſtatim prædicationis & doctrinæ horrea cum prouentu ſpirituali miro aperta ſunt copioſiſſima. Et hoc quidem eſt: *Benedixit filijs tuis in te.* &c. *Adipe frumenti ſatiat te.* Hæc poſtrema, ſiquis ad vſum Euchariſtiæ frequentem referat, non recuſo. Sed per panem doctrinam ſolere in ſacra Scriptura ſignificari notum eſt: atque id proprium eſt panum propoſitionis myſteriũ, doctrina verò Euangelica propriè dicitur *adeps frumenti*. Eius autẽ per quietis & pacis tempus abundantiam rectè illa deſignãt, *ſatiat te.* Quæ ſtatim ſequenti verſu declarantur omnia: *Emittet eloquium ſuum terræ: velociter*

Pacis ſignum.

Panis ſignificatio.

Digitized by Google

currit ſermo eius. Eam porrò celeritatem, qua Euangelium orbem permaſit vniuerſum, eiúſque nationes, Conſtantino Chriſtianis ſacris initiato, eadem ſacra ſuſceperunt, & Eccleſia pace vbique fruita eſt, aduerbium *velociter* expreſſit. Vbi eſt quod obſeruem, niſi id verſus præcedentis, *Adipe frumenti ſatiat te*, ſumatur ſenſu tranſlato; quod ſequitur, *Emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo eius*, minus aptè cohærere. Ad noſtram verò expoſitionem tam hæc, quàm quæ mox habentur: *Annunciat verbum ſuum Iacob*, veniunt aptiſſima. Sed in nectendis, qui proximè ſequuntur, verſibus, difficultatis occurrit nonnihil. ita illi.

Verſ. 5. *Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam* (Hebraicè pruinam, *eſcharcha*) *ſicut cinerem ſpargit.*

6. *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit.*

Aduerſa ipſa proſperitatem afferunt.

Fruſtrà quis hos verſus coniungere conetur præcedentibus, niſi eorum priùs ſenſum habuerit germanum. Is porrò meo iudicio hic eſt. Concitatas in Eccleſiam ſæuiſſimas perſecutiones ipſasmet fore, quæ pacem eiuſdem parerent, & conuerſionē mundi. Non itaque hoc duntaxat vſu venit, vt hyemis aſperrimæ tempeſtati veris amœnitas C & ſuauitas ſuccederent; ſed enim futurum erat, vt frigus ipſum & hyemalis horror effectum darent nitorem vernū virorémque. Et quidem quod prima apparet ſpecie paradoxon, haudquaquam iſta eſt, ſed pura puta veritas. Ad eum ſcilicet modum, quo, quæ videbatur nix terræ frigus & rigorem allatura, eandem vtique calefit & fouetur terra. nam hoc eſt, *Qui dat niuem ſicut lanam.*

Nix calefacit terram.

nec diſſimiliter apud Iſai. 55. verſ. 10. nix de cœlo deſcendens *inebriat terram, & germinare facit eam.* & quemadmodum iidem quā fore videbatur pruinā, vt adſtringerentur agri rigeréntque, eadem potiùs quaſi cinis aut ſtercus eſſet, apricitatem illis conciliat ac teporem. D Notandum enim, licèt vim habeat cinis abſumendi, eo tamen abſumi humorem terræ redundantem inutilem, ac noxium. nam frugiferas vires, & vtilem ſubſtantiam reparat potiùs ac prouehit, quod agrorum exuſtiones manifeſtant. Eſt ergo ſenſus horrenti perſecutionum gelu referri debere ſuo modo acceptam meſſis Eccleſiæ fertilitatem abundantiámque.

Perſecutiones quantum profuerint Eccleſiæ.

Quod ſequitur: *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas.* vt explicem, ſuppono hìc poſitum nomen *cryſtallus* ad grandinem horribilem & lapides, quibus pluere ſolet, deſignandos. Suppono item τὸ *ſicut buccellas*, non eſſe aliud, quàm ſicut panis bucellas aut bucceas, vel ſicut fruſta panis, quæ di- E ſtribuuntur. Horum iam verborum do ſenſum. Quemadmodum grandinis ingentis & lapidum exaggerata vis agris importare ſolet excidium; ita quidem Chriſtianam gentem funditus euerſuræ videbantur tempeſtates perſecutionum excitæ. Sed enim nouit Deus lapides in panem transmutare; fecit itaque diuina prouidentia vt grando perſecutionis horrenda in panem prædicationis & fidei confirmationem admirabilem conuerteretur. Præterquam quòd *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit*, ad Rom. 5. 4. Corroborari autem cor à viua ſpe perſpicuum eſt. & *Panis cor*

Aluerũt, vegetarunt.

Lapides mutat in panes Deus.

A *hominis confirmat.* atque ideo illa perſecutionis vehementia, quæ intolerabilis planè videbatur, *Ante faciem eius quis ſuſtinebit?* Concretum gelu, grando & lapides formidoloſi Eccleſiæ tandem commutata illa ſunt omnia in admirabilem alimoniam, in confractum panem, idoneúmque valde ad eam & cibandam, & ſpirituali robore confirmandam. Capi etiam hæc: *Ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?* ſic aptè poſſunt. Ecquæ ſit natio, quæ eius argumenti, quod fit ex perſecutionibus in Chriſtianæ & veritatis & ſanctitatis confirmationem tanta conſtantia ſublatis, robore conuicta non dabit manus?

Conſtantiæ effectus.

B Verſ. 7. *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.*

His ſignificatur, niualem illam & grandinoſam tempeſtatem non ſemper duraturam. nam hibernos aquilones verni conſequuntur fauonij, ac ſolui tunc incipitur aſtrictum gelu, hyemis expulſa aſperitate, lenitate veris. Sic itaque Pſaltes inquit, aduenturum tempus cùm diuino tandem edicto procellæ ceſſaret vehementia. nam hoc eſt: *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea.* fierétque vt pneumatis diuini ſuauiſſima efficacia mollirentur corda, & vnde liquefierent concretæ, vt facilis fluminibus curſus concederetur. hoc eſt, vt ad fidei ſuſceptionem Gentilitas, iuxta illud Iſaiæ 2. *Fluent ad eum omnes gentes*, concurreret. Quod idem vult τὸ *fluent aquæ.* Quia aquæ populi ſunt & gentes, & linguæ Apocal. 17. 15.

Viciſſitudo rerum.

Verſ. 8. *Qui annunciat verbum ſuum* (τῷ) *Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua* (τῷ) *Iſraël.*

Hæc porrò verba, quæ proximè de niue & aquis ſunt dicta, arcanè, vt aptè coagmententur omnia, intelligi debere, confirmant. afferunt enim ſuperiora illa: *Fluent aquæ*, ſucceſſum poſt anguſtias perſecutionis, media Euangelij prædicatione, vt dicitur Apocalypſ. 19. habitura. Hæc verò prædicatio Euangelij eſt, Deum fauſtum ferre nuncium, cœleſtem ſcilicet doctrinam iis, qui verè ex Iſraële proſeminati ſunt, prædeſtinatis videlicet. annunciare deinde veram, quam in Chriſto habent omnes, ſanctitatem, altum etiam Dei in mundi redemptione conſilium, quo ex iudicio & iuſtitia negotium deciſum eſt, iuríque diuino ſatisfactum. Pſalmus denique finitur.

Dei [illegible] fauſtum.

Verſ. 9. *Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Alleluia.*

Quorum hæc eſt ſententia: Chriſti Domini cœleſtiſque doctrinæ cognitionem, Dei eſſe beneficium in eos collatum, qui verè ex Iſraële nati ſunt, prorſus ſingulare: cóque nationes, ſua tamen culpa, infidelium carere. Eò itaque ſpectat verſus, vt qui fidei Chriſtianæ doctrina imbuti ſunt, diuinum ob eam rem Numen grates mactent aſſiduè: id nimirum, quo deſtitutas vident tot nationes, diuinitus ſibi accidiſſe confitentes. Cúmque hoc donum tribuatur Deo, illud non propriis aſſignent promeritis, ſed beneficentiæ diuinæ.

Gratie ad fidelium & infidelium collata.

Hactenus

Digitized by Google

Hactenus Pſalmorum, quos accerſitos putabat Auctor ab Apocalypſi, aut commentarij, aut breues notæ. Nunc verò finem addent huic tractatui argumenta in Pſalmos omnes. Frugi illa quidem arcanorum ſacræ Scripturæ rimandorum ſtudioſo. Et fortè inde quis, ad noui aliquid in hanc ſacræ litteraturæ partem arcanam iuxta ac ſuauem cudendum, occaſionem ſumet. Certè Aloyſius cum pietate eximia nunquam non coniungit nobilitatem ſenſus ſingularem. Nec verò vbique incomitata incedent argumenta.

Argumentum in Pſalmum 1. *Beatus vir, qui non abijt,* &c.

Sacræ Scripturæ meditatio (cui Pſalmi nauant operam eximiam) eſt, quæ pietatem hominibus adportat, immo & beatitudinem.

Notæ aliquot.

Ad verſ. 1.

Pro illis verſus primi: *Qui non abijt in conſilio*, Hebraicè, *Qui non ambulauit in conſilium*; & quæ ibidem nos habemus: *In cathedra peſtilentiæ*, Hebraicè, *In conſeſſu* deriſorum. atque hic conſeſſus eſt, quem cathedra ſignificat. Equidem optabile duco ita conſtrui hunc verſum, vt appareret grauius quid eſſe: *Abire in conſilio impiorum*, minus verò graue, *ſtare in via peccatorum*. & minus adhuc, *ſedere in cathedra peſtilentiæ*. Si autem ſeſſio hæc magiſterium afferret iniquitatis, id hauddubiè longè fuiſſet grauiſſimum. Sed obſeruo pro cathedra Hebrai. haberi מושב, id eſt, conſeſſum. Quare valde ſuſpicor abire in conſilio impiorum idem eſſe, quod illis ſe penitus permittere, adeóque illorum ſequi conſilia. Hæc verò non odiſſe prorſus, nec delicta fugere, licèt in his progreſſus abſit, id eſſe ſtare in via peccatoris. Et denique in conſilio peſtilentium aut deriſorum ſedere eum, qui conſilia quidem & viam peccatorum, id eſt, mores eorum auerſatur; non ita tamen vt homines eiuſmodi, eorúmque conſilium & amicitiam vitet. Felix ergo, qui nec ſe permittit vitiis, nec bene ad peccatum afficitur, nec demum peccatoribus conſueſcit. Atque ex hac explicatione apparet, quàm aptè peſtilitatis nomen deriſoribus inditum ſit. nam cùm agatur de fugienda improborum conſuetudine; vt ſignificaretur hæc perinde quaſi contages euitanda, ideo illuſores, quorum ſocietatem dehortatur ſapiens, peſtis appellantur.

Nihil habeas cum improbis negotij, vt felix ſis.

Ex verſ. 3.

Et omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. Hebraicè, *Omne quod faciet, proſperare faciet.* id eſt, non illi caſu euenient ſucceſſus boni; ſed ipſe potiùs efficiet, vt omnia fœliciter ſuccedant.

Ad verſ. 5.

Ideo non reſurgent. Hebr. *ideo non ſtabunt.* Contra nimitum quàm dicitur Sapient. 5. verſ. 1. *ſtabunt iuſti in magna conſtantia. Neque peccatores in concilio.* Hebr. *Et peccatores in cœtu.* Tametſi Græcè, ſicut & Hiſpanicè, concilium ſignificet, & conſilium eadem vox, & propterea ſeruiat huic loco, & verſui primo: *Qui non abijt in conſilio.* Hebraicè tamen diuerſa ſunt nomina in verſ. 1. עצה, id eſt, conſilium, in hoc quinto עדה, id eſt, concilium. Vnde emendatè hic legitur: *Peccatores in concilio.*

Argumentum Pſalmi 2. *Quare fremuerunt,* &c.

Per comparationem Dauidis deſcribitur Chriſtus Dominus à Iudæis & Gentibus mirum in modum oppugnatus, ſed de illis tandem glorioſè triumphans. *Vide Act. 4.*

Argumentum Pſalmi 3. *Domine quid multiplicati ſunt,* &c.

Per comparationem Dauidis Abſalonem fugientis, in ipſa tamen fuga de reſtitutione ſua confidentis, inducitur Chriſtus promittens ſibi Dei Patris opem aduerſùs rebelles Iudæos.

Argumentum Pſalmi 4. *Cum inuocarem exaudiuit me Deus,* &c.

Per comparationem Dauidis milites adhortantis & confirmantis ſuos, cernitur Chriſtus diſcipulos exhortans, & in fide confirmans.

Argumentum Pſalmi 5. *Verba mea auribus percipe Domine,* &c.

Sub comparatione Dauidis populus proponitur Chriſtianus, dum à perſecutoribus diuexatur, in oratione, ad capitis ſui imitationem, perſiſtens, & ſibi à Deo pollicens de illis victoriam.

Argumentum Pſalm. 6. *Domine, ne in furore tuo,* &c.

Docentur Dauidis exemplo fideles, cum propter peccata affliguntur, ad Dei miſericordiam ſuppliciter confugere, eiúſque aduerſùs hoſtes ſibi promiſſa ope, tali exultare ſpe.

Argumentum Pſalm. 7. *Dominus Deus meus in te ſperaui,* &c.

Fidelis populus, dum petitur ab Eccleſiæ hoſtibus, ſicut olim Dauid à Saule, calumniis, bonæ ſe & conſcientiæ teſtimonio, & iuſtitiæ diuinæ inuocatione conſolatur.

Argumentum Pſalm. 8. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile,* &c.

Magnificum tibi ſe in primis exhibere Deum in Chriſtianæ Eccleſiæ per ipſaſmet perſecutiones exaltatione magna. *Scholia habes ad hunc Pſal. poſt 18.*

Argumentum in Pſal. 9. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo,* &c.

Eccleſiam canit Chriſtianam, dum maximè opprimi videbatur, tunc adeò de triumpho, quem actura erat de cultoribus idolorum, certam fuiſſe, vt eum intueri præſentem videretur; ſed confuſam nihilominus perſecutionum vehementia, conqueſtámque adeò, ſicut olim Dauidem, de abſentia ſui Dei.

Digitized by Google

Argumentum Pſalm.10. *In Domino confido*, &c.

Maximas fore, quas Eccleſia paſſura erat perſecutiones; maiorem verùm multo, vel in ipſamet tempeſtate, de iuſtitia diuina ſpem. atque id adumbratum in Dauide.

Argumentum Pſalm.11. *Saluum me fac Domine*, &c.

De fraudibus ac dolis, quibus in perſecutione fideles, quemadmodum Dauid in ſua, circumueniebantur: déque tempeſtiui eorum remedij ſpe in Deum firmiſſimè coniecta.

Argumentum Pſalm.12. *Vſque quo Domine obliuiſceris me*, &c.

Querelæ ſunt quibus exagitata procellis fidelium Eccleſia amans verè Dei ſui, pulſat illius pectus, de ſuppetiis tamen confiſa.

Argumentum Pſalm.13. *Dixit inſipiens in corde ſuo*, &c.

Idē ferè quod Pſalmi 52.

De innumerabili hominum Eccleſiæ Chriſti infenſiſſimorum multitudine, & de ſpe Eccleſiæ.

Argumentum Pſalm.14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo*, &c.

Ad tenendam firmiter inter perſecutionum turbines veræ fidei profeſſionem, maximam omnino vitæ ſanctitatem neceſſariam eſſe.

Argumentum Pſalm.15. *Conſerua me Domine, quoniam ſperaui in te*, &c.

Summittit ſe Chriſtus Patris ſui de Iudæorum reprobatione beneplacito, & morti ſe offert libentiſſimè, ſicut quippe à Patre ſe ſtatim ſuſcitatum iri, & copioſa Gentium hæreditate donatum.

Argumentum Pſalm.16. *Exaudi Domine iuſtitiam meam*, &c.

Oratio eſt populi Chriſtiani primitiui, quem Iudaicus, ſicut olim Saul Dauidem inſectabatur. Inſeritur autem orationi de reprobatione Iudæorum & Chriſtianiſmi exaltatione prophetia. Porrò in hoc Pſalmo nonnulla ſunt, quæ non tam ad actum orationis elicitum, quàm ad clamorem effuſi à Iudæis ſanguinis ſpectant.

Argumentum Pſalm.17. *Diligam te Domine fortitudo mea*, &c.

Myſticum Dauidem, quem Deus è periculis extrahit in gentibus, Chriſtianum eſſe populum, qui etiam de ſuis hoſtibus agit triumphum glorioſiſſimum.

A

Argumentum Pſalm.18. *Cæli enarrant gloriam Dei*, &c.

Eccleſiam Chriſtianam cœlum myſticum eſſe: in quo cernere eſt dierum noctiúmque ſucceſſionem, & à quo Dei gloria vniuerſo orbi denunciatur. Cœli porrò huius ſolem eſſe Chriſtum D. qui his omnibus, lege, teſtimonio, timore, iudiciis, adiutorio denique, & redemptione à delictis animas beat.

Argumentum Pſalm.19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis*, &c.

B

Orationis, qua ſinguli in Eccleſiæ oppreſſionibus vtantur fideles, cum certa ſalutis ſpe ex coniunctione ipſius Eccleſiæ cum Chriſto, optima forma.

Argumentum Pſalm.20. *Domine in virtute tua lætabitu rex*, &c.

Optima item forma, qua ſinguli fideles pro beneficiis in Eccleſiam collatis gratias agant Deo, ad Chriſti cum eadem Eccleſia vnionem conſideratione euecti. qua cauſa amplam Dei benedictionem, & contra inimicos auxilium ſibi euidentiſſimum pollicean tur.

C

Argumentum Pſalm.21. *Deus Deus meus reſpice in me*, &c.

Chriſto Domino, ſuóque item populo Chriſtianorum primitiuo euenturum id fore, quod in Dauide vt in typo fuerat adumbratum: quem primò ita ſiuit Deus haberi ab hoſtibus malè, vt à ſe videretur prorſus derelictus. Eundem autem ita exaltauit poſt, vt ipſi gentium nationes ſubmitteret.

Argumentum Pſalm.22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*, &c.

D

Populus Chriſtianus vix ſe præ lætitia capiens ob diuinam erga ipſum ſingularem impensè prouidentiam celebratur.

Pſalmi huius paraphraſis aliquanto liberior.

1. Dominus regit me (Græcè ποιμαίνει. Vnde Auguſt. vertit: *Dominus paſcit me.* Vult ego dicere: Dominus paſtor eſt meus.) *& nihil mihi deer*.

Equidem gregis illius, qui Deum ipſum opilionem haber, ouicula ſum: quid mihi vltrà ſupereſt expetendum? quid mihi deficiet vnquam? Felicem meam ſortem. careo re nulla: omnibus abundo. Accedit certa ſpes hanc mihi abundantiam nunquam defuturam. *Anima vnde ſatiſiat.*

E

2. In loco paſcua ibi me collocauit.

Qui ager reperiri poteſt vſpiam opimior, fertilior, paſtioniſque adeò copia reliquis præſtantior, is mihi, vt in eo perpetuò paſcar, deſtinatus eſt.

Super aquã refectionis (Græcè ἀναπαύσεως. Sic Mat. 10.

Eſt porrò hic ager præter fontem limpidæ æquè ac ſuauis lymphæ cum lenitate

deſluen

Ego reficiam vos (ἀναπαύσω ὑμᾶς) *educauit me.* — defluentis ac quiete, qua pecus ille fons afficit mirificè. Eius enim ingenij lympha eſt, vt cum extincta ſiti, tollat, & famem, vim & robur adhibeat.

Etiã in præſenti ſtatu.

3. *Animam meam conuertit.* (voluio me el alma al caerpo) — Neque verò occurrat mihi quis futuram me felicitatem iactare, nunc autem boni huius carere poſſeſſione. Enim vero experiẽs loquor, altam me iam his deliciis, hóceque potu recreatam fuiſſe profiteor. Et quæ priùs animis ac ipſa ferè anima præ imbecillitate deficiebam; nunc equidem nouo pabulo, nouáque potione vitam mihi reſtitutam confirmo.

Vnde id obtineatur?

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. — Fateor miſellam me à paſtore meo, ab omníque adeò fortuna bona longè fuiſſe factam aliquando: ſola oberraui ſiccitate horrida, veprium & luporum iniuriis obnoxia. At paſtor meus, non alicuius gratia emolumenti, ſed vt ſuo dumtaxat mori, vt glorioſo paſtoris boni nominis reſponderet, vt ſuo conſuleret honori, mei miſertus errabundæ, prædæ è feratum vnguibus eripiendæ negotium ſuſcepit. Illud igitur, grege in tuto collocato, aggreſſus eſt, & poſt laboris inſumpti multum, inuentam me & in humeros ſublatam ſuos, quo reuocauit in caulas tramite, rectiſſimo eo quidem, quam prædixi felicitatem, nacta ſum, & expetta deeſſe mihil omnino tali paſtore.

Securitas vnde.

4. *Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.* — Quod ſi à cuſtodia tua, ô Paſtor diuine, minimè receſſero; id mihi ſatis ſupérque ſolum eſt, vt excelſis animis aduerſùm quemlibet vitæ huius laborem erecta incedam. Haud mihi labores deerunt, ſat ſcio: ſed verò cùm te præſentem, fauentem, & bene etiam magnam laboris partem tollentem video: ita quidem animas, ita erigis, vt nulla mœſtitudinum atra caligo, nullæ oppreſſionum anguſtiæ, nulla diſcrimina, nullus denique quamlibet lethi ipſius præſentiſſimus terror deiicere poſſint animum, aut debilitare.

Operanda Dei correptio.

Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. — Quamlibet enim ingrediatur viam ouicula, quam tuus ductus oblectat, eundémque ſequitur; nihil omnino erit, quod ne pilo quidem incommodet penduli lanicij. Atque ita tu te cum grege geris, vt, dum tutela tua tuóque aſpectu nunquam caream; plurimum ſit è re mea, beneuolentiæque tribuam ſingulari, ſi, cùm imprudens aberro, iacto, me pulſes, paſtorali baculo, reuocéſque. nam hoc ſupplicij pro ſuaui conſolaione mihi eſt.

5. *Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos, qui tribulant me. Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus* (Auguſt. ex Græco: *Poculum tuum*) *inebrians quam præclarus eſt!* Græcè ὡσεὶ κράτιστον. id eſt, *valde præclarus eſt.* — Atque hac paſtoris ouíſque allegoria, non nihil eorum expoſui, quibus continuo me cumulas, beneficiorum. Verùm enim hæc ſunt eiuſmodi, vt plurimæ ſimul comparationes, nedũ vnica, cordis ſenſui minimè ſatisfaciant. Parũ igitur eſt quod dixi, cum tuam me ouem prædicaui: enim verò vt tuas in me delicias expromam, alio mihi opus eſt inuento. ſi abſque admira-

A tione vel interrogatione legatur. — Ego quidem apud me cogito, exceptum me tibi hoſpitali conuiuio, vt Palæſtinis hoſpites excipere moris eſt, qui lautis cibis, viniſque generoſis molliſſimi ſimul ac fragrantiſſimi olei accumbentium capitibus aſperſi delicias adiiciunt. Huius ô Domine, generis conuiuium in amicitiæ pignus coniunctiſſimæ tuis mihi expenſis præparaſti. Et vt me magis tuum hoſpitem allicias, menſam mihi mirificè adornatam ob oculos proponis, cuius aſpectus non magis, quàm odor oculos & cor rapiant, animúmque. Porrò me & tuæ menſæ accumbere, ebrium deinde tuo poculo mirificiſſimo reddi, ac demum inungi blan-

Deliciæ Dei recreant & roborant.

B diſſimè, hęc omnia tibi, ipſiſmet contuentibus fieri allubeſcit, qui me odiis infeſtant, & anguſtiis: vt inde & ſeeum illi auferant turpiſſimum pudorem, & materies mihi accidat maioris gloriationis. Eos deinde animos, eámque robore firmatam audaciam, hæc mihi ſuggerit alimonia, vt ab ea ſumpta, qui me prius malè, & fugientem, & diuexatum cum gaudio intuebantur, iiſdem iam metui ſim.

Qualis perſecutio Dei.

6. *Et miſericordia tua ſubſequetur* (Græcè καταδιώξει perſequetur) *me omnibus diebus vitæ*
C *meæ: & vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.* — Ac denique tua mihi excellens benignitas non ſolùm iugem præbet & aſſiduitatem & tutelam; ſed etiam ſuauiſſimè inſectatur, ita vt quieſcere me non ſinat noctu diúque: donec tandem do manus, & illi in ſinu meo locum. Ac demum efficiet eadem, credo, vt diuino me aſpectu in cœleſti palatio æternum oblectem.

Argumentum Pſalm. 23. *Domini eſt terra, & plenitudo eius,* &c.

Ex gentibus vniuerſis veros effici per ſanctitatem Iſraëlitas, & Leuitas veros: hóſque maieſtati Dei habitaculum æternum adornare.

D

Argumentum Pſalm. 24. *Ad te Domine leuaui animam meam,* &c.

Rationem docet Numinis ſancti in anguſtiis inuocandi conuenientem.

Argumentum Pſalm. 25. *Iudica me Domine, quoniam ego,* &c.

Dum perſecutio fuerit, Martyres ſe diuinæ
E probationi libenter offerunt, & pro impertita ſibi gratia gratias agentes, poſtulant à Deo quàm enixè perſeuerantiam.

Argumentum Pſalm. 26. *Dominus illuminatio mea,* &c.

Conſideratio præſentiſſimi Dei auxilij, ſummum eos, qui eidem adhærent, in mediis perſecutionibus confirmat. Exoptant ideo in præſentiæ diuinæ conſideratione perpetuo viuere: vt ſic protegantur à Deo, & Deum ipſi religioſè colant, & ab eo ad æternam vitam dirigantur.

Digitized by Google

Argumentum Pſalm. 27. *Ad te Domine clamabo, Deus meus*, &c.

Fidelis populus à falſis fratribus oppugnatus opem Dei & æquitatem aduerſùs eos implorat: illis tum canit interitum, ſibi autem auxilium promittit.

Argumentum Pſalm. 28. *Afferte Domino filij Dei*, &c.

Habes topiſſam Pſalmi huius enarrationem.

Sub allegoria oppidò, quàm ſignificanti celebrantur Dauidis bella, victoriæ & religio. Sed verò ſuggerunt eæ veteres hiſtoriæ comparationem appoſitiſſimam ad præcellentia Euangelicæ prædicationis facinora ponderanda.

Argumentum Pſalm. 29. *Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me*, &c.

Poſt deuictum Romanum Imperium, & firmatam pacem gratias agit Deo Eccleſia Chriſtiana, vt egit quondam Dauid poſt dedicationem domus ſuæ.

Argumentum Pſalm. 30. *In te Domine ſperaui, non conf ndar*, &c.

Forma orandi & ſpei in maximis calamitatibus erigendæ, cùm videtur derelictus à Deo homo & hoſtibus permiſſus, iamiam peſſum iturus. Conuenit Martyribus, & Martyrum capiti præcipuè.

Argumentum Pſalm. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, &c.

Magnam eſſe veræ pœnitentiæ felicitatem: ideò, cùm fideles à Deo peccando recedunt, Deum ipſis egregiè cupere, dum calamitatibus, quibus emendentur, premit. Cùm præſertim in diluuio aquarum multarum ſanctos pro delictis populi preces ad Deum allegantes calamitas non attingat.

Argumentum Pſalm. 32. *Exultate iuſti in Domino*, &c.

Soluitur Deo pro pace & proſperitate, quæ magnam Eccleſiæ afflictionem ſubſecutæ ſunt, debitum gratiarum, eiúſque in ſuorum ſalute expenditur prouidentia.

Argumentum Pſalm. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore*, &c.

Laudatur Dei prouidentia iuſtos ab omni periculo & oppreſſione liberantis, vt olim cum Dauide fecit grauiſſimè periclitanti. Cui ſicut ſtultitia ſimulata profuit ira, ſimilis in perſecutionibus ſimulatio æternæ ſaluti fuit populo Chriſtiano.

A

Argumentum Pſalm. 34. *Iudica Domine nocentes me*, &c.

Infeſtatus vehementer fidei cauſa ab eiuſdem hoſtibus Chriſtianus populus, aduerſus illum implorat diuinam opem.

Argumentum Pſalm. 35. *Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo*, &c.

Abundante iniquitate, Dei contrà gratiam in ſapientes & inſipientes ſuperabundaturam. Sapientibus autem imminere interim à ſuperbia periculum. Et videtur quidem conſideraſſe Dauid hinc peccatorum ad flagitia animum obfirmatum: illinc verò, quid eodem met tempore, quando abundat delictum, incarnatione Verbi exequenda, efficere Deus ſtatuerit. Inſpicienda Pſalmi totius ſeries.

B

Textus.	Paraphraſis.	
1. *Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos eius.*	Certum eſt ſcelerato homini vires omnes ſuas ad peccãdum, timorémque Dei perrumpendum, conferre.	*Prauorũ animus.*
2. *Quoniam doloſè egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.*	Hoc enim illius arguunt perditi ac profligati mores, & ſcelera omni odio proſequenda.	*Eius index.*
C 3. *Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.*	Illius os fraudis ac falſitatis mera eſt officina: opus verò bonum ab eo exulat quàm longiſſimè.	
4. *Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiã autem non odiuit.*	Eiuſdem, cum ſolitarius ſedet, meditatio tota eſt ad patrandum ſcelus, ad adhærendum omnibus, quæ bona non ſunt, ad amandum quæ mala.	*Quæ meditatio.*
5. *Domine in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſque ad* D *nubes.*	Hæc porrò cum erãt peccatoris ſtudia, diuina tunc demũ ſe beneficentia & promiſſorum conſtantia, ipſaſmet præteriens nubes patefacit.	*Dei oppoſita tunc ſtudia.*
6. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei: iudicia tua abyſſus multa. Homines & iumenta ſaluabis Domine.* 7. *Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.*	Tunc iuſtitia eius & ſanctitas effuderunt ſeſe aceruatim, in montium ingentiſſimorum modum, profundiſſimæque ſuorum conſiliorum rationes apparuerunt. In ſumma omnibus indulgere vult æternam ſalutem, hominibus ac iumentis,	

hoc eſt, Iudæis & gentibus, ſapientibus, ac pecuinis, iis qui non omnino mali, & qui erant prorſus improbi. O pelagus benignitatis inexhau-E ſtum!

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum ſperabunt.	Diuinæ indignationis vim euaſuros ſe homines tali protectore ac defenſore confident.	*Vnde fiducia hominum.*
8. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*	Quin etiam æterna beatitudine, perennibúſque deliciarum fluentis, tali nixi redemptore perfruentur.	
9. *Quoniam apud*	Enimuero adeſt apud Deum	

Digitized by Google

Chriſtus nobis apud Patrem vitæ fons.

te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

Deum nobis aduocatus, is quidem à quo ceu fonte promanat æterna ſalus, cuiuſque illuſtrati nos ſplendore æternam lucem contuebimur.

10. *Prætende miſericordiam tuam ſciētibus te, & iuſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.*

Cùm igitur ô Domine per filium tuum & cognitionem, & amorem tui ſimus indepti, age ſis noſtri miſertus ſemper tuere nos.

Dæmon eſt pes ſuperbiæ.

11. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris nō moueat me.*

Ne, quæſo te, ſiue à Dæmone ſupplantati, ſiue laqueis hoſtium irretiti corruamus.

12. *Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.*

Excident enim ab hac felicitate, qui prauè egerint: nec enim permanere poterunt in regno Dei, ſed ab eo deturbabuntur.

Argumentum Pſalm. 36. *Noli æmulari in malignantibus*, &c.

Magnum eſſe diuinæ prouidentiæ erga iuſtos fauorem, magnam item erga peccatores eorum inimicos ſeueritatem: quantumuis videantur prima ſpecie peccatores aliquandiu fortunati, & iuſti oppreſſi.

Argumentum Pſalm. 37. *Domine ne in furore tuo arguas me*, &c.

Populus Chriſtianus agnoſcens perſecutionis religionis cauſa ſæuientis magnitudinem ſibi propter peccata contigiſſe, & rem eo calamitatis deuolutam, vt ex iis, qui Chriſtum colebant dudum, non pauci eius abiurata religione perſecutionem promouerent; ſua coram Deo peccata deflet, & ad pœnitentiam ac conſtantiam, connitens, opem à Deo poſtulat enixè, precibúſque contendit, vt requiem ſiue Sabbathum Eccleſiæ concedere non obliuiſcatur.

Argumentum Pſalm. 38. *Dixi: Cuſtodi vias meas*, &c.

Chriſtiani diuexati ſuam Deo patientiam repræſentant: quia tamen commoueri ſe nihilominus ex vitæ & facultatum ereptione ſentiunt, contra hanc commotionem ſe muniunt ſedulò, conſideratis, & huius vitæ breuitate, & vanitate facultatum, maximéque prouidentia Dei: quem fuſis precibus orant, eripi ſe à peccatis primum (propter quæ traditos ſe perſecutoribus fatentur) deinde ab hoſtium immanitate. Illa verſu 5. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.* hoc volunt. Fac me ô Domine penitus intelligere quàm ſit humanæ vitæ periodus breuis, ac proinde id, quod mihi ſupereſt vitæ, quam ſit exiguum.

Argumentum Pſalm. 39. *Expectans expectaui Dominum*, &c.

Chriſtus Dominus poſt ſuam exaltationem, iterum in Eccleſiæ perſecutione ſibi (id eſt, ſuæ Eccleſiæ) auxilium à Patre poſtulat.

Et hunc quidem Pſalmum ceciniſſe videtur Dauid, aut Saulem fugiens, aut ſuſtinens quid ſimilis anguſtiæ. Solatur verò ſe eorum memoria, quæ in eiuſmodi euentibus expertus fuerat, commemorans quę ad Deum tunc allegarat ſacrificia, non taurorum quidem, aut arietum (quod id ſibi minimè per anguſtias licuiſſet) ſed verò ſui ipſius, laudationis Dei, perfectæque voluntatis eiuſdem executionis. Conuenit in Chriſtum præcipuè poſt illa quæ grauiſſima ipſe ſuſtulit, iterum in corpore ſuo, in fidelibus ſcilicet exagitatum. Delicta porrò quibus ſe dicit circumuentum, noſtra illa quidem ſunt; ſed quia illa in ſe receperat luenda, ſua idcirco iure vocat. nunc Pſalmi totius filum deducendum.

Textus.	Paraphraſis.
1. *Pſalmi titulus in finem ipſi Dauid.* 2. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.*	Iā aliàs grauia me pericula & anguſtiæ tenuerunt, ſed tunc ſpei plenus firmiter innixæ Deo, illum propitium inueni, dignatúſque fuit meas auſcultare preces. *Precum effectus.*
3. *Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.*	Et auſcultare, & ad votum expedire, meque è lutulento, cui hęrebam affixus loco, & barathro infortuniorum extrahere.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos: & direxit greſſus meos.	Collocare me deinde erectum in pedes meos in ſtrata lapidibus, adeóque tuta via, totámque demum itionem rectam, ac proſperam efficere.
4. *Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro.*	Hac verò tanta beneuolentia materiam mihi exhibuit nouę ſibi cantionis, qui hymnus eſſet laudatiuus, pangendæ.
Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Domino.	Atque beneficiū ita magnum non meam dumtaxat excitare fiduciam deberet, ſed in eo perſpicere poſſent plurimi alij quàm ſit rationi conſentaneum noſtrum adorare Deum, in eúmque coniicere ſpes omnes. *Quid addat eis fiduciam.*
5. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.*	Is porrò bene omnino fortunatus eſt, qui ita ſuas rationes init; & quem nec nugæ, nec amentiæ vaniſſimæ retardant.
6. *Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.*	Sæpiſſimè profectò tuis mecum factis admirandis egiſti: oſtendiſtíque in iis, quæ cogitas, quæque deliberas, longè te à nobis diuerſum eſſe.
Annunciaui, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.	Horum equidem & ſermocinatorem & buccinatorem frequenter me geſſi; ſed ſemper multum citra eorum magnitudinem ac dignitatem. nam tua dona minimè queant enarrari. *Deus qui prædicatur nobis.*
7. *Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.*	Hæc vt rependerem, pacificis te mihi, victimíſque aliis honorari noluiſti: ſed reſeratas mihi aures tuis allocutionibus concinnaſti. *Et quod gratum Deo beneficium.*
Holocauſtum &	Mea nec holocauſta, nec,

pro peccato non poſtulaſti. quæ pro peccatis immolantur ſacrificia, non amaſti.

8. Tunc dixi: Ecce venio. ſtatui propterea totum me victimam tibi deuouere.

Obedientiæ exemplar.

9. In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Atque hoc ſummatim eſt, quod præſtare me officium & volunt, & exigunt tuæ literæ, vt tuæ in me voluntati exequendæ mactem. Ita allibuit, ita mi Deus, & Domine amaui, legemque tuam in mei cordis ac præcordiorum meditullio depanxi.

Libertas prædicationis.

10. Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu ſciſti. Et quoniam placitum tibi; conſtitui me iuſtitiæ tuæ buccinatorem, demandatas mihi partes in concione copioſiſſima expleui: & ſcis tu Domine, me numquam ob hominum reſpectum officio meo defuturum.

11. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi. Quod de iuſtitia tua, de tuorum promiſſorum expletione ac de ſalute à te legata cognoui, haudquaquam id mihi ſilentio obtectum reſeruaui.

Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio multo. Nec diſſimulaui vnquam in celebri auditorio tuam & beneficentiam largam & abſolutam in promiſſis conſtantiam prædicare.

Orationi quid præceſſurum.

12. Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia & veritas tua ſemper ſuſceperunt me. Cùm igitur ita me tibi confiſum ſemper, immolatum, & munus commiſſum executum habueris, ne cohibeas nunc, oro te, à me beneficas manus: tuis me & bonitati & benignitati permiſſum ſemper memineris.

13. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. At vide laboribus me & peccatis infinitis circumuentum: quibus ita affectus ſum, vt, cum me circumſpicio, deſpondeam animum.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. Excedunt ea quidem numero vel capillos ipſos, quod cum conſidero, deficio.

14. Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me reſpice. Me igitur his vt eximas, cordi precor ſit tibi: indue animum ad fauendum mihi.

15. Confundantur, & reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Sic fiet, vt qui me extinctum volunt, ſecum auferant huius loco pudorem ac probrum. *

Conuertantur retrorſum, & reuereantur qui volunt mihi mala. Atque ita ignominia onerati terga dabunt.

16. Ferant confeſtim confuſionẽ ſuam, qui dicunt mihi: Euge, euge. Qua ratione illis, qui me ærumnis confectum ſannis proſcindebant, pretium numerato dependetur.

17. Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus; qui diligunt ſalutare tuum. Illi verò qui te inquirunt, collætabuntur, & qui tuæ fruendæ ſalutis amore tenentur, euehent te magnificè perpetuo.

Diuitiæ veræ.

18. Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei. Porrò in mea ego inopia ac mendicitate; quòd eſſe me ſciam Dei curę, hoc tantum opibus redundarim.

Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Cùm igitur tu Domine auxilium & tutela mihi ſolus ſis; accurre, ac ne ſuppetias differ.

Argumentum Pſalm. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum*, &c.

Sub allegoria miſericordis Dauidis aduersùs quem, quia à morbo, quo tenebatur implicatus, inimici ſperabant, eum non euaſurum, & ea ſpe, & proditoris inſignis fauore coniurabant; agitur de Chriſto Domino in diebus carnis ſuæ, de aduerſariis ſuis, de Iuda, de reſurrectione demum & exaltatione.

Argumentum Pſalm. 41. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes*, &c.

Sub perſona Dauidis afflicti valdè, & ab hoſtibus iriſi, ſed tunc maximè facultatem fruendi feſtiuitatibus in tabernaculo Dei, & optantis, & ſperantis; ſermo eſt de populo Chriſtiano publicum ſuæ religionis exercitium in mediis perſecutionibus operiente.

Argumentum Pſalm. 42. *Iudica me Deus, & diſcerne*, &c.

Idem ferè eſt quod proximi, publicum enim religionis exercitium in perſecutionibus efflagitat, & ſperat populus Chriſtianus ſub perſona Dauidis, cuius erat votum & firma ſpes, perſequente Saule, aſpectûque tabernaculi priuante, ſe eidem tandem, & ſolemnibus, quæ coram agitabantur, reſtitutum iri.

Argumentum Pſalm. 43. *Deus auribus noſtris audiuimus*, &c.

Pia eſt Chriſtianorum ad Dominum querela, quòd eam gentem, quæ plurimas ipſi animas per conuerſionem ad Chriſtum ſubiecerit, ſineret poſtea religionis cauſa tantopere diuexari.

Argumentum Pſalm. 44. *Eructauit cor meum verbum*, &c.

Habes Pſalmi huius enarrationẽ.

Romæ principis totius orbis reginæ, aliarum deinde ipſi cognatione iunctarum, quæ reliqui ſunt particulares Eccleſiæ, cum Chriſto nuptiæ celebrantur.

Argumentum Pſalm. 45. *Deus noſter refugium & virtus*, &c.

Victoria de Iudæis & Gentibus promittitur Chriſtianæ Eccleſiæ.

Argumen

Argumentum Pſalm. 46. *Omnes gentes plaudite manibus*, &c.

Ad victoriam Eccleſiæ de Gentibus, per earum conuerſionem celebrandam, nationes vniuerſæ inuitantur.

Pro Apocalypſ. 19. notanda hîc illa verſus 9. *Regnabit Deus ſuper gentes*. Et quidem argumenti eiuſdem ſunt tam Pſalmus præcedens, quàm ſubſequens, cuius clauſula eſt: *Ipſe reget nos in ſæcula*.

Argumentum Pſalm. 47. *Magnus Dominus, & laudabilis*, &c.

Scholia habes ad hunc Pſalmum.

Eccleſiæ robur inexpugnabile, Dei quippe fultum potentia, artes bellorum inauditæ mundo oſtendunt, quod Solymæ quondam accidit eius typo.

Argumentum Pſalm. 48. *Audite hæc omnes gentes*, &c.

Chriſtus ſuos docet neque valdè timenda paupertatem & incommoda; neque diuitias, & gloriam huius ſæculi valdè admiranda.

Scholia ad hunc Pſalmum.

Verſ. 1. Qui titulus: *In finem filiis Core*, id eſt, conueniens doctrina, vnde informent animos & ſolentur qui in tenebris ærumnarum & perſecutionum vitam degunt. hoc notum ex titulorum poſita initio explicatione.

2. *Audite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.*

3. *Quique terrigenæ, & filij hominum: ſimul in vnum diues & pauper.*

4. *Os meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.*

5. *Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in pſalterio propoſitionem meam.*

Quanti momenti ſit Adami filiis huiùs Pſalmi inſtitutio, oſtendit planè non breue procemium per verſus quippe quatuor continuatum.

6. *Cur timebo in die mala?* Ex perſona loquitur pauperis & oppreſſi, quaſi dicat, non eſt cauſa cur timeam. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Hæc ſine interrogatione efferenda, Vulgati docet emendata lectio. Hæc enim rationem exhibent eius quod dixerat ſuperius hemiſtichium. Et quidem τὸ *circumdabit* ad ſecuritatem, videtur & protectionem referendum. Id enim aptè cohæret, vt ideò nihil habeat pauper cur timeat, quia adeſt præſtò, qui eum defendat, ac tutum reddat. Porrò huius eſſe ſolet ſignificationis verbum *circumdare*, vt Pſalm. 90. verſ. 5. *Scuto circumdabit te veritas eius*. Id verò, quo ſe ait ſecutum conſtitui, eſt: *Iniquitas calcanei*, id eſt labor ipſe & egeſtas in quibus agit vitam. Vbi noto primùm, nouum minimè eſſe, vt nomen *iniquitas* ſumatur pro labore. Deinde calcaneum ad greſſus, atque adeò ad fortunam referri. Aut fortè iniquitas calcanei à claudis, qui tibiis vel calcaneis gradiuntur inæqualibus, transfertur ad fortunæ ſignificandam iniqui-

Circumdo, id eſt, protego.

Iniquitas calcanei, id eſt, labor, iniqua fortuna, aut podagra moleſtia.

A tatem. Niſi fortè iniquitas calcanei podagræ labor ſit, apta vtique metaphora, ſi attendatur, podagram eius eſſe naturæ morbum, qui eo laborantem ab aliis ſecurum faciat. Eſt ergo ſenſus nihil pauperi metuendum: aut quia Deum, qui egenorum eſt tutor & pater, tuentem ac protegentem habet, qui pauper eſt: aut quia eum in tuto ponat paupertas ipſa. nam *cantabit vacuus coram latrone viator*. Et quidem curæ ac ſollicitudines non pauperi interminantur, ſed opimo. nam qui quod amittat, nil habet, metu ac perturbatione ſecurus eſt. Cum hoc ſenſu cohæret mirificè verſus ſequens.

Aſylum pauperum paupertas ipſa.

7. *Qui confidunt in virtute ſua: & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Hi nempe ſunt, qui

B habent, cur timeant, nec caret elegantia omiſſum verbum, vt ex coniunctis intelligatur, opulentos verè eſſe, quibus cauenda multa ſint.

8. *Frater non redimit, redimet homo.* Redimendi ſignificatio & metaphora ad præſtitum quodcumque laboranti auxilium extenditur. Eſt itaque horum ſententia: cum pauperi potentis alicuius cognati, qui ſubueniat, officium deſit; extranei, qui id miſertus illius præſtet, neutiquam defuturum. Dauid enim, quem & Saul & alij vel cognatione, aut patria, aut religione coniuncti acriter inſectabantur, opem reperit in extraneis. Hoc autem cum prædictis ita nectitur. nam quod videtur diſcriminis inter pauperem & diuitem eſſe, illud eſt: Diuiti in morbis ſuis adeſſe multos, qui

Redimo lata ſignificatione.

C eius & amicitia & cognatione gloriantur; pauperi verò nullum eſſe, quem fortis illius miſereat. Fit autem ſatis huic difficultati ex diuina prouidentia, cuius proprium eſt omnibus prorſus cognatis deficientibus, extraneum, qui eorum cum paupere officia cumulatè expleat, ſubrogare.

Pauperem alieni iuuant, cum deſunt propinqui ſuo officio.

9. *Non dabit Deo placationem ſuam. Et pretium redemptionis animæ ſuæ: & laborabit in æternum.* 10. *Et viuet adhuc in finem.* 11. *Non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes.* Capio hæc omnia tanquam id quod ſibi ipſi Dauid opponat. Licèt enim hîc, Saule & manu ipſius perſequente, ſuppetias repererit in alienis; ſed tamen agebat exul, nec eo ſolatio, quo fideles afficiuntur, cùm templum, aut tabernaculum adeunt, agentéſque

Hæc ſibi Dauid opponit.

D ob præſtitum auxilium Deo gratias, victimas cædunt (de quo in Pſalm. 41.) ipſi licebat frui. Ad hæc cogebatur armis continuò onuſtum ingredi, fugitantem, delaſſatum, iuſtis demum, quos mori viderat, ſicque à ſæculo nequam exemptos in pace conquieſcere, inuidentem. quo faciunt illa 3. Reg. 19. 4. *Petiuit animæ ſuæ vt moreretur.* Quibus obiectis, ipſe ſibi Dauid ſequentibus reſpondet.

Simul inſipiens & ſtultus peribunt. Volunt autem hæc, verum quidem eſſe iuſtos interire; ſed obire itidem lethum peccatores: & morte demum patefieri, iuſtos, quamlibet paupertate & ærumnis confecti vixerint, verè eſſe qui ſapiunt: contra verò verè eſſe, qui neſciunt peccatores, quantumuis diuitias & pompam oſtentarint.

Satiſfacit.

E 12. *Et relinquent alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorum domus illorum in æternum.* Suppoſitum verbi *relinquent*, ſunt duo nomina, *inſipiens*, & *ſtultus*. Ad ſtultos igitur ſpectat quod dicitur, extraneos relinqui bonorum hæredes, cùm ipſi interim ſempiternis inferorum tenebris ſepeliantur. Nam iuſti vel pauperes erant, aut certè ſecum ipſi diuitias ſuas, veras illas quidem deportauerunt. Et quamuis eorum cadauera defoſſa in humum ſint; ſed huc non vtique delata, vt in per-

Diuitiarum ſtulti qui exitus.

petuas

Digitized by Google

petuas domos. Quippe qui mortis infernique dominatorem benè ſibi cupientem habeant, & parata ab eodem longè diuerſa domicilia.

Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Hoc iam alterum eſſe poteſt, quod ſibi Propheta obiiciat, locupletes ſcilicet, & potentes ſuperbas poſt ſe relinquere ſubſtructiones, adeóque magnifica ſui ipſorum monumenta. ſed reſpondet ipſe ſtatim.

Ædificia magnifica.

13. *Et homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Quorum eſt ſenſus, qui ad ædes magnificè extructas, in quibus ſui memoria perpetuo duret, honorem ſuum, famámque glorioſam reuocant; eos longè quidem ſtultiſſimos eſſe, & rudi pecori in ſtultitia comparandos. Enimuerò hæc vmbra dumtaxat honoris eſt. nam verus honor & ſolida gloria, quibus Deus hominem in eius conditione inſtruxit, ea ſunt, quæ Dei amicitia comportat.

14. *Hac via illorum ſcandalum ipſis.* Incurrere ſcilicet eos fecit, & præcipitari amentia illa ædificationis & nominis vani. *Et poſtea in ore ſuo complacebunt.* Atque ita ſtultitia profecerunt, vt cùm res tam vana, quam aura eſt inaniſſima, illos in grauia crimina coniecerit; adhuc tamen erectas ædes, & relictum ſui monimentum venditant: quod perinde eſt ac gloriari, tanti à ſe emptum parum fumi. id enim ſibi ſtat pluris, quàm ſi vita ſæpiſſimè redemiſſent.

Qualis in illis gloriatio.

15. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos.* Atque ab hac impotenti affectione ſinunt ſe ad inferos abduci (perinde quaſi oues incautæ duci ſe ad macellum non reſiſtunt) non animaduertentes illic ſe mortis perpetuò depaſcentis eſcam futuros. *Et dominabuntur eorum iuſti in matutino.* Præſens quidem vita nox eſt, & breuis ſomnus: illuceſcet autem dies æternitatis, & qui hîc iuſtos opprimebant, ſentient in ſortem ſe infelicem incidiſſe: at oppreſſi boni ſubito victores euadent, hoſtiúmque ſuorum dominatores. *Et auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.* Decus autem & antiqua gloria non magis erunt tyrannis adiumento, quàm vtilitati ſolet eſſe corrupta res: quæ potius, quia nauſeam mouet, foras illicò abit cum reiectaneis.

Præſens vita, nox: futura, manè.

Decus prauorum quo euadat.

16. *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me.* Me verò iuſtus ait, præpotens Dei manus (ad Chriſti imitationem) ab inferis ſeruabit.

17. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.* Hoc iam ex dictis colligitur, nihil eſſe cur iuſtus vereatur fore vt tyrannis improborum, diuitiis licet & potentia videantur increſcere, præualeat probitati.

18. *Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia.* Neque enim ad inferos omnia ferent ſecum; ſed peccata dumtaxat ad æternum ſui probrum. *neque deſcendet cum eo gloria eius.*

19. *Quia anima eius in vita ipſius benedicetur* (Hebr. *animam ſuam in vita ſua benedicet.*) *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Huius verſus intellectus eſt, improborum iactantiam, & felicitatem, quam poſſunt cum ſuis participare, fines non egredi vitæ huius.

Malorum quam breuis felicitas.

20. *Introibit vſque in progenies patrum ſuorum.* Dictio *vſque* idem affert ac ſi dicatur: vſque ad penetralia, &c. Supponitur enim, improbi maiores (quos ille imitatur) ima terræ penetraſſe, quibus hic aſſociandus inferos quoque petat. *& vſque in æternum non videbit lumen.*

21. *Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Non videtur hoc epiphonema Pſalmi totius, ſed inculcata eorum ſtultitia, qui felicitatem ſuam, honorémque in ea re collocant, quæ mera vanitas eſt, tormentorúmque ſeminarium æternorum.

Argumentum Pſalm. 49. *Deus Deorum Dominus locutus eſt*, &c.

Vocatio canitur Gentium omnium ad veri Dei cultum poſt abrogata iam legis ſacrificia, & populi Iudaici reprobationem.

Argumentum Pſalm. 50. *Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam*, &c.

Exemplo Dauidis peccatoris docentur fideles, & ſibi ipſis veniam peccatorum, & Eccleſiæ proſperitatem à Deo efflagitare.

Scholia in hunc Pſalmum.

Ad verſ. 4. & 5. *Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.* hoc eſt: Laua me etiam atque etiam, quoad peccati veſtigium exter nullum, ac proinde eius macula omnino eluatur. Nam hactenus non ita purus ſum, cùm reliquias in me ſentiam peccati relictas, imbecillitatis nonnihil propenſionis peruerſæ, ſegnitiæque. atque adeò adhuc in oculos incurrit delictum meum, & illis ſemper videtur obuerſari. Ac habeo me perinde quaſi is qui labe fuit infectus, cuius, licèt iam purgatæ, reſtitit veſtigium, quod numquam non oculos perpetua cum offenſione laceſſit, tantiſper dum omnino expurgetur.

Peccati reliquia.

6. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.* id eſt, quam ſint grauia peccata mea, tibi dumtaxat notum eſt. quemadmodum dicimus: Hoc Petro, v.c. ſoli dico, iſque tantum eſt, qui me probè tenet. Nexus porrò huius partis cum ſubſequente, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*, forſan hic eſt: Aperta tibi ſolùm eſt magna mea iniquitas, illam propterea publico, vt tua iuſtitia declaretur, conſtétque illos, qui te habent in me puniendo ſeuerum, victos planè remanere; te autem victorem. Adde, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.* id eſt, vt tua miſericordia tuæ adęquetur promiſſioni, verbo ſcilicet tuo, non exiſtimationi noſtræ, quam illud ita multum excedit.

Peccatum ſoli Deo perfectè notum.

7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.* Probatio hæc videtur partis illius: *Tibi ſoli peccaui.* hoc eſt, vt efficiat Dauid, ita ſe in peccando fuiſſe progreſſum, vt omnium plurimum ſuperaret opinionem, peccatis ſe dicit primo imbutum, eáque ita ſibi hærere medullitus, vt innata prorſus viderentur.

Illius accuſandi ratio.

8. *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Idem probat iterum, quod Deus, qui amator eſt veritatis, ſciret quanropere Dauid ſanctitatem colere teneretur: quippe cui Deus arcana ſua, *incerta & occulta reſeraſſet.*

9. *Super niuem dealbabor.* Huc Dauidis ferebatur deſiderium, ad omnigenam munditiem. Et quidem labes in re alba magis apparet; quod ſi hæc poſtquam ſit lauta, in modum niuis albeſcat, fugerit iam omnino labes.

Munditiei qualis optanda.

15. *Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.*

Peccatoris

Inſignis ad Deum pro veniali legatio.

tentur. quaſi dicat. Cùm pepercisse te peccatori nobiliſſimo viderint reliqui peccatores, ingentes illi quidem ad conuerſionem animos ſument.

16\. *Libera me de ſanguinibus.* Nullum fiat reliquum ſanguinis veſtigium. Ita peccati maculam appellat. niſi fortè & iniuſtitia ſignatè loquatur. *Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.* Ac tunc mea lingua in hilaritatem effuſa iuſtitiam tuam exultando cantabit.

18\. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis.* Victimas verò alias ſe non adducere, ait, quòd ſciat illas minimè eſſe, quæ Deum magis oblectent.

Multiplex vitulus.

20\. & 21. *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* Erit aliquando tempus, cùm nouæ exædificentur Solymæ, ac quæ inibi mactabuntur hoſtiæ, illis vtique præclarè Deus afficiatur, vitulis labiorum nimirum: ſeu Miſſæ ſacrificio, quod vitulos vocat, quia licèt vnicus ſit vitulus, toties compleat in aras: Martyres etiam vituli ſunt: vituli quoque vtiles in Eccleſia religioſi.

Miſſa. Martyres. Religioſi.

Argumentum Pſalm. 51. *Quid gloriaris in malitia*, &c.

Sub figura Doeg Idumæi Chriſtiani nominis perſecutores increpantur, & vindicta adeò ſumenda de illis prædicitur, pax quoque Eccleſiæ concedenda.

Argumentum Pſalm. 52. *Dixit inſipiens in corde ſuo*, &c.

De innumerabili multitudine infidelium Eccleſiam perſequentium, ac de ſpe Eccleſiæ. Idem ferè eſt hic Pſalmus qui 13. nota diſcrimen in 13. *Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt.* in hoc 52. *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum.*

Argumentum Pſalm. 53. *Deus in nomine tuo ſaluum me fac*, &c.

Populus Chriſtianus contra perſecutores ſuos in ziphęis deſignatos Dei implorat auxilium, laudiſque poſt liberationem ſacrificium pollicetur.

Argumentum Pſalm. 54. *Exaudi Deus orationem meam*, &c.

Sub comparatione Dauidis de iis, qui ex ipſomet Iſraële in eum coniurauerant, conquerentis, deſcribuntur Chriſtiani ſic à Iudæis impugnati, vt opus eis fuerit, ad Gentes transferre ſeſe, poniturque ob oculos Eccleſiæ in ea perſecutione, & oppreſſione oratio & ſpes.

Argumentum Pſalm. 55. *Miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me*, &c.

Sub comparatione Dauidis periculum inter Gethæos ſubeuntis grauiſſimum populus Chriſtianus proponitur à Gentibus oppugnatus, ſed in Deo confidens.

Argumentum Pſalm. 56. *Miſerere mei Deus, miſerere mei*, &c.

Ex comparatione Dauidis in ſpeluncam ſeſe fidenter abdentis, celebratur & fidentia qua Chriſtus Dominus oppetiit mortem, & qua ipſum imitati Chriſtiani ſe perſecutionibus obiecerunt.

Argumentum Pſalm. 57. *Si verè vtique iuſtitiam loquimini*, &c.

De excelſa animi iuſtorum confiſione interim dum vehementer ab impiis, & ſub ſpecie quidem gubernationis iuſtæ, affligebantur.

Paraphraſis huius Pſalmi.

1\. Titulus.

2\. *Si verè vtique iuſtitiam loquimini: recta iudicate filij hominum.*

Siquidem verum eſt, quod iactatis, vos iuſtos eſſe; attentè id perpendite, & voſmet hac in cauſa arbitri eſtote. *Fallax peccatoris gloriatio.*

3\. *Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniuſtitias manus veſtræ concinnant.*

Sed verò ita ſe res habet: vos intus, foriſque peſſimi eſtis. nam corde & factis Dei offendiis numen.

4\. *Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa.*

Nec hoc iſtorum malum recens eſt, ſed cunis ipſorum antiquius: quod proinde de ſua venditant iuſtitia, ipſa eſt falſitas.

5\. *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ & obdurantis aures ſuas.* 6. *Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis ſapienter.*

Et abſunt illi quidem à vera iuſtitia ita longè, vt quemadmodum viperæ, veneno plenis ſint, nulliſque ſibi inſpirantis Dei, ſiue aliorum benè conſiliantium monitionibus cedant. *Litteriles quos loquatur.*

7\. *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus.*

At aget cum illis Deus pro ipſorum commeritis, nec, quem iactant ferociam, ſit licèt leonina, impedimento erit, quominus impacto pugno, dentes eorum comminuantur. *Peccatoris punitio.*

8\. *Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens: intendit arcum ſuum, donec infirmentur.* Hebraicè, *donec excindantur.*

Perinde quaſi tellus ebibit, & exſugit parum aquæ effuſæ, illos ſic abſumet indignatio Dei; aduerſus quos iam habet contentum arcum, & quoad illos diſperdiderit, à iactu minimè ceſſabit.

9\. *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: ſupercecidit ignis, & non viderunt Solem.*

Neque verò in hoc negotio moras nectet, ſed deſtruentur, quemadmodum cera, in quam ignis derepentè cecidit, quæ liquefacta ſubitò abſumitur, non paulatim, vt fit calore Solis.

10\. *Priuſquam intelligerent ſpinæ ve-*

Antequam ſpinis per tempus liceat rhamnos conſulere,

Digitized by Google

ſtra rhamnum: ſicut bibentes ſic in ira abſorbet eos.

ſulete, illos Dei abſorbebit ira, vt illis accidit, qui terræ hiatu, tei cogitandæ præoccupato tempore deuorantur.

Manuum lauatio qui capienda.

11. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.

12. Et dicet homo: ſi vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt Deus iudicans eos in terra.

Iuſtitiæ autem cultor hanc intuitus vltionem, quod ipſe vltus ſe minimè fuerit, ſed vlciſcendi vices Deus ſubierit, lætitia afficietur.

Ita capienda eſt hæc manuum lauatio, vt Pilatus lauit manus à ſanguine Chriſti, & in die ſanguinis Chriſti, id eſt, auertit à ſe effuſi ſanguinis culpam.

Argumentum Pſalm. 58 *Eripe me de inimicis meis Deus meus*, &c.

Eccleſiæ in mediis tempeſtatibus & oratio & fiducia ſub comparatione Dauidis orantis, item & confiſi, cùm Saul, vt eum interficeret, lictores miſit, & domum eius cuſtodia muniuit.

Argumentum Pſalm. 59. *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos*, &c.

Prophetia de inſigni commutatione Eccleſiæ, à calamitate ſcilicet maxima in maximam exultationem ac gloriam: atque hoc per Dauidis, & eorum, qui eum ſequebantur, comparationem, quos Deus priùs valdè afflixit, ſed valdè poſtea eoſdem exaltauit.

Argumentum Pſalm. 60. *Exaudi Deus orationem meam*, &c.

Pro felicitate religioſorum.

Sub comparatione Dauidis orantis & gratias agentis Deo, & poſtquam ſibi conceſſum eſt Dei tabernaculum domi habere, maximum ſibi Dei fauorem promittentis, agitur de populi Chriſtiani confeſſione, ex quo dignatus eſt in Euchariſtia Chriſtus inhabitare. Religioſorum hominum felicitati maximè Pſalmus accommodus.

Argumentum Pſalm. 61. *Nónne Deo ſubiecta erit anima mea*, &c.

Iis, qui inter hominum fraudes & dolos agunt, nil eſſe ſalutarius, quàm habere cor Deo planè ſubiectum.

Verſ. 5. *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.*

Pretium meum cogitauerunt repellere. S. Baſilius ſecutus viſitatam pretij notionem exponit de noſtræ redemptionis pretio, id eſt, de Chriſti Domini ſanguine, quem nobis dæmones reddere conantur inutilem. Senſus autem Dauidis hiſtoriæ congruens aptandus hic eſt. Quod vt fiat, ſuppono primùm, non ſolùm ex Hebr. ſed etiam ex Auguſt. Hilar. & Theodoreto debere hîc accipi *pretium* pro honore & exaltatione, conuenienter nimirum etiam ad Græcam vocem. nam vox τιμὴ *pretium* ſignificat, & *honorem*. Sic etiam vtrumque hoc notat Hiſpanis eadem ferè vox *prez* & *preçio*. Addendum, nomine *pretium* deſignari etiam quam quis de labore ſuo mercedem ſperat. Quia verò promeritus erat Dauid, vt ipſi faueret Saul, honoraret, & extolleret, ideò in re ſaltem præſenti recidunt eodem pretium, merces & honor, quæ omnia dictione Græca τιμὴ ſignificantur.

Pretium pro honore.

Suppono deinde, τὸ *repellere* in hoc verſu idem eſſe, quod impedire, & prohibere. Et quidem latinitate conſulta, non propriè quis à dignitate, quam poſſidet, repelli dicitur, ſed pelli: cùm verò ab obtinendo prohibetur, repelli dicetur. Sicut dicitur pati repulſam petitor dignitatis impeditus. & repellere quidem propriè ſignificat Græcum ἀπώσασθαι. Noſtra igitur: *Pretium meum cogitauerunt repellere*, hoc planè volunt: Honorem mihi debitum ſiue exaltationem impedire, prohibere decreuerunt. Hebraicæ item proprietati eadem omnino vis eſt, quæ ita redditur ad verbum: Ab exaltatione eius cogitauerunt repellere ſeu prohibere (ſcilicet Dauidem.) Quòd verò habeat hęc *ab exaltatione eius*, pro *mea*, haud referre magni putandum. nam vel de ſe loquitur Dauid, vt Genebrard. ſuſpicatur, in tertia perſona: vel pronomen *eius* Deum (quod magis placet) deſignat, quaſi dicat, ab exaltatione mihi deſtinata à Deo: aut fortaſſe refertur ad Saulem hoc ſenſu: Impedire decreuerunt, ne apud Saulem eſſem in pretio, ne ab illo honorarer exaltarérque.

Senſus primus Hebr.

Cucurri in ſiti. Ianſenio hîc & aliis non placet vulgata lectio: aiunt enim & ex Hebræo & ex contextu manifeſtum eſſe legi debere: *Cucurrerunt in ſiti*: ita vt ad eoſdem aduerſarios hoc verbum referatur: affirmántque errorem ex eo contigiſſe, quod dictio Græca ἔδραμον ſit eadem prorſus in prima perſona ſingulari, & in tertia plurali, ſed conſtare ex Hebræo à Græcis interpretibus in tertia plurali acceptam fuiſſe. Genebrardi verò volentis vtramque lectionem conciliare, ſuſpicio eſt, in Hebræo *cucurrerunt*, ſubaudiendum fortaſsè per eclipſim, *pedes mei*. Verùm hoc nimis coactum eſt, & fortaſsè ineptum. Adhuc alij ſunt, quibus neque *cucurri in ſiti*, neque *cucurrerunt*, arridet: probatúrque magis, vt dictiones diuerſo modo punctatæ vertantur: *voluerunt mendacium*. Sic reddunt non ſolùm Sanctes & Arias cum Maſſoretis, ſed, Ambroſio referente, Symmachus, Hieronymus etiam vertit: *Placuerunt ſibi in mendacio*.

Verſio varia.

Sentio nihilominus magnam apud nos eſſe debere Vulgatæ lectionis auctoritatem; ac proinde, vbi codices omnes Latini conſtanter habent, *cucurri*, firmátque id communis interpretum Latinorum conſenſus, licèt aliter ex Hebræo videatur vertendum, prudentis eſſe hominis animaduertere, non minus quam in Latinos, errorem in Hebræos codices irrepere potuiſſe. Et ex Græcis quidem nulla fieri poteſt coniectura, cum Græca vox ad verſionem vtramuis prorſus indifferens ſit. Nam qui nobis obiicitur contextus, nihil is omnino Ianſenio fauet, dum non effecerit, aut eum legendo *cucurri* minus cohærere, aut certè aptius eſſe *cucurrerunt*. Mihi ſanè contra omnino videtur elegantiorem multo ſenſum τὸ *cucurri*, quàm *cucurrerunt* efferre.

Et quidem inimicos in ſiti cucurriſſe, ſignificatus nihil habet aliud, quàm eos anxiè admodum Dauidis incommodis ſtuduiſſe. atqui noſtra lectio ſenſum habet cum aptiorem, cum politiorem. In iis, quæ præceſſerunt, *Pretium meum cogitauerunt repel*

Conatus inimicorum.

Digitized by Google

repellere, (vt expendimus) ſermo fuit de Dauidis exaltatione, quam eius hoſtes nimiopere impedite connitebantur. Erat igitur ab eorum conatibus periculum Dauidi, ne, quo propius ad honorem accedebat, eo inde ignominioſus repelleretur. Enim verò id ſæpe contingit, cùm is, qui ad honorem feſtinat, deiectus è ſuo loco repulſam patitur. Id quod omnibus contendebant modis Dauidis hoſtes, non ſolùm vt eam à gloriæ conſecutione prohiberent, ſed etiam in extremam impellerent calamitatem.

Ad eiuſmodi ergo periculum ſignificandum, aptiſſima æquè ac elegantiſſima metaphora eſt: *Cucurri in ſiti*. ſicut enim is, qui ſiti exagitatus curſu anhelante fontem petit, quo magis currit, ſiti premitur eò magis: atque ita qui minus videtur à bibendo diſtare, eo ſibi impendet præ ſiti abſque vllo remedio deficiendi periculum maius. Ita igitur Dauidi, dum propinqua ipſius ad gloriam euehendi affulgebat ſpes, ex ipſamet propinquitate, & curſu ad expetitam felicitatem veloci propter nequitiam inimicorum fraudulentam periculum increſcebat expetiti honoris poculi amittendi, in miſeriamque etiam extremam incidendi. Et aquæ potu honores aptiſſimè repræſentari, viſum in Apocal. non ſemel. Quid ergo ad id periculi & anxietatis exprimendum dici potuit elegantius, quàm, *cucurri in ſiti*? & quid magis ad contextum appoſitum? Cùm dixiſſet Dauid hoſtibus certum fuiſſe, eius exaltationi obſiſtere: *Pretium meum cogitauerunt repellere*, ſubdit; *cucurri in ſiti*, quaſi dicat ea ratione factum eſt, vt ipſa dignitatis appropinquatio anxietatis mihi atque periculi plena fuerit. *Ore ſuo benedicebant*, &c. Quamquam enim omnes mihi fauerent verbis, & fauſta apprecarentur; verum enim faciebant, id ore tenus. nam corde imprecabantur mala & inſidias fouebant. Quid congruentius?

Honor ſignificatur poculo aquæ.

Anxietas maior in honoris expetiti propinquitate.

Argumentum Pſalm. 62. *Deus Deus meus ad te de luce*, &c.

Sub comparatione Dauidis in deſerto Idumææ ſpiritualiter exultantis, diuinámque ſibi protectionem aduerſùs hoſtes promittentis, canitur Eccleſiæ primitiuæ lætitia, eiuſdemque fiducia in Deo, poſtquam vaſtam Gentilitatis ſolitudinem iniuit.

Argumentum Pſal. 63. *Exaudi Deus orationem meam, cum*, &c.

Preces ſunt Chriſtiani populi plurimum Deo confiſi, cùm maximè ſæuiebant perſecutionum procellæ.

Argumentum Pſalm. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion*, &c.

Sub comparatione felicitatis eorum, qui à captiuitate Babylonica (ſicut ab Ægyptia olim) educti in terram promiſſionis (vbi verò Dei cultu imbriúmque cœleſtium fœcunditate fruerentur) tranſlati ſunt, grandis eorum felicitas celebratur, qui à Gẽtilitate, aut Iudaiſmo ad Eccleſiam Chriſti ſummo Dei beneficio tranſierunt.

Illa verſus 4. *Verba iniquorum* ſunt improbitates & flagitia.

Verba iniquorũ, quid?

Verſ. 7. & 8. *Præparans montes in virtute tua,*

A *accinctus potentia: qui conturbas profundum maris ſonũ fluctuum eius*. hoc volunt: In hoc è Babylone exitu, quæ canit Pſalmus 113. de montium geſtientium lætitia, & fuga maris, inſtaurata ſũt. atque ea exultatione montes Deus præparauit, ipſe illos docuit ſubſilire: commouit & ſtupefecit mare, fugauit, locóque cedere tranſeuntibus effecit. Id quod firmant ſequentia: *Turbabuntur gentes, & timebunt à ſignis tuis, qui habitant terminos*, terræ ſcilicet ab Oriente ad Occidentem.

Spiritualia portenta in Gentium cõuerſione.

Verſus 10. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam*, id eſt: hanc promiſſionis terram, non vt Babylonicam fluminis irrigatio fœcundat, nec vt Ægyptiam inundatio; ſed verò cœleſtis pluuia, quæ Dei flumen eſt. vide Deuter.
B 11. v. 10. Aptiſſima porrò allegoria ad cœleſtem fœcunditatem, vt à terrena differt, indicandam, eámque præſtantiam eximiam, quam habent fructus à myſtica cœlorum irrigatione.

Eccleſia irrigatio.

Argumentum Pſalm. 65. *Iubilate Deo omnis terra*, &c.

Prophetia eſt de victoria, quam Eccleſia de Gentibus à quibus adeò vexabatur, conſecuta eſt.

Illa verſus 3. *Mentientur tibi inimici tui*, capienda ſunt ad eum modum, quo in Habac. 3. *Mentietur opus oliuæ*, id eſt, cùm erumpentia primò granula prouentum copioſum polliceantur, is poſtea
C nullus erit: ita nimirum quæ ab hoſtibus Eccleſiæ grauiſſima procella incumbebat; fore vt prorſus euaneſceret, exitu, quem optabant, minimè ſubſecuto.

Conatus improborũ inanes.

Argumentum Pſalm. 66. *Deus miſereatur noſtri*, &c.

Eccleſiæ oratio ad Deum pro conuerſione Gẽtium procedenti feliciter prouehenda.

Argumentum Pſal. 67. *Exurgat Deus & diſſipentur*, &c.

Prophetia de renouatione veterum prodigio-
D rum in fauorem Chriſtianæ Eccleſiæ, in qua Deus ſe mirabilem valde oſtenſurus erat.

Enarrationẽ habes Pſalmi huius.

Argumentum Pſalm. 68. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt*, &c.

Eccleſiam (ad Chriſti imitationem) afflictionem ingentem ſubituram, ſed tandem de Iudæis & Gentibus triumphaturam.

Argumentum Pſalm. 69. *Deus in adiutorium meum intende*, &c.

E Eccleſia (ad imitationem Dauidis) vt teſtetur ſe per Deum fuiſſe liberatam, eam, qua in perſecutione, opem à Deo efflagitabat, orationem recolit.

Argumentum Pſalm. 70. *In te Domine ſperaui, non confundar*, &c.

Prophetia de ſenio & defectu virtutis Chriſtianæ Eccleſiæ, & oratio, vt eo etiam tempore nõ omittat Deus illã protegere, & ab hoſtibus tueri. loquitur itaque populus Chriſtianus ſub Dauidis typo.

Digitized by Google

Argumentum Pſal. 71. *Deus iudicium tuum Regi da*, &c.

Atque in hoc Pſalmo fecit Dauid canendi finem.

Prophetia eſt de feliciſſimo Salomonis myſtici regno.

Titulum habet: *In Salomonem.* Et quidem tangit Salomonem priorem, ſed alter eſt, quem reſpicit præcipuè.

Vellus an pro herba.

Verſ.6. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Capi vult τὸ *vellus* ex Rab. Dau. Genebrardus pro herba detonſa, & germine exciſſo, hoc ſenſu. Tam optatus deſcendet B Meſſias in regnum ſuum, quàm pluuia ſuper prata detonſa. Sed non ſatisfacit hæc expoſitio, nec congruit noſtræ tranſlationi, iuxta quam Pagn. & Aries verterunt, *ſicut pluuia ſuper vellus*, aptè nimirum. Quia nomen גז *gez* dicitur vbique de laneo vellere. Loci ſunt Deuter. 18.4. Iob.31.20. & Amos 7.1. habet, *Ecce imber ſerotinus poſt tonſionem Regis.* Vbi etiam explicat Rab. Dau. poſt germina Regis exciſſa, vel poſt tonſiones, id eſt, excíſſiones à Rege factas. Veruntamen adiuncta illa: *Pluuia ſerotina*, pati minimè videntur, vt de pluuia poſt depaſtam ſegetem decidente ſermo ſit, iſta enim ſerotina non eſt.

Imber ſerotinus, quis.

Explicatur Amos 7.v.1.

Chriſti aduentus quã frugifer.

Ego quidem potiùs dicerem ſerotinum imbrem eſſe Aprilis, vel Maij, qui decidit poſt detonſas oues. Illa enim eſt tempeſtas, in qua ſegeti C pluuia magis opus eſt. Atque ideo poſt tonſionem Regis apud Amos, id eſt, gregum Regis. In Pſalmo verò: *ſicut pluuia ſuper vellus.* (nam ſic ad verbum redditur ex Hebræo) fortè non eſt aliud, quam poſt vellera detonſa, ſeu poſt tonſionem. nam eadem vox (vt cõſtat ex ſuperioribus) & vellus & tonſionem ſignificat. Erit igitur ſenſus, aduentum Chriſti, & regnum eius tanto emolumento futurum, vt Maij pluuiis, & roribus, quos abſque vel vnius guttulæ iactura terra ebibit, aptè comparetur. Et cùm proximè dictum, Chriſti regnum permanſurum cum ſole & ante lunam, &c. appoſitè ſubditur haud vſuuenturum illi, quod aliis ferme Principibus: quorum ſi diuturnum imperium eſt, fieri ſolet, vt ſubditis graues ſint. D Non ita verò Chriſtus cuius regnum quantumuis longiſſimum, prædicitur tam iucundum fore, quàm pluuia Maij eſt, cùm maximè exoptatur.

Explicatur cum alluſione ad vellus Gedeonis.

Fateor nihilominus intellectum hunc vulgata lectione, quæ non eſt, *ſicut pluuia ſuper vellus.* ſed, *ſicut pluuia in vellus*, non videri facilè admitti. Imò licèt haberet *ſuper vellus* apparere duriuſculum, vt *ſuper vellus* idem ſit quod, poſt vellerum tonſionem. Alium igitur apponam, ad quem præmitto ad Gedeonis (nota eſt hiſtoria ex Iudic. 6. 37.) vellus hìc alluſum. Exponendũ itaque τὸ ſicut pluuia in vellus, hauſtam à vellere totam pluuiam, quin hæc terram humectaret. Rurſus ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, hoc erit, vellere contra ſicco relicto, terram maduiſſe. Et vtrumque E ita prorſus in ea Iudic. hiſtoria, quemadmodum petiuit Gedeon, euenit. Atque hoc ſic conſtituto, nunc hunc dicerem ſenſum eſſe, Chriſti Domini prouidentiam ſuorum ſe neceſſitatibus attemperare, & ſpeciale ſubditi vnius bonum curare interdum, quaſi obliuiſceretur commune: huic verò ita conſulere quandoque, ac ſi ſpeciale prorſus omiſſum haberet. quæ admirabilis beneficentia

Imitanda Chriſti Domini adminiſtrationis ratio.

A Chriſtianis omnibus Principibus & Gubernatoribus imitationi eſſe debet.

Varia explicatio.

Ex verſ. 15. *Adorabunt de ipſo ſemper*, Græcè περὶ αὐτοῦ, id eſt, *pro ipſo*, ſubditis ſuis corde ita erit, vt iugiter immolent victimas pro eo, id eſt, vt ipſe ab omnibus colatur & obſeruetur. Expone item *de ipſo*, id eſt, per ipſum, quod eſt Deo operandum perpetuò Chriſti expenſis. Eius nempe nomine ſui orabunt, per ipſum Patrem deprecabuntur, eiúſque meritis, ad offerenda Deo ſacrificia accepriſſima, quod in Miſſa præcipuè fit, ſibi proſpicient.

Chriſtianorũ copia.

Ex verſ. 16. *Florebunt de ciuitate*, id eſt, ciues ipſi Chriſto ſubiecti germinabunt & multiplica-B buntur, ſicut ſolet in agris herbula. Erit ſcilicet Chriſtianorum prouentus incredibilis.

Laudũ quis finis.

Verſ.20. *Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe.* Hic finis eſt carminum Dauidicorum, id eſt, huc collimant omnia, ad Dei per Chriſtum Dominum gloriam.

Argumentum Pſalm. 72. *Quàm bonus Iſraël Deus*, &c.

Inuidendum proſperitati impiorum non eſſe, & Dei prouidentiam, quæ in ea re dormire videtur, valde vigilare.

Argumentum Pſalm. 73. *Vt quid Deus repuliſti in finem*, &c.

C Pia Chriſtiani populi ad Deum, quòd ab ipſo videatur derelictus, querela, contenditque vt ſua ipſorum cauſa contra aduerſarios Deus excitetur.

Argumentum Pſalm.74. *Confitebimur tibi Deus: confitebimur*, &c.

Perſecutionis tempeſtate confidit populus Chriſtianus ſpectaturũ ſe Dei mirabilia: & Chriſtus magnam de gentibus victoriam, iis ſcilicet conuertendis, Eccleſiæ ſuæ promittit.

D

Argumentum Pſalm. 75. *Notus in Iudæa Deus*, &c.

Prophetia de Euangelica in ipſiſmet perſecutionibus pace, & de ira Dei terribili (ſed nouiſſima) in ipſa miſericordiæ & beneficentiæ effuſione.

Verſ. 4. *Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium & bellum.* Non effecit, vt arcus, & reliqua arma non eſſent, ſed vt eſſent conquaſſata: inepta ſcilicet ad eam interturbandam pacem, qua ij, qui animo quieto ac tranquillo ſunt, perfruuntur.

Ex Dei illuſtratione ſuorum eſt pax.

Verſ. 5. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æter-E nis.* Quæ ratio facit, vt perſecutio, quanquam horribilis, ad deturbandos ſpirituales viros ab eâ, qua fruuntur, pacis pulchritudine, potens minimè ſit; enim verò illa eſt ſuperna, atque ingens lux, quam Deus illis elargitur. Quas verò ſuæ illius pacis maximè cauſas habent obiectas, eæ ſunt fontes huius lucis. Et quoniam cauſæ ſummæ ſunt, & æterna quæ bona reſpiciunt, idcircò vocantur montes æterni. In qua locutione

nomen

Digitized by Google

Mons pro re magna.

nomen hoc *montes* (iuxta ſermonem vulgarem, quo rem magni moliminis appellamus, *vn monte de difficultad*) exprimit magnitudinem; ſicut perpetuitaẽ nomen alterum *æternus*. His verò rationibus magnis & æternis illæ, quibus ſæculi huius ducuntur filij, opponuntur tã robore exiguæ, quã tempore inconſtantes: momentaneum & leue. Atque id eſt cauſæ quam ob rem additur v. 6. *Turbati ſunt omnes inſipientes corde.* q. d. Qui excitata perſecutionis procella commouentur, non alij ſunt, quàm ſtulti. nam qui ſapiunt, (qui montium æternorum luce fruuntur) hos nihil perturbat.

Diuitiæ qui ſapiunt, parui ſunt.

Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Fortè quis putet diuitias (quod idem de reliquis bonis huius vitæ dici poteſt) in exemplum adduci. Atque vt appareret, quàm eas meritò deſpiciant filiis lucis, neque illis ablatis, pacem auferri ſibi patiantur; quãta verò laborent inſipientia, qui nimio earũ amittendarum metu commouentur, idcirco dictum, *Dormierunt ſomnum ſuũ*, &c. q. d. poſſeſſionẽ bonorum huius vitæ multum eſſe ſimilem inſomnio, quo ſe quis expergefactus deluſum videt, eſſeque proinde ſtultum admodum, quem illorum iacturę timor tãtopere inquietat: vanè cõturbatur omnis homo. Hęc tamen expoſitio ad ſubſequentia, meo iudicio, apta non eſt, adeóque quærenda alia.

Dicam, quò me ducat ſuſpicio. Præceſſit, filios lucis in mediis Eccleſiæ turbamentis quietẽ ſuã conſeruare. Quam verò ſit certum apud illos, nihil re ipſa perſecutionem Eccleſiæ incommodaturã, id eſt, ad quod tranſit Propheta, exponitque, comparatione huiuſmodi: ſi exercitus, copioſus eſſet quãtumuis, cùm foret ad manus deueniendũ, dormiiſſet, & arma de manibus præ ſomno cecidiſſent. ei præcipuè manui, vnde maius timebatur detrimentum, damnum ſanè nullum intuliſſet.

Conatus impiorum quã leues.

Quòd ſi bona huius vitæ rebus, quæ ſomniantur, ſimilia ſunt, his item adſimile eſt bellũ quod Romanum imperiũ Eccleſiæ inferebat. Verè quidem illud erat ex diuina virtute imaginariũ, & ad nocendũ fidelibus planè inefficax, eo ferè ſenſu, quo dictũ Pſ. 65. v. 3. *Mẽtientur tibi inimici tui.* Adſtruit hanc explicationem, quod pro, *Filij diuitiarum*, ex Heb. reddatur: *Filij roboris*, hoſtes ſcilicet Eccleſiæ. Cohæret egregiè cum hoc ſenſu, quod ſequitur v. 7. *Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui aſcenderunt equos.* Etenim, licèt belli repræſentatio ingens fuerit (cuiuſmodi eſt quam equitum exercitus numeroſus repræſentat) ſed ſi in ipſo pugnæ articulo ad diuini vocem imperij equites illi ſomno corriperẽtur, quid iſti poſſent incommodi fidelibus importare? immo verò trucidabãtur ab eis, myſticè videlicet, facili negotio. Expende quàm ſit his appoſitum quod ſequitur: *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi?*

Ex tunc ira tua, ex quo ſcilicet dormire facis eos qui aſcenderunt equos, ex tunc ira tua, ira nempe myſtica & nouiſſima, de qua in Apoc. ea, qua tu gloriaris ira, qua in eos vlciſceris faciens Euangelio ſubmiſſos.

Verſ. 9. & 10. *De cælo auditum feciſti iudicium.* Cœleſtem hanc & ſententiam & vltionẽ in terris euulgatã feciſti, & tunc: *Terra tremuit, & quieuit, cùm exurgeret in iudiciũ Deus, & ſaluos faceret omnes manſuetos terræ.* Hi ſunt fideles patientia & manſuetudine depugnãtes: per quos ipſemet Deus pugnam iniuit, illóſque de Roma triumphantes effecit.

Verſ. 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & (ideo) reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Quoniam homines montium æternorũ luce perfuſi ſublimes cogitationes cõceperunt. Quæ eiuſmodi in eorum animis & ſpiritus, & gaudium reliquerunt, vt feſtum Deo lætiſſimũ peragere potuerint, ſe nimirum cruciatibus & morti ſumma cum hilaritate obiectantes, & celebrãtes ea ratione triumphum de Romano imperio.

Vnde gaudia Sanctorum.

Verſ. 12. 13. *Vouete & reddite Domino Deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera: terribili & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud Reges terræ.* id eſt, in ſpe de hoc facinore concepta & in gratiarum propter illud actione optimè collocantur, & nũcupata vota, & ſacrificia Deo oblata *terribili.* hoc eſt, ei qui ſe perquã formidabilẽ exhibuit Romanorũ potentiæ in iis Euangelio ſubigendis. Cùm ſuperbos abſtulit ſpiritus, conſopiẽdis ferocibus, & myſtico fidelium gladio permittendis; ita nimirum piſcatorum humillimorum poteſtati Reges potentiſſimos concedens.

Et qui celebrantur.

Argumentum Pſalm. 76. *Voce mea ad Dominum clamaui*, &c.

Excitata perſecutionis tempeſtate, populum Chriſtianum ad Deum per pœnitentiam confugiſſe, ac deinde ex ipſa perſecutione meritò ſperaſſe inſignem Eccleſiæ exaltationem & gloriam: quemadmodm ingreſſus in mare rubrum, & tempeſtas in monte Sina valde ſalutaria fuere populo Dei, & in eiuſdem fauorem à Dei prouidentia ordinata.

Argumentum Pſal. 77. *Attendite popule meus legem meam*, &c.

Antiqua prodigia in educendo Iſraël ex Ægypto: & in terram promiſſionis deducendo, illius exacerbationes, & tranſlationem demum tabernaculi ab Ephraim in tribum Iuda, & huius tribus exaltationem, fuiſſe omnia hæc typum redẽptionis Eccleſiæ, & regni Dei à Iudæis ad Gentes, atque adeò ad Eccleſiam Romanam transferendi.

Argumentum Pſal. 78. *Deus venerunt Gentes in hæreditatem*, &c.

Sub comparatione Ieroſolymæ à Gentibus vicinis oppugnatę agitur de Chriſtiana Eccleſia diuinam opem aduersùs Gentiles inſectantes ipſam implorante.

Argumentum Pſalm. 79. *Qui regis Iſraël, intende*, &c.

Sub comparatione Iſraëlis, videri ſe à Deo derelictum conquerentis, commutationem tamen ſtatus illius in proſperum ſperantis, celebrantur Chiſtiani, preces, cum à Gentibus validè impugnantur, fundentes apud Deum, ab eóque ſtatum ſibi felicem promittentes.

In verſ. 17. quæ dicitur: *Incenſa igni & ſuffoſſa*, vinea eſt. ſingulari ſcilicet feminino. *ab increpatione vultus tui peribunt*, nimirum qui incendunt illam & ſuffodiunt.

Argumentum Pſal. 80. *Exultate Deo adiutori noſtro*, &c.

Magni intereſſe religionis obſeruantiam, & in tempore probationis fidelitatem erga Deum.

Verſ. 16. *Inimici Domini mentiti ſunt ei*, id eſt, oſtendet illos mendaces Deus (vide phraſin Pſal. 65. *& erit tempus eorum*, non quidem inimicorum, ſed fidelium potius *in ſæcula*. Piorum proſperitas ſæculis innumeris æquabitur, omniique bonorum genere ſuauiſſimorum illi cumulabuntur, myſticè nimirum concionum ſacrarum, & librorum, ſacramentorum præcipuè pabulo ſe reficiendo.

Argumentum Pſalm. 81. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum*, &c.

Iudicandos eſſe à Deo Romanos Imperatores perſecutores Eccleſiæ, huicque Gentes omnes ſubiiciendas.

Argumentum Pſalm. 82. *Deus quis ſimilis tibi erit*, &c.

Populus Chriſtianus oppugnatus à Gentibus, aduersùs eas inuocat Dei opem.

Argumentum Pſalm. 83. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine*, &c.

Magnam eſſe ſtatus religioſi in Eccleſia Chriſtiana felicitatem.

Verſ. 6. & 7. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Certum ipſi fuit, vitã efficere primùm meliorẽ, ad culmen dein perfectionis adniti. *In valle lacrymarum in loco* (Græcè *in locum*) *quem poſuit.* id eſt, vitam agens in hac lacrymoſa habitatione, ab illa ad eum, quem ſibi propoſuit ſcopum, ſtrenuè contendit.

Religioſi viri propoſitũ.

Verſ. 8. *Etenim benedictionem dabit legiſlator*; & quidem iſtis religioſis magiſter religioſæ vitæ, qui Chriſtus eſt, in primis fauebit; atque ita: *Ibunt de virtute in virtutem*, hoc eſt, perficient in dies conſtantiam ac fortitudinem ſuam, quoad contemplationem, quæ imago beatitudinis quædam eſt, adipiſcantur: *videbitur Deus Deorum in Sion.*

Argumentum Pſal. 84. *Benedixiſti Domine terram tuam*, &c.

Populus fidelis ſentiens ſe grauiter deliquiſſe, efflagitat redemptionis ſuæ benignitatem, & agnoſcit opus quidem eſſe, vt vera conuerſio à Dei miſericordia incipiatur.

Id verſ. 14. *Iuſtitia ponet in via greſſus ſuos*, ante eum, ſcilicet fidelium cœtum, qui præceſſit ſuperiùs.

Argumentum Pſal. 85. *Inclina Domine aurem tuam*, &c.

Populus Chriſtianus infeſtatus à Gentibus victoriam ſibi aduersùs eas depoſcit, & à Deo, quem expertus fuerat in calamitatibus adiutorem pollicetur.

Argumentum Pſalm. 86. *Fundamenta eius in montibus*, &c.

De hoc aliàs.

Vaticinium de Romanæ Eccleſiæ amplitudine ſub Ieroſolymæ figura.

A

Argumentum Pſalm. 87. *Domine Deus ſalutis meæ, in die clamaui; ac nocte coram me*, &c.

Populus Chriſtianus de ſuarum oppreſſionum vehementia querelas apud Deum deponit.

Argumentum Pſalm. 88. *Miſericordias Domini in æternum cantabo*, &c.

Commemorat prius populus Chriſtianus maxima Dei beneficia in ſe collata (adumbrata illa in iis quibus Dauid affectus fuit) vt deinceps de Deo, à quo videbatur deſertus iam, amanter conqueratur.

B

Argumentum Pſalm. 89. *Domine, refugium factus es nobis, à generatione in generationem*, &c.

Oratio myſtici Moyſi ex captiuitate populum ſuum educentis, implorantis fauorem Dei, atque hunc ſibi promittentis.

Textus.	*Paraphraſis.*
C 1. *Oratio Moyſi hominis Dei.*	Titulus hic in arcanum ducit intellectum.
Domine refugium factus es nobis: a generatione in generationem.	Populum hunc (myſticus ait Moyſes) ex Ægypto educo: confiſus videlicet, te, ô Deus, ei futurum quod ſemper præſtitiſti, cuſtodẽ fidũ.
2. *Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis à ſæculo, & vſque in ſæculũ tu es Deus.*	Neque verò vlla te indigentia ad eum cuſtodiendũ adegit: etenim ante conditionem mundi tecum ipſe duntaxat beatiſſima fruebaris atque immenſiſſima autarcia. *Deus, ſibi ſufficientiſſimus.*
D 3. *Ne auertas (id eſt, non auertes) hominẽ in humilitatem: & dixiſti: Cõuertimini filij hominum.*	Et quamlibet ipſe populus humilis ſit & abiectus; illum tamen non ideo auerſaris, quin imò eum, vt ad te reuertatur, tu ipſe inuitas.
4. 5. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit; & cuſtodia in nocte.* *Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.*	Atque eo quidem eius ad te conuertendi, hæc tibi eſt cura, quòd promiſſionis tuæ (intercurrent licèt poſtquã eam adhibuiſti anni plus mille) obliuio te minimè cepit. Etenim quod mille abhinc annis promiſiſti, præſens tibi eſt perinde ac heri, aut ante duas vel tres horas promiſiſſes. *Quã ſit memor ſuæ fidei.*
E 6. *Mane ſicut herba trãſeat, mane floreat & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.*	Conſimiliter habuit tuus populus exortæ herbulæ; quæ effloreſcit manè, ſed ad veſperam iam obdutuit, & exaruit. nimirum viror ille ac pulchritudo, quibus te delectabar, celerrimè tranſierunt. *Humana inſtabilitas.*
7. *Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.*	Etenim indignationis tuę, in quam ſua ipſum flagitia adduxerunt, aſperitas illum arentem habet ac penè abſumptum.

Quippe

Digitized by Google

Indignationis Dei effectus.

8. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

Quippe tuo populo ea ratione caſtigato oſtendis manifeſtò quam non te fugiant delicta mortalium.

9. Quoniam omnes dies noſtri defecerũt: & in ira tua defecimus.

Id quod miſerrima conditio, ad quam ſumus deuoluti, apertiſſimè comprobat.

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.

Conſpicitur enim in hac noſtrarum calamitatũ imagine, nos iam inſtar aranei, quem ſuus orſus euiſcerat, laboribus eſſe conſumptos.

10. Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. ſi autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Et verò illud obtigit huic populo, quod mortalibus paſſim in huius vitæ vſura, qua annos tantùm fruuntur ſeptuaginta, vel octoginta ad ſummum; & ſi viuitur quid amplius, pro morte id haberi debet potius, quàm pro vita. nos igitur iam ſumus hac miſera conditione circumuenti.

Manſuetudo quid Hebraicè.

Quoniam ſuperuenit manſuetudo: & corripiemur.

Etenim egeſtas & infelicitas (hanc vocat Hebraica proprietas manſuetudinem) priſtino ſucceſſit ſtatui vegeto illi quidem in primis ac florenti: neque genus aliud miſeriæ nobis iam ſupereſt timendum, quam vt ſputo & putridis malis operiamur.

11. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Et quis igitur iam, quam aduerſus flagitia tui populi indignationem oſtendiſti, expendet ſatis?

12. Dexteram tuam ſic notam fac:

Ergo quemadmodũ tuã, ô Deus, hactenus effudiſti iram, tuam nunc iam viciſſim miſericordiam effunde: tuum iſtud dexterum brachium, Chriſtum videlicet tuum mundo notifica.

Apoſtolici viri, eruditi corde.

& eruditus in corde in ſapientia.

Ac præclaros tuæ prouidentiæ adminiſtros diuini Spiritus magiſterio penitus imbutos, Apoſtolos dico, alioſque Diſcipulos notos fac.

13. Conuertere Domine vſque quo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Exhibitam quæſo acerbitatem cum beneuolentia abundantiſſima cõmuta: ac te iam precibus propitiatum demonſtra.

Benignitatis Dei effectus.

14. Repleti ſumus manè miſericordia tua: & exultauimus & delectati ſumus omnibus diebus noſtris.

Quod cùm ita præſtiteris, (vt præſtaturum confido) tunc iam benignitatis tuæ cumulati donis, delectatione, gaudio, & exultatione perpetùis efferemur.

15. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala.

Quantalibet nos affeceris depreſſione, hæc nobis ipſa exiſtet glorioſiſſima.

16. Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua: & dirige filios eorũ.

Hoc igitur eſt, ô Domine, quod te exoratum contendo: Aſpice nos, oculis videlicet clementiæ tuæ, vt proprium figmentum, & vt à nobis in poſteros tua beneuolentia deriuetur.

17. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuum noſtrarum dirige.

Vt ea te nos proſequi ſplendidè demonſtres: atque id facinus, hũc è captiuitate populum eximendi, & in felicitatem vindicandi, quod iam tuo fauore adorior, prouehas manuductione tua.

Ad hunc Pſalmum notæ aliquot.

Cur hic Pſal. veri Moyſis ætatem non reſpiciat?

Vt Pſalmus hic Moyſem habere nequeat auctorem, opponit Bellarminus, homines ætate Moyſis annos plus centũ viuere ſolitos. Idem poteſt omnino illis obiici, qui intelligunt de Dauide antiqui Moyſis nomine loquente. Quod ſi ille Chriſti loquatur nomine, iacent prorſus eiuſmodi argumenta.

& mille anni breuitatẽ vitæ humanæ.

Si illa verſ. 4. *Quoniam mille anni*, ſignificarent humanam eum æternitate vitam comparatam perbreuem eſſe; idem eſſet omnino: ſi annos illa centies mille duraret. Præterquam quòd nexus hic valdè eſt difficilis. *Ne auertas hominem in humilitatem*, &c. Quoniam ætas noſtra mille licèt annorum, ſi cum æternitate contendat, tranſeat breui. Cohæret verò optimè in intellectu, quẽ aſſigno. Iam illud, *Tamquam dies heſterna*, iis, quæ facilè meminimus, ſignificandis, aptè deſeruit.

Id verſ. 10. *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni*, pro comparatione acceptũ ſenſum affert, non modò cohærentem optimè, ſed multò etiam & nobiliorem, & maieſtate Pſalmorum digniorẽ. Non video cur ſi *lætati ſumus* in v. 15. propheticum eſt, non ſit item *Humiliaſti*: cum ita ſententia, quam paraphraſis indicat, præſtantior ſit.

Argumentum Pſal. 90. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi*, &c.

Felicitas vitæ religioſæ propter Dei prouidentiam in primis ſingularem.

Argumentum Pſal. 91. *Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere*, &c.

Vide Commentarium.

Beatitas religioſæ vitæ ex penetratis altis Dei cogitationibus: & ex piorum impiorúmque exitu diſſimili.

Argumentum Pſal. 92. *Dominus regnauit, decorem*, &c.

De regno Dei ſunt ſeptem hi pſalmi conſequentes.

Ex quo de Romano imperio Chriſtiana Eccleſia triumphauit, regnum Dei ſtabilitum eſſe, id quod paſſioni Chriſti debetur.

Argumentum Pſal. 93. *Deus vltionum Dominus Deus*, &c.

Sub Dauidis typo laqueos hoſtium glorioſè euadentis, exultatio Eccleſiæ aduersùs idololatras ipſam perſequentes celebratur.

Pſalmi paraphraſis typum dumtaxat reſpiciens.

1. Deus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.

Qui Deus vltoris cognomento celebratur, eum ab vlciſcendo, qui retardare poſſit, nullus eſt.

2. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

Age ergo, cape Domine, de ſuperbis vindictam: id enim gloriæ tuæ rationibus conducit.

3. Vſquequo peccatores Domine: vſquequo peccatores gloriabuntur,

Hos ne ſine inſolenter ampullati, & thraſones agere,

Digitized by Google

4. Effabuntur & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam?

5. Populum tuum Domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt. Vexatores eorum, qui afflicta ſunt fortuna, immaniſſimi ſunt, ne conniue.

6. Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

7. Et dixerunt. Non vid:bit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Atque interim in animũ inducunt, Deum non animaduerſurum hæc, in eóſque proinde minimè fore animaduerſurum.

8. Intelligite inſipiẽtes in populo: & ſtulti aliquando ſapite. Proh ſtolidam inductionẽ animi! ſine vos eſtis, qui Deum velitis ſtultum concinnare.

9. Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, *non conſiderat.*

10. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem ſcientiam.

11. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Sed verò Deus ſapiens eſt, nouitque proinde illos eſſe ex ipſamet inſcitia & ſtoliditate concretos.

12. Beatus homo, quẽ tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. Atqui, quem diuexant iſti, is eſt perquam felix: ſi tamẽ ex cœleſti internáque inſtitutione haurit patientẽ animum, ſapientiámque, qua ſibi calamitates nõ, prout apparent exteriùs, truculentæ ſint. Quod ille ad ferendum fiant multò leuiores temperatæ, ſcilicet ſpe. atque ita ſuſtinet tantiſper dum fouea, in quam ſe ſceleratus induet, cõſummetur.

Calamitates vnde tolerentur.

13. Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

14. Quia non repellet Dominus plebem ſuam: & hereditatẽ ſuam non derelinquet. Etenim Deum tãdem ſuſcepturum ſuorum patrocinium, id eſt citra dubium.

15. Quo ad vſque iuſtitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam omnes, qui recto ſunt corde. Atque hæc protectio eo perueniet, vt æquitas & iuſtitia & qui has conſectantur (qui iuſti viri ſunt) conuertere oculos poſſint ad Dei iudicium, & aduertere, ſatis vtique in ſupplicio improborum ſuo deſiderio fieri.

Pauci in Dei caſtris.

16. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem? Interea tamen vix vllus eſt, qui auſit Dei caſtra aduerſus factionem profligatorum ſequi cum oppreſſo Dauide.

17. Niſi quia Dominus adiuuit me: paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Et Dauid quidem agnoſcit, quòd de ſe iam actum non fuerit prorſus, ſingulari Dei protectioni tribuendum.

Deus quam preſto fuit.

18. Si dicebam: Motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adiuuabat me. Etenim ita ipſi fauebat Deus, vt, cùm primùm diceret: En mei Domine prolabuntur pedes, ipſum ſtatim benigne ſuſtentantem experiretur.

19. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo: conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et moleſtiarum, quas ferebat ab hoſtibus menſura, eadem erat vtique gaudiorum, quibus diuinitus penitiora animæ delibuta fruebantur.

20. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto. Portò Sauli, qui ſumptũ ſibi laborem ad Dauidem perimendum, præceptum à Deo ſimulabat, fuiſſet quidem animaduertendum, an oriretur dolus ille ex animo iniquè affixo regali ſolio; cùm regnum à ſe tranſmiſſum vellet in progeniem ſuam Deo renuente.

Ambitionis mala.

21. Captabunt in animam iuſti & ſãguinem innocentem condemnabunt. Quæ cauſa erat cædis Dauidis innocentis anhelatæ.

22. Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

23. Et reddet illis iniquitatẽ ipſorum: & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos Dominus Deus noſter. Verũ erat Deus, qui tuẽdam receperat Dauidis cauſam & inimicos ipſius pro commeritis ipſorum plectendos. nil adeò mirum, præſtitum vtrumque fuiſſe quàm cumulatiſſimè.

Argumentum Pſal. 94. *Venite exultemus Domino*, &c.

Exultatio de triumpho Eccleſiæ, & increpato Iudæorum quod rebelles perſiſtant nihilominus.

Argumentum Pſalm. 95. *Cantate Domino canticum nouum: cantate*, &c.

Iterum exultatio de eodem Eccleſiæ triumpho, & Dei regno cum exhortatione ad Gentes, vt omnes ſe Deo regnanti ſubmittant.

Argumentum Pſal. 96. *Dominus regnauit, exultet terra*, &c.

Exultatio item eſt de prædicto Dei regno & triumpho Eccleſiæ.

Habes ſcholia.

Argumentum Pſal. 97. *Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia*, &c.

Minimè diuerſum eſt à præcedenti.

Argumentum Pſalm. 98. *Dominus regnauit, iraſcantur populi*, &c.

Exultatio etiam de prædicto triumpho & regno Dei: atque in eo myſtica admirabilium eorum renouatio, quæ Deus olim per Moyſem, Aaronem & Samuelem perfecit.

Argumentum Pſal. 99. *Iubilate Deo omnis terra: ſeruite*, &c.

Rerum vniuerſitas inuitatur ad deprædicandum Deum, creatorem primum, dein benefactorem. Sed beneficium, quod Deus hominibus exhibuit, quod illis ſe creatorem agnoſcendum dedit, ſupponitur.

Argumentum Pſal. 100. *Miſericordiam & iudicium cantabo*, &c.

Regis ſtudium referri debere ad miſericordiam, & ad iudicium exemplo tum proprio Dauidis, tum myſtici, hoc eſt, Chriſti D. multò magis.

Argumen

Digitized by Google

Argumentum Pſalm. 101. *Domine exaudi orationem meam, & clamor,* &c.

Populus Chriſtianus vexatus grauiſſimè, calamitatémque propter delicta ſibi adhæſiſſe cognoſcens, opem magna cum fiducia diuinam implorat.

Argumentum Pſalm. 102. *Benedic anima mea Domino : & omnia,* &c.

Dei beneficentiam erga ſuum populum immenſam eſſe, adeóque impares omnino eſſe homines agendis gratiis.
Nota verſum 10. de Dei regno.

Argumentum Pſalm. 103. *Benedic anima mea Domino : Domine Deus,* &c.

Per allegoriam creationis mundi canitur eiuſdem renouatio poſt Chriſti Domini redemptionem.

Commentarius Pſalmi.

Coniectura de Pſalmi argumento.

Equidem eam, quæ in hoc Pſalmo celebratur creationem mundi, deſeruire allegoriæ, atque adeò in arcanum ſenſum præcipuè intentum fuiſſe Dauidem, ducor ſuſpicione vehementi. Profero has meæ ſuſpicionis coniecturas. 1. Eſt, verba illa primi verſus : *Magnificatus eſt vehementer.* quæ quidem aptius multo cadunt in renouationem mundi, quàm in creationem. Etenim magnificari, incrementum affert magnitudinis. Et renouatio quidem magnum ſibi nomen Deum creatione peperiſſe ſupponit, verùm id auxiſſe ſupra modum. Quòd verò creatio Deum vehementer magnificauerit ; id haud ſcio quàm propriè dici queat. nam Deus, non niſi apud ſe, cognitus erat ante creationem, qua proinde non amplificauit nomen. 2. Quæ hîc occurrunt futura iuuant nonnihil hanc cognitionem. Verſ. 6. dicitur, ſuper montes *ſtabunt aquæ.* & 7. *Ab increpatione tua fugient, formidabunt.* Mitto alia, quæ dici poſſent ſumpta ab Hebræorum vſu, ex quo explicari ſolet futuris, id quod ita ſemper fit, aut fieri ſolet. Hæc verò tria res præteritas concernunt. nam futurorum pro præteritis acceptionem linguæ nullius vſu permitti, alibi oſtendo. 3. Illa verſus 30. *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur : & renouabis faciem terræ.* Nec verò ex rebus, quas ſemper Deus facit, eſt terræ renouatio, vt proinde de myſtica renouatione totus Pſalmus aptè intelligatur. 4. Pſalmi clauſula, *Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non ſint.* quo pertinet mundi renouatio, *vt deſtruatur* (ad Rom. 6. verſ. 6. Paulus ait) *corpus peccati.* 5. Quod Pſalmi ordo, ſiquidem creatio mundi commemoretur, peregrinus ſit. mox enim vt panis, vini, olei, arborum & auium meminiſſet, infert : *Fecit lunam in tempora, ſol cognouit occaſum ſuum.* Et hæc fortè nouitas narrationis pulchro ſenſus myſtici ordini conducebat. Neque verò mirandum, ſub allegoriæ creationis tegumento Chriſtianæ Eccleſiæ myſterium latere. nam in Pſalm. 28. alluſio fit ad ſeptem hebdomadæ dies, vt ibi effeci ; in 8. ad

1. Locutio illa: Magnificatus eſt.

2. Futura quibus Pſaltes vtitur.

3 Renouabis faciem terræ.

4. Pſalmi finis.

5. Ordo.

A cœlorum pulchritudinem, cùm tamen ſenſus diuerſus ſit. id quod Pſalmis aliis compluribus, & Iob item cap. 38. commune eſt. Cùm ergo Dauid allegoricè & arcanè agere ſoleat, quid eſt, quod in hoc Pſalmo tractari ad literam de Eccleſiæ Chriſtianæ fundatione & prouidentia quiſpiam demiretur ? Et quidem Chriſtiano & ritè inſtituto homine, rebus de naturalibus philoſophari, iis ad Eccleſiæ myſteria aptandis, quam digniſſimum eſt. quòd ſi huc pertinere Pſalmum quis dicat, optimè id quidem. At ſi is Eccleſiæ ſenſus literalis non ſit ; certè quidem naturalis alter ad ſic philoſophandum, perquam accommodatus eſt. In quo eſt diuerſitatis multum.

B

Proponitur Pſalmi totius ordo.

Sparſa mundo Euangelij prædicatione lux, ideſt, *Confeſſionem & decorem induiſti : amictus lumine ſicut veſtimento,* verſ. 2. *1. Sparſa per Euangelium lux.*

Verſ. 3. *Extendens cœlum ſicut pellem : qui tegis aquis ſuperiora eius.* Deſignant hæc ſolidam & confirmatam virtutem, & admirabilem in mediis huius regionis inferæ procellis animi quietem. Effecta nimirum Euangelicæ prædicationis. *2. Effecta illius, virtus ſolida, pax animæ.*

In illis : *Qui ponis nubem aſcenſum tuum : qui ambulas ſuper pennas ventorum.* Verſ. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus : & miniſtros tuos ignem vrentem.* Velocitas eſt & efficacia, qua Euangelij buccinatores orbem peragrarunt. *3 Miniſtrorum Euangelij celeritas & efficacitas.*

C Quæ verò Eccleſiæ adhibita ſit eximia firmitudo in his, verſ. 5. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam : non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Adorturum Eccleſiam perſecutionum diluuium, ſed haudquaquam obruturum, hæc canunt, verſ. 6. *Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus eius : ſuper montes ſtabunt aquæ.* Verſ. 7. *Ab increpatione tua fugient : à voce tonitrui tui formidabunt.* Verſ. 8. *Aſcendunt montes : & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis.* Verſ. 9. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur : neque conuertentur operire terram.* *4. Firmitas Eccleſiæ.* *5. Conſtantia in perſecutionibus grauiſſimis.*

Doctorum ſapientia vbique, exactis perſecutionibus, vigentium, in magnum quidem totius mundi ſolatium, hoc eſt, verſ. 10. *Qui emittis fontes in conuallibus : inter medium montium ; pertranſibunt aquæ.* Verſ. 11. *Potabunt omnes beſtiæ agri : expectabunt onagri in ſiti ſua.* Verſ. 12. *Super ea volucres cœli habitabunt.* Religioſi viri volucres hæ ſunt, præter veterum doctorum fluenta, ibique Deum prædicabunt : *De medio petrarum dabunt voces.* *6. Poſt perſecutiones alma Doctorũ inſtitutio. quam dein hauriunt religioſi.*

D

Iis, qui docti quidem ſunt, præponi pro maiori inſtitutione alios, vel id muneris obire cœlum ipſum, id ſignificat, verſ. 13. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis.* *7. Prouidentia Doctorũ pro doctis ipſis.*

Solatium ſacramentorum, & fructus Eccleſiæ proſperitas, Deo ipſi bene cupiente, hi ſunt : *De fructu operum tuorum ſaturabitur terra.* *8 Sacramentorum vtilitas, proſperitas Eccleſiæ.*

E Verſ. 14. *Producens fœnum iumentis, & herbam ſeruituti hominum.* Verſ. 15. *Vt educas panem de terra : & vinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo : & panis cor hominis confirmet.*

Erectas in Eccleſia cedros eſſe, vbi myſticæ aues nidulentur. Verſ. 16. & 17. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit :* (ſcilicet Deus) *illic paſſeres nidificabunt.* Verſ. 18. *Herody domus dux eſt eorum.* *9. Aſylũ volucrum myſticarum.*

Quos diuexabit perſecutio, his in Eccleſia paratum refugium. *Montes excelſi ceruis : petra refugium herinaciis.* *10 Et perſecutionibus vexatorum.*

Digitized by Google

11. *Procella poſt ſerenitatem.* Proſperitati (quæ dies eſt) ſucceſſuram aduerſitatis noctem, & bonos iterum infeſtatum iri. Verſ.19. *Fecit lunam in tempora: Sol cognouit occaſum ſuum.* Verſ.20. *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ.* Verſ.21. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.*

12. *Et ſerenitas poſt procellam.* Ruſus verò poſt noctem aduerſitatis, diem quietis ac pacis illuceſcere. Verſ. 22. *Ortus eſt ſol, & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabuntur.* Verſ. 23. *Exibit homo ad opus ſuum; & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.*

13. *Ornamentum prædictorum.* Ornat hæc exclamatio opportuna de iucunditate ac gloria Deo per Eccleſiam Chriſtianam acquiſitis. Verſ. 24. *Quam magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua.*

14 *Mare & quæ in eo, mundanorum imago.* Mundum, mare vaſtum, & ſæculares Principes faceſſere ſolere negotium Eccleſiæ, quæ ex hoc item mari vtilitatem decerpit. Verſ.25. *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus.* Verſ.26. *Animalia puſilla cum magnis.* Quot illic beſtiæ! quarum minores cedunt maioribus in eſcam. *illic naues* (quæ vrbes ſunt) *pertranſibunt.* Ibi cetus immanes, *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei:* ſiue is deſignet Principes inſanos, ſiue pompam mundanam, & externa bona, quæ eum virtute (quo de Iob.40.& 41.) exercent acre bellum.

15 *Prouidentia Dei.* Pendère vniuerſa hæc à diuina prouidentia. Verſ.27. *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore.* Verſ. 28. *Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* neque amplius, quàm Deo ſit placitum, horum quidquam perſiſtere. Verſ.29. *Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur.*

16. *Fiducia Dauidis de hoc vaticinio perficiendo.* Denique conuerſus Pſaltes ad Deum cum eo ſic agit: At tu Domine mundum mirabiliter renouatum concinnare potes polléſque: quod ita prorſus, vt in hoc Pſalmo vaticinatus ſum, perficies. Verſ.30. *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.* Renouata item ex interuallis noui ſpiritus acceſſione Eccleſia. Verſ. 31. *Sit gloria Domini in ſæculum: lætabitur Dominus in operibus ſuis.*

17 *Gratiarũ actio.* Et Deo quidem immortales ſint gratiæ cùm ex proſperitate, tum ex aduerſitate, qui nouit vel terræmotus ipſos & fulmina in vtilitatem conuertere. Verſ. 32. *Qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant.*

Ac tandem finitur Pſalmus, Deo ob hoc pulcherrimum fundandæ Eccleſiæ factum, & in eius gubernatione prouidentiam dilaudãdo. Verſ.33. *Cantabo Domino in vita mea: pſallam Deo meo quamdiu ſum.* Verſ.34. *Iucundum ſit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.* Nam de extrema contra ſceleroſos clauſula: *Deficiant peccatores,* &c. dictum ſuperiùs.

Argumentum Pſalm. 104. *Confitemini Domino, & inuocate,* &c.

Tres hi Pſalmi, qui ad primum pertinent Alleluia, enarrati ſuo loco. Chriſtiani populi duplex triumphus, ſub duplicis item relati à Iudæis olim comparatione.

Argumentum Pſalm. 105. *Confitemini Domino, quoniam bonus,* &c.

Depreſſa priùs in correctionem Chriſtiana Ec- A cleſia, poſt eleuatur mirum, cuius præceſſit in veteri ſynagoga typus.

Argumentum Pſalm. 106. *Confitemini Domino, quoniam bonus,* &c.

Vocatio Gentium, & ex triplici hoſte per ipſaſmet perſecutiones victoria.

Argumentum Pſalm. 107. *Paratum cor meum Deus, paratum,* &c.

Populus Chriſtianus & perſecutionibus ſeſe B alacriter obiiciens, & eximium inde triumphum ſibi pollicens celebratur.

Coaleſcit Pſalmus hic ex duplici Pſalmorum 56.& 59. fine, ea nimirum ſignificatione, quod deliberationem generoſam, qua ſuis ſe perſecutoribus obiectauit Eccleſia, triumphus, quem reportauit ab hoſtibus, comitatus fuerit, eo ferè modo quo dicitur: *Audaces fortuna iuuat.*

Argumentum Pſalm.108. *Deus laudem meam ne tacueris,* &c.

Pſalmus hic, dum mala videtur imprecari, ſub ea figura tam Iudæ, quàm Iudæis Chriſti perſecutoribus vaticinatur miſera multa, & Chriſti nobi- C lem palmam.

Argumentum Pſalm.109. *Dixit Dominus Domino meo,* &c.

Illuſtre gloriæ Chriſti D. poſt paſſionem, huiuſque effectus admirabilis, vaticinium. *Habes copioſam enarrationem.*

Argumentum Pſalm. 110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo,* &c.

Ad Dei laudem, quam eius timor moduletur, inuitatur Eccleſia pro Gentibus ipſi ſubmitten- D dis, quas hæreditas Iſraëli promiſſa figurauit. *Alleluia ſecundum hunc & reliquos ad 118. reſpicit, de quibus iam ſuprà.*

Argumentum Pſalm. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum,* &c.

Sub figura iuſti ac felicis hominis agitur de Chriſto, cuius meritis potentiæ, ac triumphi de hoſtibus felicitas promittitur Eccleſiæ, quæ ideo inuitatur ad Dei laudem.

Argumentum Pſalm.112. *Laudate pueri Dominum,* &c.

E

Gratus & humilis animus exigitur ab Eccleſia de glòria ſibi Gentium conuerſione, quæ prædicitur, allata.

Argumentum Pſalm.113. *In exitu Iſraël de Ægypto,* &c.

Inuitantur ad laudationem Dei, timore & fiducia concinnatam fideles à Iudæis ad Gentes abeun

abeuntes, eaſque ſanctitate ac miraculis, quæ Ægyptiaca repræſentarunt, complentes.

Argumentum Pſalm. 114. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus*, &c.

Populus Chriſtianus à periculis in tranquillitatem, vt Dauid quondam, vindicatus, inuitatur ad laudandum Deum, ipſique ſtudioſè placendum.

Argumentum Pſalm. 115. *Credidi propter quod locutus*, &c.

Virtutes, quæ perſecutione vrgente, eminuerunt in Eccleſia, quam ei magnificè Deus poſtea repoſuerit. ea propter ad gloriæ ipſius prædicationem inuitantur.

Argumentum Pſalm. 116. *Laudate Dominum omnes Gentes*, &c.

Votum eorum, qui ex Iudæis Chriſto ſe addixerunt, vt diuinæ & benignitas & veritas in eorum electione & aliorum reprobatione perſpectæ à Gentibus prædicentur.

Argumentum Pſalm. 117. *Confitemini Domino quoniam bonus*, &c.

Mutua Chriſtianorum triumphatis hoſtibus exhortatio, ad colendum piè ſanctéque cum iubilatione, cum laude aſſertorem ſuum.

Argumentum Pſalm. 118. *Beati immaculati in via: qui*, &c.

Paraphraſis huius eſt ſuo loco.

Inuitatio eſt ad obſeruandam exactè Dei legem, quòd eiuſmodi obſeruationem Chriſtiano populo à Romanis, ſicut à Saule quondam Dauidi, magnopere diuexato, glorioſiſſimam fuiſſe, experientia compertum ſit.

Sequuntur Pſalmi quindecim, quorum titulus eſt, *Canticum graduum*. Primi octo tempeſtatem illam, qua ſumma diritate in Eccleſiam ſæuitum eſt, ſeptem alij pacis ac quietis tempus concernunt. Vtrique gradus ſunt, quibus aſcendit Romana Eccleſia ad eum, quo pollet, amplitudinis gradum. Et obſerua, gradus templi non fuiſſe continuos omnes, ſed octo primos ab aliis ſeptem ſeiunctos Ergo primi octo gradus, qui reſpiciunt perſecutionis tempus, octo primis Pſalmis celebrantur.

Argumentum Pſalm. 119. *Ad Dominum cùm tribularer*, &c.

Canitur quàm fuerit pacificus Chriſtianus populus erga eos ipſos à quibus impugnabatur acriter.

Textus.	*Paraphraſis.*
1. *Ad Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.*	Narro, quemadmodum calamitate oppreſſus & accurri ad Deum, & ille mihi ſuccurrit.
2. *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & a lingua doloſa.*	*Calamitas linguarum.* Quæ verò me calamitas opprimebat, linguarum illa erat improbarum, a quibus exemptum me flagitabam.
3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?*	Hæc capi poſſent dicta Chriſto Domino ſic: Quid tu ô Domine ad horum calumnias laboras?
4. *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.*	*Quanta illa.* Quid tibi important illa detrimenti? Quid? ait Chriſtus. Iacula illa mihi ſunt acutiſſima, quæ pectus & penetrant & perurunt. Etenim iniuriam irrogant Patri meo, & zelus illius comedit me. *Aduerſus eâ ſolatium.* Magis autem placet, vt Deus ſic afflicto populo reſpondeat. Quid te de verborum, quæ nihil tibi vel detrahere poſſunt, vel attrahere malo diuexes? Verba illa ſunt, quæ vento auferuntur, nil adeò noceant conſtanti viro. Quare quæ ſequuntur: *Sagittæ potentis*, &c. ironicῶs ſumo: ſpicula ſcilicet valde formidanda.
5. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitãtibus Cedar: multum incola fuit anima mea.*	Atqui, ô Domine, verbis licèt duntaxat laceſſeret, malum hoc fieret diuturnitate intolerabile: ſed homines etiam ſuſtineo iam pridem barbaris quibuſcumque immaniores.
6. *Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*	*Paciſqui cultores.* Verumtamen inter eos agens, qui omnino pacem peroſi ſunt, quique de quolibet mihi verbulo litem ſine cauſa intendunt, mentem pacatam conſeruo.

Argumentum Pſalm. 120. *Leuaui oculos meos in montes*, &c.

Prædicatur mira Dei prouidentia, quæ ſuos perſecutionibus quamlibet præualidis concuſſus, atque adeo in maximis diſcriminibus agentes, prolabi tamen non fineret in delictum graue.

Argumentum Pſalm. 121. *Lætatus ſum in his, quæ dicta*, &c.

Vota fidelium ardentiſſima de Eccleſiæ incremento ac felicitate, ea ipſa tempeſtate qua ſummopere affligtabantur ab hoſtibus, celebrantur.

Argumentum Pſalm. 122. *Ad te leuaui oculos meos*, &c.

Prædicatio eſt fidelium in oratione perſeuerantiæ, qua pacem à Deo poſtulabant perſecutionis tempore.

Argumentum Pſalm. 123. *Niſi quia Dominus erat in nobis*, &c.

Canuntur gratiæ, quas Deo fideles agebant, liberatione à periculis ipſius prouidentiæ tribuenda.

Argu

Digitized by Google

Argumentum Pſalm. 124. *Qui confidunt in Domino ſicut mons*, &c.

Ingens animi piorum fidentia, in mediis aduerſitatum procellis, de fidelitate ac prouidentia Dei, cauentium interim declinationem à via recta celebratur.

Textus. — ***Paraphraſis.***

Piorum confidētia, vnde. 1. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.*

Qui ſuam in Deo fiduciam collocarunt, hi, ſcùm magis deſæuiunt in Eccleſiam procellæ, tunc perinde firmi ſunt ac conſtantes, quaſi mons Sion. verè ſunt, *Qual firme roca al animoſo viento.* Etenim licèt corpore in terris, mente verò in arcana Ieroſolyma, ideſt, in cœleſti degunt: nulla eſt propterea in terris vis, quæ poſſit illos à conſtantia dimouere. Nihil damnationis iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu: quoniam eorum conuerſatio in cœlis eſt.

Vnde iterum. 2. *Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.*

Si terreſtris Ieroſolyma montibus erat vndequaque munita; cœleſtem quidem, Eccleſiam ſcilicet militantem circumcingunt montes alij ſubliniores, Angeli nimirum, Apoſtoli ſancti, ipſe quin etiam Deus obuallatam habet, adeóque tutiſſimam.

3. *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum* (tyrannidem ſcilicet quam impij exercent in ſanctos) *ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.*

Licèt enim patiatur Deus excitari à tyrannis contra Eccleſiam perſecutiones; verùm enim haud patitur, ſupra id quod poſſunt, tentari ſuos, ſed facit etiam cum tentatione prouentum, vt ne electos vincat tentatio.

4. *Benefac* (ideſt, benefacies vt ſæpe aliàs) *Domine bonis, & rectis corde.*

Ergo, ô Domine, per ipſaſmet perſecutiones benignum te ac fautorem præbebis Eccleſiæ, faciens videlicet cum tentatione prouentum: per eam electos meliores ac glorioſiores reddens.

5. *Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem:*

At verò, qui vrgente aduerſa tempeſtate deſciſcunt ac deſerunt ſanctitatem, hos Deus Eccleſiæ perſecutoribus annumerabit, atque eos iræ ſuæ vim effundet.

Pax ſuper Iſraël.

Super fideles autem (qui ſunt verus Iſraël) fluuium pacis ac proſperitatis declinabit.

Notatiuncula ad id: *Declinantes in obligationes*, Græcè στραγγαλιὰς, ideſt, *ſuffocationes*. Poſitus autem eſt accuſatiuus cum præpoſitione *in*, loco ablatiui. nam *in obligationes*, eſt pro, *in obligationibus.* ideſt, tempore obligationum, nimirum cùm laquei & ſuffocationes à tyrannis inſtant, ac præ metu declinantur. Et notum quidem Latinis, etiam eſſe obligare idem quod ligare & ſtringere. atque ita obligationes ſunt laquei & conſtrictiones. Quod ſi placeat propriè ſumere *in obligationes*, vt Latinis ſonat; ſic tunc explica declinare in obligationes, à bono deficere & in laqueos ſe *Obligationes ſunt laquei.*

iniicere, atque induere. Præceſſit autem *bonis & rectis*, atque ita declinantes debet intelligi à bonitate & rectitudine, neque enim opus, vt bonitas ſumatur pro liberalitate, ſed pro virtute ac ſanctimonia.

Argumentum Pſalm. 125. *In conuertendo Dominus captiuitatem*, &c.

Spes canitur à fidelibus certiſſimè de pacata Eccleſiæ proſperitate concepta, etiam dum illam diuexati comprecabantur. Præterita in hoc Pſalmo poſita pro futuris obſerua.

Argumentum Pſalm. 126. *Niſi Dominus ædificauerit domum*, &c.

Extollitur mira fidelium ſapientia, quos carnificina, quæ in eos exercebatur, non impediebat, quominus de propagatione ac multiplicatione granorum mortificatorum perquam certi eſſent. atque hęc certitudo omnem ab eis ſollicitudinem auferebat. Titulus eſt, *Canticum graduum Salomonis*, ad ſignificandum nimirum hunc eſſe ſapientiæ gradum maximè ſublimem, & per eum, quemadmodum Salomon euectus fuit per ſapientiam, ſummum in modum exaltatum fuiſſe populum Chriſtianum. *Sapientia vera nota.*

Reliqui ſeptem gradus, qui pacis tempus reſpiciunt, poſtquam publicus Chriſtianæ religionis vſus fidelibus conceſſus eſt.

Argumentum Pſalm. 127. *Beati omnes, qui timent Dominum*, &c.

Rebus iam Chriſtianorum pace firmatis, pietas & ſapientia Eccleſiam propagat. ergo vxor, cuius meminit Pſalmus, eſt ſapientia, Eccleſię doctorum nimirum.

Argumentum Pſalm. 128. *Sæpe expugnauerunt me*, &c.

Conſideratio admirandæ victoriæ, quam Eccleſia de hoſtibus per ipſaſmet perſecutiones obtinuerat, ad multorum conuerſionem maximè iuuit.

Argumentum Pſalm. 129. *De profundis clamaui ad te*, &c.

Pœnitentiam poſt lapſus plurimos fuiſſe adiumento ad exaltationem Eccleſiæ.

Argumentum Pſalm. 130. *Domine non eſt exaltatum cor*, &c.

Fidelium à victoria obtenta humilitatem ad Eccleſiæ exaltationem valde profuiſſe, Dauidis ſcilicet exemplo, quem Deus, quod eſſet apud ſe humilis, plurimum euexit. Hinc apparet quàm fuerit appoſitum titulo huius Pſalmi Dauidis nomen.

Verſ. 1. *Domine non eſt exaltatū cor meū.* Non rapuit animum ambitio, non aſcenſus, non æſtimationis cupidi

cupiditas. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Non eum appetiui locum, vbi cum admiratione digitis hominum commonſtrarer.

Humilitatis præmiū egregium.

Verſ. 2. *Si non humiliter ſentiebam.* Sed potiùs humilia & abiecta de me cogitabam, aut iureiurando interpoſito. q. d. Noſti probè ô Domine, vilem mihi fuiſſe memet. *Sed exaltaui animam meam.* atqui ea via fuit, qua tu me prehenſum manu ſublimem conſtitueris. *Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua,* ita ſimplex, ita humilis in cogitando eram, quem ad modū geſtatus ſinu matris puſillus puer, qui nil ſcit, nec curat aliud, quam matre niſum, illique confiſum eſſe. *Ita retributio in anima mea.* q. d. Et cùm ego me totum ita Deo permiſſum haberem, repoſuit ille mihi hunc animum, vt ipſum addecebat.

Verſ. 3. *Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.* Diſcat ergo verus Iſraël ſpes omnes ſuas in Dominum conijcere, collatum in me beneficium intueatur: nam qui artes & contentiones vanas abiiciens, Deo ſe humiliter crediderit, idem prorſus experietur.

Argumentum Pſalm. 131. *Memento Domine Dauid*, &c.

Fidelitas promiſſorum Dei, ſicut olim Dauidis ſedem, ita pòſt Romanam conſeruauit.

Argumentum Pſalm. 132. *Ecce quàm bonum & quàm iucundum*, &c.

Bonus odor vitæ religioſæ in cœnobiis actæ plurimum iuuit, ad Deum vti traherentur complures.

Argumentum Pſalm. 133. *Ecce nunc benedicite Dominum*, &c.

Religioſorum item preces è cœnobio effuſæ ſummum ad Eccleſiæ felicitatem conducunt.

Argumentum Pſalm. 134. *Laudate nomen Domini, laudate*, &c.

Sub miniſtrorum templi Salomonici typo, hortatio eſt ad miniſtros Euangelij, vt Dei magnificentiam erga Chriſtianos in victoriis perſpectam commendent.

Argumentum Pſalm. 135. *Confitemini Domino quoniam bonus*, &c.

Huius item Pſalmi alleluiati idem prorſus eſt ac præcedentis, & ſub eâdem allegoria, niſi quod inchoët à conditione Eccleſiæ, deſinátque in reprobationem Iudæorum & Gentium electionem.

Argumentum Pſalm. 136. *Super flumina Babylonis*, &c.

Sub figura captiuitatis Babylonicæ, & Ieroſolymorum euerſionis, agitur de perſecutione à

A Roma ethnica aduerſus Eccleſiam excitata: deſignantur autem Iudæi, qui eam Romanis perſecutionem ſuadebant Idumæorum nomine. deſcribitur, quàm auerſarentur Chriſtiani Gētilium Romanorum delicias ac pompam, aliúdque nihil Romæ cogitarent, quàm nouæ Sionis & noui templi ædificationem (id eſt, fundationem Romanæ Eccleſiæ) ſperantes interim Deum ipſis myſticam vindictam de acerrimis perſecutoribus conceſſurum.

Paraphraſis Pſalmi tantùm figuram reſpiciens.

B *1. Super flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus, cùm recordaremur Sion.*

Cùm amatæ nobis Ieroſolymæ commeminiſſemus; Babylonica omnia & gaudia & deliciæ, lacrymæ nobis erant & abſynthium.

2. In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra.

Citharis, pſalteriis, aliíſque ſtudij muſici inſtrumentis, ipſiſmet Babylonicis ſpectantibus, infelix è ſalicibus ſuſpendium mandauimus: quo ſcilicet intelligerent nullum nos Babylone neque capturos ſolatium, neque exhibituros.

3. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum: & C *qui abduxerunt nos: Hymnū cantate nobis de canticis Sion.*

Atque ideo fecimus, quòd rogarent nos ciues Babylonij vt obliuioni Ieroſolymam daremus, ipſóſque pulſando, ac canendo, vt faciebamus in templo, oblectaremus.

4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Atqui fieri æquum erat, vt inter idolorum cultores carmina dicata Deo perſonarent?

5. Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea. *6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero* D *tui:* *Si non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ.*

Quòd ſi ita deſipuiſſem aliquando, vt immemor meæ Ieroſolymæ, muſicis indulgere voluiſſem; volentem, ô Deus, prorſus impedito, vt nec ſciat pulſare manus, & lingua palato prorſus adhæreſcat: ſi gaudij vtique mei primitias Ieroſolymæ, eiúſque proſperitati, (quam, ſicut meorum hoſtium euerſionem ad futuram confido) non referuem.

7. Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem: *Qui dicunt: Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea.*

Taliones pœnas dant improbi.

Nec fluent, bene ſcio, ô Domine, è memoria tua, quę Idumęi triſti illa Ieroſolymitanæ expugnationis die Babyloniis conſulebant, ingeminantes funeſtum illud: *Exinanite.* quo nihil prorſus in vrbe, quod non E euerterent, reliquum feciſſent. non, inquam, obliuiſceris, ſed paria ipſis repones, efficiens, vt ipſorum vrbes bonis omnibus funditus exhauriantur.

8. Filia Babylonis (id eſt, Babylon, communi phraſi, niſi ita dicatur, quod fuerit quaſi prognata Babelicæ turris) *mi-*

At tibi, ô vrbs Babylon, veniet etiam tua dies: nec enim deerit, cui, quemadmodum tibi Ieroſolyma, tu des itidem commeritas tuorum flagitiorum pœnas. Et id quidem hoc diſcrimine, quod

Digitized by Google

ſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.

Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

quod tu in excindenda Ieroſolyma, cùm ea propter excidium ſis paſſura, infelix fueris: futurus autem tui euerſor feliciſſimus. nam pro euerſione próque in te exercita crudelitate beneficiis plurimis remunerandus erit.

Argumentum Pſalm. 137. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*, &c.

Populus Chriſtianus in mediis perſecutionibus glorioſum prædicat Deum, eiúſque opem fidentiſſimè implorat, victoriam ſcilicet à diuinis bonitate & veritate de Gentibus ſibi promittens.

Argumentum Pſalm. 138. *Domine probaſti me & cognouiſti*, &c.

In humiliatione & exaltatione populi Chriſtiani ſcientiam Dei practicam mirabiliter elucere, hoc eſt, prouidentiam, qua opus ſuùm (quod formandum ſuſcepit) ad finem deſtinatum (ideſt, ad gloriam) perducit.

Argumentum Pſal. 139. *Eripe me Domine ab homine malo: à viro*, &c.

Populus Chriſtianus, à Deo petita ope, victoriam ſibi atque vindictam de inimicis pollicetur.

Argumentum Pſalm. 140. *Domine clamaui ad te, exaudi me*, &c.

Populus Chriſtianus perſecutionis tempore ſanctitatem veram, atque conſtantiam ſibi poſtulat à Deo, & ad conuerſionem inimicorum efficaciam; interim verò prudentiam ad laqueos eorum cauendos.

Argumentum Pſalm. 141. *Voce mea ad Dominum clamaui*, &c.

Sub comparatione Dauidis in ſpelunca concluſi, Martyres ad Chriſti exemplum, petunt à Deo veram liberationem, à carnis nimirum ergaſtulo, & præmium cœleſtis gloriæ.

Argumentum Pſalm. 142. *Domine exaudi orationem meam*, &c.

Sub comparatione Dauidis ab Abſalone oppugnati agi videtur de populo Chriſtiano perſecutionem a Iuliano apoſtata ſuſtinente, & Dei opem implorante.

Argumentum Pſalm. 143. *Benedictus Dominus Deus meus, qui*, &c.

Sub comparatione Dauidis fauentem ſibi Deum contra Goliath experientis, in eóque &

A fauore triumphantis, & ſimilem contra Gentes, à quibus impetebatur, contendentis, agitur de populo Chriſtiano, qui à Gentibus liberatus ſemel, vti ſe Deus ita gerat cum ipſo deinceps enixè petit.

Fulmina, fulgura, tonitrua, & quæ id genus habet hic Pſalmus, iram mihi, ſed, ſicut in Apocalypſi, myſticam ſonant.

Argumentum Pſalm. 144. *Exaltabo te Deus meus rex*, &c.

De perfectiſſima regni Dei & Chriſti eius gubernatione.

Gubernationis perfectiones.

B Hanc conſtituunt ſeptem illæ prouidentiæ Dei perfectiones, quas vocari Spiritus ſeptem eiuſdem prouidentiæ latè effecimus Apocal. 1. 4. atque illæ ſunt: Virtus, Beneficentia, Iuſtitia, Sapientia, Patientia, Comminatio, Seueritas. Totidem reperiuntur in hoc Pſalmo & eædem protſus, niſi quòd pro Sapientia Apocalypſeos Pſaltes hîc appoſuiſſe videtur Maieſtatem. (Non defuiſſet Auctori aliqua diſcriminis huius ingenioſa ratio, ſi hæc per vitam conſiderare amplius licuiſſet.) Nam cùm verſ. 1. & 2. præmiſiſſet, quanto laudandi Dei deſiderio teneretur, totum deinde Pſalmum in his perfectionibus efferendis ponit. Virtutem ſeu potentiam commendat verſ. 4. 5. 6. 11. 12. Beneficentiam, verſ. 7. 8. 9. 10. 14. 15. 18. 19. 20. Iuſtitiam verſ. 7. & 17. (cui perfectioni C cum fidelitate coniunctæ tribuit verſ. 13. regni huius durationem.) Maieſtatem verò, ſeu magnitudinem verſ. 3. 5. 6. 11. 12.

Explicatus Eccleſiaſticus.

Hæ porrò quatuor perfectiones diuinæ gubernationis ab Eccleſiaſtico cap. 18. verſ. 1. 2. 3. & 4. exprimuntur: *Deus*, inquit, *ſolus iuſtificabitur, & manet inuictus rex in æternum.* En virtutem & iuſtitiam. nam iuſtificari eſt iuſtum abſolutiſſimè exhiberi. Dicitur autem inuictus, quia nullum eſt ita arduum opus, quod eum ſiue ab aggrediendo, ſiue à perficiendo retardet. Cùm verò ſubditur: *Quis ſufficit enarrare opera illius? Quis inueſtigabit magnalia eius.* hæc quidem & de Sapientia & de Potentia aut Virtute dicta eſſe poſſunt. Maieſtas verò & amor ſeu beneficentia, quorum eſt ita difficilis coniunctio, hîc D tamen coniuncta reperiuntur, *Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis adiiciet enarrare miſericordiam eius?* Et quidem *virtus magnitudinis* idem eſſe videtur quod Maieſtas. nam virtus ſumi aliquando ſolet, vt probat ad Rom. 1. pro maieſtate, & hæc non differt à magnitudine. nam qui magnus eſt, maieſtatem præfert, vt ex illis efficitur 1. Reg. 10. verſ. 23. de Saule humero & ſurſum inter alias eminente.

Reliquas verò tres diuinæ prouidentiæ perfectiones vnico verbo ſapienter admodum Pſaltes coërcuit. nam cùm ſtatuiſſet Dei aduerſùs bonos benignitatem, ait enim verſ. 20. E *Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe*, qualis porrò in malos ſit, adiungit ſtatim, *& omnes peccatores diſperdet.* Quod ſi *diſperdet* de futuro dictum, expectat vtique, atque adeò patientiam oſtendit; & comminationem item cùm admoneat. Seueritatem etiam ſupplicij ſatis prodit puniendi ſeria affirmatio. quo ſupplicio quid grauius? Abſoluit demum Vates æternis quidem laudibus eiuſmodi gubernationem quàm digniſſimam eſſe.

Perti

Digitized by Google

Pertinere hunc Pſalmum ad ſanctiſſimi Sacramenti inſtitutionem.

Cùm perfectionibus his quatuor Virtute,Maieſtate,Iuſtitia & Beneficentia in factis ſuis glorietur Deus,vbi eæ in opere aliquo ratione perfectiſſima repertæ fuerint,illud erit optimo argumento,tale opus diuinum eſſe. atqui illas ſic patefacit ſanctiſſimi Sacramenti inſtitutio:hæc igitur prædicta videtur in hoc Pſalmo. Et quidem hinc perſpicuè ſe produnt illæ perfectiones,vt & ſuperiùs attigimus; illinc verò manifeſtus eſt de cibo ac benedictione verſ. 15. & 16. ſermo, quæ præberi à Deo dicuntur *in tempore opportuno*, verſ. 15. quod vtique legis gratiæ tempus eſt. Exigitur etiam fides cùm dicitur: *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis*, verſ.19.De eo præterea beneficio, quo Deo ipſo nobis per domicilium in terris poſitum facto propinquo, Eccleſia affecta eſt,in illis agitur verſ.18.*Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.*Tolerantiam verò ſingularem, quam exhibet Chriſtus cùm ita ſecum à peſſimis miniſtris indignè agi in hoc ſacramento ſinit,illa ſatis ponderant verſ. 8. *Patiens & multum miſericors.* Iis demum qui ſine debito conſcientiæ inſtructu ad hanc menſam accedunt, interminatur verſ. 20. *Omnes peccatores diſperdet.* atque adeò pœnas ingentes luent.

Argumentum Pſalm.145.*Lauda anima mea Dominum*, &c.

Deum commendat iudicem in conuerſione Gentium,per quam conſtituto Dei regno, compos facta eſt Eccleſia ſpei ſuæ.

Argumentum Pſalm.146.*Laudate Dominum,quoniam bonus*,&c.

Deum prædicat de exitu Eccleſiæ perſecutionum felici,cum ſumma diuinarum perfectionum oſtenſione,gloria ſtellarum Eccleſiæ, pluuiæ myſticæ fructu ex conuerſione Gentium, & piorum exaltatione.

Argumentum Pſalm. 147.*Lauda Ieruſalem Dominum*, &c.

Prædicit admirabilem Eccleſiæ poſt perſecutiones, pacem, Euangelij vbique pro exantlatis ærumnis prædicationem,& fructum. *Manet expoſitus hic Pſalmus.*

Argumentum Pſalm.148.*Laudate Dominum de cælis*, &c.

Conuerſis iam Gentibus, & cornu populi Dei exaltato; ſub allegoria Solis & Lunæ, ſtellarum, terræ,maris,arborum,animalium,ac meteororum inuitantur omnes rationales creaturæ, & diuinæ virtutis in renouatione mundi oſtenſiones ad id facinoris pulcherrimi celebrandum,explicata demum allegoria ad eam lætitiam decantandam omne genus hominum accerſitur.

Argumentum Pſalm. 149.*Cantate Domino canticum nouum*, &c.

Prophetia eſt de exaltatione Eccleſiæ per Gentium conuerſionem,& de vindicta myſtica de illis ſumenda.

Argumentum Pſalm.150.*Laudate Dominum in ſanctis eius*, &c.

De virtutis diuinæ in Sanctis præclara demonſtratione,per quos Deus,victoria mirificiſſima de perſecutoribus tribuenda, de imperij Romani potentia triumphauit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS
(qui octauus totius operis) in Canticum Canticorum Salomonis.

PROLOGVS.

Pro Cantici huius acoluthia, ſeu conſequentia.

Quidam non vbique continuant hoc canticum, quidam nullam curant continuationem.

SI huius admirabilis libri, qui *Canticum Canticorum* appellatur, euol- A
uimus interpretes; qui in eo ad finem producant ſermonis fi-
lum, ſeriémque dictorum continuent, perquam pauci illi ſunt.
Et hi quidem id conati nec ſatisfaciunt omnibus, nec verò ſibi in-
terdum ipſis. Etenim, non ſemel eſt, cùm imaginantur, quæ hoc vel
illo loco ſponſa loquitur, eſſe illa quidem amantis inſomnia; in
his porrò inueſtigare ordinem, ſuperuacaneum eſſe. Qui verò in
ſua interpretatione minimè de conſequentia laborant, ita ſe tuentur; quòd hanc argu-
menta ſint quæ non exigant, cuiuſmodi cùm Prouerbia ſint, fortaſſe & Canticum hoc
ſimile eſſe confirmant.

Oppoſitum adſtruitur.

Verùm enim prius etiam, quàm inuenta ſit libri huius acoluthia, veri admodum ſi-
mile eſſe, illum cum ea fuiſſe compoſitum, nemo inficietur. Nam ille reuera can- B
tio quædam amatoria eſt. atqui hæc neque perfecta eſſe poteſt, neque ſcita ſine
partium appoſito nexu. Et quidem à libro, in quo prouerbia congeruntur, cogi-
tationes diſſolutæ non abhorrent; in cantione tamen huiuſmodi non minus, quàm in
ædificio ordo requiritur, ſeriéſque.

Exemplo.

Sane vel textus ipſius nuda lectio aliqua prodit, quæ fateri cogant, artificium ibi &
ratiocinationem ineſſe. Exemplum ſit, vt mittam alia, triplex illa ſparſa per hunc li-
brum Chriſti adiuratio, vbi præcipit à ſomno vti ne excitetur ſponſa. Et cui non ſtatim
appareat adiuratione trina, quaſi trina ſtatione cantionem diſtingui? Interpretémque
adeò ad ordinem & conſequentiam indagandam cogi? Atque hoc non eos præteriit,
qui triplici illa cantionis diuiſione triplicem ſtatum diſpeſcuerunt, inchoantium nimi-
rum prima, ſecunda proficientium, tertia demum perfectorum. Quæ licèt accommodatio
apta fortaſſe non ſit, (cenſeo enim haud dubius partem primam ad primitiuam Eccle- C
ſiam, quæ perfectione excelluit, pertinere) certè quidem quod diſcurſui principium, me-
dium, ac finis ſunt quæſita, rectè factam.

Ratione.

Alia prætereo argumenta, quæ artificioſam huic libro adſtruunt acoluthiam.
tantùm hoc dico, ſi hæc, & quidem admirabilis illi reperiretur, id quidem pla-
niſſimum facturum, ſcriptum fuiſſe cum acoluthia librum, quæ tamen hactenus in-
ſpecta non eſſet.

Obiicies, tametſi liber ex mente ſcriptoris non habeat acoluthiam, hanc ipſi ab
interpretis ingenio poſſe affingi? Occurro, permagni, hócne vel illo modo accom-
modes, intereſſe. nam qui interpres, vt illud quod mente concepit, proſequatur, qua-
uis ſibi vel tenui conſpecta luce, vel proportionis aſpectu ſatisfacit; is quidem de in-
uenta libri vera acoluthia, parum meretur fidei. atque hæc interpretatio non eſt, ſed D

Oppoſito argumento.

mentis libera vagatio. At verò longè diuerſum eſt, aptare ita cogitationem ſcriptu-
ræ, vt non modò hoc, vel illud verbum ſeorſum, ſed tota ſeries libri cum exhibito
quadret intellectu: nec id quidem qualicumque ratione, ſed ea concinnitate, vt ſibi
perſuadeat vir prudens, qui id ſignificare voluiſſet, quod dicit eius interpres, eum qui-
dem partes omnes præſtantiſſimi ſcriptoris tali re, verbis exprimenda talibus, expleuiſ-
ſe. Qui ſic librum integrum, eodem vbique filo continuato interpretatur, hîc ſanè;
qui

Digitized by Google

qui meus ſenſus eſt, quod in ſcriptoris mentem coll[illegible] applicationem in euidenti relinquit.

Nam quòd aliò, quàm quò ſpectauerit ſcriptor, [illegible] adaptetur; humana, Angelica quin etiam accommodati[illegible]. Etenim minimè ſcitur, quod non eſt, adeóque mihi ſemp[illegible] integer, Ouidij, v g. liber ita veniat nouæ aptus cogitationi, [illegible] omni ex parte, abſque vlla vocis mutatione quadret perinde, quaſi in eam [illegible] induſtria fuiſſet conformatus. In breui quidem aliqua fabula, aut ſeparata parte proportionem nouis ab ingenioſo commentationibus reperiri, difficilè non eſt: haudquaquam verò id excogitarit, vt dixi, creatum nigenium, exacta videlicet omnium accommodatione in libro integro.

Senſus auctoris de explicatione ſua quàm modeſtus.

Neque verò hoc eo dictum à me putari velim, quòd applicationem meam cenſeam omnino abſolutam: qualis ſi fuiſſet, fuiſſet vtique exploratum, placitum iam Deo optimo, vt in mentem ſui Spiritus collineatum fuiſſet, certè quidem in toto libri argumento. nam reſtarent adhuc plurima, aut mutanda, aut perficienda in explicatione huius aut illius verbi, huius verſus aut illius; quin tamen intentio & diſcurſus libri totius mutaretur. Neque hoc etiam excluſas volumus aliorum expoſitiones Enim verò locus idem ſacræ Scripturæ, quo frequentior abiit Theologorum conſenſio, ſenſuum literalium, ſic etiam diuerſorum, vt in vnam aliquam rationem [illegible] non coëant, capax eſt.

Hoc igitur cùm ita ſit, velim iam animaduerſum, vbi conſtitutum fuerit Canticorum librum filo conſtare conſequente; illud ſtatim manifeſtè prodere ſeſe, quam is qui filum tenet, ſeu diſcurſum intelligit, præſtet alteri, qui id minimè fuit aſſecutus; tametſi hic verba ſingula rebus politis ſummum & exquiſitis comat Poſſunt quidem illa quæ ad locupletandam ſententiam deportantur hinc inde, pretioſiſſima eſſe; verùm quòd ad libri interpretationem ſpectat, cùm eius diſcurſus non tenetur, perinde illa mihi ſunt, quaſi qui ſcriptionis ſonat litteras ſingulas, nec ſcit tamen qua de re ſermo ſit; quod eſt planè puerile.

Nocet quandoque diues interpretis ſuppellex.

Addo, quin etiam, volentem ſtamen & ſubtegmen, quæ filum diſcurſus componit, & pulchram, quam acoluthiæ anima concinnat ibi, picturam diſpicere, ſæpe non modo non iuuari pretioſa illa gaza in locos ſingulos aggeſta, verùm etiam maximè impediri. Et vſu quidem venit in hac re quod [illegible] aliquod ex aureo, puta, filo arte ſua exornanti: is enim tantùm quandoque alius materiæ ſuperponat, vt texti prorſus obuelati opus non appareat. quod qui facere habebat in animo, cannabinam aut ſimilis craſſitiei telam ad ſic ſuperponendum, prudenter elegerit Nam illud eſt, quod ſiue miſerationem, ſiue indignationem excitat, quod tectum & obrutum relinquitur hoc iis, quæ apponuntur, & apparent, multis ſæpe partibus antecellere. Ego igitur exhibeo iam meam huius Cantici acoluthiam, eam primùm quam ſuperficies illius ſiue cortex proponit; alteram deinde quam nucleus, medulla, ſeu interiora Cantici abſcondunt: ſi tamen prius textum ipſum ſuis interlocutionibus diſtinctum, aliquótque variæ lectionis notulis ornatum appingam.

Cantici Canticorum Salomonis Textus.

CAPVT I.

Sponſa.

Verſ. 1. *Oſculetur me oſculo* (de oſculis) *oris ſui, quia meliora ſunt vbera* (דדיך) *tua vino.*

2. *Fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.*

3. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria* (interiora) *ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum* (דדיך) *tuorum ſuper vinum: recti diligunt te.*

4. *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

5. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam* (quæ mihi) *non cuſtodiui.*

6. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

Sponſus.

7. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.*

9. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia.*

10. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

Sponſa.

11. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.*

12. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

13. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.*

Sponſus.

14. *Ecce tu pulchra es amica mea; ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.*

Sponſa.

15. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus:*

16. *Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.*

CAPVT II.

Sponſus.

Verſ. 1. *Ego flos campi, & lilium conuallium.*

3. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.*

Sponſa.

3. *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.*

4 *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*

5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.*

A 6. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Sponſus.

7. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vſque ipſa velit.*

Sponſa, quæ tamen magna ex parte refert verba ſponſi.

B

8. *Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.*

9. *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.*

10. *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.*

11. *Iam enim hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit.*

C 12. *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra.*

13. *Ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni:*

14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Verba ſponſi ab ſponſa relata.

15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.*

D 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia:*

17. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes Bether.*

CAPVT III.

Sponſa adhuc.

Verſ. 1. *In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.* E

2. *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.*

3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Vide cap. 5. verſ. 7.

4. Paulo

Digitized by Google

4. *Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum. nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.*

Sponſus.

5. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*

Chorus.

6. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël.*

8. *Omnes tenentes gladios* (alligati gladiis) *& ad bella doctiſſimi; vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.*

9. *Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.*

10. *Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcēſum purpureum: media* (medium eius) *charitate conſtrauit propter filias,* (à filiabus) *Ieruſalem.*

11. *Egredimini, & videte filiæ Sion, regē Salomonē in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.*

CAPVT IV.

Sponſus.

Verſ. 1. *Quàm pulchra* (ecce tu pulchra) *es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet* (מִבַּעַד deinſuper לְעַמָּתֵךְ vide Iſai. 47. verſ. 2. Denuda Samathec. Sic Aquila Theodot. Simathec. Septuag. operimētum, Simac. taciturnitatem, Vulg. turpitudinem.) *capilli tui ſicut greges* (vt grex) *caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

2. *Dentes tui ſicut greges* (grex) *tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.*

3. *Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo, quod intrinſecus latet* (deinſuper leſamathec.)

4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura* (omnia ſcuta) *fortium.*

A 5. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs.*

6. *Donec aſpiret dies, & inclinentur* (fugiant) *vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

8. *Veni* (veni mecum) *de Libano ſponſa mea, veni, de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorū.*

9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui* (vna torque de ceruicibus tuis.)

B

10. *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ* (דֹּדַיִךְ) *ſoror mea ſponſa? pulchriora ſunt vbera tua* (דֹּדַיִךְ) *vino, & odor vnguentorum tuorum, ſuper omnia oromata.*

11. *Fauus diſtillans* (fauum diſtillabunt) *labia tua, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris* (Libani.)

C 12. *Hortus concluſus* (obſeratus) *ſoror mea ſponſa, hortus concluſus* (obſeratus) *fons ſignatus.*

13. *Emiſſiones* (propagines) *tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo.*

14. *Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis* (capitibus vnguentorum.)

15. *Fons hortorum: puteus aquarum viuentiū, quæ fluunt* (& fluentiū) *impetu de Libano.*

D 16. *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meūm, & fluant aromata illius.*

CAPVT V.

Sponſa.

Verſ. 1. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum* (dulcedinum ſuarum.)

Sponſus.

E 2. *Veni* (præteritum eſt, non imperatiuum) *in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis; comedi fauum* (meum) *cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

Sponſa, ſed refert quædam verba ſponſi.

3. *Ego dormio, & cor meum vigilat: vox di-*

Digitized by Google

Verba ſponſi relata ab ſponſa.

A *lecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium* (noctis.)

3. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus*(viſcera mea)*intremuit ad tactum eius.*

5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.*

B 6. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.*

7. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem* (in ciuitate) *percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi* (deſuper me) *cuſtodes murorum.*

8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.*

Chorus.

9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto,*(præ dilecto, vel dilectis)*ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto; quia ſic adiuraſti nos.*

Sponſa.

10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus* (decem millibus.)

D 11. *Caput eius aurum optimum:* (maſſa auri obryzi)*coma eius ſicut elatæ palmarum* (criſpæ) *nigra quaſi coruus.*

12. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima:* (plenitudinem.)

13. *Genæ* (maxillæ) *illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs* (flores aromatum.) *Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam* (tranſeuntem.)

E 14. *Manus illius tornatiles aureæ,* (circuli auri) *plenæ hyacinthis.* (in Tharſis.) *Venter eius eburneus.* (viſcera eius nitor eboris) *diſtinctus ſapphiris.*

15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* (auri obryzi)*ſpecies* (aſpectus) *eius vt Libani, electus vt Cedri.*

16. [illegible]*ur illius ſuauiſſimum,* (dulcedines) *& totus deſiderabilis:* (totus ipſe deſideria) *talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem.*

Chorus.

17. *Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quo declinauit* (reſpexit)*dilectus tuus, & quæremus eum tecum?*

CAPVT VI.

Sponſa.

Verſ. 1. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.*

2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.* (in liliis)

Sponſus.

3. *Pulchra es amica mea, ſuauis,* (ſicut ſuauitas) *& decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.*

C 4. *Auerte oculos tuos à me,*(è regione mei) *quia ipſi me auolare fecerunt.* (efferum reddiderunt) *capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.*

De capillis ſupra cap. 4. verſ. 1.

5. *Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.*

De dentibus cap. 4. verſ. 2.

6. *Sicut cortex* (fragmen)*mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis* (deinſuper leſamathec)

7. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

D 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa* (munda)*genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt, reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.*

Chorus.

9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur* (reſpicitur) *quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa* (pura) *vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.*

Sponſa.

E 10. *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea,* (germinaſſet vitis) *& germinaſſent* (floruiſſent) *mala punica.*

11. *Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.*

Sponſus.

Digitized by Google

Sponſus.

12. *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

CAPVT VII.

Sponſus proſequitur.

Verſ. 1. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* (ſicut chorum caſtrorum) *Quam pulchri ſunt greſſus* (pedes) *tui in calceamentis filia principis? Iunctura* (vertebræ) *femorum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.* B

2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis* (rotundus) *nunquam indigens* (non indigebit) *poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus liliis.*

3. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.*

4. *Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta* (ſuper portam) *filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.* (ſpeculans facies Damaſci.) C

5. *Caput tuum* (ſuper te) *vt carmelus: & coma capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus* (rex ligatus in canalibus.)

6. *Quam pulchra es* (pulchruiſti) *& quàm decora* (iucunda fuiſti) *chariſſima in deliciis.*

7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua* (שָׁדַיִךְ) *botris.*

8. *Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius* (in ramos eius) *& erunt vbera tua* (שָׁדַיִךְ) *ſicut botri vineæ:* (vitis) *& odor oris tui ſicut malorum.* D

9. *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.* (loqui faciens labia dormientium.)

Sponſa.

10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* (ſuper me deſiderium eius.) E

11. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

12. *Manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.* (דֹּדַי)

13. *Mandragoræ dederunt odorem. In portis* (ſuper oſtiis) *noſtris omnia poma:* (delicata) *noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui* (abſcondi) *tibi.*

A

CAPVT VIII.

Sponſa proſequitur.

Verſ. 1. *Quis mihi det te fratrem meum* (mihi) *ſugentem vbera* (ſedei) *matris meæ, vt inueniam te foris,* (in platea) *& deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?* (etiam non contemnat me.)

2. *Apprehendam* (adducam) *te, & ducam* (venire te faciam) *in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum* (bibere te faciam) *ex vino condito,* (conditurae) *& muſtum* (de vino dulci) *malorum granatorum meorum* (malo granati mei).

3. *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

Sponſus.

4. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.*

Chorus.

5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*

Sponſus.

Sub arbore malo ſuſcitaui (excitaui) *te: ibi corrupta eſt* (concepit te, *mater tua, ibi violata eſt* (parturit) *genitrix tua.*

6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculũ ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio. Dura ſicut infernus æmulatio* (zelotypia) *lampades.* (prunæ) *eius lampades* (prunæ) *ignis atque flammarum.* (flamma Domini)

7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent* (inundabunt) *illam: ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.* (contemnendo contemnet eum.)

8. *Soror noſtra parua, & vbera* (ſadaim) *non habet. quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?* (quando fiet ſermo in ea.)

9. *Si murus eſt* (ipſa) *ædificemus ſuper eum propugnacula argẽtea: ſi oſtium eſt,* (ipſa) *compingamus* (muniamus ſuper) *illud tabulis cedrinis.*

Sponſa.

10. *Ego murus: & vbera mea* (ſadai) *ſicut turris,* (turres) *ex quo facta ſum* (tunc

Digitized by Google

fui) *coram eo quaſi pacem reperiens.*

11. *Vinea fuit pacifico* (לשלמה) *in ea, qua habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

12. *Vinea mea* (quæ mihi) *coram me eſt.* (ad facies meas) *mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.*

Sponſus.

13. *Quæ habitas* (ô habitans) *in hortis, amici auſcultant:* (ſocij attendentes ad vocem tuam) *fac me audire vocem tuam.*

Sponſa.

14. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnulóque* (vel hinnulo) *ceruorum ſuper montes aromatum.*

Series ac continuatio Cantici huius ad ſuperficiem conſiderati.

CAPVT I.

Textus. — *Paraphraſis.*

1. *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino.*

Illud eſt quòd hîc repræſentatur, feminam paſtoralis exercitij, & eam pudicitiæ ſummè cultricem, in tantam ſui abalienationem præ amoris erga ſuum ſpōſum impetu deueniſſe, diſertè vti ſuum exprompſerit deſiderium, quod erat, vt eam ipſe exoſcularetur. Ne tamen id quiſquam liberius dictum aliquanto à pud ea fœmina interpretetur; neminem de prolato verbo mirari vult, quod eam ipſi ſponſus amoris dederit ſignificationem, quæ eam à mente abalienarit. Etenim, ſiquidem eius efficacitatis eſt vinum (id quidem quo meus ſponſus inebriat ſuos) vt faciat homines extra ſui poteſtatem: quem mihi demonſtraſti amorem, ait ipſa cum ſponſo loquens, longè omnino efficacior is eſt ad ſimilem effectum perficiendum.

Amoris vis.

2. *Fragrantia vnguẽtis optimis oleum effuſum nomen tuum: ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.*

Qualis hic.

Addit verò amorẽ hunc, tametſi ita ſit arctiſſimus, pudicum tamen eſſe ſupra modum: adeóque de illo minus quid dignum ita non ſuſpicari licere, vt nullum ſit genus odoramenti (ambarum pura, aut quid exquiſitius) quod cum hoc amore contendere de fragrantia poſſit. Atque hunc nominis ipſius admirabilem odorem in cauſa eſſe, vt virgines quæ excellunt inter omnes pudore, in ſponſum eundem fuerint vehementer affectæ.

3. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum.*

Introduxit me rex in cellaria ſua.

Quam efficax.

Cùm igitur expoſuerit amorem hunc à libidinoſorum amoribus diuerſum eſſe quam longiſſimè; orat iam ſponſum, eam vti vulneret, ſagittis ſuis, quo eum velociſſima ſequatur, cuius veſtigiis inſiſterent multæ alia ſuaui quoque odore delinitæ.

A *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te:*

Indicant hæc omnia ſponſæ pectus hoc, de quo agitur amore ſauciatum; ſed quæ aueret vehementiſſime, vt vulnus illud altius penetraret, amoríſque adeò ſuauiſſimi, quem tanti faciebat, affectio creſceret magis magíſque. Beneficia ſingularia quidem alia fatetur ſponſa ab ſponſo ſe accepiſſe; verùm illud eſſe, quod tam ipſa, quam ſociæ præoptent, caſtiſſimam videlicet cum ſponſo coniunctionem. Quoniam ea reliquis, quæ nunc ac ſponſo dantur, ſuo iure ſit anteponenda.

& quorum ſit.

B Raram denique ebrietatem ſponſi amorem eſſe; ſed qui ſenſum amittat hac cauſa, hunc enimuerò ſenſum comparare; neque vllos eſſe qui perinde ſapiant, atque ſapiunt illi, quos amor hîc fecerit deſipere.

4. *Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

Ne verò ſponſæ obiiceretur, quî fieri poſſet, vt fœmina & colore & veſtitu deformis ab ſponſo amaretur; occurrit ipſa ineſſe ſibi ita nigrore formoſitatem, & ſub veſte vili nonnihil pulchritudinis latere & diuitiarum.

5. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim. quia decolorauit me Sol: filij matris meæ pugnauerũt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.*

C Neque verò nigredinem ſibi natiuam eſſe; ſed debitam ſolibus, quos pertulit paſcendo pecora: atque id vt fratres fugeret, qui eam vineæ ſuæ cuſtodiæ affigere ſtudebant.

Latens pulchritudo.

6. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

Et quidem id ſponſæ liquet, haberi ſe amore ab ſponſo ſuo: ſed integri diei mora ſibi eſt quàm longiſſima. Propterea cum ille, quippe paſtor, vt fingitur, turi eſſet meridiaturus; doceri ſe ab ipſo ſponſa petit de loco, vbi eum
D quæſitura ſit, ne fortè dum incerta deerraret, periculum ſibi ex ignorantia crearetur. (erat itaque, priuſquam domo ſponſus egrederetur, tempus matutinum.)

Amor impatiens moræ.

7. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos, iuxta tabernacula paſtorum.*

Ad hæc ſponſus eam (quam dicit excellere inter fœminas pulchritudine) hortatur, vt fidenter, dummodo ſibi ipſi non præfidat, paſtorum aliorum greges inueſtiget, ſuas dein præter eorum caulas collocet: ita demum ipſam ſuum paſtorem certo reperturam.

Ratio inueniendi ſponſi.

8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.*

E Iam verò non eſſe, cur illa timeat via delaſſari, adiungit ſponſus, quod abſit laſſitudinis periculum, ſibi conſtare, quippe qui ſciat, eam itineri & labori ſuſtinendo non mollem ac delicatam eſſe; ſed equitatui potius adſimilem, quo ipſe fuiſſet vſus quondam innominata illa ex Ægypto perfectione.

Stenſa alacris.

9. *Pulchra ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

Ad id porrò, quòd ſponſa nigram ſe & tenuiter veſtitã dixerat,

Faciei ornamentum.

Collum tuum ſicut monilia.

dixerat, reſpiciens, ait ſponſus, quæ faciem lacrymis identidem fluentibus ornaret, aliis vnionum lineamentis minime indigère: eius deinde collum diuerſo alio, quam ipſa putaret torque, quoque ille maxime caperetur, debere inſigniri.

10. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento (idem nuper dixerat tuttures.)

Neque enim vt mihi placeas, ſponſus ait, tuam vel opulentiam, vel pretioſam ſupellectilem, aut ornatum requiro. Nam ego ſic te exornabo, vt nihil vnquam ornatius eo, quo te donauero, viſum ſit vel locupletius, vel elegantius. peregrinum quid excogitatum habeo, aureas ſcilicèt murenulas argento vermiculatas.

Amor quàm gratus.

11. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

13. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

Vt verò tantam reponat ſponſo gratiam, ait ſponſa, magnificentiſſimi conuiuij ſponſi ſui paratum ipſam in ſeſe recipere: effuſuram nimium ſuauiſſimos odores: cibos adhibituram lauros: potum guſtui vniuſcuiuſque accommodatum, conditura admirabili & odorata præbituram.

Fidelitas ſponſa.

14 Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es; oculi tui columbarum.

Sponſæ animo ſibi fideliſſimo elatus ſponſus pulchritudinem internã, quam ea verbis prodiderat, ſemel & iterum ſyncere commendat, putámque illius erga ſe ſponſum fidem dicit eſſe columbinam.

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus.

16. Tigna domorum noſtrorum, laquearia noſtra cypreſſina

At at, reddit ſponſa, tu verè pulcher es, ipſa quin etiam ſuauitas & pulchritudo.

Certè tu mihi ſolus inter incommoda omnia & laborioſa pro quiete es ſuauiſſima, pro deliciis, pro maieſtate pluſquam regali.

CAPVT II.

Textus. — ***Paraphraſis.***

Sollers amor.

1. Ego flos campi & lilium conuallium.

Finiuit modò ſuum ſponſæ ſermonem, confirmans, qui pulchritudine ac ſuauitate polleat inſignite eſſe ſuum ſponſum haud dubiè. At hæc ipſe rependit vices, ſolertiam ſponſæ commendans, laborémque: quibus, quia illa non pepercisſet, ſponſum per agros quæritans, per conualles; tandem cognouiſſe ſui ſponſi dotes.

2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

Atque ita factum vt de illis ea multum participaret; tantúmque ſic fœminis præſtaret aliis, quantum ſentibus lilium.

3. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.

Immò verò, reponit ſpõſa, tua mihi conſuetudo eximio eſt cum ſolatio, tum fructui: quippe tu mihi arbor es vitæ; reliqui verò homines ligna ſylueſtria, quæ ligna meta ſunt.

A

Sub vmbra illius, quem deſiderauerã, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Et verò quieſcens ſub hac arbore, ſub protectione & deliciis mei ſponſi quam dulciter ego affecta animo ſum.

Vis deliciis

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit me in charitatem.

Id quod iam tum ſum experiens, cùm me meus introduxit in apothecam vini, ibique conuiuio magnificentiſſimo excepit.

5. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.

Huc verò vbi peruenit ſponſa, ſentit ſe præ affectionis erga ſponſum impetu langueſcere; atque vt ne deficiat prorſus, afferri ſibi

B

cito de floribus, fructibúſque arboris illius petit.

6. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Hic accurriſſe ſponſum, amplexúque ſuauiſſimo eã implicaſſe, teſtatur ſponſa; ſed id ſibi non contigiſſe, quoad ipſe caput ſponſæ læua ſuſtentaſſet.

7. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vſque ipſa velit.

Tunc ille, ſponſa ſuauiſſimè obdormiſcente, ad comites conuerſus, per rem, quæ illis chariſſima eſſe deberet, ſeriò admodum obteſtatur, ne auderent illius interpellare ſomnum, quoad hic ſponte ſolueretur.

C

Amoris ſtudium & artes.

8. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.

9. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.

In hæc abiſſe fingitur ſponſus, rediſſe verò mox quàm ocyſſimè capreæ aut hinnulo adſimilis, qui de monte proſilit in montem, de colle in collem: neque verò ſpectandum ſe tunc perſpicue præbet ſponſæ; quam tamen ipſe deliteſcens contemplatur: ab eo tunc hoc illa nouum mandatum accepit.

10. Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea & veni.

D

Nimirum vt egreſſa ſtatim, poſt alio ſe conferat properato.

11. Iam enim hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit.

12. Flores apparuerunt in terra noſtra, tẽpus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra.

13. Ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum.

Plura ad id proponit ſponſus illectamenta. nam poſt aptas ei promouendæ blanditias verborum, oſtendit tempus veris opportunum: vocare ſe ad electum ſolum, quod multa florum & fructuum erumpentium inter ſuauiſſimos cantus copia perliceat.

E

Surge amica mea, ſpecioſa mea & veni.

Et, quia columbam indigerauit, ait inſtructum ſe iam, vbi niduletur, neceſſarium habere: atque auere ſe ibi amatæ voce, & pulchritudine frui.

14. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: id eſt, oſtendes, ſonabit, *vox enim tua dulcis & ſpecies tua decora.*

Miſcet inter hæc exhortationem, pro iis capiendis feris, quæ, niſi eas emoliretur, tantam demoliri poſſent fructus ſpem.

15. *Capite*

15. Capite nobis vulpes paruulas,quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.

Amor obediens.

16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.

17. Donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ. Reuertere,ſimilis eſto,dilecte mi, capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes Bether.

Sponſi voci omnino ſe ſubmittit ſponſa, quod videat id e ſua re maximè futurum, recipitque, illi ſeſe numquam non obſecundaturam. Canit interea, qualis in hac ſua profectione ſponſi conditio futura ſit.

CAPVT III.

Textus. / *Paraphraſis.*

Negligentia mala.

1. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.

2. Surgam & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum & non inueni.

Verùm primus ille ſponſæ ardor,ſuo placendi ſponſo,malum,remiſit planè: & ei ingens deſidia ſucceſſit. Eam ideò ſponſus indignatus deſeruit.

Re tandem animaduerſa, cum illa ſponſum quæritaret minime reperit.

Eius excuſatio.

3. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidiſti.

Nocte igitur intempeſta abiecit lectum, ac foras ſe proripiens, nullum non mouit lapidem qua oberrando, qua rogitando, vt ſuum ſponſum offenderet.

Fructus diligentiæ.

4. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Tali itaque ſtudio ac opera nacta demum, fortiſſimè chariſſimum ſponſum apprehendit, certa nimirum eum in matris ſuæ domum perducendi.

5. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas,ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.

Quo facto, priſtinas erga ipſam ſponſus delicias repetiit: quibus vti ſponſæ frui liceret per otium,iterauit ille priorem obteſtationem.

6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij.

7. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël.

8. Omnes tenentes gladios. & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

Quantum hîc profecerit ſponſa, declarat hæc chori interrogatio, raram illius progreſſionem demirantis: confirmantiſque, illam inſtar habere lecti, vbi eius ſponſus quietam capiat dulcem comprimis ac tutam: quippe quem cuſtodia ſelectiſſimorum militum communiat.

A *9. & 10. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.*

10. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.

Amoris triũphus.

Elatus demum ſponſus mutuò ſponſæ amore omnibus ſignificationibus declararo, vt triumphet regis in morem ampliſſimi, cum ſumma & gloriæ & magnificentiæ oſtentatione, ad triumphum neceſſaria, ſellam præcipuè triumphalem adornat.

11. Egredimini, & videte filiæ Sion regem Salomonem in B *diademate quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius; & in die lætitiæ cordis eius.*

Atque inſtructa iam pompa celeberrima, elata chorus voce inuitat & exhortatur ad eos, ad quos attinet (& ſunt illi innumerabiles) hæc celebritas: vt eam frequentiſſimè ac lætiſſimè peragant, conueniant, perfruantur ſponſi regis ac reginæ ſponſæ aſpectu, pulchritudine, magnificentia, ac maieſtate rariſſimis.

CAPVT IV.

C

Textus. / *Paraphraſis.*

Pulchritudo ſponſæ.

1. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.

Sponſus facer vbi puellam, ſibi deſponſam acceptiſſet, & nuptias celebraſſet,eius pulchritudinem & muliebrem mundum contemplatus, hæc ita comparationibus ex re vſus paſtoritia deſcribit.

Oculi pulchri.

Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet.

Auſpicatus ab oculis, tam in his, quàm in cauſa eorumdem volandi candorem commendat, caſtitatémque.

Capilli.

D *Capilli tui ſicut greges caprarum,quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

In crinibus, quod ſint bene promiſſi.

Dentes.

2. Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.

In dentibus alacritatem laudat & auiditatem mandendi ac communicandi ſtomacho cibi.

Labia.

3. Sicut vitta coccinea labia tua:& eloquium tuum dulce.

In labiis, ſuadam inibi ſeſſitantem.

Mala.

Sicut fragmen E *mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet.*

In malis verecundiam.

Collum.

4. Sicut turris Dauid collum tuum,quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

In torquato collo erecta obedientiæ trophæa.

Vbera.

5. & 6. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs.

In vberibus alendi vim admirabilis virtutis, nulliſque laboribus, aut vexationibus interruptæ.

Inde

Digitized by Google

6. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Corpus totũ.

7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Inde ad corporis totius compoſitionem deueniens, eam verbo pronunciat pulchram maximè, & numeris omnibus abſolutam.

Robur.

8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Illam deinde inuitat ad venatum, cui tamen exercẽdo, cum leonibus quippe agendum ac tigribus, egregia virtus neceſſaria ſit. verum tamen bellè ipſi accidere, quod ſponſum iugiter habitura ſit tutelarẽ: vt proinde nihil ſit omnino, cur timere debeat; atque hinc potiùs glorioſa corona, ex patientia ſcilicet ac robore ſit beanda.

Virtus oculorum & crinium.

9. Vulneraſti cor meũ, ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Hanc porrò tantam gloriam addit Sponſus, Sponſæ acquiſitã alterutro ex duobus ipſius oculis, alterutra itidem ex duobus circuitionibus torquis ipſius.

Qualis deditio.

10. Quam pulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

Quibus licet plurimum capiatur, capi etiam vehementer eius erga ſe deditione ex amore perfectiſſima: quam vtpote odorem longè, latéque diſpergentẽ quolibet ſapientiæ vino defæcatiſſimo pluris faciat.

Lingua dotes.

11. Fauus diſtillans labia tua ſpõſa, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Coniungit deinde raras linguę ipſius ſuauiſſimæ dotes cum veſtium eiuſdem egregia fragrantia.

Tota ſummũ amabilis.

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypricum nardo.

14. Nardus & crocus fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

15. Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum tuum, & fluant aromata illius.

Illam denique comparat obſerato horto, & fonti ſigillato: laudes huius ſui & horti & fontis adiiciens, auram demum ſuauem expetit horto ſuo, deprecans flabra horrida.

CAPVT V.

Textus. *Paraphraſis.*

1. Veniat dilectus meus in hortum ſuũ, & comedat fructum pomorum ſuorum.

Orat ſponſa conſequenter ſponſum ſuum, vt quod ita celebrauit viridarium, illud petat alacer, beata ipſius copia pomorum liberè perfruiturus, ſiquidem quidquid ibi ſit, totum illius ſit.

Veni in hortum meum ſoror mea ſpõ- A *ſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

Ad hæc Sponſus veniſſe, inquit, ſe iam, atque omnibus horti deliciis iucundiſſime pauiſſe ſeſe.

Sponſa degener.

2. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſantis: aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei B *guttis noctium.*

Verùm mox illa, malum ſponſi oblita amantiſſimi ſomno ſe inerti commiſit: is tamen non ita illam occupauit, quin fores pulſantem ſponſum, tenerrimáque monumenta amoris memorantem quippe dormiuigil audiret.

De ea ſponſi cura.

3. Expoliaui me tunica mea, quo modo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

4. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Ea reſipiſcit.

5. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt C *myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.*

Ad hæc deſcribitur ſponſa, ne abiret de lecto, inepte cauſata. Et quemadmodum ſponſus ſiue per fores ſiue per feneſtellam immittens manum ſponſamque vel ſonitu, vel arundine. v. c. cõtingens excitarit, & ad ſurgendum coegerit. Illa vero ſeu pulſata, ſeu ſtrepitu commota, metu ſe inquit ac pauore principio correptam, ſed ſtatim, quod ſponſus eſſet, intellexiſſe, atque ad aperiendum illico ſurrexiſſe: atque inter hæc myrrhæ odorem admirabilem in loco illo perceptum fuiſſe: hac myrrha delibutam reliquit ſponſus partem ianuæ, quam contigit, itaut eiuſdem attactu ſtillauerit per ſponſæ digitos.

Quærit ſponſum.

6. Peſſulum oſtij aperui dilecto meo, at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: D *quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.*

Atqui, reſeratis foribus, illa iam ſponſum non inuenit, abierat enim. Et quoniã ſponſam ille ſuis verbis inflammarat amore ſui; ea ſtatim inſequens egreditur domo per vias, clamore proſequens foret, an reſponderet.

Ob id vapulat.

7. Inuenerunt me cuſtodes qui circumeũt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.

Inter hæc incidit in ciuitatis cuſtodes, à quibus, & dolore intimo affecta, & pallio etiam fuit ſpoliata.

Creſcit affectus.

8. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meũ, vt nuncietis ei, quia amore langueo.

Ac demum, cum non reperiſſet, Ieroſolymitanas fæminas orat, vt ipſæ etiam quærendo ſponſo operam dent.

9. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pul- E *cherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?*

Illum autem vt agnoſcerent, de ſponſi rogata ſignis, hæc profert.

Dat ſigna ſponſi.

10. Dilectus meus candidus & rubicũdus, electus ex millibus.

Præſignem illum eſſe colore candido ac rubro.

11. Caput illius aurum optimum.

Aurea ornatum corona.

Comæ illius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.

Nigros crines habere, & ſumma cum elegantia criſpos.

12. *Oculi*

Digitized by Google

12. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Oculos, columbis albis adſimiles munditie præſtantibus & candore.

13. Genæ illius ſicut areolæ aromatū conſitæ à pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.

Summam vultus hilaritatem, verba cum mira comitate altiſſimæ plena philoſophiæ.

14. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.

Manus inſtar aureorum annulorum in gemmas hyacinthos deſinentium.

Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.

Lactea viſcera, & ingenium prorſus cæleſte.

15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.

Præualidam à genibus deorſum elegantiam. Aureum calceatum.

Species eius vt Libani, electus vt Cedri.

Totam compoſitionem admirandam.

16. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis.

Ac denique ſponſa illum ait Chryſoſtomum eſſe, & habere nihil quod non rapiat cor.

Talis eſt dilectus meus & ipſe eſt amicus meus filiæ Ieruſalem.

Et adiecit, conſtare ſibi de ſponſi erga ſe amore, quamuis ille abierit.

17. Quo abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

Tunc illę, quibuſcum ſermo, petunt ab ſponſa iterum locum, quo deflexerit ſponſus.

CAPVT VI.

Textus. — *Paraphraſis.*

Sponſus vbi reperiendus.

1. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolā aromatum, vt paſcatur in hortis & lilia colligat.

Reſpondet ſponſa putare ſe, certum quemdam ſuum hortum ſponſum petiiſſe, vbi & ſe oblectet & lilia colligat.

2. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.

Eo igitur conferunt ſeſe, ſponſoque inter lilia reperto dicit ſponſa, inter ipſos quidem, cum adeo liliis delectetur ille, bellè conuenire, & eam ipſi ſponſo natam, ipſum autem ſponſæ.

Laudatur ſponſa.

3. Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Tunc eam ſponſæ de pulchritudine commendat, fortitudinéque.

Cum admonitione.

4. Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.

Monet tamen, vt deinceps intentis illum oculis ſponſa ne intueatur; quod is intuitus malum abſentiæ ſponſi creare natus ſit.

Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

Atque iterum crinium, illius dētium, & malarum

A

5. Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.

repetit commendationem.

6. Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis.

7. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.

8. Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.

B

Adiungit porrò, quemadmodum, quam Salomon inter tantam vxorum & adoleſcentularum vim pręcipuè amabat, ea erat, quæ in hunc dialogum inducitur; ita quā illa adumbrabat Salomonica, hanc quidem in deliciis Deo eſſe, & merito, vtpote quæ abſque ſimili ſit, *Simplex, perfecta, electa.* *Laus maxima.*

Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.

9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Ac propterea reliquæ præſtantiam illius inter omnes agnoſcant, deprædicent concordes, dicantque admirabundæ: Eequæ nam ſit iſthæc fœmina; cuius cum venuſtate ſumma contendit fortitudo.

10. Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallii, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

C

Hic illa ab ſponſo inuitata hortum concedit, vt viſendis qua pomis, qua floribus oblectaret ſe. *Ruſticatio.*

11. Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

Quod vbi principes; & populares reliqui agnouerunt, inſtruxerunt comitatum reginæ quam ſplendidiſſimum; ſic vt illa pompæ conſideratione defixa prorſus, nil eorum, quorum videndi cauſa exiuit, animaduerterit. *Cum pompa.*

12. Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

D

Reuerſis ad Regiam ſponſis, inſtruitur animi cauſa chorea: petit ſponſus ab vna ex aliis reginis ipſi & Reginę principi chariſſima, vt ea ad ſaltationem, quæ fit ad numerum, egreſſa, per locum illum vna atque altera ambulatione incedat, quod illam contemplari velit ac deſcribere. *Reditus ad regiam.*

CAPVT VII.

Textus. — *Paraphraſis.*

1. Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?

Cùm autem obſequens deambularet, eius inchoat commendationem ſponſus, ab inceſſus alacritate, conſtantia, menſura, *Laudatur ſponſa.*

E

Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis!

Seruatis in ſingulari quodam amorum tripudio, ſic vt in ea ſaltatione reginam ſe probaret.

Iuncturæ femorū tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis.

Tam facilè, ac petitè ab ea confici quamlibet mutationem, quàm facile flectatur torquis.

2. Vmbilicus tuus crater tornatilis,

Atque hanc ſponſam ſortitam fuiſſe eiuſmodi conſtitu-

nunquam indigens poculis. ſtitutionem, quæ poſt agitationem multam ſiti non premeretur: quod aureum ſupra vmbilicum monile cũ cryſtallo in formam vaſis aqua pleni repræſentabat.

Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. Talaris tunica deſcribitur, quæ ad ventrem eleuato opere cumulos tritici imitabatur, cum limbo ex liliis acupictis.

3. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Cum vbera commendat, reſpicit huius choreæ peculiarem rationem.

4. Collum tuum ſicut turris eburnea. Laudat collum à candore, & ab erecta poſitione ſaltanti ad elegantiam neceſſaria.

Oculi tui ſicut piſcina in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Oculos à placidiſſima ſerenitate.

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. Naſum ab olfactus præſtantia inter ſaltandum ſignificata.

5. Caput tuum vt Carmelus. Caput illius ſponſorum ritu concinnato ex floribus & herbis carmelicis ſerto redimitum comparat ipſi Carmelo.

Et coma capitis tui ſicut purpura regis vincta canalibus. Capillicium hyperbolicè dicit, purpuræ Tyriæ, cum è canalibus ſuſpẽſa liquorem ebibit, colorem referre.

6. Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in deliciis. Ornat ſuperiora ſponſus hoc epiphonemate: Quam ô Sulamitis meos oculos & animum iſto bellico tripudio tam graphico, ſerto, capillamento & reliquis cepiſti.

7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris. Totũ dein corporis habitũ palmæ aſſimilat, quæ vitẽ habeat ſibi maritatam.

8. Dixi: Aſcẽdam in palmam, & apprehẽdam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorũ. Addit propterea, certum ſibi eſſe hãc palmam ſubire, eius vti carpat & potiatur deuotionis fructus: atque inde illa egregium ſuorum vberum ſuccum, & oris ſuauem halitum diffundat.

9. Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum. Laudationi ſuæ Sulamitis ponit colophonem ſponſus, inquiens, nullum omnino eſſe tam laudatum genus vini, quod cum illius cantu de ſuauitate queat decertare: atque iis, quos ipſe plurimum amet, ita ſingulariter fauere, vt muſicæ illius participes ſint.

Laudata reſponſo. *10. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Tantis porrò amoris ſignificationibus onerata ſpõſa verbo reſpondet prudentiſſimè: quidquid illa habeat, nõ ſuũ, ſed verò ſpõſi eſſe: atque eo ſe potiſſimũ gloriari, quòd eius dicto audiens prorſus ſit.

11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ, commoremur in villis. Et quæ ſponſi ſenſerat in ſe beneuolentiã, ab eo petit: vt eam ipſe ferat ſecum in ruſticanũ prædiũ, quo vterque vitam agat in pago.

12. Mane ſurgamus A *ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.* Vbi manè ſurgentes, primò viſant, quid polliceantur prouentus vites, granatæ mali, arbores reliquæ: atque ibidem totã ſe amori ipſius, ſanctiſque amplexibus impendat.

13. Mãdragoræ dederunt odorem. In portis noſtris omnia poma noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi. Atque ideo ſponſum ad prædium inuitat, vt eum ibi deliciis omnibus paſcat ruſticanis, mandragoris odori guſtuique iucundis, pomorũ omnium illic copioſè prouenientium varietate: è quibus recipit, ſe gnauiter ſponſo ſepoſituram,
B ita, vt veteres fructus contingant nouos.

CAPVT VIII.

Textus. *Paraphraſis.*

1. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ; vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat. Nunc ſponſa, cur optarit, vt in villam aut pagum ſe reciperent, rationem reddit: quia in vrbe nimis verita, quid alij dicerent, in amoris erga ſponſum ſignificationibus cauta erat. Dicit ergo hanc ob cauſam: vigerẽt vti- Ingens amoris ſignificatio.
C nam inter homines veritas ac bonitas, ita vt liceret mihi meũ erga ſponſum amorem, quandoquidem ita eſt ille ſanctus, ſotis, in medio foro ſignificare, ea nimirum ſimplicitate, qua ſoror eſt erga lactentem fraterculum, quem minimè refugit publicè diſſuauiari. Aut ſic ſpõſę verba capi poſſunt. O ſi in meo ſponſo amando tam eſſem animoſa, tamque libera ab elationis metu, in media vti via eius me captam amore poſſem declarare, ſic vt minime morarer intuentes.

2. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis & dabo tibi
D *poculum ex vino cõdito, & muſtum malorum granatorum meorum.* Sed quando non ita ſe res habet, certè quidem ô domine, traheris à me apprehenſus in maternã domũ: vbi ſedens ad tuos pedes ego magiſtrum te habebo; tu rurſus guſtus me tui nonnihil curatricem.

3. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Huiuſcemodi delicias aliud ſequitur ſponſæ deliquium cordis; quod cum illa præſentiſceret, ſolitam ab ſponſo precatur beneuolentiam, capitis ſcilicet læua ſuſtinendi, & amplexandi dextera. Effectus inſignes.

4. Adiuro vos filiæ Ieruſalem ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Illa ſic remanet capta ſopore dulci. hunc verò vt interturbet nemo, ſponſus cauet ſolita obteſtatione.

E *5. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.* Cùm poſthæc ſponſi in vrbem fuiſſent reuerſi (nam hactenus in horto & agro fuiſſe, liquet ex ſuperioribus) ſeritur paſſim & cum admiratione ſermo de ſingulari illo ſponſi in ſponſam amoris documento: quod eam ſertorum varietate viſendam præiens ipſe manuduceret, & ne laberetur, pro ſcipione ſuſtentaret, ſic enim vrbem inierunt.

Sub arbore malo (*μῆλον* vocatur ar- Hic ſponſus ſponſam monet, vt meminerit totam Sponſi monitio.

O ipſius

Digitized by Google

bor quæuis) *ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.*

ipſius proſperitatem ac gloriam ex celebris cuiuſdam arboris vmbra ſibi manaſſe. A

Exhortatio. *6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuũ, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

Hortatur itaque ſponſam ad tenendam perpetuò memoriam huius beneficij cordi impreſſam: vtque ipſum pro armillis in brachiis, & in pectore geſtet pro monili: recordata nimirum quantus in ſe fuerit ſponſi amor, quantúmque illud beneficium cùm eam adhærens ipſe arbori ſponſam accepit.

Quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis atque flammarum.
7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.

Et cõtemplata per otium; B ſponſi erga ſe amorem & zelum robore ipſimet morti & ſepulturæ pares fuiſſe: & vaſtiſſimo incendio, quod vel integra flumina non extinguant, perquam ſimilem.

Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ (id eſt, quidquid poteſt dare) *pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.*

Et, quod longè plus eſt, tanto exhibito amoris argumento, affectum fuiſſe multo maiorem: quoniam quæ effecit omnia ſponſæ cauſa, tam magna illa quidem, exiguum quid ipſe C reputarit.

Cura de ſponſæ ſorore. *8. Soror noſtra parua, & vbera nõ habet quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?*
9. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.

Cùm aduerteret deinde ſponſus ſuam de ſorore paruula feliciter elocanda ſpõſam ſolicitam; eam hac oratione pacat: Paruula, inquit, tua ſoror connubium feliciſſimum ſortietur, ſi ſe ianuæ ſimilem præſtiterit; ſed idem ſponſę ſuę felicitatem volens innnere, eum eſſe ait longè feliciorem, qui ſe muri inſtar exhibuerit.

10. Ego murus: & vbera mea ſicut turris ex quo (ſcilicet tempore, vel propterea quod) *facta ſum coram eo quaſi pacem* (rerum abũdantiam) *reperiens.*

Intulit continuò ſponſa: Equidem conabor, vt muri D imaginem repræſentem; eos prætereà, quos ego præcipue amo, faciam, vt ad turrium dignitatem aſpirent: nam hæc compendiaria ratio eſt pacis indipiſcendæ.

11. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos, tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.
12. Vinea mea corã me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.

Adiungit eadem, vineam ſponſi inſignem, quam is olim locatam habuiſſet: & ex qua copioſum redditum collegiſſet, cum bono conductorum operæ pretio; ſe nunc pro deſiderio quo teneretur gratificandi ſuo ſponſo, vt ſollerter excoleret, recepturam: quod videlicet conſideret, id è re fore ſui ſponſi, atque adeo ex propria ipſius cultricis. E

Inuitatur ad canendum ſponſa. *13. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.*

Inter hæc fingitur ſponſus egreſſus foras, reuerſúſque cum amicis, quibus fauere vellet ſuauiſſimo ſponſæ cantu, ab ea, quæ tunc in hortis domeſticis verſabatur, amanter petere, vt auſcultantibus copiam faciat ſuæ vocis.

14. Fuge dilecte mi & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorũ ſuper montes aromatum.

Annuit illa libentiſſimè, *Obedit.* licet non ignara, quanti ea cantio ſibi fuiſſet conſtituta, ſed poſtponit omnia ſponſi voluntati, quem ſciret ſecum vbique habituram.

Acoluthia literalis ſenſus Cantici Canticorum Salomonis: qui eſt de Eccleſiæ Chriſtianæ perfectione poſt acceptum Spiritum ſanctum.

CAPVT I.

De Eccleſia primitiua.

Textus.	*Paraphraſis.*

1. Oſculetur me oſculo oris ſui; quia meliora ſunt vbera tua vino.
2. Fragrantia vnguentis optimis. Oleũ effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Ardenter optat Eccleſia *Exordium ab affectu Eccleſiæ primitiuæ.* primogenita Chriſto ipſo, cuius guſtauerat ſuauitatem, magis ac magis per charitatem frui: quam eo fruendi delectationem præfert liquidiſſimæ voluptati ſapientiæ reuelatæ.

3. Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te.

4. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.
5. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: Vineam meam non cuſtodiui.

Et Iudaicæ quidem per- *A Iudæis vexata.* ſecutionis tempore gloriatur in tribulatione: quamuis coacta ſit vrbibus relictis, per agros errare montéſque.

6. Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

Sponſo tamen ſignificat, *Eius deſiderium.* ne multi Chriſtiani, ingraueſcente perſecutione, fidem deſerant, timere ſe: atque adeo optare ab infidelibus abſconditam frui quietis otio, & contemplationis dulcedine.

7. Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregũ, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Verùm ab illius otij deſi- *Voluntas Chriſti.* derio vocatur à Chriſto ad conuerſionis animarum negotium.

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.
9. Pulchra ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia.
10. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.
11. Dum eſſet rex in

Quare audita Dei voce

viæ

Digitized by Google

[Deliberatio Eccleſiæ.]

accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

12. Faſciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.

vitæ exemplo & crucifixi prædicatione rem agendam ſtatuit: agnoſcitque id eſſe gratiſſimum Chriſto:& pro illo labores omnes ſibi ſuauiſſimos eſſe confirmat.

13. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noſter floridus.

16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

CAPVT II.

Vlterius de eadem Eccleſia primitiua, & de commigratione illius ad gentes.

Textus. / *Paraphraſis.*

[Chriſti commentum.]

1. Ego flos campi, & lilium conuallium.

2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

Suauitatem illã in Chriſto docet ipſe ab iis percipi duntaxat, qui crucem ipſius amplectuntur: ſponſam verò non percepiſſe modò, ſed Chriſti etiam odorem poſt-quam ab illo fuit exſtata, latè diffudiſſe.

[Acceptio, & gratitudo Eccleſiæ.]

3. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. ſub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Reſpondet illa, felicitatem ſuam ab ipſo promanare totam, agnoſcitque illius erga ſe, tum in commutatione ſapientiæ, tum etiam in amplexibus & charitate, benignitatem profuſiſſimam.

4. Introduxit me in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem.

5. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.

6. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

[Prima adiuratio Chriſti. Chriſti monitio.]

7. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam quoad vſque ipſa velit.

Sed in hac primitiuæ Eccleſiæ beatitate monet Chriſtus fore vt pulchra illa pax ab ipſiſmet Chriſtianis per ſchiſmata & hæreſes perturbetur.

[Vocat ad Gentiles.]

8. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.

Deinde perſecutione Iudæorum recrudeſcẽte, Chriſtus ſponſam, ad Gentes vti commigret, inuitat.

9. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.

10. En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.

11. Iam enim hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit.

12. Flores apparuerunt in terra noſtra,

Commemoratiſque primitiis, & ſpe vberioris fructus propoſita ſuadet Euangelij prædicationem.

A *tempus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra.*

13. Ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni.

14. Columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

15. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nã vinea noſtra floruit.

[Illa obſecundat.]

Et victoriam quidem de mundi ſapientia ſponſę pollicetur.

16. Dilectus meus mihi, & ego illi qui

B *paſcitur inter lilia.*

17. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorũ ſuper montes Bether.

Ad hæc illa in ſuo ſponſo confidens ei ſe præſtat audientem: & quamus perſecutiones à Gentibus crudeliſſimas excitandas præuideat; earum ſe nihilominus exultans obiicit furori: in quibus mirificum Chriſti fauorem experitur.

CAPVT III.

C

De negligentia poſt perſecutiones, de pœnitentiæ feruore, & de exaltatione Eccleſiæ in Gentilitate.

Textus. / *Paraphraſis.*

1. In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.

[Remiſſio Eccleſiæ in amore.]

Poſtea verò ex perſecutionũ intermiſſione remiſſio in amore Chriſti per occaſionem pacis irrepit.

2. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæ-

D *ram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.*

[Recuperatio.]

Quæ tamen remiſſio feruore pœnitentiæ breui expulſa eſt: & ad expiandam culpam, maior additus charitatis ardor vſque ad perfectiſſimam cum ſponſo coniunctionem:

3. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quam diligit anima mea, vidiſtis?

4. Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

5. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſque cam-

E *porum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*

[Secunda adiuratio Chriſti. Chriſti monitum.]

Rurſus verò in hac Eccleſiæ Chriſtianæ felicitate monet Chriſtus, Eccleſiæ pacem ab ipſiſmet Chriſtianis per ſchiſmata & hæreſes perturbatum iri.

6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij.

[Roboratur Eccleſia.]

Sed nimirum ex eorum hæreſum conflictu (quæ Dei eſt bonitas) catholicorum ex Gentilitate fides ac religio in ſtatum euaſit robuſtiorem cum ſuauiſſimo Chriſtiani nominis odore.

7. En lectulum Salomonis ſexaginta for-

[Exemplo & doctrina.]

Et vitæ quidem exemplo acceſſit excellentiæ doctri-

O 2 næ

tes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël.

næ ad defendendam catholicam veritatem.

8. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

Roma publicè viget.

9. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani.

10. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureũ: media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.

Ac tandem Chriſtianæ gloriæ ex publico religionis exercitio in vrbe Roma cumulus adiunctus eſt. Atque tunc Romanam ſibi Eccleſiam, ſponſam, tanquam reginam vtique publicè Chriſtus copulauit.

11. Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAPVT IV.

De laudibus Eccleſiæ Romanæ antiquæ.

Textus. *Paraphraſis.*

Romana fides & reliqua virtutes.

1. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum abſque eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad.

Statim porrò ſponſus in eiuſdem Romanæ Eccleſiæ ſibi iam elocatæ laudibus exultat: ſed fidei caſtitatem, & deuotionis excellentiam in ea laudat ſingulariter.

2. Dentes tui ſicut greges tonſarum quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eos.

Diuitum Eleemoſynas; Prædicationis efficaciam; Morum honeſtatem.

3. Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet.

4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

Martyrum victoriam, & Miniſtrorum Euangelij admirabilem in perſecutionibus ſanctitatem.

5. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.

6. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

Addit immaculatam in multis conſcientiæ puritatem.

Promittitur victoria Imperij.

8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Et perfectam nouæ Romæ de Roma ethnica, ac de imperio vniuerſo victoriam promittit.

Propter SS. Petrum & Paulum.

9. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

Totius autem prædictæ gloriæ, quam noua Roma conſecuta eſt, originem Petri fidem & Pauli obedientiam fuiſſe confirmat.

10. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.

A

Ac ſubdit tametſi Romanæ Eccleſiæ ſapientia eximia ſit; maiorem verò eſſe eiuſdem & deuotionis, & exempli vitæ laudem.

11. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Atque in prædicatione cœleſtem eloquentiam cum exemplo vitæ coniunctam valde commendat.

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.

B

13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo.

14. Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.

15. Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Docet verò vtrumque referri debere acceptum ſuæ prouidentiæ ſingulariſſimæ. Cum ipſe virtutum omnium germina Romæ plantauerit, auxerit, cuſtodierit: ac doctrinæ puritatem auctoritate obſignauerit diuina: eidémque doctrinæ mirum incrementum & ornatum adiecerit.

C

16. Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata eius.

Eccleſiam deinde Romanam iubet pace frui ſic, vt diffuſo odore Chriſti ab illa ad ipſum pelliciãtur quamplurimi.

CAPVT V.

De ſubſequente negligentia, & de pœnitentia, ac vitæ reformandæ deſiderio.

Textus. *Paraphraſis.*

D

1. Veniat dilectus meus in hortum ſuũ, & comedat fructum pomorum ſuorum. Veni in hortum meũ ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meã cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Feruor Romanæ Eccleſiæ.

Ergo agnoſcens Romana Eccleſia, quantum debeat Chriſto, nil optat aliud, quã vt ille impenſi ab ea laboris fructu delectetur. Ipſe autem reſpondet mirificè delectari ſe quod ſponſa ſua virtutum exemplo ſacramentorum adminiſtratione, & excellentia doctrinę quãplurimis æternæ ſalutis cauſa ſit.

E

2. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Sed tepeſcit.

Et initia quidem eiuſmodi fuere: ſed enim poſtea refrixit charitatis ardor, & negligentiæ ſomnus ſponſam Chriſti occupauit. Tum verò ſponſus pulſare non deſtitit dormiſcentis fores.

Vrget Chriſtus.

3. Expoliaui me tunica mea, quomodo

Et quamuis illa primùm quidem fuerit validè reluctata

(*Vincit demũ.*)

induar illa : laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.

ſtata ; piiſſimus tamen Dominus perſtitit nihilominus in ea efficaciter commouenda ad quærendum ipſum toto opere.

4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.*

5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.*

6. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat, anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: quæſiui & non inueni illum, vocaui: & non reſpondit mihi.*

(*Romana Eccleſiæ ſtatus.*)

7. *Inuenerunt me cuſtodes, qui cuſtodiunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.*

8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.*

(*Exhortatio ad reliquas.*)

Tunc verò concionibus auditis, & exemplis Sanctorum obſeruatis, agnoſcunt Romani ac dolent, longè ſe à Chriſti imitatione abeſſe: atque adeò ſponſa cæteras Eccleſias alloquitur: & eleganter deſcribit qualẽ Chriſti imitationem in ſe ipſa optet ardentiſſimè.

9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum: qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos.*

10. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.*

Modeſtiam nimirum, quę externam ſpeciem componit, inſignem.

11. *Caput eius aurum optimum: comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus.*

Perfectam erga Deum charitatem & ipſius obſequio deuotionem.

12. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.*

Vigilantiſſimam de fidelium ſalute ſollicitudinem.

(*Imago Chriſti quã optat Eccleſia.*)

13. *Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.*

Gaudere in Domino ſemper: nec vanis ſermonibus delectari, ſed diuinis & ſalutaribus.

14. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus Sapphiris.*

Perfectis charitatis operibus effulgere in omni bonitate & diuinitatis ſplendore.

15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius ac Libani, electus vt Cedro.*

Indefatigabilis conſtantiæ gloria excellere; omnium necnon virtutum ſuauitate & ſolida celſitate.

16. *Guttur illius ſuauiſſimum & totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem.*

17. *Quo abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.*

Tunc verò cœleſtis eloquentiæ ſuauitate feras, & ſaxa ad obedientiam fidei ſubiicere. Atque hæc ea eſt imago Chriſti, quam & optat Eccleſia, & ab ipſo ſperat obtinere.

CAPVT VI.

De mira Romanæ Eccleſiæ in ſtatum priſtinum per Religioſos reſtitutione.

[Religioſorum nomine Apoſtolicos potiſſimum intelligo, eos nempe, quorum inſtitutum eſt Apoſtolos imitari.]

Textus. — ***Paraphraſis.***

1. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolã aromatum, vt paſcatur in hortis & lilia colligat.*

(*E cœlo ſunt ordines Religioſi.*)

In eo igitur cùm eſſet deſiderio Romana Eccleſia, agnoſcit illa, ac decernit deuium, Religioſorum ordinum inſtitutionem ad imaginis prædictę reformationem de cœlo eſſe delapſam; atque adeò in cœnobiis Religioſorũ Chriſtum delectari, ibique à cæteris quærendum eſſe.

2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.*

Magnas itaque pro ea inſtitutione ſponſa Chriſto gratias agit; & quia id inuenerit, quod vehementer optabat, maximè exultat.

3. *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.*

Chriſtus viciſſim de noua & pulchritudine & fortitudine ſponſæ gratulatur.

4. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt & de Galad.*

(*Laudes reformatæ Eccleſiæ.*)

De nouo item reuerentiæ erga diuinam maieſtatem exemplo valde ad ſalutem neceſſario. Ac dein exultans Chriſtus in reformatione Romanæ Eccleſiæ primùm laudat eius deuotionem.

5. *Dentes tui ſicut grex ouiũ, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.*

Necnon eleemoſynas diuitum, & Romanam morum honeſtatem.

6. *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis.*

7. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.*

Ac deinde quod primatus Romanæ Eccleſiæ à Religioſis ſtrenuè propugnetur, & prædicetur egregiè, in eo Chriſtus exultat.

9. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.*

Fore etenim ex eo, vt Eccleſię gloria & pulchritudo augeſcerent in dies, vna cum ſpirituali aduersùs hoſtes fortitudine.

10. *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.*

Verùm in tanta Romanæ Eccleſiæ gloria ac maieſtate dolet ipſa (id eſt, ipſius Pontifices) quòd cùm ad eum præcipuè finẽ illã Chriſtus euexerit, vt de antiquarũ Eccleſiarũ fructibus & de nouarũ floribus ſolicitè curet; externæ tamen gloriæ ſtrepitus, & ſplendor eximius (in quo pietas elucet Chri-

11. *Neſciui: anima mea conturbauit me*

 ſtia-

Digitized by Google

propter quadrigas Aminadab.

ſtiani populi) ita quandoque abſorbeat ipſorum Pontificum attentionem, vt vix ad ea, quæ Deus ſpectat præcipuè animum ſinantur aduertere.

Religioſorum ſeceſſus.

12. *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.*

Verùm enim verò Religioſa Eccleſia (id eſt, Religioſorũ cœnobia) ab eo humanæ gloriæ ſplendore libera eſt, atque ad eius laudes conuertitur deinde ſponſi ſermo; eo quod ad Dei gloriam & animarum ſalutem procurandam, Religioſorum, tanquam egregiorum adminiſtrorum opera Romana Eccleſia vtatur feliciſſimè.

CAPVT VII.

De bono ſtatus Religioſi.

Textus.	*Paraphraſis.*
1. *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum? Quã pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis? Iunctura femorum tuorũ, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.*	Laudes autem Religioſæ Eccleſiæ, quas congerit ſpõſus, huiuſmodi ſunt ſpiritualis militiæ inſtitutum Deo gratiſſimũ, Euangelicæ prædicationis pulchritudo, nouis Apoſtolis per orbẽ diſcurrentibus: eorum item ad has miſſiones, quoquouerſus à maioribus deſignẽtur, ſumma promptitudo.
2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis nũquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.*	Animorũ nihil ſibi ipſis optantium voluptas plena: in animalibus aliorum quã plurimis fructus vberrimus, & inſignis vitæ mutatio.
Laudes vitæ Religioſæ. 3. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.*	Optima ad perſecutiones ſubeundas in Euangelij miniſtris præſertim comparatio animi.
4. *Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.*	Præclara ſpiritus in Chriſto libertas: pulchritudo pacis Euangelicæ ab omni metu ſecura. In officio ſpeculatorum ſollertia inſignis.
5. *Caput tuũ vt Carmelus: & coma capitis tui ſicut purpura regis vincta canalibus.*	Fundatorum ac Prælatorũ excellentiſſima perfectio: Paſſionis Chriſti deuotiſſima meditatio.
6. *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima, in deliciis.*	Subdit denique ſponſus, prædictã Religioſę Eccleſię pulchritudinẽ contemplari, ſuas enimuerò delicias eſſe.
7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* 8. *Dixi: Aſcendã in palmam, & apprehẽdam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorũ.*	Notatque; in ea, cum ſanctitate (quæ ipſum vnicè delectat) ſpiritualis ſimul doctrinę ſcientiam, & fidelium inſtitutionem perfectã, mirum in modum augeri. Huic porro ſcientiæ odorem ſpiritus cæleſtis adiungi.
9. *Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad*	Atque inde vbertatem planè diuinam, & ſuauiſſimam efficaciam in concio-

A *potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.*	nes emanare.
10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*	Hæ Religioſæ Eccleſiæ laudes ſũt. Illa verò quo magis ſe ab ſponſo videt beneficiis obſtrictam, illi ſe ſubdit eo magis. *Quid repenat laudibus Eccleſia religioſa.*
11. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ, cõmoremur in villis.* 12. *Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.*	Ac propterea ad ignotas regiones optat proficiſci; vbi & Chriſto fruatur liberiùs & nouas ipſi Eccleſias fundet.
B 13. *Mãdragoræ dederũt odorẽ. In portis noſtris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.*	Etenim eiuſmodi exitus fore Chriſto D. quàm gratiſſimos, viri Apoſtolici confidunt.

CAPVT VIII.

De ſponſa fœcunda, & eius ſorore.

Textus.	*Paraphraſis.*
C 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugẽtẽ vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iã me nemo deſpiciat?* 2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.* 3. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*	Ea porrò ratione lucraturos ſe ſperant hi viri religioſi, quod ardentiſſimè exoptãt: id eſt, vt cõfirmati ac corroborati à Deo totos ſe Chriſto liberè per actualem nimirum & intimam vnionem tradant; atque adeò illi complaceant perfectiſſimè.
D 4. *Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*	Nunc verò etiã in hac Eccleſiæ Religioſæ felicitate, monet Chriſtus Eccleſiæ pacem ab ipſiſmet Chriſtianis, aut etiam monachis aliquot ex cucullatis ſchiſmatũ & hæreſũ proſeminatoribus perturbatum iri. *Huius etiam Eccleſiæ perturbatio.*
5. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectũ ſuũ? ſub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.*	Verumtamen magna ab hęreticis illata damna bonis multo maioribus compẽſat Chriſtus, nã eo ipſo tẽpore Religioſa Eccleſia lõgè melior, & Deo gratior euadit cũ euidẽtiſſimo totius Reip. Chriſtianæ bono. Et quia in Religioſos potiſſimũ deſæuiet hæreticorũ, nec non & Antichriſti perſecutio; hos ideo athletas ſuos ſuauiſſimè Chriſtus alloquitur, eoſque ad patiẽtiam, & amoris, quo eum proſequuntur, egregiam oſtenſionem, ſuo hortatur exemplo, & glorioſiſſimam per eos victoriam ſibi pollicetur. Ex quibus conſtat religioſæ Eccleſiæ præmium futurum in cœlis eximium. *Ad eam exhortatio Chriſti.*
E 6. *Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuum: vt ſignaculum ſuper brachiũ tuũ: quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius lãpades ignis atque flammarum.* 7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit ho-*	

Digitized by Google

mo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

& conſolatio.

8. *Soror noſtra parua, & vbera nõ habet. quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?*

9. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eũ propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.*

Sed habet Eccleſia Religioſa ſororem, ac de huius etiam gloria ſollicita eſt. Etenim Religioſa Eccleſia ſpõſa eſt fœcunda, quippe quæ multos Chriſto filios ſpiritualiter pepererit, atque enutrierit. Huius autem ſponſæ ſoror minor cenſentur ij, qui ad ſpiritualem vel generationem vel nutritionem electi non ſunt. Ad pleniorem itaque ſponſæ fœcundæ conſolationem addit ſponſus, magnam quoque illos manere gloriam, qui, vocati quamquam non ſint ad ſpiritualem filiorum generationem, doctrinæ quidem Euangelicæ perfectionem, aut Dei certè mandata cuſtodierint.

10. *Ego murus: & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

11. *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argẽteos.*

12. *Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.*

Adhæc autem reſpondet Religioſa Eccleſia perfectiſſimam doctrinæ Chriſti cuſtodiam ad ſe præcipuè ſpectare, & ad Euangelij miniſtros multo magis quàm ad alios. atque præter ſalutis propriæ curam, in proximorum etiam ſalute procuranda, Religioſis ad Apoſtolorum exemplar ſtrenuè laborandum eſſe.

13. *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuã.*

Tunc verò ſponſus eam, quæ Euangelij doctrinam, & proximorum ſalutem adeò diligit, exire iubet à contemplationis receſſu, eamque doctrinam euulgare.

14. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorũ ſuper montes aromatum.*

Atque illa quidem amplectens prædicandi munus, prçuidet perſecutiones illius occaſione excitandas: quas cum gaudio & ſpectat, & exoptat: memor videlicet verborum ſponſi: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Summæ capitum ſingulorum breuiores, in quibus per acroſtichidem ignis indicatur ille, cuius luce libri huius acoluthia perſpici potuit.

Cap. 1. *I* INcenſa Chriſti amore Eccleſia primogenita in ſponſi amplexibus; & in Iudaica etiam in perſecutione gloriatur; timet verò periculum: nihilominus tamen ad prædicationem Euangelicam animatur à Chriſto.

Cap. 2. *G* Gratia Spiritus ſancti repletur, & odore Chriſti flagrat: ſed hæretici infeſtant. Deinde Iudæorum renouata perſecutione ad Gentes commigrat. hæ itidem grauiſſimè infeſtantur.

Cap. 3. *N* Negligentiam poſtea irrepentem feruore charitatis expellit. ac tunc etiam eam hæretici diuexant. Verùm ex conflictu in ſanctitate & doctrina roboratur. Ac tandem publicum obtinet Chriſtianæ religionis exercitium in vrbe Romana.

A Admiranda dein Romanæ Eccleſiæ magnitudo triumphis, virtutibus, doctrina & pace florentis celebratur. Cap. 4.

T Triũphat in Eccleſiæ Romanæ feruore Chriſtus; ſed illam poſt cepit deſidiæ ſomnus. Sponſus verò dormientis fores pulſare non ceſſat; donec illam tandem ad ipſum toto corde quærendum, & perfectam imaginis Chriſti reformationem expetendam ac curandam efficaciter commouit. Cap. 5.

I Inſtitutio Religioſorum ordinũ mirificè prodeſt ad eam, quam optabat Romana Eccleſia inſtaurationem afferendam, & ad ipſius primatum propugnandũ prædicandumque. Cap. 6.

V Vita autem Religioſa, ad Apoſtolorum exemplar inſtituta adeò placet ſponſo, vt ea & laudanda, & viuis coloribus depingenda ſingulatim exultet. Cap. 7.

S Sponſi delicias Sulamitidem (id eſt, religioſam & fœcundam ſponſam) noui infeſtant hæretici. Verùm id in maius ſponſæ & ſororis ipſius bonum cedit; manérque ambas eximia gloria; ſed fœcundam ſponſam pro meritorum & perſecutionum magnitudine multo maior. Cap. 8.

An noſtra in libro Canticorum acoluthia recipienda ſit; & quædam pro tota expoſitione præludia.

AN hæc mea acoluthia vera ſit, vt efficiatur; pendet primùm ex toto diſcurſus corpore. Etenim nihil eſt cur accedatur propiùs ad intuendum, probéne, an ſecus textus ſacer meæ adaptetur cogitationi; niſi ſtet primùm plena quçdam de diſcurſu ipſo & argumento ſatisfactio. Verùm enim quod attinet ad diſcurſus & argumenti dignitatem, nullum profectò argumentum poteſt eſſe cordato homini antiquius, eo nullum aptius, quod de dilectione eſt Chriſti, eiúſque ſponſæ, ac de eorum veritate, quæ olim Eccleſiæ erant euentura. Ecquid amabo dignius Canticorum libro, quàm vt is agat de perfectione illa Chriſtianç Eccleſiæ ſublimi, poſtquam in eam ſacer Spiritus amoris in Chriſtum æſtum inuexit? In hoc porrò argumento quæ res nobiliores perfectione Eccleſiæ primitiuæ & Romanæ, perfectione item ac pulchritudine ordinum Religioſorum? Aut quid præteriri poterat ex his, quin argumenti de Chriſti & Eccleſiæ amoribus integritati ac plenitudini aliquid deeſſet?

Noſtri in hoc Cantico argumenti excellentia.

Huius ſanè diſcurſus prophetia ea eſt hauddubie, quæ digna expeti poterat libri Canticorum medulla. Atque de Chriſti & Eccleſiæ militantis amoribus momenti nihil videtur præteriri. Quòd ſi præterirentur vel ordinum Religioſorum fundationes, vel Chriſti cum Romana Eccleſia deſponſatio, vel cura, quam hæreſes & ſchiſmata myſticum Eccleſiæ ſonum obturbantia, Chriſto præbent; quodcumque ſanè ex his deeſſet, illud materiæ plenitudo deſideraret. Neque verò plenus tantùm eſt hic diſcurſus, ſed à carcere etiam ad calcem cum ordine ac conſequentia vnicum filum producens. Cùm autem hic ſenſus pro genuino Canticorum fuerit admiſſus, facile ſtatim apparet, cur hic liber (ſicut etiam Apocalypſis)

Cur ænigmaticus hic liber?

ſtilo ænigmatico fuerit conſcriptus. Quod Eccleſia, v.g. primogenita extrinſecus futura fuiſſet deſpecta, oppreſſa, ac diuexata; totam verò pulchritudinem intrinſecus fuiſſet habitura. Liquet autem veteris illius populi mentes minimè tunc aptas fuiſſe ad doctrinæ huius ſublimitatem. Ad hoc porrò adſtruendum alia ſe multa & meliora argumenta offerunt in ſtili ænigmatici conuenientia philoſophanti.

Ad dignitatem argumẽti textus ſuauiter vẽturus.

Sed deinde argumenti dignitatem textus explicandi ſuauitas comitari debet. Nam qui, vt producat ſui diſcurſus filum, affert textui violentiam; perinde facit, atque ille qui vt inſerat æreo filo globulos, hoc frangit. Equidem ſi textui vim adhibeo, operam in mea acoluthia perdidiſſe me fateor. Quòd ſi verſus ſinguli ſuas in diſcurſu partes excellenter ex mente ſapientiam implerent; hæc vnica eſſet meæ acoluthiæ commendatio. Illud mihi certè eſt in votis, vt in ſingulis quibuſque verſibus conſtruendis bonum quaſi auſpicem agã; ita, vt appareat textui cum mea intelligentia bellè vbique conuenire: & neque poſſe verſum ad ſenſum alium aptari melius; neque ad meam intelligentiam verba magis appoſita deſiderari. Atque de huius libri idem, quod de ænigmatum declaratione dicendum videtur: ex apta nimirum applicatione, & coagmentatione ſingularum inter ſe partium euidens exiſtere, in ænigmatum declaratione ab interprete fuiſſe collineatum. Eo nimirum argumento, quod, ænigmate non reſerato, illius inter ſe partes apte coagmentare omnes, haud fieri poſſe videatur.

Huius Cantici & ænigmatum vna exponendi ratio.

Metaphore aut allegoriæ decore vſurpanda.

Adiungendus prætereа ad argumenti dignitatem, & accommodatam litteræ applicationem decorus tranſlationum, vel allegoriarũ vſus. Neque enimuerò fit ſimile comparationem adhibitam à ſacro Spiritu ſacræ Scripturæ auctoritati indecoram. Atque ideo qui perſuadent ſibi petitam in ſponſæ laudibus comparationem ex ea formatura, quam femora, vmbilicum, ventrem ac vbera fœminæ, vt illa ſit pulchra, habere oporteat; adiudicant hi quidem ſacræ Scripturæ, adeóque ſacro Spiritui rem (meo iudicio) quàm indecentiſſimam.

Complures quidem in hoc libro ab humano corpore, ab oculis, naſo, malis, vmbilico, femorum iuncturis petuntur comparationes. Atque id fieri cum reſpectu ad naturalem pulchritudinem, ad figuram nempe, colorem, & partis cuiuſque formam Legionenſis putauit, aliique. Sed hoc profectò, ac tunc maximè cùm de partibus agitur, quas occuluit natura, meo eſt iudicio ſordidiſſimum. Et quòd quis cogitet, vſurpatas à diuino Spiritu parum & graues & pudicas comparationes, id indigniſſimum eſſe, doctos nos iam habent Sancti viri. Nazianz. orat. 3. contra Iulian. n. 112. & eius interpres Elias videndi.

Canticum vſurpat partes corporis pro earum officio.

Illud ergo obſeruandum, ab eo munere, quod ſingulæ in humano corpore partes obeunt, ad corpus myſticum traduci comparationem, ratione quidem non ſolùm decenti valde, ſed multo etiam politiori. Sic comparationes aut ſimilitudines non ſolum abſque vlla violentia, ſed aptiſſimè fluunt: ſit illa c. 7. in exemplum: *Naſus tuus ſicut turris Dauid, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Olfacere, naſi proprium eſt munus: & olfacere eminus, propria res eſt, vnde ad prudentiam & ſagacitatem exprimendam, petatur comparatio. Quare comparatio ſpeculæ concinna prorſus eſt. Nam qui prudentes ſunt, hoſtes eminus ſubodorantur, iique commiſſas in Eccleſia partes habent ſpecu-

Perſtringitur naſi cum turre comparatio.

A latorum, locorum nimirum, vt cum proſpexerint aduentantes hoſtes, monitione ſua reliquos excitent. Ventris item officium fœcunditas eſt. qua de re agitur decentiſſimè, vt in illis: *Beatus venter qui te portauit.* Huic porrò fœcunditatis ſignificationi tritici comparatio: ſicut aceruus tritici, nata eſt cum primis. Triticum enim fœcũdiſſimum eſt: in eo verò ſita eſt elegantia, quod triticum, vt Ioan. 12. verſ. 24. Chriſtus expreſſit, augetur intereundo. Similiter quod dicitur, iuncturæ femorum, ſi ad bellum indefeſſúmque ingreſſum reſpectus ſit, appoſita eſt admodum & omni cum decore comparatio. ſicut quæ deſumitur ex vberibus, quorũ eſt paruulos enutrire, quemadmodum pedum eſt ingredi. atque idem conuenit in reliquas comparationes.

Et ventris cum aceruo tritici.

Et iuncturarum femorũ. Vberum ac pedum.

B Quòd ſi aliquando vt in colore labiorũ, conſideratur pulchritudo; id vbi fit, inconueniens non eſt. quemadmodum decenter valde ad verecundiam ſignificandam, bis affertur faciei rubor, ibi: *Genæ tuæ ſicut fragmen mali punici.* Et in his etiam, ſi res expenditur accuratè, probus color labiorum tranſlatio eſt, vt præclaræ linguæ dotes ſignificentur, iuxta illud: *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* ac proinde munus potius, quàm color labiorum attenditur. Sic itidem quę phraſis pedum ſonat pulchritudinem, de greſſuum capienda bonitate. ideo noſter interpres pro pedibus greſſus poſuit aliquando.

Sed obiiciat quis, fruſtrà quæri in hoc libro, vt ex iis rebus, quæ ſine laſciuia non conſiderantur ab impudicis, comparationes non deſumantur;

C cùm ſæpe in mea etiam explicatione ad conſummationem matrimonij reſpectus ſit, ſępe item in textu expreſſa oſcula, amplexúſque, ab his quin etiam librum inchoari. Quare cùm nulla ſit pudica fœmina, quæ coram aliis, aut petat à marito oſcula & amplexus, aut prædicet horum ſuauitatem; non videri cur ea ablegentur ab hoc libro, quę aures pudicas multum dedeceant. Reſpondeo primùm, vt arctiſſimus amor, quo Chriſtus animas habet, ab eiſdemque haberi ſe vult, ſignificaretur; ſancti allegoriam nexus ſponſi cum ſponſa conuenientiſſimam fuiſſe. Hoc autem ſic poſito ab huius allegoriæ, quæ maximè expediebat, abſtinere vſu, ne quid de re coniugali tangeretur, eſſet

Matrimonij allegoria decens.

D profectò delicatula religio, qua nec Bernardus caſtiſſimus tactus fuit. Aio autem deinde, quod inter coniuges decens eſt, decenti poſſe allegoriæ deſeruire: atque adeò de amplexibus, oſculatione, & conſummatione matrimonij pudentem admodum eſſe poſſe tractationem. Cæterùm de figura ac mollitie femorum & ventris, quibus fœmina ſuo placebit ſponſo, id conſiderari ſine laſciuia, nedum tractari minimè queat. Atque eius rei argumentum eſt, quòd maritus dicat, ex primo cum vxore congreſſu eam prægnantem remanſiſſe, id non dedecere: hunc verò vxoris ſuæ vmbilicum ac femora deſcribentem quis patienter toleraret? Huc demum accedit, nimiam fortè cautionem

E exiſtere interdum ex regionis nequitia: & quamquam accommodare ſe conſuetudini neceſſe ſit, nec apud noſtrates liceat pudicæ fœminæ oſculũ, vel amplexum petere; cæterùm vbi id ex vrbanitate publicè fieri, regionis fert vſus; quod ibi virgo quantumuis pudica oſculum & amplexum palam poſtulet à patrueli, non dedecebit. Hanc porrò oſculandi conſuetudinem, inter eos etiam, quos grauitas & pudor commendabat, in Iudæa fuiſſe, ex Euangelio diſcimus. ac propterea licitus illic fuit huius metaphoræ vſus.

In

Digitized by Google

Alluſio in hoc Cantico ad nuptias Salomonis.

In hoc libro præter ſenſum præcipuum, tangi per alluſionem plura de Salomonis coniugiis, equidem non dubito. Ac de his aliquid eſt in mea expoſitione,alia me fugerint. In toto Pſalmo 28. perſpicuè , ſiquid ego vidi, Dauidis hiſtoria continetur, ſenſui principali per comparationem deſeruiens. ac fortaſſe ſimilem in hoc Cantico alluſionis perpetuitatem deteget Deus. ſed illud quoque aio, certum minimè eſſe hanc alluſionem poſſe per totum hunc librum continuari. Enimuerò ſancti notatum habent, Pſalmos eſſe nonnullos, qui eius ſenſus, vnde habuerunt exorſum, continuationem non admittant. ex his eſt 71. qui inſcribitur, *In Salomonem.* Et quidem vbi de Chriſti & Eccleſiæ agitur ſanctis amoribus,conuenientiſſimum apparet, ſtilus vti ſurgat ſæpiùs,ac Salomon cum vxorum turba longè relinquatur. vtpote quæ res ea ſit ita infra ſenſus præcipui de Chriſto & Eccleſia ſublimitatem.

Ad priſcas narrationes.

Nec etiam dubito,ſicut in Pſalm.28.ad arcam Noë,ita in hoc Cantico alluſum interdum ad veteres Hebræorum hiſtorias. has reſpiciet noſtra expoſitio,plura etiã in hoc genere nos latuerint.

Comparatio Cantici cum Apocalypſi.

In comparatione libri huius cum Apocalypſi hęc ego noto.Primũ magnam eſſe in argumento libri vtriuſque conuenientiam. Hæc autem in eo ſita eſt,quod adumbretur priùs excellentia Chriſtianæ Eccleſiæ,deinde Iudaica perſecutio,mox fuga ad Gentilitatem, huius ſtatim altera perſecutio,ac demum victoria Eccleſiæ. Secundum,id de induſtria in Apocalypſi omiſſum, de quo, vt de fundatione Religioſorum ordinum in Cantico ſatis actum erat.Tertium noto,quod perſtrinxerat Canticum,Eccleſiæ nimirum cum Gentilitate bellum, & de Roma eiúſque imperio victoriam,hoc magna cum ampliatione in Apocalypſi ponderari. Vbi ſignatè in primis reperitur ſponſam eſſe Chriſti Romanam Eccleſiam poſt veterem Romam deuictam: at in Cantico, deſignetur licèt vnica Regina,ea nempe quæ antonomaſticè ſponſa eſt Chriſti; hanc verò Romam eſſe, non exprimitur. nec enim de his agi ſeriò in Cantico expediebat,ſufficiebat attingere, quod non illud eſſet tempus opportunum magni illius myſterij diuini reuelandi: nec id etiam ad amatorium & nuptiale argumentum directo pertinebat:Apocalypſeos verò Eccleſiæ Chriſtianæ victoriæ potiſſima fuit tractatio,in quo argumento victoria de Roma caput erat. Præterea, in mea Cantici expoſitione ad ineffabilia bona, quibus in beatitudine cœleſti fruitur ſponſa,non pertingi; cùm de hac in fine Apocalypſeos narratio ſit admirabilis.Quo notato diſcrimine,aduerti dein facile eſt, quàm expedierit, Salomonem ad ea, quæ pectus non capit humanum, neque in cor hominis aſcendunt, non accedere; Ioannis verò ſpiritum penetrare cœlos. Enimuerò hi poſt redemptionem Chriſti Domini reſerati ſunt, illucque adeò potuerunt ſcandere ſpirituales viri, indéque deſcendentes,quæ illic aguntur,mortalibus narrare, ac prædicare. quo de latè dictum in Iacobææ ſcalæ explicatione. Ac ne putet quis, quod in hoc Cantico de ſupernæ patriæ deliciis non agatur,illi quidquam deeſſe; is notet,velim, tractationem, quæ militantis Eccleſiæ amores ſeorſum complectatur, materiem eſſe libro nobiliſſimo admodum ſufficientem, atque hac veluti ſcala, ad philoſophandum, quibus nam donis ſuam Deus in cœlis ſponſam

An nihil in Cãti. de beatitudine, & cur?

A cumulaturus, cui ſic fauet in tertiis,commodiſſimè aſcendi.

Quartum noto,tractari ſeriò in Cantico nonnulla & in Apocalypſi,ſed ratione maximè diuerſa.Etenim Apocalypſis hiſtoriam Chriſtianæ Eccleſiæ reuelat: at ſcriptio Cantici in verſuum amatoriorum modum conformata eſt. Atque ita quod de Eccleſiæ primogenitæ excellentia Apocal.cap.4. ſcribitur,idem in Cantico ſcribendum fuit: verùm in formam eius fauoris, ac beneuolentiæ, qua proſequitur amans Deus dilectam ſibi primogenitam Eccleſiam. id quod Cantici initium eſt, *Oſculetur me*,&c.

Sed quiſpiam offendet fortaſſe in meum Cantici huius argumentum, quod primò Eccleſiam

B reſpiciat primogenitam; deinde fundatam ex Gentilitate Eccleſiam, Romanam præcipuè cæterarum caput, ac reginam, Eccleſiam denique Religioſam, ordines ſcilicet Religioſorum, qui in Eccleſia partem obtinent nobiliſſimam.Et poſita in eo difficultas eſt, quòd Cantici series vnam duntaxat Chriſti ſponſam ipſo loquendi modo continuet: atqui diſtinctionem reperiri, vbi textus nihil diſtinguit, accommodatio videtur potius,quàm expoſitio.

Alluſio in hoc Cantico ad diuerſas vxores Salomonis.

Sed ad difficultatem reſponſio prima eſt,inueniri in textu ipſo expoſitionis huius fundamentum. In eo enim hauddubiè ad vxores, quas Salomon habuit, ſit alluſio. Ea porrò, cuius illa

C ſunt principij verba, *Oſculetur me*, &c. nequit in figura filia eſſe Pharaonis. in eam quippe illud capitis 1. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Poſuerunt me cuſtodem in vineis*, non conuenit. De nuptiis item Salomonis ad finem vſque tertij capitis nulla eſt mentio.Ea verò ſponſa,ad quam tunc alluditur, dubium non eſt, quin ſit filia Pharaonis; regina nimirum princeps. Atque hanc ab ea, quæ poſtea vocatur Sulamitis, Ieroſolymitana ſcilicet, diuerſam eſſe compertum eſt: cui textus & ſororem attribuit, & plurium Salomonis vxorum mentionem facit. Reſpondeo deinde, quòd non ita apertè diſtinctio ſponſæ loquentis in initio, & reginæ poſt agentis, ac Sulamitidis tandem exprimeretur; ſed

D quaſi de eadem, ſermo de omnibus eſſet; id ex artificio fuiſſe planè cœleſti. Etenim reuera magnum eſt fundamentum, vt omnes quaſi ſponſa vnica conſiderentur. Nam Eccleſia ex Gentilitate coacta Ieroſolymitanæ ſucceſſit,tanta vtique vnione, quanta flumen, quod heri & hodie eſt, licèt alueum fortaſſe mutet, idem dicitur, & maiori etiam vnionis cauſa. Atqui vniuerſalis Eccleſia Romana caput eſt. Eccleſia porrò religioſa pars eſt Catholicæ, & valde quidem principalis. Summa demum quæ inter has Eccleſias coniunctio & vnio reperitur, fundamento eſt admodum ſufficienti, vt hoc Canticorum Canticum eo ſit conſcriptum admirabili artificio, vt hinc de eadem atque vnica Chriſti ſponſa videatur agi; illinc di-

E ſtinctio, quam inter ſe habent hæ Eccleſiæ, ſatis ſignificetur.

Cur cauſa illa non planè diſtinguãtur.

Sacramentũ trium admirationum.

Sub tribus Chriſti adiurationibus in mea explicatione hoc latet arcani, quòd cum ea locutione fore ſchiſmata & hæreſes, quæ pacem Eccleſiæ obturbarent, inſinuetur; ſignificatur diſtinctè, ea mala non initio tantùm euentura, ſed & in progreſſu Eccleſiæ, & poſtquam ea fuiſſet glorioſam celebritatem conſecuta. ſignatè verò tria prænorantur tempora, primum

Digitized by Google

mum nempe Eccleſiæ primitiuæ, (hoc ſuſtinuit Nicolaitas:) inter hanc verò & procellas ſubſequentes, tēpus fuit alterum, cùm ſuccedebat prædicatio Euangelij & Gentilitatis conuerſio. Tertium demum, poſt ingentem & potentiam & auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, vt nunquam nos ſomno ſinamus occupari. Quod verò dicitur ſchiſmatis & hæreſibus perturbari Eccleſiæ pax; id certè ad bella & politicas diſſenſiones, quæ eandem quoque interpellant, extendi poteſt. Sed hauddubiè ad peſtes illas grauiores, quæ præcipuè illud important detrimenti reſpectum fuit.

Non exigendum, vt allegoria vel integrantes Eccleſiæ partes, vel perfectiones ſemper reſpiciat.

Cùm myſticum vel ſponſæ, aut ſponſi corpus laudatur, inconuenientia nulla eſt, prædicationes aliquot ad ſtatus omnes, ad ſpecialem verò quemquam, aliquot pertinere. Ea enim ratiò ſolet eſſe laudandi, vel religioſum aliquem ordinem, vel ciuitatem. Atque hinc eſt vt allegoria partium quarumdam phyſicarum, nunc Eccleſiæ partes, quas dicunt integrantes, caput ſcilicet, aut labia reſpiciat: nunc verò non niſi virtutes, quæ partes ſunt, ideſt, perfectiones Eccleſiæ. Qui verò cenſeret vniuerſa vel ad partes perfectionis, vel ad integrantes aptanda; is ingerat ſe ſine neceſſitate in accommodationes violentas, vt aſſignet nimirum quæ pars ſit reipublicæ iuncturę fœmorum, quæ verò viſcera, & cætera id genus. Atque illud accedit, ſi in votis, ideſt, vt applicatio idem perpetuò filum, eumdémque tenorem perſequatur, ſiue ad partes integrantes aptentur quædam phyſicæ, quædam verò ad partes perfectionis; in eo tamen eſſe applicationem vniuſmodi, quod ſemper ad perfectionem Eccleſiæ reſpectus ſit. in partibus enim integrantibus perfectio earum eſt id, quod laudatur.

Mea declaratione fugi aliquorum commenta.

In huius Cantici expoſitione violenta quædam ex neceſſitate confingi ſolent. Eiuſmodi ſunt, in parte ſecunda capitis ſecundi, ſomniare ſponſam, quòd vigilantis illa non ſint, quæ ibi promit. & capite ſeptimo colloqui inter ſe ſorores duas; cùm nil prçceſſerit, quod hunc dialogum ſuadeat. Omnia hæc mea euitat declaratio, & erat ſanè quàm optabile, nullis vel in ſomniis inferendis, vel confingendis dialogis hoc Canticum enarrare. nc ſomniare cuipiam is fortaſſe videatur, qui ſponſam quidquam per ſomnium proferre putet. Deinde, qui nouas in hoc drama perſonas inducit, eas, credo, mallet non inducere, ſi poſſet. fruſtrà enim, clamant Philoſophi, per plura fit, quod fieri poteſt per pauciora.

Catholicos recreat noſtra expoſitio.

Denique ſummæ eſt cultoribus fidei orthodoxæ conſolationi, quòd Eccleſiæ Romanæ veritas, & ordinum religioſorum fructus in ſenſu etiam literali ad viuum hoc libro Canticorum ſint adumbrata. Nam ſi verba illius omnia ad meæ diſcurſum acoluthiæ, & excellenti quidem proportione fluunt; hæc enimuerò vocari minimè poteſt accommodatio, ſed germana Spiritus S. mens. Atqui priuant ſe hoc ſolatio, qui ſeriei continuæ non incumbūt. Nam cùm hæc ad exitum à principio (nec enim inficians neſcio quis in hoc Cantico nexum audiendus) non oſtenditur; quod bellè alicui cogitationi verſus aliquis adaptetur, ritè inde minimè efficiatur, Spiritus ſancti mentē eam eſſe. Porrò ad hæreticorum dedecus turpiſſimum, mirum eſt omnino, ad veram & Romanæ

Hæreticos oppugnat validè.

Eccleſiæ, & ordinum religioſorum, in quibus ita illi à nobis diffident, doctrinam ſic ad amuſſim Cantici huius totam ſeriem venire; vt ſi rem expendere velint ſincerè, victi omnino faſſuri ſint,

A huic libello ſacro, in quo dignam Deo hactenus intelligentiam reperire nequierunt, nunc explicationem aſſignari tam doctrinæ catholicę conformem, vt negare minimè poſſint, illū, ſi ad diſcurſum, quem perſequor, fuiſſet ſcriptus ex induſtria, haud venturum aptiorem. Ac tunc interior pugna, quamlibet obnitantur, non ceſſabit, quòd videant noſtræ catholicorum doctrinæ ſeriem totam ex amiſſim adaptari. Quamquam enim ſit verum, ſymbolicam Theologiam argumentatricem non eſſe; verùm enim cùm liber integer excellenti applicatione quadrat in aliquam doctrinam, ſtatim euidens relinquitur, in eius gratiam doctrinæ talem librum conſcriptum fuiſſe. Et vt hic noſter Romanam Eccleſiam proprio non deſignet

Ex ſymbolis interdum potest efficax argumentum.

B nomine; deſignat tamen vnam Eccleſiam caput & reginam reliquarum. Poſtquam verò fatendum ſit, vnam eſſe ſpecialem Eccleſiam, quæ inter reliquas Eccleſiæ primitiuæ filias ſororum omnium ſit caput; hanc vti aliam à Roma aſſignent hæretici, nulla poſſunt ratione veriſimili iuuari. Cùm autem Romam caput eſſe fuerint confeſſi; iam quod religioſi ordines illius ſint ſpiritualis militiæ fortitudo, ac decus, inficiatio relinquitur impoſſibilis.

Canticum Canticorum Salomonis.

C

CAPVT I.

De Eccleſia primitiua. Sectio I.

Verſ. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino.*

2. *Fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.*

3. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te.*

D

ACOLVTHIA.

Hæc prima eſt huius capitis ſectio, quorum verborum ſenſum in noſtra acoluthia ſic expreſſimus. Ardenter optat Eccleſia primogenita, Chriſto ipſo, cuius guſtauerat ſuauitatem, magis ac magis per charitatem frui: quam eo fruendi delectationem præfert liquidiſſimæ voluptati ſapientiæ reuelatæ.

COMMENTARIVS.

De libri titulo noto, Hebraicè ſcribi: *Canticum Canticorum, quod ipſi Salomoni.* ita redditur ex verbo. Et licèt datiuus hic apud Hebræos auctorem

Arcana inſcriptio; Canticum, quod Salomoni.

E ſoleat deſignare; ſed tamen huic locutioni: *Liber qui Salomoni*, ſubeſſe videtur plus arcani. Atque ideſt fortaſſe, dictatum à Deo Salomoni hunc librum. Neque verò hoc videbitur nouum aduertenti Canticum illud: *Audite cœli quæ loquor*, notari Deuteron. 31. 19. Moyſi à Deo fuiſſe dictatum. Accedit huic ſuſpicioni robur à libri huius ſublimi prophetia, eiuſmodi nimirum, cuius fortaſſe myſterium, cùm excipiebat verba, non

omni

Digitized by Google

omnino à Salomone captum fuit. Hæc de titulo.

Matrimonij allegoria maximè exprimit Christi amorem.

Vt autem hæc, quibus inchoatur liber, deliciis plena ſuauiſſimis enarrem; nota primum allegoriam ab oſculis & amplexibus inter ſe ardenter amantium; ab ipſa quin matrimonij conſummatione, non ſolùm eſſe ſignificatiſſimam, ſed etiam in ſpiritualis amoris, quo animæ Chriſto Domino copulantur, ſignificatione quàm decentiſſimam. Ac primum, ad id quod doctos nos voluit ſacra Scriptura, rem ſcilicet momenti ſummi, ea eſt, arctiſſimam eſſe ſpiritualem coniunctionem, qua ſibi Chriſtus Eccleſiam & pias animas implicat, & qua hæ viciſſim Chriſtum complectuntur; nulla potuit in energia ſimilis huic allegoria excogitari. Deinde voluptatibus laſciuis nullus ſic aduerſatur ſermo, nec ita natus eſt coërcere carnem, & cogitationem quamlibet impudicam reprimere; atque ſpiritualium amplexuum, animæque Chriſto coniunctiſſimè adhæreſcentis memoria.

Spiritualis coniunctio prorſus aduerſa carnali.

Hoc vti declaretur, aptum ideſt, quod ſcribitur de B. Franciſco: qui libidinis æſtum extinxit amplexuum vſus comparatione. En, aiebat, grandem complexus niuis maſſam, vxorem tuam Franciſce, en filios, applicans minores alias. Hoc præ ſe ferebat externa actio; quæ verò huic ſpiritum interna adhibebat, Chriſtus vtique erat intrinſecus per amorem fortiſſimè adſtrictus. Etenim cùm ſic tenetur Chriſtus potior eſt ad carnis extinguendum incendium, quàm nix ad naturalem calorem. Eſt præterea eadem amplexuum ſpiritualium allegoria laſciuiæ amuletum efficaciſſimum, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Nam ſi vel ſponſi recordatio optimè de ſua ſponſa nominibus omnibus meriti ſatis eſt, vt illa adulterium deteſtetur, ſponſóque torum ſeruet impollutum; quanto erit efficacior memoria cœleſtis animarum ſponſi, admirabiliſque amplexuum ſpiritualium ſuauitatis adciendam de ſenſuum voluptatibus nauſeam? Huc illud venit Ierem. 31. 22. *Vſquequò deliciis diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: Femina circumdabit virum.* vbi ſponſam vti à ſenſibus abſtrahat deliciis vates, ipſam nouo illo miraculo inuitat, amplexu ſcilicet arctiſſimo, ad quam in Euchariſtico ſacramento illam allicit Chriſtus. nam hunc exiſtimo huius loci, de quo redibit inferiùs ſermo, ſenſum literarium. Quo illa facit B. Agnetis vox: *Quem* (Chriſtum) *cum tetigero, caſta ſum.* Conſtat ergo oſculorum, amplexuum, matrimoniíque conſummationis allegoriam, quo ſignificatiorem, eo eſſe decentiorem. Atque ita ab ea velle propter pudorem abſtinere, ſtulta eſt religio, & ipſimet pudori cōtraria. Quod vt habeatur quàm firmiſſimum, non alio opus eſt, quàm ipſiuſmet Spiritus diuini teſtimonio, qui ſacræ Scripturę grauitate minimè alienam iudicauit allegoriam nuptiarum ſpiritualium, oſculorum, amplexuum, & coniunctionis arctiſſimæ toties repetitam, reſpectúmque ad conſummationem matrimonij, vt Bernardus notat, & textus perſpicuè tradit, frequenter iteratum. nam alioqui quorſum dicat ſponſa, *Inducam eum in cubiculum genitricis meæ.* &, *Dabo tibi vbera mea*, aliáque eius ſignificatus.

Adſtruitur exemplo.

Vocatus Ieremias.

Stultè effugitur hic matrimonij allegoria.

Nudus ſponſæ ſermo arguit ſuum amorem ſpiritualem eſſe.

Secundum noto: audaciam, quam verbis prodit ſponſa, eſſe quidem admirabilem; verum enim admodum conuenientem. Et ſanè neget nemo, eam loqui liberius multo, quàm pudentem aliam ſponſam addeceret: quæ non allegorico, ſed ſtilo ſimplici ad coniugem ſibi chariſſimum ſcriberet; quas præſertim literas non ab ipſo tantùm, ſed & ab aliis ſciret lectitandas. Nam quæ eius modeſtiæ femina auderet ſcriptioni ſuæ ſimile apponere initium: *Oſculetur me oſculo oris ſui?* Et verò huic totus reſpondet liber. Cæterùm erat quidem maximè conueniens hæc audacia. Nam primùm in carnali coniugio manifeſtam deſiderij expreſſionem prohibet pudor; at in ſpirituali nihil magis pudicum, quàm palàm facere deſiderium ſummæ coniunctionis. Ex ipſa itaque loquendi ratione fit euidens de amore ſpirituali hic tractari. nam alioqui, vt ſacra Scriptura Salomonis ſponſam liberiùs ſponſi oſcula poſtulantem ita celebraret, minimè deceret. Deinde, ipſamet, quæ repræſentatur, aſſumptæ ab ſponſa licentiæ, vt dicat: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, nouitas, maximè fuit expediens, ad ſignificandam, quam rex ſummus exhibuerat ingentem charitatis demonſtrationem; eiuſmodi vt ſponſæ & ſuæ & ſponſi conditionis probè conſciæ præbuerit audaciam, qua talem inſtitueret ſermonem.

Tertium, hîc ſponſam introduci Chriſti vino, eiuſque amplexibus probè oblectatam. Dicit enim diſertè, introductam ſe priùs in cellaria, memoriáque, & vinum illic hauſtum, & vbera, ideſt, amplexus, ſponſi, quorum guſtauerat ſuauitatem, tenere; & ſe quidem magni, vt par eſt, facere ſponſi vinum; ſed multo pluris eiuſdem amplexus. Illud itaque ſupponitur Cantici initio, quod mox cap. 2. 4. in illis, *introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, læua eius ſub capite meo*, &c. narratur. Cuius loci allegoria (vt illic videbimus) eſt, poſtquam ſponſam vino admirabili feciſſet ebriam ſponſus, eundem cum ea lectum ſubiiſſe, & matrimonium conſummaſſe. Et eſt hîc item ex eodem cap. 2. ſupponendum, Chriſti vino ſapientiæ, quam ipſe in Pentecoſte cum ſuis communicauit, præſtantiam deſignari; coniunctionem verò ex abſoluta prorſus charitate ſummam matrimonij conſummatione. Quod ſi conſtat ex contextu illud: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, in initio huius Cantici dictum ſupponi poſt conuiuium & coniunctionem illam; non ergo videtur hîc ſponſa induci filij Dei incarnationem deſiderans. Et verò fateor, ad incarnationis deſiderium verba hæc à nonnullis Patribus applicari; contextu tamen conſiderato, ſequendus potius videtur Athanaſius in ſynopſi pronuncians, Canticum Canticorum non habere prophetiam, ſed Chriſtum iam carne indutum repræſentare. q. d. vaticinium huius libri non ita eſſe conformatum, quaſi prædicat futura; ſed ſponſam induci poſt factam iam incarnationem, adde, & poſt Sancti ſpiritus aduentum.

An τò oſculetur ad Incarnationem referendum?

Scopus huius Cantici.

Noto quartum, quamuis ſponſa oſculi duntaxat deſiderium expromat; oſculum tamen petere illam non quodcumque, ſed illud, quod matrimonij conſummationem comitatur, húcque illam reſpicere, ídque toto opere exoptare. Et quidem ſpectabat ad locutionis decentiam, vt ſponſa in coniunctionis allegoria, non illud planè exprimeret, quod intelligi volebat. Stoicorum enim ſimplicitas ſuis quamque rem verbis & apertè denotantium nimia omnino eſt: illi verò qui vt coniugum copulam ſignificent, verbis non nihil tectis, quibus tamen res ipſa intelli

Sponſa quid poſtulet.

intelli

Digitized by Google

intelligatur, vtuntur; cum decoro iungunt elegantiam. cuiuſmodi eſt velle intelligi ex adiunctis. Quòd autem ſponſa matrimonij conſummationem reſpiciat, id patet ex contextu. neque enim alioqui adhibita ratio cohæreret: *Oſculetur me*, &c. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Nam vberum nomen ad complexum ſpectat, & eum quidem, quo coniugis vberibus fruitur coniux: nec aliter vberum nomen aptè pro complexu poneretur. quod efficiunt verba cap. 7. 12. *Ibi dabo tibi vbera mea.* Et notandum amores Hebræa voce ſignificari; ſed in lingua ſancta id nomen vberibus, propter horum in matrimonij conſummatione complexum attribuitur. Coniunctionem demum perfectam ab ſponſa ſpectari, perſuadet res ipſa. Quòd cùm eo iam modo ſemel ſponſo ſuo, vt vidimus, fuiſſet vnita, expetit percepta tunc ſuauitate frui iterum atque iterum, & magis magíſque.

Quintum, in diſtinctione oſculorum, amplexuum, & conſummationis matrimonij ſic eſſe philoſophandum, vt ad ſpiritualem vnionẽ ipſius ſponſi cum ſponſa ſignificandam, hæc omnia deſeruiant. Ac, cùm viderimus oſculorum & amplexuum cum reſpectu vtique ad matrimonij conſummationem textum meminiſſe; ad diſtinctam iam & genuinam allegoriæ ſignificationem accedendum. Et quidem hæc ſponſi oſcula ad doctrinam, quam os ſuum aperiens docuit Chriſtus, accommodant nonnulli: his tamen Spiritus S. qui Chriſti halitus eſt, vt puto, communicatio propriè deſignatur. Atqui communicari à Chriſto ſuum alicui animæ ſpiritum; liquet ſanè, non afferre duntaxat, eam Chriſti doctrina imbui; ſed ipſi etiam ſpiritualiter adiungi, & vitæ diuinæ ſpiraculum in eius animæ faciem inſpirare, atque adeò cum cœleſtium donorum abundantia eſſe quoddam ſpirituale ac diuinum impertire. Quare recipere oſculum, ipſum vtique eſt Chriſti ſpiritum recipere, & quaſi halitu oris ipſius animari, eiúſque ſuauitatem penitus hauſtam experiri. Hanc explicationem non apta modò rerum proportio, ſed ipſemet contextus firmat. Enimuerò ſponſa optare ſe inquit vehementer oſcula & amplexus ſponſi, vtpote ipſius vino longè ſuauiora. Atqui vinum ſponſi (vt c. 2. videndum) excellentiam deſignat reuelatæ doctrinæ. aliud ergo ab hac diuerſum oſculis afferri, contextus cogit. Nam ſponſa manifeſte declarat, nullis ſe donis aliis, nullis reuelationibus contentam eſſe, aliud quippe optare ſe multo ſuauius, frui nempe ſponſo ipſo, oſculis ipſius, & amplexibus. Relinquitur itaque neceſſarium, vt ea oſculi nomine intelligatur cum Chriſto vnio, de qua Paulus 1. ad Corinth. 6. 17. *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt cum eo.* ſcilicet, vt quemadmodum in corporum copula, de qua proximè Apoſtolus, fit vna caro; ita per ſpiritualẽ ex Chriſto & anima idem ſpiritus coaleſcat. Dare igitur oſculum, eſt ſuum ſponſæ ſpiritum communicare: quo fit vt vnica ſit amborum anima.

Expoſitio huius allegoriæ.

Spiritus S. eſt oſculum oris Chriſti.

Deinde dum ſe coniux amplectendum offert, ſuimet alteri corporis poſſeſſionem tradit. nam complexus exercitium eſt poſſeſſionis. Atque ita ſicut dare oſculum, eſt ſpiritum ſeu animam alteri tradere; (nam id quod ſpiratur, animam repræſentat, & anima etiam appellatur.) ſic item amplexum offerre, eſt corpus ipſum tradere. enimuerò eo adigit amantem amor, vt amatæ rei & animam ſuam & ſuum corpus omnino permittat. Ex quibus iam facile intelligitur deditionem corpoream

Amplexus Chriſti poſſeſſio ipſius.

A ad alteram, qua ſe quis verè tradit ac perfectè, deſignandam ſpectare. Atque illud hic expendendum, quo ſenſu dixerit Paulus de Chriſto (ad Coloſſenſ. 2. 9.) *In ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* nam ad eum modum hæc allegoria, qua dicitur ſponſus ſeſe corporaliter amplectendum permittere, illud planè ſignificat, quam ſibi Chriſtus Dominus perfectiſſimo vinculo charitatis deuinxit animam, hanc vtique non Chriſti modò donis, ſed ipſomet veriſſimè ac perfectiſſimè perfrui, Chriſto, complexu ac poſſeſſione ſecum coniuncto.

Ac demum conſummatio matrimonij oſculo & amplexui conceptionem addit & generationem filij, geniti nimirum ad imaginem & ſimili-

Filius ſpiritualis matrimonij.

B tudinem ſponſi. hic enim erat oſculorum & amplexuum finis. Atque hinc ſtatim apparet, hanc allegoriam in primis eſſe accommodatam, vt ſignificetur, finem coniunctionis cum Chriſto eum eſſe, concipiat vti animus deſideria, eaque apud ſe firmiter ſtatuat, ſpirantia illa quidem, efficacia, & ſponſa Chriſti principis digna: mentem nimirum, quam efficacia conſequatur, quam certiſſimam effingendi ſe in omnibus ad Chriſti voluntatem, viuámque in vita imaginem Chriſti exprimendi, Chriſtum non ſolùm repræſentantem, ſed eiuſdem ſpiritu animatam, talem demum, quæ Chriſti nomen mereatur. Hoc autem eſt quod aiebat Paulus ad Galat. 4. 19.

C *Donec formetur Chriſtus in vobis.* qui quidem eſt minor veluti Chriſtus, maioris ſcilicet filius, & imago expreſſa ipſius. Hic porrò notandum, fœtum huius matrimonij ſpiritualis primigenium, eam eſſe Chriſti imaginem, quæ in anima illius ita Chriſto adhærentis priùs exiſtit. Ac deinde charitas ad proximos extenditur ad Chriſti imaginem in ipſis ingenerandam. quæ imagines fratres quidem ſunt filij primigenij minores natu.

Imago Chriſti.

Sextum noto, ſponſam in deſiderio oſculorum, amplexuũ, & conſummationis matrimonij reſpectum ad altaris ſacramentum habere, eiúſque frequentiã expetere; neque tamen eam loqui duntaxat de ſacramentali communione, ſed etiã de ſpi-

Matrimonij conſummatio per Euchariſtiam.

D rituali. Notandum iterum, hoc vti declaretur, ſacramentum Baptiſmi ſponſionem veluti quamdã eſſe & arrhabonem; cætera item ſacramenta ad perfectam cum Chriſto coniunctionem parare viam: ſed quod excellenter repræſentat, & efficit reuera perfectam vnionem & conſummationem matrimonij, hoc enimuerò communicationis cœleſtis cibi ſacramentum eſt, quod ideo perfectiuum vocatur, conſummatiuúmque. atque ita ad hoc veluti ad ſuum finem reliqua ſacramenta diriguntur. Propterea bonæ animæ quibuſcum ſeſe communicat Deus, ita ab ipſo afficiuntur interiùs, vt accedant ad cœleſtem menſam, quaſi ad excipiendum myſticum Chriſti oſculum, eius nimirum ſpiritus participationem, ad os ſponſæ ore Chriſti ipſius admoto.

E Huius porrò explicationis Theodoretum ad hæc ipſa verba: *Oſculetur me oſculo oris ſui*, auctorem habemus. *At ne quis (ait) oſculorum vocabulo perturbetur, conſideret quemadmodum myſtico ſponſi tempore, ſponſi corpus ſuſcipientes, complectimur & oſculamur, atque oculis cordis imprimimus, & animo ac cogitatione quaſi complexus quoſdam, & cõgreſſus nuptiales effingimus, atque ipſum (charitate timorẽ foras eiicientes) nos amplexari putamus & ſuauiari.* Ita ille, apud quẽ mox ad illa quę ſequũtur:

Is ſenſus eſt Theodoreti & triumle tium.

Melio

Digitized by Google

Meliora ſunt vbera tua vino. explicatio trium Patrum ſic habet: *Per vbera illa admiranda cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes pietatis alumni nutrimur.* Veteres ergo Patres hi quatuor ſponſam loqui de Sacramenti altaris communione exiſtimarunt.

Eodem pertinet Ieremias.

Ac ſanè vbi fuerit ſemel animaduerſum, & Eccleſiam primitiuam, quæ tam anxiè ſacrã menſam obibat, hîc loqui, & ad eam communionem natam prorſus eſſe oſculorum & amplexuum ſpõſi allegoriam; qua poſſit ratione dubitari, ſponſam agere de eadem communione, equidem neſcio imò & eſt mihi pro explorato, Ieremiam in iis, quæ iam tetigi 31.22. *Femina* (vel ſponſa) *circumdabit virum*, eodem alluſiſſe, vaticinatum nimirum, hæc, vnde duxit initium noſtrum Canticum, implenda olim in Euchariſtiæ conuiuio: vbi ſponſa mirabiliter, ſed verè oſculum recipit Chriſti, ipſúmque amplexatur quàm arctiſſimè.

Etiã de communione ſpirituali. Quid hæc ſit.

Sed dixi ſponſam non loqui tantùm de ſacramentali communione, ſed etiam de ſpirituali. præſtat enim ſacræ Scripturæ verba ad vtramque communionem extendere. Neque verò Theodoretus ſenſum adſtringit ad ſacramentalem: ſed frui animam ſpiritualibus Chriſti oſculis, ipſique charitatis amplexibus implicari; id quidem per ea, quæ accedentes cum affectione ad ſacram ſynaxin experiuntur, exponit. Poſſe autem animam extra communionem ſacramentalem arctiſſima Chriſti coniunctione frui, ipſiúſque ſpiritus præſenti participatione, perſpicuum eſt. Atque id eſt quod ab ſpiritualibus intelligitur nomine communionis ſpiritualis: nimirum non communicandi modo deſiderium, ſed quidquid allegoria myſticum Chriſti oſculum excipiendi, ipsúmque arctiſſimo charitatis vinculo amplexandi deſignat. Porrò quam rem dicunt Sacramenti, hæc eſt, quamque optare ſe ſponſa, non quidem in ſacramentali tantum communione, ſed etiam extra illam ſignificat. Propterea tamen ſingulariter expetit Sacramentum altaris, quia vera illic Chriſti præſentia ad ſpiritualem vnionem perficiendam efficaciſſima eſt: huc enim tendit illius votum, non ſolùm ad Sacramenti receptionem.

Religioſa vitæ excellentia.

Primum itaque in hoc negotio eſt, vt faciat Chriſtus animæ liberalem copiam ſui. atque ideo hinc incipit ſponſa: *Oſculetur me*, &c. Atqui debita mox compenſatio poſtulat, vt ſeſe ipſi anima perfectè dedat. id quod ad egregiam religioſi ſtatus perfectionem ſpectat. Neque verò aliud eſt quod ſponſa dicit ſub cap. 7. finem: *Ibi dabo tibi vbera mea.* & totum hoc ſeptimum caput tractatus quidam eſt de bono ſtatus religioſi. Ac certe haud temerè venitur ad perfruendum oſculi Chriſti ſuauitate, eóque grandi bono, quod illius affert amplexus, niſi deditionem ſui ſimul anima generosè perficiat. Huius tamen deditionis varij ſunt gradus: & liberalitas quidem ſuauitaſque incipit à Chriſto: qui tamen pro eo, ac debent, reſpondeant, ij verò ſunt quam pauciſſimi.

Dedere ſe prorſus Deo, quanti eſt.

Obſeruandum autem, de eo qui ſe tradit, loqui nos ſic: Figere oſcula, & ſe tradere complectendum, id eſt, ſe fruendum exhibere. nam oſculari eſt animam ſuam alteri permittere: atque ita oſculari, actiuè & ſe complectendum tradere, totum hoc eſt ſe ipſum tradere fruendum. Rurſum eum, cui traditur, recipere dicimus oſculum, & amplecti. atque id vtrumque potiri eſt re oblata. Atqui vbi perfecta eſt amoris reciprocatio, tunc

A amplexus & oſcula vtrinque dantur recipiuntúrque. Atque ea eſt ſpirituum ſumma coniunctio, qua eo aſcendit creatura, vt vnus cum creatore idémque ſpiritus fiat. Et cap. 7. in illis: *Ibi dabo tibi vbera mea*, ad matrimonij conſummationem, quam beata ſequitur fœcunditas, videtur reſpectus eſſe. Neque enim inde peti allegoriam, nouum ei accider, qui caſtiſſimum legit Bernardum: qui, vbi de amplexibus agitur, reſpectum haberi docet ad matrimonij conſummationem, atque idem nos exiſtimamus.

Ex dictis facile fit intellectu quo pacto ſapientiæ conuiuium ab amplexibus & oſculis Chriſti diſtinguatur. Illud enim arcanorum eſt cœleſtium participatio: quæ copioſa quamlibet animæ fiat;

Non ita animus explevetur cognoſcendo Deo, quàm amando.

B deſiderium tamen ipſius, quam apprehendit amor Dei, quoad ille ſeſe amanti concredat, neutiquam explet. Quemadmodum vtique ſatis non fieret ſponſæ, quod ei coniux communicaret ſecreta, tantiſper dum totum ſe ipſi non dederet. Quæ cauſa eſt, cur replicetur in hoc Cantico, Chriſti amplexus præſtare multum vino in ipſius cõuiuio propinato. Epulum tamen Euchariſticum complecti videtur vtrumque. Ibi enim & profunda myſteria Deus aperit, & ſuum non modò ſpiritum, ſed totum ſe animæ fruendum elargitur. Cæterùm participatio ſecretorum adeunti menſam illam, & non adeunti communis eſt: proprium autem eius, qui ritè adit, frui amplexibus Chriſti Domini. Atque ideo quod ſibi Euchariſtia peculiare vendi-

In Euchariſtia vtrumq; conſequitur.

C cat, non eſt ſapientiæ, ſed verò conuiuium amplexuum. ac proinde conuiuium capitis 2. quod vberibus poſtponitur, non expedit ad Euchariſtiam aptare, quamquam ad illam in diuerſo ſenſu allegoria conuiuij ſit aptiſſima.

Hîc tamen aduertendum, commodè hoc intelligi animam interdum tantopere amare Chriſtum, vt amore ægrotet, & tamen nondũ Chriſti oſculis & amplexibus fruatur. Quemadmodũ regina Saba, vt eſt in 3. Reg. 10. 5. *Non habebat vltra ſpiritum.* & 2. Paral. 11. 4. *Non erat pre ſtupore vltra in ea ſpiritus.* præ admiratione ſcilicet, quam comitabantur æſtimatio & amor Salomonis: ſed frui tamen Salomonis amplexibus, ab hoc diuerſum eſt. atque ita etiam ſponſa ante Chriſti complexum cap. 2.

Sciẽtia morbum amoris conciliare.

D v. 5. & cap. 5. v. 8. proponitur languens amore.

Dico ergo ſapientiæ, bonitatis, & beneficiorum Chriſti notitia excitari interdum in anima, prius etiam, quàm ſit Chriſto perfectè vnita magnum vnionis huius deſiderium. hoc verò amor etiam appellatur. Et poteſt euenire vt illud, ante perfectam, vt dixi, vnionem vehemens ſit, atque eius vtriq; vehementiæ, vt ea præ amore elanguendi allegoria aptè repræſentetur. Hic enim modus amoris notitiæ efficacitati correſpondet. Cùm autem rei cognitæ admiratio ſuperat (vt accidit reginæ Saba) animæ vim; deſiderium ex conſequenti notitiæ correſpondens ſuperat quoque naturales vires; ac tum anima amore ſe ægrã eſſe, vere pronũciat. Adhuc tamẽ amor hic, quippe qui ad ea Chri-

Non autem amoris perfectiſſimi.

E ſti vnione fruendũ, ad perfectámque adeò hominis deditionem non acceſſit, haud eſt quidem cõſummatam perfectionẽ conſequutus. Huius verò ratio eſt, naturales vires (ſi à Deo confirmatæ non ſint) ad eam perfectionem & amoris & vnionis minimè eſſe efficaces; atque adeò quæ anima perfectè amare deſiderat, cùm ſe infra talem amorem & cognitionem multum eſſe videt, in morbum incidit. Is enim eſt propriæ debilitatis cognitio, qua ab exactè tum amando tum cognoſcendo

Digitized by Google

retinetur. aliquid porrò anxiè deſiderare, nec poſſe adipiſci, id verò eſt quod torquet, quod lancinat. Huius porrò mali remedium à Deo eſt fauore ſuo animam confirmante. quo peruenit ad vnionem illam. hæc verò vnio animam roborat magis magiſque. Et quæ priùs imperfectiorem & cognitionem & amorem nequibat ferre; poſtquam iam Chriſto fuit vnita, inde trahit cùm robur, tum ſuæ debilitati & languori ſanitatem: ac fit etiam altioris notitiæ & amoris capax, parata præterea ad vnionem ſine deliquio. ſine deliquio, inquam, ad eam ſcilicet actionem tradendæ ſui & vniendæ. Nam ita poteſt amor accreſcere, vt deſiderium Chriſto in cœlis perfruendi vehementiſſimum corporea vita quod de B. Virgine creditur, quemquam priuet.

Amoris perfectiſſimi effectus.

Præterea dolor ingens de offenſo Deo commodè Cant. 5. 8. per ægritudinem repræſentatur amoris, hoc eſt, deſiderij, quo laborat anima, vt de obtenta & venia peccatorum, & Dei gratia habeat ſatisfactionem.

Deinde, quia ſpes quæ differtur affligit animam; idcirco quæ expetit nimiopere communicationem Chriſti, vt ille præbeat & oſculum ipſi, & ſe totum ab ea complectendum, eam huius ſui voti dilatione torqueri neceſſe eſt.

Sed non deerit fortè cui videatur, ad textum eſſe conuenientius, vt nunquam ad allegoriam conſummationis matrimonij deueniatur: cùm in eo nihil reperiatur aliud quàm, *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*; dicat autem cùm maximè: *Ibi dabo tibi vbera mea.* atqui hæc limites amplexuũm non exire. Reſpondeo obſtare nihil, quominus agatur de matrimonio; ac potiùs huc reipſa ſpectari: exigere tamen decorum, vt de eo tectè ageretur. Propterea cùm illuc ſermo deuenit: *Dextera illius amplexabitur me.* verum id quidem eſt, nondum ad matrimonij conſummationem peruentum; cæterum ibidem ſignificatur haudubiè ſponſos tunc ſolos relictos fuiſſe. Nam ideo concionem dimittens ſponſus ait: *Adiuro vos,* &c. ſupponens ſcilicet vnà ſe, vt dormirent, remanere. Adde, verba illa: *Ibi dabo tibi vbera mea*, pertinere omnino ad matrimonij conſummationem, ſed verò qua decéria conueniebat.

Quia meliora ſunt vbera tua vino. Dictum iam ſuperiùs nomini *vbera* hîc non reſpondere *ſadaim*, cuius ſignificatio, de qua infrà, pertinet ad nutrices; reſpondet autem *dodim*, quæ vox ſonat *amores*. Sic autem vocant propriè Hebræi amplexus. porrò ſedes amoris locatur in pectore & vberibus. quæ ratio eſt noſtræ verſionis: & vſus maximè eſt huius nominis, cùm de amplexibus in amoris conſummatione ſermo eſt. Horum deinde cum ſuperioribus connexio iam demonſtrata. Et notatum, hic ſponſam eius vini meminiſſe, quo illam priùs ſponſus ebriam concinnarat. Conſtat præterea, liquidiſſimam ſapientiæ reuelatæ voluptatem, de qua ſeriò cap. 2. hoc eſſe ſponſi vinum. Et licèt qua coniunctione in cœleſti patria per beatam viſionem animæ adhæret Deo, ea ſit longè maxima; verùm tantiſper dum in via ſumus, multis excellit partibus nexu charitatis copulari Chriſto, quàm eiuſdem reuelata ſapientia quantumuis excellenti inebriari. Sapientia enim ex ſe licèt ingens neque animam cum Deo vnit, neque eiuſdem facit ſpiritus: quod autem hoc præſtat, id verò eſt ſpiritus Chriſti, & perfectæ charitatis nexus. Atqui hic eſt, quem excellentiorem hauddubiè,

Pro vberibus non vnicum Hebr. nomẽ.

Sapientia & amoris diſcrimen.

A ſuauiorémque ea voluptate, quæ ex cœleſtium arcanorũ reuelatione percipitur, ſponſa pronunciat.

Hinc licet primùm colligere, quòd tres Patres apud Theodoretum dicunt, per verba Chriſti, ineffabiles altaris fontes, ex quibus pietatis alumni nutriuntur, ſignificari; eſſe quidem accommodationem elegantem, & cum ſenſu literali, qui eſt de Euchariſtia, cohærentem; verùm cum Hebraica phraſi non item. Ambroſius deinde & Bernardus præferri dicunt vbera Chriſti omni ſæculari dulcedini. Hoc autem longè infra illud eſt, quod exigunt & ſeries & phraſis huius libri, in quo vinum ad excellentiam doctrinæ reuelatæ refertur. maior autẽ multò laus eſt vberum, præferri illa liquidiſſimæ ſa-

B piétiæ reuelatæ voluptati, quã ſæculari dulcedini.

Illud igitur eſt quod dico, hunc locum & alterum capitis 2. vbi ſponſam in apothecam induxit ſponſus, illámque largiter ibi priùs excepit ſuo vino, dein arctiſſimè amplexatus eſt, ſeſe mutuò reſpicere. Quod itaque nunc ait ſponſa, id eſt, magni ſe quidem facere ſponſi vinum, hoc tamen poſtponere de ſuis amplexibus. atque adeò horum ſe maximè deſiderio teneri.

De allegoriæ vini ſignificatione notatio.

Eſt id primum citra controuerſiam, vinum in malam partem ſæpe allegoricè capi. Sic Prouerb.

C 4. 17. appellatur *Vinum iniquitatis.* cap. 23. 31. *Ne intuearis vinum quando flaueſcit.* nam mox additur: *In nouiſſimo mordebit vt coluber.* Antea cap. 20. 1. *Luxurioſa res, vinum,* & cap. 31. 4. *Noli regibus dare vinum.* ita *vinum compunctionis*, legitur Pſal. 59. 5. Pſalm. demum 75. 9. dicitur: *Calix in manu Domini vini mei plenus mixto.*

Vinũ in malam partem.

In hoc tamen Cantico videtur vinũ ſemper in bonam partem accipiendum. Atque vt hæc noſtra ſententia, qua ſit veroſimilis appareat locos huius Cantici, vbi mentio fit vini, numerabo.

Sed hic ſemper in bonũ.

Primus locus Cant. 1. 2. *Meliora ſunt vbera tua vino.*

2. Cap. 1. 4. *Memores vberum tuorum ſuper*
D *vino.*
3. Cap. 1. 13. *Botrus cypri dilectus meus mihi.*
4. Cap. 2. 4. *Introduxit me in cellam vinariam.*
5. Cap. 4. 10. *Pulchriora ſunt vbera tua vino.*
6. Cap. 5. 1. *Bibi vinum cum lacte meo, bibite & inebriamini.*
7. Cap. 7. 7. & 8. *Vbera ſponſæ comparantur botris vineæ.*
8. Cap 7. 9. *Guttur tuum vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum,* &c.
9. Cap. 8. 2. *Poculum ex vino condito.*

E Ex his nouem locis duo duntaxat primi, in quam ſint partem ſumendi, veniunt in diſceptationem. nam quòd in bonam alij ſeptem ſumantur, euidens eſt. Verùm idem etiam de duobus illis ratione, vt reor, euincitur. Primùm, quòd ſi ita ſumatur vinum, maior illa ſit verbum commendatio. Deinde, quia qua ratione dicitur cap. 1. 2. *Meliora ſunt vbera tua vino*, dicitur eadem prorſus cap. 4. 10. *Pulchriora ſunt vbera tua vino:* vbi capiat vinum in malam partem nemo.

Argumenti efficacitas.

nemo. nam is eſt contextus, *Pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Vbi ſicut aromata in malam partem capi nequeunt, ita neque vinum.

Accedit, aptam huius Cantici harmoniam ita exigere videri. etenim ſponſa introducta eſt in cellam vinariam, & oblectata ibi amplexibus ſponſi ſui. Atque ita cùm ait: *Meliora ſunt vbera tua vino,* ſenſus eſt, pretioſum quidem eſſe vinum, quod ibi ſponſus repoſitum haberet; verùm enim eiuſdem amplexus præſtare longè. Et ſanè, ad hæc, habet inconuenientiæ nonnihil in libello tam breui ſymbolicam vini ſignificationem variare. Præterea veriſimile admodum eſt, hoc libro Salomonem habuiſſe in vini ſignificatione reſpectum ad conuiuium, quod ſapientia Prouerb. 9. 2. & 5. inſtruxit: *Comedite panem, & bibite vinum.* vbi ad propoſitionis menſam, in qua panis & vinum erat (vt habes in tractatu de templo) alluſio fit. Ac demum, mirum accedit firmamentum noſtræ ſententiæ, quod ea omnibus nouem locis conuenientem inter ſe afferat ſenſum, & cum quidem admirabilem.

Vinum pro ſapientia reuelata.

Eſt ergo obſeruandum in conuiuio ſapientiæ, quod eſtur, eam eſſe ſapientiæ partem, quæ aliquo ſtat labore, tametſi delectabili. nam certè mandere, non nihil affert laboris. At quod liquidius eſt, quod delicioſius, planè vinum eſt: & notum iam alias, quæ ſit voluptas liquida, & quemadmodum quod euidens exiſtit, id eſt liquidum. Illud igitur, quod ſumma cum voluptate hauritur, oblectat cor, rapit animam, illámque infuſione ſua prorſus permeat, id quidem vinum eſt. Atque ſtatim apparet ponderatum mirabiliter; cùm voluptas ex Chriſti amplexibus (id eſt, ex amore & coniunctione ipſius) hauſta voluptatibus ſapientiæ, vel liquidioribus delectabilior pronunciata fuit. Concinit autem Paulus aiens: *Maior autem horum eſt charitas.* Agebat enim non de intuitu perſpicuo Dei, ſed de huius mortalitatis ſapientia, tametſi reuelata ac diuina. Hoc ergo eſt, *Meliora ſunt vbera tua vino.*

Inferior hac amore Chriſti.

In iis verò v. 4 huius cap. *Memores vberum tuorum ſuper vinum,* agit etiam ſponſa de magno quodam deſiderio. quod enim quis optat valde, id nunquam obliuiſcitur. Et eſt ſenſus, ſponſæ non ita in voto eſſe, vino, quàm amplexibus frui. Aut fortè ad introductionem ſui in apothecam vini alludens, inquit, ſuauiorem ſibi eſſe amplexuum quàm vini memoriam.

Eadem ſententia.

Quid ea ſignificent v. 13. *Botrus Cypri dilectus meus mihi,* ſuo loco. cap. 2. 4. *Introduxit me in cellam,* &c. Admirandæ conuiuij ſapientiæ deliciæ ſignificantur. Verùm vlteriùs progreſſa eſt beneuolentia, cùm eam ſponſus poſt arctè complexatus eſt, *Dextera illius amplexabitur me.*

Quod ſi cap. 4. 10. cùm dicitur: *Pulchriora ſunt vbera tua vino,* de eo quo ipſe vino, nono ſcilicet viſionis beatæ, fruitur in cœlis, ageret Chriſtus; non vtique dixiſſet gratiorem ſibi eſſe Eccleſiæ amplexum, quàm Dei viſionem. Atque ideo non ait: Meliora ſunt mihi vbera tua, quàm vinum, ſed, *pulchriora.* hoc eſt, præ vino, quod bibis, amplexus tuos probo. plus places dum me amplecteris, quàm dum vinum ſapientiæ bibis.

Iterum eadē.

Quod dicitur, *Bibi vinum cum lacte meo,* cap. 5. 1. ibi explanabo.

In iis cap. 7. n. 7. & 8. ſignificatur religioſæ vitæ doctrinam ad viros pertinere, adulta ſcilicet iam

A & confirmata virtute. Quamobrem dicitur, quibus aluntur vberibus tyrones, píſque alij inſtituuntur, ea pro lacte præbere vinum.

Capite verò 7. num. 9. Guttur deſignat muſicam. & eſt ſenſus Religioſorum prædicationem excellentis eſſe doctrinæ, adeóque ſumma voluptate Chriſti amicos afficientis. Quod autem dicitur, vinum hoc eſu dignum eſſe; id ſignificatur, quod aiunt probi potatores, bonum vinum non bibendum, ſed edendum. id eſt, ex ore pro guſtu maiore lentius tranſmittendum.

Capite denique 8. 2. vt ſignificetur, Chriſtianæ Eccleſiæ perfectionem videre, fore id Chriſto iucundiſſimum, ait ſponſa: *Dabo tibi poculum*
B *ex vino condito.* Vbi obſeruandum, viſum, opus eſſe ſapientiæ. Hæc porrò voluptas eſt, quam Chriſto poſſumus Chriſtiani afferre, iuxta illud epiſt. Ioann. 3. 4. *Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.* Cùm igitur videt Chriſtus inſiſtere perfectioni ſuos filios, magnæ id ſibi eſt voluptati, ea ſiquidem condito vino comparatur.

2. *Fragrantia vnguentis optimis.* Viſum iam, vberū nomine reſpici matrimonij conſummationem. Ad hanc porrò cœleſtem vnionem licet intelligatur ſponſa iam vnguento myrrhino, aliíſque odoramentis (vt colligitur ex lib. Eſth. cap. 2. 12.) præparata longè tamen excellentius eſt regale vn-
C guentum, quo præ ſuis conſortibus perfuſus dicitur ſponſus. Vide Pſalm. 44. 8. & ad Hebr. 1. 9. Plinium item lib. 13. cap. 1. in fine, & cap. 2. de vnguento regali Orientalium Regum, quod vnguentum appellat ipſe cumulum deliciarum & rem ſummæ auctoritatis. Cum ergo Eccleſiæ ſpōſus myſtico vnguento adeo præſtante delibutus ſit; meritò ipſius ſpōſa in commemoratione ſummę ſuauitatis vberum (id eſt, complexuum) ſponſi, fragrantię optimorum vnguentorum mentionem facit. Quia quæ ſponſa tali coniungitur ſponſo, ad ſummæ item illius fragrantiæ attractę ex complexu ſponſi conſortium perfectiſſimum conſequenter admittitur. Quo ex complexu, totiúſque
D beatæ noctis coniunctione manet ipſa regale illud vnguentum ſimiliter ſpirans, regalis nimirum fragrantiæ ſicut & matrimonij conſors.

Vbera, id eſt, amplexus Chriſti, vnde ſpōſa quoque oderatiſſima.

Hic cum verbis præcedentibus horum nexus. & in vnguētorum allegoria alluſum hauddubiè ad Salomonis delicias. De quibus Eccleſ. 2. 8. & ad regalia aromata, quæ ipſi allata narrantur 3. Reg. 10. 10. Meminiſſe autem oportet, & vnguentorum vſum fuiſſe apud Orientales frequentiſſimum, & ea ex multis aromatum generibus miſceri ſolita. certè ex quatuor & viginti illud, quod regale vocat Plinius, conſtabat.

Alluſio ad vnguenta Salomonis.

Porrò aromatum, & vnguentorum allegoria ſpirituali ſuauitati animæ ſignificandæ ſeruit
E aptiſſimè. Nam bonus odor tanquam res ſpiritualis per ſpiritum, ſeu animam (ſic etiam appellatur) penetrat introrſum; atque vt eius ſuauitate fruamur perfectè, naribus attrahimus ſpiritum. Anima verò illo ſe penitus ſpirituali ſolamine ſine ſocietate videtur oblectare velle. Dicit itaque ſponſa, nihil omnino eſſe, quod animam & ſpiritum reficiat æquè, ac reficit coniunctio cum Chriſto. atque ex hac bonum ſe eiuſdem Chriſti participaſſe odorem, ad diffundendum vtique quoquo verſùs, & vt proximi ex vſu & conſuetudine cum viris ſpiritualibus odorem diuinitatis ingentem ſuarum animarum ſolatio participent. Atqui mixtio illa ex aromatis diuerſis

Accedens ad Chriſtū tranſfunditur magna ſuauitate.

& puriſſimo oleo, quæ eſt in pretioſo vnguento, facilè eſt aduertere, quid deſignet, perfectarum nimirum coagmentationem virtutum, & omnium quidem oleo lenitudinis, ſuauitatis ac miſericordiæ delibutarum. A

Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.

Verba hæc non diſſoluta ſunt à præcedentibus, connexa quin imò cum illis mirabiliter. Ex eo enim quòd ſponſi vbera vnguentis optimis fragrent, conſequens eſt, vt ſponſa poſt beatam cum eo coniunctionem, idem etiam redoleat regale vnguentum. Hunc porrò cœleſtem odorem animæ illæ percipiebat, præſertim, quæ ex Eccleſiæ primitiuæ prædicatione ad illam ſe recipiebant. Etenim hæ valde ad Chriſtum afficiebantur, propter egregium eiuſdem odorem, quem Euangelij efflabant buccinatores, Chriſti eo ſpiritu prædicantes nomen, vt re ipſa teſtarentur, verè dictum à Paulo 2. Corinth. 2. 14. & 15. *Odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus. ijs qui ſalui fiunt odor vitæ in vitam*, &c. Atque illud obſeruatione digniſſimum, hanc admirabilem in prædicatione nominis Chriſti efficaciam notari hîc ex perfecta cum Chriſto coniunctione exiſtentem. Ad hæc, nomen Chriſti in præſenti ſic accipio, quemadmodum cùm agitur de Euangelij prædicatione, ſumi ſolet. Vniuerſa enim Euangelij prædicatio ad prędicationem nominis Chriſti ręedigitur velut ad ſummam. Vide Actu. 9. 15. Vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meum. B C

Quid trahat peccatores ad Chriſtum?

Nota.

Ex dictis facilè ad eam quæſtionem, ſitne in præſenti de nomine Chriſtus, vel Ieſus, ſermo, colligitur reſponſio. Vtrumuis enim dixeris, attenta, vt opus eſt, veritate nominis, idem dicis. Nam quod Chriſtus verè ſit Saluator, vel quod verè vnctus à Deo, & ab illo ad mundi ſalutem procurandam miſſus, vtrumque diuerſum non eſt. At in præſentia de Euangelicæ prædicationis efficacia in alliciendis ad Chriſtum animabus, contextus agit. Etenim effectus fuit prædicationis Apoſtolicæ, vt Chriſti odor grauiſſimus, atque ſuauiſſimus eſſet, & multo vtique excellentior, quàm memoria Ioſiæ, quem illis commendat Eccleſiaſt. cap. 49. 1. Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta, opus pigmentarij. D

Nomen Ieſus aut Chriſtus oleo effuſo deſignari.

Debet autem hîc obſeruari, contextum exigere diſtinctionem inter ſponſam colloquentem, & inter eas, quas adoleſcentulas vocat. Sponſa enim ad conſummationem matrimonij, id eſt, ad perfectam cum ſponſo vnionem fuerat admiſſa: nomen autem adoleſcentularum eas, quæ adhuc paruulæ erant in Chriſto, id eſt, recenter ad eum conuerſæ, deſignat. Vide Eſth. 2. 9. vbi Eſtheræ datæ ſunt ſeptem puellæ ſpecioſiſſimæ. Et quidem ſponſa eſt illa, quæ vocatur in ſacra Scriptura Mater Sion; adoleſcentulæ verò ſunt nouellæ plantæ. Dicemus iterum de hac diſtinctione ad id capitis 6. 7. *Adoleſcentularum non eſt numerus.* Vbi adoleſcentulæ ab eis, quæ iam ſponſi fruuntur coniugio, id eſt, vnione perfecta, diſertè diſcriminantur. Quod ſi placet per adoleſcentulas, ſicut cap. 6. Chriſtianas Eccleſias denotari; benè id habet. quia ſponſa eſt Eccleſia Ieroſolymitana; adoleſcentulæ verò pro aliis Eccleſiis, quæ alibi, Samariæ puta & Antiochiæ fundabantur, aptè capiuntur. Et cohæret optimè, vt Mater Sion E

Sponſa & adoleſcentularum diſcrimen.

expendat, quanta ſit vberum ſponſi fragrantia. nam ei, quod ſponſi amplexibus fuiſſet potita, ita hæſit odor cœleſtis, vt eum exſpirans complures ad eundem ſponſum Chriſtum animas pelliceret, iis ſcilicet illius notitia, quem verbo & exemplo prædicabat, imbuendis.

Dixi adoleſcentulas eſſe fideles ſiue animas ſiue Eccleſias ante perfectam cum Chriſto vnionem. Vbi notes, à reginis & concubinis diſtingui cap. 6. 7. adoleſcentulas, quòd hæ filios Chriſto non gignant. Id quod ſatis ad ea, quæ nuper diximus, appoſitum eſt. Munus enim & genitricis, & filios Chriſto gignendi, perfectam vnionem cum Chriſto ſupponit, & huius matrimonij fœtus primigenius eſt Chriſti imago (vt & dixi verſu præcedenti) ipſimet impreſſa genitrici.

Quòd ſi obiicias, fieri, vt aliquibus, priuſquam ad hanc euecti ſint vnionem perfectam, animæ adducantur ad Chriſtum. Reſpondeo, quæ animæ Chriſto perfectè ſunt vnitæ, eas propriè & ſpirituali proportione genitrices eſſe, ac filios gignere. Quòd ſi Deus interdum eum, qui nondum ad Chriſti vnione fruendum pertigerat, pro inſtrumento ad alicuius conuerſionem aſſumat; hic quidem haud genuit propriè, nec ei genitricis nomen, ſed inſtrumenti ſolùm debetur. Enim verò Dei omnipotentia quolibet inſtrumento poteſt vti, nullam etiam cum effectu proportionem habente. Verùm illud naturale (id eſt, apta reſpondens proportione) eſt, vt qui perfecta cum Chriſto fruitur coniunctione, is alios pertrahat ad eundem. Atque hoc exigit rerum ordinaria ratio, facitque Deus potentia ſua, vt dicitur, ordinaria. Nam quod diuerſum eſt, ea fieri ratione cenſendum, qua Deo ſeruiunt quæuis inſtrumenta, quæ ad gratiæ productionem non ex eorum natiua proportione, ſed ex ſua omnipotentia aſſumit.

Qui ad ſpiritualem generationem apti.

Ex dictis iam elicio *τὸ dilexerunt* non ſignificari in præſenti charitatis perfectionem, ſed initium duntaxat. nam charitatis perfectio in matrimonij conſummatione repræſentatur. Verum eſt tamen ante obtentam iſtam coniunctionem arctiſſimam, vehemens illius obtinendæ poſſe deſiderium accidere. atque id appellari etiam amorem ingentem. Eiuſmodi autem vehemẽs deſiderium Chriſto ſeruiendi reperiri ſolet ipſis conuerſionis initiis. Et quidem magna cum charitate Eccleſiæ cœperũt ab Apoſtolis fundaræ: quas tamen cum ea vnione Chriſti perfecta non cœpiſſe, compertum eſt. De hac amoris conſummati ab amore deſiderij vehementis diſtinctione iterum ad illud cap. 5. 8. *Amore langueo*, recurret ſermo.

Dilectionis gradus varij.

3. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Sponſam ab adoleſcentulis textus diſtinxerat. ab ſponſo verò nunc, vt is illam ad ſe pertrahat, ſponſa petit, quo efficiat, vt omnes tam ipſa, quàm adoleſcentulæ poſt eum concurrant. Eſt autem hoc ad eum modum concipiendum, quo, cum ſacra aliqua familia ſpiritu efferueſcit, feruoris fructus in Eccleſiam totam redundat. atque ita gratiæ ingentis, quam Deus ordini religioſo communicat, effectus non eſt ſolùm pertrahi ad Deum ordinis illius alumnos, ſed alios etiam complures. Dicit ergo aptiſſimè Ieroſolymitana Eccleſia: *Domine trahe me: & me quidem currente, poſt te etiam adoleſcentulæ current.* Etenim currentibus magiſtris, & diſcipuli currant neceſſe eſt.

Maiorũ exemplum quàm efficax.

Odoris porrò allegoriam ſic premo. ſi ex vnione cum ſponſo cœleſtis odor ſponſæ adhæreſcebat,

Digitized by Google

Premitur odoris allegoria.

bat, quo dein poſt ſe animas ad Chriſtum conduceret; liquet, quo magis ipſa ſponſo adhæreſceret, plus eam fore diuini illius odoris participaturã, atque eo magis animas ad Chriſti odorem affecturam. Quòd ſi quo illa magis Chriſto vniretur, capturà eſſet ſpiritus, eo amplius ad perfectiorem ac perfectiorem anhelandam vnionem, & ad curſum poſt ſponſum velociorem; ex proportione quidem futurum erat, vt animabus, quas odor Chriſti ab ſponſa communicati ad ſe perducebat, ſpiritus accreſceret. Vnde horum cum verbis præcedentibus conſtat nexus. relinquitur, vt quid *trahere* ſit, quid *currere*, ampliùs aliquanto declarem.

Trahe me. hoc eſt, gratiæ me tuæ efficacia pertrahat ad te magis ac magis per maiorem vnionis perfectionem perfruendum: atque huius etiam vnionis vinculis ad perfectiorem tui imitationem trahe me. Primum de efficacitate gratiæ, voci illi Chriſti D.Ioann. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*, conſonne eſt. Alterum, quòd vnionis ſuauitas Chriſti imitationem potenter efficiat, iis Oſeæ cap. 11.4. conſonat: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Trahe autem vtrouis modo, minimè eſt, vt liquet, violentum; ſed cum ſumma ſuauitate efficaciſſimum, Chriſti exemplo, & eius beneficiis proponendis, mente illuſtranda, voluntate accendenda.

Vis trahendi duplex.

Poſt te curremus. τὸ *poſt te* Chriſti ſignificat imitationem; & *curremus* ſtudium & operam ingentem, iuxta id Pſalm. 118. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.*

In odorem vnguentorum tuorum. Mirus ſanè odor is eſt, qui facit curriculo venire animas eius gratia potiendi. Atqui odoris huius cœleſtis effectus illi eſt adſimilis ſpiritui, qui canibus inditur venaticis prædam odoratis. Atque huc videtur contextus ſpectare. Enim verò ita omnino res habet. vbi Deus percipi facit admirabilem odorẽ Chriſti, is ad ſe rapit animas ſtatim, eáſque incitat, vt poſt Chriſtum currant. & quam ſegnis ſit ante prædam nare perceptam canis, quantóque pòſt rapiatur impetu, digna res eſt quæ animaduertatur. Ad hæc nota, vnguentorum Chriſti ſuauiſſimorum odorem in perfecta cum eodem coniunctione, vt dixi, plenè hauriri. Atque id eſſe quod & expetebat ſponſa, & adoleſcentulę anhelabant. Porrò, viam, quæ ad tantum bonum rectà ducat, eſſe Chriſti ſollicitam imitationem. Id itaque vult: *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Et verò τὸ *poſt te* eſt vt ad imitationem Ieſu Chriſti tollat vnuſquiſque ſuam crucem, illiúſque vtpote magiſtri veſtigiis inhæreat.

Pulchra ſimilitudo.

Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Dixerat ſponſa, quod ipſa, quódque ipſius adoleſcentulæ cuperent vehementer, vt Chriſti odoramenta in perfecta cum eodem coniunctione ebiberent, id quidem eſſe. Iam ergo quid aptius, quàm hoc quod ſubiungit? accepiſſe nimirum ſe ab ſponſo dona alia magnifica (magnorum ſcilicet myſteriorum reuelationes, linguarum donum, & id genus alia) atqui iam in fruendo ſponſo ipſo collocare tam ſe, quàm adoleſcentulas ſuas totam ſuã felicitatem, ipſiúſque & amplexus & vnionem myſteriorum reuelationibus, dono linguarum, & aliis quibuſcumque longè ſe præponere. Apparet ſanè inhærere hunc ſenſum tunc contextui præcedenti, tum Apoſtolicæ doctrinæ. Vide 1. ad Cor.

Diuino amori reliqua poſtponenda.

A 12. 31. *Æmulamini charìſmata meliora: adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* charitatis ſcilicet, de qua ſtatim ibi latiſſimè, perfectionem. Relinquitur, vt an textus verba ad noſtrum hunc ſenſum veniant appoſitè, videamus.

Introduxit me rex in cellaria ſua. Tametſi Hebræa vox, pro qua noſter vetus *cellaria*, tantùm ſignificet penetralia, ſeu cubicula interiora; vulgatus autem, cùm *cellaria* verterit, conuenienter ſcilicet ad illud cap. 2. 4. *Introduxit me in cellam vinariam*, de vinaria item cella hîc agi, omnino intellexit: & quidem prudentiſſime (vt ego ſentio) rem expendit. Sequitur enim ſtatim: *Memores vberum tuorum ſuper vinum.* Et ſicut v. 1. vbi ſponſa dicit: *Meliora ſunt vbera tua vino*, ſermo de illo eſt, quo ipſam

Cellaria lac de vini repoſitorys

B ſponſus in apotheca oblectatat; ita etiam in præſenti de eodem vino ſermo eſt. Præſens itaque introductio in cellaria alteri, de qua dicitur, *Introduxit me in cellam vinariam*, manifeſtè reſpondet. Atqui in ea apotheca (vt videbimus c. 2.) ſuauitate vini ad myſticam vſque ebrietatem ſponſa potita eſt, mox verò amplexibus ſponſi dulciſſimis. Porrò hæc omnia iſtis concentut: *Introduxit me rex in cellaria ſua.*

Præterea omnia hæc, myſteriorum ſcilicet reuelatio, infuſæ doctrinæ excellentia, donum linguarum & prophetiæ, liquidiſſima demum tenelatæ ſapientiæ voluptas mire ſignificata ſunt (vt cap. 2. dicam) & per ſuauitatem vini ab ſponſo propinati, & per inebriatam ab eo ſponſam.

C Hac cauſa non ait ſponſa, introduxit nos rex, ſed, *introduxit me.* De vnione verò charitatis cùm agit, pluraliter loquitur: *Exultabimus, & lætabimur in te*, q. d. Haud quidem conueniunt omnibus reuelationes myſteriorum, dona linguarum, & prophetiæ: Chriſtus autem ad ſuorum amplexuum dulcedinem omnes & Eccleſias, & ſingulas earum animas inuitat. Et quemadmodum equidem (inquit ſponſa) in fruendo ſponſo meo meam felicitatem definio; ad eamdem prorſus felicitatem anhelandam meas puellas informo. Etenim ſicut ego in his amplexibus ſuauitatis, & ſpiritualis conſolationis reperio plenitudinem, ita & ipſæ reperient. Atque id hæc volunt: *Exultabimus, & lætabimur in te*, q. d. in

Non ſicut diuinus amor, ita omnibus conueni. Dei ſapientia celeſtis.

D temetipſo (quod idem eſt, ac ſi diceret, in amplexibus tuis) veram cordis lætitiam inueniemus. Nam licèt ſcriptum ſit, vino cor lætificari, illúdque, & quidem admirabile ego largiter biberim: at verò ſolatium, quo afficiuntur animæ tecum ex charitate perfecta vnitæ abſque vlla comparatione maius eſt. Ac proinde ego meæque puellæ ad hanc aſpiramus beatitatem: *Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.* id eſt, amplexus tuos vini tui ſuauitati præferentes. Hæc de ſe profert ſponſa ex experientia; de ſuis verò adoleſcentulis ex inſtitutione ac prædicatione. quas ſimul his ad æmulandum chariſmata meliora (vt fecit Paulus) exhortatur. De diſtinctione porro ſponſæ, & adole-

E ſcentularum, dictum ſuperiùs ad illa, *Oleum effuſum*, &c. & ad, *trahe me*, &c. Neque verò neceſſe eſt vt τὸ *memores*, referatur ad adoleſcentularum experientiam. nam etiam eorum dicimur commeminiſſe, quæ magiſtri docuerunt, ſicut Luc. 17. 32. dicitur, *Memores eſtote vxoris Loth.*

Recti diligunt te. is debet eſſe horum verborum ſenſus, vt illa ſit recta electio, quæ amorẽ Chriſti reliquis omnibus anteponit. Ac primũ ſenſus hic

Recta electio quo ſpectet.

 cum

cum textu præcedenti mitificè cohæret. eum deinde verba facilè recipiunt. Etenim qui rectiſſimè eligunt, hos nuncupes rectos aptiſſimè. Adde Hebræum nomen, quod, ſicut Latinum diuitiæ, caret ſingulari numero, ſonare *rectitudines.* atqui phraſi Hebraica rectitudines, idem eſt, quod rectitudo. Et licet vulgata verſio: *Recti diligunt te,* apta ſatis ſit, quod pro abſtractis concreta ponantur frequenter; ſed fortaſſe epitaſim addit: *Rectitudo diligit te.* id eſt, tui & dilectionem & complexum vino ſapientiæ, boniſque huius vitæ aliis omnibus præferre, ea quidem recta eſt electio. Ac proinde quod ego meæque puellæ tuis amplexibus vniuerſa poſtponimus, in ipſiuſmet rectitudinis ſcopum rectà collineamus. Et facit quod rectè diligi dicatur, id quod eligitur: imò & Latinis verbum diligo vtrumque deſignat. Notandum præterea emphaſim habere pronomen *te,* tam hic, quàm ſuperiùs in illis: *Exultabimus, & lætabimur in te.* q. d. haud eſſe ſitam felicitatem animæ in vllis myſteriorum reuelationibus, non in prophetiæ vel linguarum dono, ſed in ipſomet Chriſto complectendo.

Percurſa hactenus ſunt verba omnia primæ huius capitis ſectionis, & aptiſſima eorum ſeries oſtenſa. Qui verò componat cum acoluthia commentarium, in ea reperiet totius contextus ſummam. Neque tamen obiicias, verba acoluthiæ huic ſectioni reſpondentia neque prædicationis nominis Chriſti, neque amoris, quo eum proſequuntur adoleſcentulæ, meminiſſe. Etenim hoc neceſſe non fuit. nam vtrumque & prædicationis efficacia, & amor adoleſcentularum pro effectu perfectæ cum Chriſto vnionis, qua Eccleſia primogenita potita fuit, aſſignatur. Et omnia alioqui exprimi in acoluthia neceſſe non eſt: ſed illud ſummatim proponi, quod ad oſtendendum libri filum ſufficiens ſit.

SECTIO II.

Verſ. 4. *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

5. *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.*

6. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

Acolvthia.

4. & 5. Et Iudaicæ quidem perſecutionis tempore gloriatur in tribulatione: quamuis coacta ſit, vrbibus relictis, per agros errare monteſque.

6. Sponſo tamen ſignificat, ne multi Chriſtiani, ingraueſcente perſecutione, fidem deſerant, timere ſe: atque adeò optare ab infidelibus abſcondita in frui quietis otio, & contemplationis dulcedine.

Commentarivs.

Quod ſponſæ faueret nimis Rex, eámque ſuis amplexibus dignaretur, gloriata ipſa eſt ſectione A ſuperiore. Hæc verò ſecunda præſens videtur ſupponere, elegantes fœminas Ieroſolymitanas ſponſæ dictum aut non credere, aut vehementer admirari. Etenim videbatur illis indignum maieſtate Regis, vt is infuſcæ fœminæ ſic faueret. Quibus ita ſatisfacit ſponſa: *Nigra ſum, ſed formoſa.* q. d. Eſſe me quidem infuſcatam haud diffiteor. Verùm enim hæc ipſa cauſa eſt, cur Regis oculis pulchrior ſum. hæc ita nectenda. Atqui niger *Sponſa à perſecutionibus nigra.* color ac fuſcus eam humilitatis ac vilitatis ſpeciem, quam propter Iudæorum perſecutionem initio prætulit Eccleſia, appoſitè repræſentat. nam quemadmodum corrumperet Sol nitidam cutem delicatæ fœminæ, quæ egreſſa è ſuo gynæceo il- B lius radios paſſim exciperet; ita prorſus ſine ſplendore, aut decore apparebat Eccleſia ab ardenti perſecutionis æſtu. Atqui illud idem coram ſupremo Rege magnum Eccleſiæ erat pulchritudinis incrementum, quòd illam ante Iudæos cæcos infuſcabat. Etenim humanæ gloriæ propter diuinam facere iacturam, id eſt, decore ac pulchritudine vehementer augeri.

Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. *Similis Cedarenorum tentorijs.* Rabbinorum expoſitio hæc ita diſtribuens, vt nigram ſe ſponſa dicat ſicut tabernacula Cedar; formoſam autem ſicut pelles Salomonis placet nunc. q. d. Tametſi hominibus, nigrore ac fœditate Cedarenorum papilionibus ſimilis, mini- *Tunc Sponſi pulcherrima.* C méque proinde ſpectabilis appaream; ſed enim meus me interim reputat ſponſus cum Salomonis tentoriis de pulchritudine & elegantia contendentem. nam pelles ex phraſi ſacræ Scripturæ pro tabernaculis accipiendæ. Et quidem tabernacula Salomonem habuiſſe, ſupponit textus, quibus ſcilicet aut belli, vel inter venandum, vel faciendum iter, vteretur. atqui forent illa *Eccleſia primitiua bella imago.* hauddubiè quam elegantiſſima. Iam quòd illis comparetur ſponſa, ſignificatio eſt, eam quidem illud eſſe tentorium, in quo verus Salomon capit requietem. Et fit interim ad tabernaculum, quod fuit templo priùs, alluſio. id quod eſt planè appoſitiſſimum. Etenim tantiſper dum Ec- D cleſia primitiua adoleuit, arca diuini cultus ſedem mobilem & quaſi commodatam in tentorio habebat: poſtquam autem Romanam obtinuit Eccleſiam; iam tunc templum ſibi immobile ac fixum delegit. atque id videtur eſſe quod Paulus ad Hebr. 9. 1. Sanctum vocat ſæculare id eſt, templum ſanctum per ſæcula duraturum.

5. *Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol,* &c. *Contextus oſtenditur.* Ne meus me nigror vobis deſpiciendam propinet: neque enim mihi natiuus eſt hic color, ſed à Solis iniuriis comparatus. quibus me vti exponerem, amore mei ſponſi coacta ſum. Hunc enim amorem vbi fratres mei perſenſerũt, mihi indignati ſunt, & vt eorũ vineam cuſtodirẽ, E me compellere conati. Sed quidem auerſata onus aufugi, & paſtorale exercitiũ ſecuta ſum. Hic contextus eſt, in quo nigritudo contracta non tribuitur ſolibus, quos in vinea cuſtodienda ſuſtinuerit ſponſa; ſed paſcendi officio, quod vt vineæ cuſtodiam euitaret, elegit. Etenim re ipſa vineam non cuſtodiuit. Ad hæc, ſponſa antea pecus non egerat. nam ſi egiſſet, non eam vineæ cuſtodia denigraſſet. Illa quidem antea in vrbe degebat; ſed eam fratrum indignatio eo tandem iniuria adegit, vt vineæ cuſtos adhiberetur: ſed malam fugiens occupationem ad munus paſtoritium deuoluta eſt.

Horũ porrò intelligentia hæc eſt: Iudæos aduerſùs

Digitized by Google

Patres hi, Iudas primitiua Eccleſiæ ſiti infenſi.

sùs Eccleſiam primitiuam perſecutionẽ commouiſſe. nam liquet eam filiam eſſe Synagogæ. Vnde filij matris meæ dicuntur ab Eccleſia Iudæi, q.d. meæ quidem matris iſti filij ſunt; patris verò mei nullo modo: progenerati enim non à Deo ſunt, ſed à cacodæmone. *Vos ex patre diabolo eſtis*, Ioan. 8. 44. Atqui perſecutio in Eccleſiam excitata repræſentatur aptè per intentam vim, quò ipſa illorum vineam cuſtodiret. Tum quia honeſtam fœminam ad miniſterium tam vile deprimi, acerba ſit perſecutio: tum etiam quòd Iudæorum reſpublica & religio ritè per vineam deſignetur. Illi verò eo inſectabantur Chriſtianos, quòd ſuam & rempublicam & religionem conſeruarent: illúdque Chriſtiana Eccleſia perſequenda ſpectabant, vt ea à Chriſto deſciſcens ipſorum ſe vineæ cuſtodiendæ mancipaſſet. Verùm Eccleſia hanc fugit ignominiam. nam dicit, *vineam meam* (Hebraice *vineam quæ mihi* ſcilicet tradebatur cuſtodienda) *non cuſtodiui*. Et quidem contextus oſtendit, eam vineæ fugientem cuſtodiam ad cuſtodiam pecoris deueniſſe: ſtatim enim paſtorem ſuum, vt ipſa quoque eiuſdem muneris alloquitur. Quid autem his ſignificetur, illud quod Act. 8. 1. ſcribitur, declarat: *Facta eſt in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ*. per ſolitudines ſcilicet montium & camporum. nam Græcum nomen χώρα, quod regio hîc vertitur, agros etiam deſignat. Conſequens autem erat, vt ea ſole torreretur, nigráque proinde ac deformis appareret. In qua item fuga ad exitum Iſraëlis ex Ægypto, & longos ſolitudinis errores ſit alluſio. Iam verò ſi Eccleſiæ ad campos montéſque fuga hîc ſignificatur; quid tum inferri poterat tam appoſitum, quàm vt ea fœminæ pecus ducentis habitu veſtiretur? Talem ſe ipſa gerens addit ſtatim.

χώρα quid ſignificet.

6. *Indica mihi* (ſcilicet ô tu) *quem diligit anima mea, vbi paſcas, ibi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*. q.d. quandoquidem ipſa mihi indui cultum paſtoritium, minimè profectò eſt, cùr iam ſolem euitem; cur ne faciei corrumpatur cutis, laborem. Eant peſſum hæc omnia, dum fides, quam meo ſponſo debeo, in tuto ſit. Quæ me cura perpetuò coquet, erit, vt quæram eum, fruar illius amplexibus, ſolis etiam meridiani, qui faciei nitidæ hoſtis videbatur acrior, poſthabitis moleſtiis. Hîc porrò notandum, vbi paſtoritius cultus ſponſæ fuit attributus, vt de ſponſo itidem quaſi de paſtore ageretur, decorum exegiſſe. Quo ſeruato, tam de huius, quàm de ſponſæ, aliorúmque item paſtorum gregibus ſermo fit. Neque tamen in gregibus ſiue ouium ſiue caprarũ aliud quid arcani inueſtigari neceſſe eſt, quàm vt hic ſermo ſit paſtoritius. In quo vt ſignificetur paſtorem amatum eſſe, quæſitúmque à fœmina eiuſdem exercitij: dicetur illa quidem gregem ſuum, gregem verſus illius, quem amabat, duxiſſe, & iuxta illius caulas, ſuas collocaſſe. Atque huius ſenſus confirmatio eſt, in hac allegoria per paſtoris gregem non repræſentari Eccleſiam, ſed per ipſammet fœminam conſortem.

Cur ſponſus, paſtor, & ſodales eius paſtores.

Humanæ fragilitatis timor.

Hoc ita conſtituto, tametſi verum ſit, Eccleſiam, in ea perſecutione quam pati pro Chriſto cœpit gloriari quidem, quod ſponſi adeò ſibi amati gratia pateretur; verùm enim verò quis ambigat, illam ex humanæ fragilitatis notitia etiam timuiſſe, ne fortè perſecutionis illius cauſa Chriſtiani multi fidem abnegarent? Atqui hunc ſponſo timorem repræſentari, maximè eſt ex de-

A coro, eúmque adigit, vt faueat ſponſæ ex zelo proprij honoris, & ex diſcrimine benignus eximat. Quòd ſi qui Eccleſiam denigrarunt ſolis ardores, eius perſecutionem deſignant, ſolis feruore feruorem quoque perſecutionis denotati compertum ſit. Atqui in hoc grauiori anxietatis articulo, hinc imminet, attenta hominum fragili conditione, periculum deſerendo fidei; illinc ea propria eſt opportunitas, Dei ſpectata bonitate, in qua Chriſtus largiùs ſeſe communicat cum ſuis, liberalioremque ſuorum facit amplexuum ſuauiſſimorum copiam. Rei porrò vtrique appoſitum eſt, ſolere paſtores ante æſtum meridianum pecus ad vmbras conducere, ita quidam apud Plinium lib. 18. cap. 33. præcipit: *Cùm meridiem adeſſe ſenties, pecudem à ſole in opaca cogito*. & tunc ipſi

Tempus fruendo Chriſto opportunius.

B etiam paſtores recumbunt requieſcúntque. Atque ita meridianum tempus aptè cogitatur illud eſſe, quod ſponſam inuitet ad quærendum ſponſum, amplexibus cauſa perfruendi: cùm aliàs item idem ſit tempus faciendi ſponſi iacturæ magis obnoxium. Propterea igitur decorum eſt in primis, vt ipſa introducatur, dicens: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Vt autem ipſam ſponſus magis ad ſe inueniendum informet, proponit illa, metuere quidem ſibi ne fortè, quod paſtores alij facilè occurrant, ab illis vtpote infirma & defeſſa paſſa lactari; eorum & ſocietatem & libidinem amer. nam totum hoc affert: *vagari poſt greges aliorum*, origine Hebræa præcipuè inſpecta, quæ habet: *Et ero velC uti cooperiens ſe*. proſternens ſe nimirum ritu meretricio. dictũ id enim eſt ex antiquo more, de quo illa ſunt Geneſ. 38. 15. *Suſpicatus eſt eſſe meretricem, operuerat enim vultum ſuum*. Et ſanè Eccleſia hoc metu & ſuam prodit humilitatem, ad eum qui humilibus capitur, flectendum efficacem; & obiicit periculum, quo prouidere cogatur ſponſus ſuo honori. Porrò perſpicuum eſt ſodalium nomine paſtores alios deſignari, id eſt, Adami filios alios. Etenim in hac Ecloga qui paſtor ſponſam quærit, is quidem Chriſtus eſt, qui ſibi humanæ naturæ accommodans pellem, ſocium ſe hominibus adiecit, ac proinde paſtores aut ſodales ſunt Adami filij. Iam verò cum paſtoribus aliis meretricari, eſt, ex phraſi vſitata, illis in fidei deD ſertione cedere.

Vagari poſt aliorum greges rectè rem affert meretriciam.

Sodales ſponſi omnes Adami filij.

SECTIO III.

Verſ. 7. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.*

9. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia.*

10. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

E

ACOLVTHIA.

Verùm ab otij deſiderio vocatur Eccleſia à Chriſto ad conuerſationis animarum negotium.

COMMENTARIVS.

Duo dixerat noſtra hæc fœmina: vnum auere ſe multum, vbinam paſtorem reperiſſet meri-

Senſus iſtorum.

diantem cognoſcere:alterum timere ſuæ imbecillitati, ne fortè ſi, inter paſtorem ſuum quærendum, alios offenderet, cederet nequitiæ, & illis conſueſceret. Equidem ex duobus his ad primum non reſpondere paſtorem directo, propter quæ mox videbimus, cogito. Reſpondet verò ad alterum, illam, dummodo ſibi ipſi non præſidat, aliorum non debere paſtorum ſocietatem & conſortionem effugere; ſed quærere potius animosè & fortiter vt eos ad notitiam & amorem ſui ſponſi prolectaret. hæc eſt, vt ego ſentio, paſtoris reſponſio. Iam verò cùm ſermo hîc habeatur cum Eccleſia primogenita, apparet facilè, expedire, eam, quam ad mundi conuerſionem elegerat vt inſtrumentum Deus, à Chriſto Domino excitari, vt ne familiaritatem hominum fugeret; ſed via potiùs perſecutionis opportunitate, gnauiter eos perquireret, & expulſa huc illuc perſecutorũ furore, vbiuis animas denuò Chriſto lucrifaceret. Et hãc quidem explicationem validè firmabit ſequens verſus.

Illud verò hîc priùs quàm progrediamur, oportet expedire, cur paſtor ad prima ſuæ ſponſæ verba: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, reſponſionem omiſerit. Reſpondeo, quem verba hæc exprimunt animi affectum, enimuerò is eſt, Chriſto per otium, cura de proximorum ſalute prætermiſſa, velle frui. Atqui ſponſi de quærendis proximis ſignificata voluntate, implicitè dictum fuit, vt eam fugiendi proximorum cogitationem deponeret ſponſa, ſibique his quærendis, Deum vtique repertum iri perſuaderet. etenim quæ via ad fruendum Deo recta ducit, ea eſt voluntatis ipſius executio. Et verò in profeſſione Apoſtolica non ſic erat vnio cum Chriſto comparanda, vt quis ſe totum dederet contemplationi; ſed erat hæc tamen cum actione coniungenda. Proximorum verò ardenti charitate ſatagendo, vnio cum Chriſto poſt fruenda, melius præparatur, in ipſo quin etiam conuerſionis animarum negotio Chriſtus reperitur. Adiungo, ſi Eccleſia in primo pietatis feruore intepuiſſet, tunc quidem Chriſtum conſulturum, vti illa, ne in proximorum negotio ſui faceret iacturam, vacaret multum Deo orando: cæterùm vbi incaleſcebat deuotio, eam ad orationis exercitium, cuius ſatis gerebat curæ, non erat opus exhortari; ſed ad excurrendum potiùs, proximorum, quos ad Chriſtum adduceret, cauſa quærendorum. Hæc itaque exhortatio tecta laus eſt deuotionis ſponſæ. Supereſt ad noſtram expoſitionem textum adaptare.

Quibus eſt animarum cura, quæ vnio cum Deo quærenda.

Superfluum creditur pronomen te in ignoras te.

Si ignoras te, Hebraicè, *ſi non cognoſcis tibi*. τὸ verò *tibi* otioſum eſſe, curioſi aliquot recentiores contendunt, phraſímque Hebræam eſſe, perinde quaſi diceretur Hiſpanicè: *ſino te lo ſabes*. Ita verò exponunt: ſi vbi in meridie cubem, non cognoſcis, egredere & abi poſt veſtigia gregum. Id eſt, ſequitor gregem tuum, is enim erit tibi pro duce. Hæc porrò *mihi, tibi, ſibi* ex Hebræorum idiotiſmo adiuamenta eſſe, firmare poſſunt verbis mox ſequentibus *egredere*. nam Hebraicè dicitur: *Egredere tibi*. ſic cap. 2. 10. *Surge propera amica mea & veni, imber abijt*. Hebr. *Surge tibi, abi tibi, imber abijt ſibi*, & n. 14. *Surge & veni*. Hebr. *Surge tibi, & abi tibi*.

Minimè id verum.

Ego tamen aio, quanquam ſit verum, verbis illis *Surgo, Abeo. Egredior*, & aliis adiungi ex Hebræa dialecto datiuum ſibi, aut tibi nihil (ſic vt ex Hiſpana *irſe, voluerſe*) ſignificans, ideóque datiuos eiuſmodi in Latina & Septuag. tranſlatione prætermiſſos; cæterùm cum verbo ידע, id eſt, *cognouit, ſapijt*, eo quidem in ſacra Scriptura frequentiſſimo, nuſquam alibi datiuum illum coniunctum reperiri. ac de ſenſu mox videbimus. Quod autẽ Vulgatus, Septuaginta & omnes interpretes antiqui putarint hîc minime redundare pronomen *te*, id ſanè extra omnem videtur eſſe dubitationem. Præterea, quem intellectum accommodant huic orationi recentiores, ſi ignoras vbi cubem, greges ipſi te ducent, appareat licet facilis & expeditus; ſenſui tamen principali, vt ſtatim videbimus, haud benè ſeruit.

Illud ergo nota perquam dignum, huiuſmodi datiuum agnoſcendi verbis appoſitum in nullo idiomate ſuperuacaneum eſſe. Latinis quidem ſapere minime idẽ eſt, ac ſapere ſibi. Hiſpanis item, ex aurium interiore iudicio, cùm dicitur: *yo me lo ſe*, ſemper datiuus ille aliquid affingit energiæ, atque adeò non temerè addendus. non itaque illa alia *irſe, ſalirſe*, &c. ſimilia ſunt. Cùm autem gnauiter quærerem in ſacra Scriptura locutionem, quæ intelligendæ datiui huius energiæ lucem affunderet, verba illa Pauli ad Rom. 11. 25. commodum occurrerunt, *vt non ſitis vobis ipſis ſapientes*. vbi τὸ *ſibi ſapere* ad arrogantiam ſpectare, patefacit contextus. Quòd ſi datiuum præteriſſet interpres, ſenſum vtique mutaſſet. Quod ipſum oſtendunt ea cap. 12. 16. eiuſdem epiſt. *Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos*. & Prouerb. 3. 7. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum*.

Dico igitur eam ipſam in præſenti loco & phraſim & ſignificationem recipiendam eſſe. nam Hebræa ſonant, *ſi non ſapis tibi*. Prodiderat quidem ſponſa conceptum de ſe timorem: hanc verò humilitatem amans ſponſus, bonúmque ab illa ducens auſpicium, inquit: Quandoquidem, aut ſiquidem illa nihil arrogat ſibi; ita placitum Deo, vt illa tunc paſtores alios non fugiat, quærat ipſos quin potiùs, & conueniat. Certe hic ſenſus ad contextum eſt appoſitiſſimus. Ad ingens porrò mundi Deo adquirendi facinus, quam ſit, non præfidere ſibi, ſed conicere in Deum fiduciam omnem, res eſt benè manifeſtaria.

Pulcher intellectus verborum: ſi ignoras te.

Reſiſtas, hunc ſi Vulgatus & Septuag. ſenſum voluiſſent, datiuum eos minime in accuſatiuum mutaturos. nam ad humilitatis ſignificationem non videtur apta locutio; *Si ignoras te* Reſpondeo, hanc potiùs *ſi ignoras tibi* fluere nimis aſperè, atqui *ſi ignoras te* humilitati ſignificandæ optimè ex adiunctis deſeruire. Nam licèt aliàs accommodum ſit valdè contra inſolentiam amuletum, *Noſce teipſum*; cæterùm illa accedente voce, *O pulcherrima inter mulieres*, nihil ad humilitatem retinendam aptius omnino, quàm ignorare ſeipſam. Notum illud, vt fœmina de arrogantia ſugilletur, dici ſolere, eſſe quidem pulchram; ſed cuius ipſa ſibi multum conſcia ſit. Sic item auſcultare ſe dicitur, qui de benè loquendo gloriatur. Sic itaque vt moneatur ſponſa, ſi non intumeſcat ſuis dotibus, omnia ſibi ſubiicienda, egregia elegantia dictum fuit: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres*. Quemadmodum his aptè vteretur, qui alicui diceret, eam fore omni ex parte abſolutam, niſi vitio elationis laboraret.

Obiectio diluitur.

O pulcherrima. Dixit dudum ſponſa: *Nigra ſum, ſed formoſa*. Eam verò inter mulieres pulcherrimam ſponſus vocat, q. d. ab ipſomet nigrore accedere illi, vt illic expoſitum, pulchritudinem. Apparet porrò quam ſeruiatur decoro, vt ſponſæ laudes magis efferat ſponſus. Et quidem ita ſe res habet, poſtponi ab eo ſponſas reliquas pulchritudine ſponſæ ſuæ.

Egredere

Digitized by Google

Humiles adhibendi conuerſionis animarum negotio.

Egredere & abi poſt veſtigia gregum. id eſt, ſeceſſum tuum depone, exique vt paſtores inquiras. nam hoc eſt (vt diximus v.6.) greges eorum ſequi. non eſt proinde legendum, poſt veſtigia gregum tuorum. nam de illorum gregibus ſermo eſt. Quod ſatis Vulgatus expreſſit cum hic poſuit *gregum.* nam hæc reſpondent proximis illis ſponſæ: *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Quod igitur illa delicti metuens auerſabatur, id ipſum eſt, quod ſponſus præcipit vt agat, humilis tamen & confiſa Deo. Et quidem ex ecloga decoro multum eſt, vt fœmina ſui ſe timore tactam ſignificet, eidem tamen ſponſus paſtor multum fidere oſtendat, atque adeò dicat: *Egredere & abi poſt veſtigia gregum. Et paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum*, hoc eſt, iuxta eorum caulas, ſuas affigere. quod non eſt aliud (vt dictum ſuprà) quàm conatum adhibere, ad eos & quærendos, & familiariter conueniendos.

8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Quod equas curruum Pharaonæorum vectrices hîc afferat in ſponſæ ſuæ comparationem ſponſus, commentum eſt quod Gueuaram in Habac. auctorem habet. ſed aberrantem omnino.

Locutio expenditur.

Nam illud eſt expeditum, vt currus, quos conduxit Pharao, ſignificet τὸ *currus Pharaonis.* Atqui violentiſſimum eſt, ſuarum ſponſum equarum in Pharaonis curribus meminiſſe. Accedit, comparationem longè politiorem eſſe, ſacræque Scripturæ digniorem, ſi curribus aut equitatui, quem deferre in exercitu ſuo, cum Pharaonis & copias & currus ſubmerſit, cogitatu Deus, ſponſa cóparetur. In curribus itaque Pharaonis idem eſt, atque inter currus Pharaonis, quando ſcilicet hi fuerunt vndis obruti. nam *in* ſumi pro *inter* commune eſt. Iam nomen Hebræum סוסה quod aliqui vertunt *equam*, ponitur etiam pro *equitatu*, vt aliqui apud Pagn. notarunt.

Senſus aperitur.

Hic porrò verſus in ſententia cum præcedente mirè connectitur. Etenim quo excitetur ſponſa vt latebras & ſeceſſum mente deponat: nihil omnino aptius, quàm vt disertè audiat, electam ſe in eximium infernæ ruinæ inſtrumentum, & cuius opera de diaboli tyrannide Deus triumphet. Atque ad hunc ſenſum quid elegantius, quàm Eccleſiam primitiuam electam fuiſſe in equitatum Dei, ad Pharaonem demergendum, ad veros autem Iſraëlitas, id eſt, erectos ſaluandos.

In figura verò (cùm ſcilicet Deus ex Ægypto populum ſuum abſtraxit, tranſtulit per mare rubrum, Pharaonæos autem demerſit) ſupponitur, cogitari aptè, Deum ibi inequitantem ingredi, copioſúmque ſecum equitatum deferre, vel curru ipſum vehi, currúſque alios bellicos complures, exercitus nempè Angelorum, ipſum comitari.

Ad debellandum dæmonum Eccleſia Deo pro exercitu, curru, aut forti equo.

Teſtatur id Pſalmus 67.18. *Currus Dei decem millibus multiplex.* atque ita in præſenti Nyſſenus ad Angelos putat reſpectum eſſe, illóſque Dei equitatum appellari. Eſt autem appoſitiſſimum, vt quemadmodum cœleſtis hierarchiæ miniſtris vſus eſt Deus ad facinus illud vetus quam pulcherrimum; ita verò ad hoc nouum, longè illud quidem pulchrius ad veras Iſraëlitas, id eſt, prædeſtinatos liberãdos è vinculis Ægypti, ſcelerum nempè eximendos, traducendos per rubrum mare, ac tandem de diabolo triumphandum, alterius Hierarchiæ Angeli, robuſtus nimirum Eccleſiæ primogenitæ exercitus Deo promptiſſimè deſeruiet.

Quod ſi non cogitetur equitum exercitus, ſed currus quo Deus vehatur, aut equus; id tantumdem eſt. Etenim Dei currus (vt eſt 1. Ezech.1.) Angeli fuerunt. quo curru ad deturbandum Pharaonem viſus eſt. Similiter etiam dicitur Zach.10.3. *Poſuit domum Iuda quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.* Rurſus autem ſi mentem ſubeat, nubem illam, qua Deus ſuum populum deducebat, eius currum eſſe; in hac eadem nube præconum Euangelij exercitus mirè repræſentatur, qui de Pharaonis, dæmonis ſcilicet potentia triumphum reportauit. Sed de nubis allegoria multa dixi c.1. Apocal. videndus item Iſaias 19.1. vbi Deus nubẽ leuem conſcendens deſcribitur. Atqui contra Pharaonem eſt ea expeditio. nam præmittitur capiti titulus: Onus Ægypti. Vtrouis igitur modo equitatus Dei allegoria ad Iſraëlitici populi ſaluationem ſpectat. hanc enim equi ſymbolum, vt dixi in tractatu de equis Dei Apocal.6. & c.19.14. deſignat. vide item Habac.3.8. *Aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.* Eccleſiam itaque equorum aut curruum Dei comparatione excitari, non aliud eſt ac ſuam ipſi electionem denunciari, Deo nimirum futuram pro inſtrumento, quo vniuerſo orbi ſalutem reipſa impertiret.

Nomen amica de paſtorali re.

Amica mea. vbi noto ex Tuccio, quoties in hoc Cantico ponitur nomen *amica*, Hebraicè reſpondere רעיה id eſt, *paſtrix fœmina.* Et eſt quidem dignum animaduerſu, cùm Canticum hoc ita parum habeat de ecloga paſtoritia, id enim cap. 1. verſibus 5.6. & 7. finitur, à Chriſto tamen vocari nihilominus deinceps Eccleſiam paſtricem. Quod nomen planè eſt amatorium. Et habet præterea pulchram alluſionem, eò ſcilicet quod ab vrbium frequentia exul paſtricis in morem egerit aliquando Eccleſia: nimirum vt ſeruaret integram ſuo ſponſo fidem, in ſolitudinem egreſſa eſt, & ibi ſolis ardoribus denigrata. Quoties igitur amica ſeu paſtrix appellatur, debet eſſe hic ſenſus; quoniam is fuit in prima huius Cantici parte, vbi primùm ſponſa habitu paſtricis introducta fuit.

Generalis nota ad ornamenta huius libri intelligenda.

9. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.* Supponendum hîc, vocem *turturis* in hoc loco ornamentum ſignificare, quod in genis ſponſæ, vt mox videbimus, cogitetur. Vt autem elegantia ornamentorum ſponſæ ritè percipiatur, generatim nunc animaduertendum, ea eſſe ſapientiſſimè ordinata. Fingamus igitur viro demandari ſapienti, vt quem modum ac rationem aureola inſignia, monilia, & alia ornamenta deſponſorum principum habitura ſint, is conſtituat. Tunc palàm eſt profectò, ſapientis illius partium eſſe, ea vti ornamenta euadant perquam ſcita, ac perpolitæ ſignificationis. Haud verò dubium eſt, ſuas à viro illo partes cumulatè expletum iri, ſi tam artificioſè diſponeret ornamenta, vt quod per vnum quodlibet ſignificatur, id quidem arcanum pro vero ornamento eſſet partis illius in qua collocatur, aut rei illius, quam pars repræſentat. Sint in exemplum manus, quibus actiones ſignificantur. Si igitur annulorum arcanum, quales, quámque perfectæ actiones eſſe debeant, ſignificaret; nónne ea res eſſet ingenioſè excogitata? Atque ſcitiſſimi quoque eſſet ingenij, vt pectoris v.c. monile, torquis colli, galeri ornatus, faciei lateris vtriuſque comptus idem ipſum haberent. Hæc igitur ea eleganria eſt, quam ſponſi & ſponſæ ornamenta in hoc libro commemorata includunt. Propterea nota hæc ad hunc & alios verſus capiendos, prologi inſtar ſit.

Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia. Hebræa ſonant, *Pulchra ſunt genæ tuæ*

in

Digitized by Google

Defenditur textus Hebræus.

in turturibus collum tuum in monilibus. Cæterùm vitiatum eſſe textum Hebræum, non deeſt, qui ſentiat, atque vtrobique pro litera ב, id eſt, *in*, ſubſtitui debere כ, id eſt *ſicut.* id quod ſibi effici videtur, quoniam Vulgatus non transferret *ſicut*, ſi ב legiſſet. Sed aio tamen, non ita facile mendum in Hebraica lectione ſuſpicandum. & vulgatum, licèt ב legiſſet, transferre *ſicut*, rectè potuiſſe: quia monilia ſunt ornamentum colli, & turtures ſimiliter (vt ſtatim videbimus) ſunt genarum ornamentum. In comparatione verò colli cum eius comptu, idem eſt, *in monilibus*, atque *ſicut monilia.* nam ſenſus eſt (vt iam explicabimus) illum ornatum optimè ei parti propter ſimilitudinem conuenire. Eâdem itaque ratione idem omnino eſſe debet *in turturibus*, quam *ſicut turtures*, cùm hîc de ornamento ſermo ſit.

Turtur pro malarum ornamento.

Quòd verò ſermo ſit de genarum ornamento, primum ita docti aliquot ſentiunt, vt Legionenſis & Delrius cum Rabbinis. & deinde contextus multum vrget. non ſolùm quia nomen תורים (quod noſtro *turtures* reſpondet) *murenulas* reddidit ſtatim Vulgatus, ſed quoniam in præſenti dicitur eadem propoſitione & ſub eodem verbo: Pulchræ ſunt genæ tuæ in turturibus, & collum tuum in monilibus. Quemadmodum igitur monilia colli, ita turtures, aut turturelæ genarum ſunt ornamentum.

Difficultates in lectione Vulgata.

Nunc autem ſupereſt inueſtigandum ornamenti genus, quod Hebraicè vocatur *thorim*, ecquod ſit illud; & cur eadem voce & tale ornamentum, & turtures aues indigitentur: cur item noſter Interpres hîc vbi textus erat de ornatu, turtures tranſtulerit: ac demum cur poſuerit in genitiuo *turturis*, cum Hebraicè ſit in plurali *bethorim.* Et quidem aſpectu primo apparet Vulgatum intellexiſſe de turture aue. Nam hæc locutio: *Genæ tuæ ſicut turturis*, id præſefert, ſicut genæ turturis. Et verò turturi aui conueniunt genæ aliquo modo; genas verò ornamentum illud neutiquam habet.

Sed perſto nihilominus in eo quod iam probaui, nimirum ſermonem hîc eſſe de genarum ornamento. Per genas porrò conſtat intelligendas eſſe malas, ſeu maxillas. Nam licèt Plinius lib. 11. cap. 37. aliter genas accipiat; verùm hîc etiam ſignificatus genarum latiniſſimus eſt, adeóque in eo ſumptum nomen in legibus 12. tabularum, vt fatetur ipſe Plinius, & in Virgil. & Apuleio. Liquet deinde ita ſumptum à Vulgato, quia idem eſt Hebraicum nomen Thren. 1. 2. vbi legimus: *Lacryma eius in maxillis eius.*

Turtur eſt vnionum linea.

Aio deinde, ornamentum Hebræa voce *thorim* ſignificatum eſſe lineam vnionum (ſarta de perlas nos dicimus) dictum hoc antea à R. Dauide in lib. Radic. vt refert Pagninus; & quod alij dicunt apud eundem eſſe lineamenta ſeu fila vnionum aut margaritarum, eodem ſpectat. Margaritas porrò huiuſmodi in maxillis, credo equidem aliquid fore adſimile illi ornatui, qui in Hiſpania olim fœminis in vſu fuit in quodam amictus genere, quem vocabant *Roſtrillo*, facieculam dicerent fortè Latini. Apponi verò pro ora huic amictui lineam vnionum, tam fuit vſitatum, vt nomen illud *Roſtrillo* hæſerit quibuſdam minutulis vnionibus, qui ei faciei amictui ornando ſeligebantur. Cogitationem hanc firmat, aures tegi hac amictus ratione; & quidem tectas Salomonis ætate principes fœminas habuiſſe, videtur certa res; quia in hoc Cantico nec aurium, nec ornamentorum illarum nulla eſt mentio. Adde, genus hoc amictus graue eſſe iuxta ac decens, in eóque, quidquid optabile erat, nimirum margaritas genarum eſſe ornamentum reperiri.

Vſitata hæc in amictu faciei apud Hiſpanas.

Deſignat lacrymas.

Dico tertiò, margaritarum in maxillis ſignificationem eſſe haud dubiè, quam illa Chriſti verba, *Beati qui lugent*, declarant: nec eſt ignotum, lacrymas a poëtis præcipuè cum vnionibus comparari. Apparet verò facilè, quàm fuerit ſcitum hoc ſymbolum inter ſponſæ ornamenta ad hanc ſignificationem vſurpari. Iam locus Threnorum, *Lacryma eius in maxillis eius*, vbi τῷ *maxillis* reſpondet Hebraicè idem nomen, quod in Cant. τῷ *genæ*, appoſitiſſimus eſt.

Eadem vox תור *cur ad turtures pateat & circuitus.*

Dico quartò nomen *thorim* (quod ſignificat *turtures*, & circulum margaritarum) deduci à radice *thor*, id eſt, *quærere, ſcrutari.* Cui ſignificationi metaphora circumeundi, iuxta id Petri 1. cap. 5. 8. *Circuit quærens*, deſeruit. Et quidem Italis eſt *Cercar*, quod noſtratibus *buſcar*: atque ideo id quod circumdat, iure vocatur *thor* In eo verò amictu, quem vocant *Roſtrillo*, linea margaritarum circulum conficit integrum. Vnde temporis conuerſio Eſth. 2. 12. *thor* etiam appellatur. Atque ita columbæ, quæ nobis *Torcazas*, Latinis *torquatæ*, ſic dicuntur à torque, ab ea nimirum natiua pulchritudine, quæ circuniit illarum collum. Et ſanè turtures ab eadem cauſa videntur *thorim* Hebraicè nuncupati. Etenim hi ex genere ſunt columbarum: & quemadmodum albi ſunt nonnulli, ita ſui factus certior, quoſdam torquatos reperiri, eoſque ſuſpicor eiuſmodi ferri in Palæſtina. Niſi fortè thorim ab iis circuitionibus, quas gemendo conficiunt, fuerint appellati. Sed vtcumque res habeat, eodem nomine & turtures, & margaritarum lineam ſeu circulum vocari, in confeſſo eſt.

Ex vno ad alterum ſignificatum alluſio.

Dico quintò, in eodem nomine vnionum lineam ſignificante inuentam Hebraicè ad nomen turturum, cuius cantus gemitus eſt, alluſionem; noſtrúmque interpretem, quo ſubindicaret myſterium, vertere voluiſſe, *Genæ tuæ ſicut turturis.* Cùm autem ex ſerie verborum conſtaret fieri ſermonem de ornamento genarum dici ſponſam eo ornamento myſticum turturem gemebundum repræſentare, idem prorſus fuit ac ſi diceretur, vnionibus illius amictus lacrymas, quibus ſic placet Eccleſia ſponſo ſuo, repræſentari.

Hæc de ſignificatione illius ornamēti, de conſequentia inferiùs dicam. *Collum tuum ſicut monilia*, (vel in monilibus. nam vidimus iam vtrumque hoc diuerſum non eſſe) ſenſus autem hic debet eſſe, torquem (nā id ſignificat non ſolùm Latinum *monile*, ſed Græcum & Hebræum illi correſpondens) natum eſſe ſponſæ collo, eíque pulcherrimè conuenire tum ob ſimilitudinem, tum ob appoſitam ſignificationem. Vt autem huius ornamenti elegantia probè capiatur, aduertendum, collo aut ceruice dura inobedientiam & contumaciam deſignari. Vicies poſſem non minus ad rem hanc citare ſacram Scripturam. Videſis collum erectum Iob 15. 26. collum durum Eccleſ. 33. 27. & Ierem. 27. 8. dicitur: *Eos qui non curuauerunt collum ſuum.* Hinc ideò fit perſpicuum, promptam obtemperationem & obſequium facilè facili ac morigera demiſſione colli aptiſſimè denotari. Vide Ierem. 27. 12. *Subijcite colla veſtra.* & Eccleſiaſt. 51. 34. *Colla veſtra ſubijcite.*

Vt collum durum contumaciam, ita facilè eſt obedientia ſignif.

Gloriari obedientia, eſt collum ſicut monilia.

Hoc ſuppoſito, quod ad ſponſæ collum cadat torquis concinnè, apertum eſt, facilè ac morigerum collum ſignificari. Ad hæc, catenam eſſe ſymbolum captiuitatis, & eſt in Ierem. 28. 10. & alibi peruium.

Digitized by Google

peruium. Eiuſmodi porrò vincula præferre vt ornamentum inſigne, erit planè nil aliud quàm ſe ſubiectam gloriari. Totum hoc affert: *Collum tuum in monilibus.*

Perfectiſſimè obediens eſt, vt torquis.

Verùm Septuag. & Vulg. maioris gratia expoſitionis nō dixerunt: *in monilibus*, ſed *ſicut monilia.* Conferri verò ſponſæ collum circuitionibus torquis, graphica eſt deſcriptio eius, qua in omnibus voluntatem ſuam mouet flectitque ad ſponſi nutum, magnæ facilitatis; perinde quaſi id ſine vlla difficultate conuenit torqui propter eius flexibilem ſtructuram. Et hanc firmat expoſitionem locus alter Cant. 7. 2. *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia.* Vbi licèt verbum τῷ, *monilia* reſpondens diuerſum ſit, cæterùm ſignificationem diuerſam non eſſe, conueniunt omnes: nimirum ſymbolicè afferri, vt illic videbimus, obedientiam promptiſſimam ad eundum redeundúmve, vt vt fueris iuſſus. atque hæc de ſignificatione huius ornamenti.

Nexus cum ſuperioribus ex nexu contemplationis cum actione.

Sed expendendum iam, quorſum ſponſus dicat ſponſæ: *Pulchra ſunt genæ tuæ in turturibus, collum tuum in monilibus*, & an hæc aptè cohæreant. Dico, cùm ſponſus hac tota ſectione tertia eò ſpectet, vt ſponſam ad perquirendos homines exhortetur; ad rem hanc quid illi dicere potuit magis appoſitum, quam, licèt piis lacrymis in receſſu effuſis, quas amabat ſponſa, ipſe pluſquam vnionibus caperetur; verùm enim placere ſibi, vt has illa cum obedientia coniungat, collúmque diuinæ voluntati ſummittat. hoc ergo eſt: *Pulchræ genæ tuæ in margaritis, collum tuum in catena*, quaſi dicat. Vtrumque hoc Deum ab ipſa exigere, eámque Deo, præſtito vtroque, ſummum placituram. Suum ſponſa ſecedendi ad diuina per otium contemplanda deſiderium oſtenderat: & eos, qui eiuſmodi contemplationi ſe dedunt, eſſe qui pio lacrymarum fluxu fruantur, & delicta populi defleant compertum eſt. At vult ſponſus, vt hic deuotæ pietatis ornatus cum ornatu obedientiæ copuletur. Fortaſsè item ſignificatur, fore in quærendis proximis, labores, lacrymas, vincula: verùm iſtorum tolerantia, & ſummiſſo ſponſæ animo Deum oblectari.

Vt autem his aliud adiiciam, noto, illud Chriſti apud Matth. *Beati qui lugent*, ad lacrymas ex miſericordia exiſtentes aptiſſimè referri. Sic enim lacrymæ perfectiſſimè collocantur, & hic erat affectus plorantis Chriſti. imò & Plin. cùm de oculis lib. 11. cap. 37. agit: *Hinc*, inquit, *illa miſericordiæ lacrymæ.* Hoc ita poſito, appoſitè docetur & excitatur ſpōſa, vt egrediens lucrandi gratia proximorū, genas ornet vnionibus, lacrymis nempè ex compaſſione fluentibus. Ad hæc, monilia itidem ad ardentem eorumdem proximorum charitatem videntur poſſe reuocari, hæc enim catena eſt arctè eos illigans qui amant in vinculis charitatis. Coniunctio itaque margaritarum in eo amictu, quem diximus, cum torque pendente de collo reduci aptè poſſet ad compaſſionem & charitatem.

Lacrymis & torque charitas proximorum & compaſſio denotata.

Figura aptatur myſterio.

Iam in figura ſupponatur licèt ſponſa à vineis cuſtodiendis fugiens, ad paſtorale exercitium deuoluta; ſed ab hoc alienum non eſt, vt cogitetur cum faciei amictu, quem ornent vniones & cum torque circum collum. Huic porrò cogitationi aptè innittitur allegoria.

Vox etiam תור *de torquibus, quæ item ſignificatio murenularum.*

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Præcedente verſu vidimus, voce Hebræa *thor*, cum de genarum ornamento agebatur lineam vnionum circumeuntem faciem ſignificaA ri. Hîc verò, vbi ſermo eſt de ornatu colli, eadem circumeundi analogia, nomen idem *thor* ad circuitiones catenæ aureæ, vel argenteæ adornantes collum accommodatur. Atque eadem eſſe debet Latinæ vocis *murenula* ſignificatio: & olim fortaſsè catenarum huiuſmodi elegantia erat, qualis nonnullarum, quæ nunc fiunt, colubri ſeu lampetræ ſpecie continua; ſed eo ſunt conſtructæ artificio, vt facillime flectantur.

Varietas expoſitionis in torque ad elegantiam variè poteſt cogitari.

Vt autem commodè concipiatur, qua ratione fuerint hæ murenulæ aureæ vermiculatæ argento, notandum, hoc ſonare Hebraicè, *cum punctis argenti.* Pro punctis verò habetur hîc Hebraicum nomen, quod Geneſ. 30. 33. & 34 vbi noſter vertit, *varia & maculoſa.* cogitanda itaque videtur catena aut collare non totum ex auro; ſed ex auro B partim, partim ex argento, vt ſi ex aureis & argenteis particulis conſtaret alternis; vel id haberent circuitiones; aut demum ex auro eſſet collare, inſertis particulis ex argento veluti gemmulis. Verùm, vt vt hoc ſit, concipiendum collare, ſeu catena diues iuxta atque elegans: in qua hæc auri argentíque diſtinctio ac varietas myſterij cauſa adumbrandi, accuratè poſita eſt.

Vt ergo capiatur myſterium, notandum hunc quoque verſum debere deſeruire excitandæ ſponſæ, vt obſecundet, & conuerſionis proximorum opus auidè arripiat. Ei verò pro huius obedientiæ præmio pretioſus quidam proponitur torquis, in quo auri argentíque emineat pulchritu- C do. Porrò torquis hic pretioſior multo concipiendus eſt, quàm collare, de quo in verſu ſuperiore. Etenim hoc videtur ſimplex concipiendum, fœminæ paſtricis amore captæ habitui proportione correſpondens. Congruit autem in primis, vt ſtatim ſponſus ei, quam ad obediendum hortatur, in præmium obedientiæ torquem alium pretioſiſſimū polliceatur. Cuius ſignificatio ſymbolica eſt, ſponſam, cùm executa fuiſſet voluntatem diuinam, ſumma à Deo gloria affectum iri: eius quippe ipſe obedientiam triumpho obedientibus promiſſo remuneraretur. iuxta id Prouerb. 21. 28. *Vir obediens loquetur victoriam.* Quòd ſi præmium & corona ſuppoſiti obedientiæ colli victoria eſt; quid tunc aptius, quàm vt hæc torque pulcherri- D mo gloriam colli ſubiecti adumbrante repræſentetur?

Diſtinctus hic torquis à ſuperiore.

Hic denotat triumphum.

Illud verò planum eſt, vt hæc diſpoſitio torquis, in quo aurum ſplendeat argentúmque, charitatem & ſapientiam deſignet. Primùm quoniam hæc ſignificatio alibi vſitata in ſacra Scriptura reperitur: & quidem aurum mirè, vt alibi oſtendi, ad charitatem ſignificandam ſeruit. Argentum verò ad ſapientiam aptari, ſatis eſt illud Pſal. 11. 7. *Eloquia Domini argentum igne examinatum*, &c. Deinde, quia eò ſpectabat exhortatio ſponſi, vt paſtores quæritaret ſponſa, illíſque Ieſum Chriſtum annunciaret. Eminere verò hîc præconum Euangelij charitatem & ſapientiam perſpicuum eſt. Ad hæc item, charitas eorum & ſapientia, qui E ſponſæ prædicatione erant Deo lucrifaciendi, erat fructus ex illa prædicatione percipiendus: atqui fructus eiuſmodi in maximam ſponſæ gloriam ceſſurus erat. Probatur denique, quia ad hunc locum, & ad hanc auri argentíque coniunctionem in loco altero, vbi, quod ſapientia & charitas Eccleſiæ Chriſto ſint glorioſiſſimæ, ad literam ſermo eſt, videtur reſpectus fuiſſe. Eſt autem locus Zachar. 6. 11. aientis: *Sumes aurum & argentum & facies coronas*, capiti videlicet Pontificis Ieſu.

Illius auro & argento charitas, & ſapientia adumbrata.

Explicatus Zacharias.

Digitized by Google

Ieſu. Quòd verò corona capiti, id quidem torquis eſt collo. Imò verò ſolitos etiam torques appellari coronas, norunt periti literaturæ humanioris. Aptiſſima porrò fuit huic loco in quo de præmio obedientiæ per ſummiſſum ſponſæ collum repræſentatæ agebatur, torquis promiſſio.

Altera expoſitio ad murenulas, &c.

Addo demum, aptè quoque intelligi poſſe hunc verſum, vt proponat non remunerationem, ſed donum ab ſponſo oblatum ſponſæ, quo inueſtigatura proximos egrediatur. Ac tunc quidem cum ait ſponſus: *murenulas aureas*, &c. idem erit atque offerri ad prædicationis munia charitatem & ſapientiam.

SECTIO IV.

Verſ. 11. ***Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.***

12. ***Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.***

13. ***Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.***

ACOLVTHIA.

Quare ſponſa, Dei audita voce, vitæ exemplo & Ieſu Chriſti prędicatione rem agendam ſtatuit.

Nexus.

Superior ſectio hortatorem habuit ſponſæ Chriſtum, quo illa proximos diſquireret, ad cognitionémque & amorem ſponſi perduceret. Hoc verò qui præſtat, dici eum pertrahere homines, vt Chriſti ſint conuiuæ, ex vſu loquendi ſacræ Scripturæ notum eſt. Memineris id Lucæ 14. 16. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* & Prouerb. 9. vbi de conuiuio ſapientiæ. Et quidem in allegoria, qua paſtor fœminam muneris ſui conſortem exire iubet, vt egreſſa hac illac paſtores alios inueſtiget, eo ſpectat haud dubiè, eos vti illa pertrahat ad ſponſi ſui conuiuium. Hoc ita poſito, nunc iam cum loquitur Eccleſia primogenita, exigere videtur decorum ipſum, vt ſponſa ſuo placendi ſponſo cupidiſſima deſiderium, quo tenetur, delicijs omnibus proſequendi hoſpites, quos inuitare iubet ſponſus, ſignificet. Atque illa duo hîc ponit meritiſſimo, in quibus ſuam percupit induſtriam oſtentare. alterum ſuauia odoramenta, quibus oblectet omnes; alterum, paratas delicias tam minoribus, quam maioribus natu, illis quidem lac admirabile, his autem vinum præſtantiſſimum. Quæ verò ita ſe in odoramentis & potione ſollertem oſtendit; relinquitur pro comperto, eam cibos minimè negligere; hos quin potius in ſumma abundantia, vt in domo opulenta, lautiſſimè paratos, quaſi rem notam præterire; curare verò ſe ſingulariter pro complacendo eximiè ſuo ſponſo, & potus & odoris delicias; ita vt paruuli egregio lacte, adulti excellenti vino, omnes verò hoſpites odore ſuauiſſimo recreentur. Fuit porrò ad propoſitum diſcurſum apprimè, vt mox videbimus, conueniens hoc ita cogitare. Nam primum odoramentorum in conuiuiis cura directo ad fœminas pertinebat: apud Orientales enim & præcipuè apud Iudæos officium earum erat conuiuales coronas & vnguenta parare, & illis conuiuas perfundere. quod hic Delrius benè probat. Conſtat deinde, lac infantum curandum ab iiſdem fœminis; ac præcipuè ſi eis ſponſa porrectura eſſet ſua vbera. Ac demum, ſi eo ſpectabat hoc conuiuium, vt grandiores myſtico vino inebriarentur, fit planum ſponſæ præcipuè par-

Odoris & potus myſtico conuiuio patratrix ſponſa.

A tium eſſe, vini abundantiæ, bonitatíſque curam ſuſcipere.

Propoſitum huius ſectionis.

His ita præiactis, quod dicere vult ſponſa, hoc eſt, eam ſeſe ſponſi ſui voluntati omnino ſummittere, adeóque deſtinare ſe prædicationi, conuerſionique animarum ad Chriſtum procurandæ. Cùm verò agnoſceret, vt rite præſtetur hoc demandatum ſibi munus, mirum vitæ exemplum, miram item doctrinam poſtulari: certum eſt ſponſæ ea cauſa ſummum ſtudij, ſummúmque operæ in vtroque collocare. Vita ſcilicet exemplo ædificare omnes, omnibus item prædicare Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, quæ excellens doctrina eſt, eámque captui ſingulorum attemperare:

B hoc proinde modo incipientibus, adultis verò vel virtute vel captu, diuerſo proponere. his expoſui propoſitum horum verſuum. Pro his, nardi odor præſtabit ſymbolum boni exempli, doctrinæ verò paruulis inſtillandæ lac redolens myrrham; alterius verò doctrinæ grandioribus accommodæ ſymbolum dabit vinum vuæ moſcum mirificè olentis. Supereſt iam verſuum ſingulorum ſingulis ſententiæ partibus accommodatio.

Certus ſponſa animas reſplendi(?) bene odore vitæ.

11. *Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Hebraicè *Vſquequo rex*, id eſt, donec durauerit conuiuium, nimirum quandiu durauerit officium perferendæ Chriſti notitiæ animabus ad eum & cognoſcendum & amandum inuitatis.

C Nam vox *accubitus* (vt benè Delrius) ſpectat ad conuiuium, Hebræa item affert mſibum, licèt circuitum, quia ſitu circulari menſæ collocabantur, ſonet. Confirmat itaque ſponſa, quoad permanſerit conuiuium, (id eſt, tantiſper dum vita reſtitauerit) neutiquam ſe ab hoſpitibus Regis ſui vnguento nardino oblectandis ceſſaturam. Et ſenſus quidem hic eſſe debet. nam præteritum illud *dedit* in his, *Nardus mea dedit odorem ſuum*, certiſſimam exprimit deliberationem. Hiſpani dicimus, *Hecho es, cueſte loque coſtare.* Facta res nihil me retardabit, quominus ego me libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſa, dummodo exhibeam ædificationis odorem bonum.

D Notandum præterea relatiuum *ſuum* aptè cum Delrio ad ſponſum referri poſſe. Et quidem res eſt nota Eccleſiam primogenitã bono ſuo exemplo bonum Chriſti odorem expirare. Vide 2. ad Corinth. 2. 15. & de vnguentorum allegoria quæ ſupra diximus ſect. 1. Et notandum item inter vnguentorum odores nardinum præſtare. teſtis Plinius lib. 12. cap. 12. nardi folium eſſe principale in vnguentis. Apparet verò ſtatim bono ædificationis odori & vitæ admirabili exemplo deſignando odorem vnguentorum pretioſiſſimum fuiſſe in primis conuenientem. Illud demum aduertendum, quod hic verſus deſignat, Magdalenã reipſa Ioan. 12. 13. mirificè præſtitiſſe.

Vnguentis nardini interreliqua præſtantia.

E 12. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* De myrrhino vnguento ſermonem eſſe, probant docti: qui etiam explicant, quomodo faſciculi nomen accipiendum ſit. Certè verborũ ſeries præcedentis ſubſequentíſque verſus arguit agi de conuiuio. Quid ergo in conuiuio myrrhæ inter vbera faſciculus deſignet? Hoc vti declarem, noto primum, pro vberibus in hoc loco non eſſe nomen *dodim*, ſed *ſadaim*. atque adeò de puerorum nutritione ſermonem eſſe. Atqui vberum, cùm de conuiuio agebatur, meminiſſe in cauſa fuit, quoniam hoſpites hi Chriſti non omnes prouecti ſunt, natu & grandem & minimum Chriſtus inuitat, illi ſponſa propinat vinum, hunc

De puerorum nutritione ſermo.

Digitized by Google

hunc ſuorum latè vberum alit fouétque. Lac vobis potum dedi,tanquam paruulis ſcilicet in Chriſto aiebat Apoſtolus 1.ad Corinth.3.2.ad Hebr.5. 12. *Facti eſtis quibus lacte opus eſt.* Vnde inferius cap.5.1. *Vinum cum lacte.* quod non eſt, vnum alteri infuſum, ſed vinum & lac, minoribus hoc, illud vero grandioribus.

& de myrrhyno faſciculo inter vbera lactis gratia collocato.

Noto iterum, videri poſitum faſciculum myrrhæ inter vbera, vt quas myrrha habet proprietates bonas lacti affricaret, virtutum nimirum, de qua Plin. agit, refocillandi cordis, & corruptione prohibentem, bonum item odorem. Et ſuſpicor, hoc fortaſſe celebratum inter nutrices, ſatagentes ſcilicet vt alumni lac ſugerent optimæ cōditionis. Et quidem ſuſpicioni huic præbet fundamentum textus ipſe, cum is poſtulet,vt de vberibus, qua ad lac puerorum pertinent, agatur.

Adiicio, fieri mihi veriſimile, virtutem augendi in vberibus lactis,myrrhæ attribui. Id colligo, quia variis ſiue herbis ſiue arbuſculis myrrhini odoris dat Plinius hanc virtutem: ſylueſtri, v. c. fœniculo, & herbæ, quam vocat glaucionem, quam Syriæ herbam eſſe dicit. Vide Plin. lib.20. cap. 23. vbi ait: *Fœniculi ſylueſtris ſemen lactis defectu potum mammas replet.* Notat autem ibidem Plinius,hoc fœniculum vocari myrſineum (murrhineum, vel myrrhineum emendauit rectè Dalecamp.)eo quòd myrrham oleat. Libro item 27. cap. 10. *Glaucion*, inquit, *in Syria naſcens, guſtus amari cum adſtrictione, lactis vbertatem facit.* & ſubdit ſtatim: *Glycisſidis fœmina folia myrrham redolere.* Præterea lib. 25. cap.11. de marino agens rore dicit: *Folij odor thuris, ipſa herba lactis vbertatem facit.* Ex quibus exiſtimare licet, arbuſculis vel herbis aromaticis, iis præſertim, quæ thus aut myrrham olent, attribui à Plinio virtutem lactis mulieribus addendi. Forſan ergo ad herbas huiuſmodi reſpectus eſt, cum dicitur: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera*, &c. vt textus myrrham vocet eas herbas, quæ redolent myrrham. Atque ita magis propriè capietur nomen faſciculus. Nam myrrhæ vſus non eſt, vt docti aiunt, ex faſciculis conſtructis ex foliis vel flore; ſed gummi illius lachrymæ & vnguentum inde confectum, id eſt, quod in vſum adhibetur.

Vel de herbis redolentibus myrrham.

Chriſti paſſio quid conferat doctrinæ Eccleſiæ.

Iam verò cum ait ſponſa, myrrham, quam ipſa geſtabat inter vbera,(vt lac optimis proprietatibus afficeret) eſſe ſuum ipſius ſponſum; liquet quid dicat, memoriam ſcilicet paſſionis ſui, ſponſi, meditationémque illius, myſticam plane eſſe myrrham, quæ confirmet ſponſæ cor, pectus ornet, ac miris imbuat qualitatibus doctrinæ lac, quo eos qui Deo incipiunt ſeruire, Eccleſia alit, ſuſtentátque. Et facit pro hac explicatione Bernardus; qui præſentem verſum applicat ad memoriam paſſionis Chriſti. Iam verò illud eſt perquam notum, tum paruulis, tum maioribus Chriſtum Ieſum cruci affixum prædicari debere. iuxta illud 1.ad Corinth.1.23. *Nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum crucifixum.* Ad hæc notandum, myrrha repræſentari mortificationem. Et hac quidem doctrina Chriſtiani alendi ſunt, ex Chriſto Ieſu mortificationem carnis perdiſcentes.

De odorato vino id eſt doctrina grandioribus conueniente.

13. *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Sicut in præcedente verſu de lacte infantibus hoſpitibus menſæ Chriſti propinando locutam diximus ſponſam; ita in hoc de vino proprio maiorum natu, eorum nempe qui in virtute magis profeciſſent, tractat. Hæc igitur:

A *Botrus Cypri dilectus meus mihi*, ſic expono: Chriſtus idem mihi futurus eſt vuæ quoddam genus admirabile, vnde iis, qui ad eius acceſſerunt conuiuium, vinum exprimam odoratiſſimum. Quod autem vuæ genus valde odoriferum, quale vineæ Engaddi ferebant, ſignificet botrus Cypri; eſt id in primis ex communi antiquorum intelligentia,& tam nomen botrus,quàm verborum ſeries perſuadent. Neque tamen obeſt, genus aromatis, de quo Plinius & alij, Cypro ſignificari. nam ſicut apud nos ab odore moſchi, genus vuæ, & pyri vocitantur, illa *moſcatel*, hoc *almiſquena*, quod Plinio eſt nardinum; ita vero botrus Cypri deſignat eas vuas, quæ odorem habebant aromaticum,cuiuſmodi illarum erat, quæ
B in vineis Engaddi proueniebant. quod benè hîc probant peritiores. Iam ad doctrinæ excellentiam pertinere vinum, in cap. 2. vbi de eo quod ſponſæ propinatum eſt, videbimus. Porro vinum odoratiſſimum valere magis, tum ad oblectandum cor, tum ad inebriandum, id notum eſt. Atqui eo ferebatur ſponſa deſiderio, vt inuitatos ab ſponſo bonorum ingentium, quæ in Chriſto ſuffixo cruci habemus, prædicatione delectaret, reficeret, ac myſticè inebriaret.

SECTIO V.

Verſ.14. *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.*

C 15. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus.*

16. *Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.*

ACOLVTHIA.

Agnoſcit ſponſa ſuam deliberationem Chriſto eſſe quàm gratiſſimam: atque ideo pro illo labores ſibi omnes ſuauiſſimos eſſe confirmat.

Senſus huius particulæ.

Ecce tu pulchra es,&c. Hæc ſignificant maximè Chriſto placuiſſe certum illum,quem ſponſa oſtēderat, animum de bono ſponſi odore qualibet ſpargendo, tam exemplo vitæ, quàm eiuſdem
D Chriſti crucifixi prædicatione. Idcirco bis ille dicit: *Ecce tu pulchra es.* vt vtramque & exempli & doctrinæ pulchritudinem commendet.

Oculi tui columbarum. Quòd hæc pertineant ad commendationem ſponſæ, contextus exigit,propter ſignificatam ab illa nuper Chriſti & verbo & exemplo prædicandi deliberationem. Sed vt meam in hoc ſymbolo mentem exponam, mira Plinij lib. 11. cap. 37. de oculis verba præmittam. *Nulla*, inquit, *ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maximè, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſummiſſi, blandi.* & mox: *Profectò in oculis animus inhabi-*
E *tat; ardent, incenduntur, humeſcunt, conniuent. Hinc illa miſericordiæ lacryma*, &c. Varietas hæc præbet variis ſignificationibus occaſionem. Nam

Oculi quam multa indicent.

Oculi ſeruiūt varijs allegorijs.

Noto primum conſtare ex ſacra Scriptura perſpicuè, oculos vel in eodem libro variis allegoriis deſeruite. in Apocal. v. g. conſiderationem deſignant cap. 3. 18. *Collyrio inunge oculos tuos, & videas.* Ibidem oculi inflammati (vide cap.1.14.c.2. 18.cap.19.2.)iram repræſentant lacrymoſi c.21.4.

Q tristitiam:

triſtitiam: oculorum multitudo cap. 4. 6. vigilantiam: ſeptem illi, qui agno cap. 5. 6. affiguntur, ſeptemplices gubernationis ſpiritus. Varia item in Prouerb. eſt oculorum ſignificatio. Nam elati cap. 6. 17. & cap. 30. 13. deſignant arrogantiam, pigritiam cap. 6. 4. ſomniculoſi, attoniti cap. 16. 30 ſtultitiam, ac demum cap. 16. 30. emiſſitij malam rei cupiditatem.

Noto ſecundum, in memoratis ferme allegoriis aliquid eſſe oculis adiectum, vt flammam, elationem, lacrymas, ſomnum. Quod ſi nihil adiiciatur, myſtici oculi dupliciter poſſunt capi, vt pars ſcilicet vel integrans Eccleſiæ, vel eam ſpiritualiter perficiens. Cùm accipiuntur vt pars integrans, eos vtique deſignant, qui vigilum funguntur officio, moderatores nimirum, ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus aliorum reddituri. Oculi item ſunt, qui in ſe doctrinæ lumen & ſibi & toti Eccleſiæ corpori recipiunt, Doctores videlicet. Cæterum in noſtro Cantico vt omnia aptè cohæreant, & comparationes columbarum piſcinarúmque concinnius adaptentur, eo magis inclino, vt myſtici oculi capiantur quaſi partes ſpiritualis perfectionis. Nec tamen ſum neſcius, in ſymbolis vix poſſe inter abſtracta & concreta diſtinctionem adhiberi, vt Eccleſiæ ſapientiam prædicari, prædicari quoque ſit ſapientes, erroris immunes, & veros Ieſu Chriſti æſtimatores. Sed tamen diuerſa eſt ratio, cum de illis agitur, quorum intereſt docere alios. Oculos itaque in ſponſo ad eius ſolicitudinem, in ſponſa verò ad ſapientiam accommodo. Diſcriminis in applicatione ratio conſtiterit. Interim inficietur nemo, oculos ſymbolum eſſe & ſolicitudinis, & ſapientiæ perquam aptum. Solicitudinis quidem, quia ipſi vigiles ſunt: ideo dat Apocalypſis plures animalibus oculos, Ezechiel ſuis rotis, & poëtæ Argo ſuo. Nam ſapientiæ, quis neget? cum ipſi ſint, qui illuſtrentur: atqui mens eſt quæ recipit & percipit ſpiritualem lucem. Porrò illuminati oculi ſunt, vt res ipſa loquitur, mens ſapientiáque rerum, quibus pretium debetur, æſtimatione affecta. Vide id ad Epheſ. 1. 18. *Deus det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitione Chriſti, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius, & quæ ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos.*

Oculi ad Eccleſiæ perfectionē relati.

Noto tertium, videri nos in hac oculorum laude eam Chriſti Matth. 6. 22. & Luc. 11. 34. ſententiam: *ſi oculus tuus ſimplex (ἁπλοῦς) fuerit*, conſulere debere. Nam Chriſtus idem Matth. 10. 16. iuſſit, vt ſimus ſimplices (ἀκέραιοι) ſicut columbæ. etenim oculi tui columbarum, perinde videtur eſſe atque oculi tui ſimplices, quemadmodum illos habent columbæ.

Compoſitio Cantici cum Euangelio.

Noto 4. in illis: *Si oculus tuus ſimplex fuerit*, Chriſtum agere hauddubiè (quod illic benè efficit ex Patribus Toletus) de vi intellectiua & eius perfectione. Agit enim de oculis in ordine ad recipiendam lucem. Et intellectum eſſe, qui recipit & percipit ſpiritualem lucem, compertum eſt. Iam oculorum illuſtratorum nomine planè, vt nuper dicebam, ſignificatur intellectus, cui res verè æſtimabiles in pretio ſunt. Id quod efficiunt manifeſtè, quas filij huius ſæculi ſtruunt, artes & technæ: inde nimirum profectæ, quod oculos habeant nequaquam ſimplices, impoſturis ſcilicet liberos, & rerum, quæ momenti ſunt, æſtimatores. Enim verò quod quantum in Deo bonum habeant, minimè norunt; ideò falſo iudicant ſibi neceſſarias eſſe illas artes, vt à creaturis illud emendicent, quod totum in Deo, eorum vnico bono perfectiſſimè habebant. Perfectam itaque intelligendi, & diſcernendi vim affert ſimplex oculus: qui verò Patres capere videntur de intentione, rectè exponuntur à Toleto. Mihi ſanè Matthæus in eo loco de hac virtutis æſtimatione, de animæ ſcilicet oculis, quæ verè ſcientia eſt, loquitur: at Lucas in eo cap. 11. 34. de iis, qui in myſtico Eccleſiæ corpore oculi ſunt, de moderatoribus nempe & doctoribus. Nam præceſſit in Matth. *vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* in Luca verò: *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio.* Et quidem comparationem oculorum (quod notauit benè Toletus) ex Euangelio conſtat ad multiplex propoſitum à Chriſto adductam.

In Matthæo quid oculus ſimplex.

Vnde artes & technæ filiorum huius ſæculi.

Quid in Luca.

Noto quintum, poſtulatam à Chriſto ſimplicitatem in oculis in eo conſiſtere, vt illi humoribus extraneis, quibus luce frui præpediantur, infecti non ſint. atqui humores huiuſmodi affectiones ſunt inordinatæ, quæ vitiant mentem & excæcant.

Oculus columbinus ſeu ſimplex quid notet.

Denique noto, huic ſimplicitati ſignificandæ aptiſſimè deſeruire caſtitatis pellicatui oppoſitæ allegoriam. Enimuerò peruerſitas affectionis efficit, vt animus creaturis quaſi pellicibus abutatur.

Ex his iam conſtiterit, quid ſit: *Oculi tui columbarum.* Etenim perfectio & caſtitas Chriſtianæ fidei poſita eſt in æſtimatione ſponſi Chriſti perfectiſſima: hæc autem cum mentis ſit perfectio, ea in perfectione oculorum appoſitiſſimè fuit repræſentata. nam intellectus, qui in ſe recipit ſpiritualem lucem, gerit in anima oculorum vicem. Quod ſi perfectio oculorum animæ verſatur in intuendo exactiſſimè Chriſto, cognoſcendo, & æſtimando, aliiſque omnibus eius cauſa deſpiciendis; ad id ſignificandum quid allegoria matrimonij, in quo mens effingatur; maritata verò, afferri potuit elegantius? Et quòd porrò ſymbolum aptius hoc caſtiſſimum matrimonium adumbraret quàm columba fœmina maritata columbo ſuo? *Pudicitia illis prima* (ait Plinius lib. 10. cap. 34.) *& neutri nota adulteria, coniugij fidem non violant.* Fœmina in ſuum dumtaxat columbum oculos coniicit, illum æſtimat ſolùm, ab illóque felicitatem ſuam omnem operitur, & quanquam ſimplicitas colmbæ ad innocentiam alioquin aptè referatur; cæterùm cùm oculi ſponſæ columbis conferuntur, tunc ſimplicitas ſignificat puritatem: quemadmodum ſcilicet quòd oculi polluti non ſint humoribus peregrinis, quibus poriri luce prohibeantur, ea illorum perfectio eſt. Hæc ergo eſt ſimplicitas oculorum quam exigit in Euangelio Chriſtus, & quam mens obtinet inordinatis affectibus libera: hi enim ſunt exotici humores vitiantes & tenebras offundentes. Atqui vbi animus rebus his fluxis ita afficitur, vt illis adulter adiungatur; tunc enim vero oculos non habet ſimplices & caſtos, ſed contrarios potius, adulteros nimirum, ita enim vocat Petrus in 2. cap. 2. 14. *oculos plenos adulterij.* Ac tandem, columbæ tribuitur fortaſſe ſimplicitas propter matrimonij caſtitatem, eo ferme ſenſu quo dixit Horat. in de Arte:

Ita hic dehiſ & animi erga ſponſum vnice dilecti candore.

Oculorũ ſimplicitas puritas eſt.

Petrus expoſitus.

Denique ſit quod vis ſimplex duntaxat & vnum.

15. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus.* (Hebr. *iucundus*) *Lectulus noſter floridus.*

16. *Tigna domorum noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.* Ad Salomonis regias ædes, ad feſtos deliciſque

Digitized by Google

licíſſque plenos dies, quos illi tranſigeret regina, ſit alluſio; ita ergo inquit ſponſa: Quid tu me pulchram prædicas? At at tu verè pulcher es, ipſa quin'etiam ſuauitas & pulchritudo. Et quamquam paſtorali addicta miniſterio camporum ſolitudinem, montiúmque aſperitatem intueor: quanquam me iubeas ſumma cum opera & labore in animarum ſalute procuranda orbem peragrare; verùm quia tu mecum ingrederis, in media ipſa inquietudine ac turbulentia, ipſiſſimam requietem inuenio, id eſt, *lectulus*: quidquid feſtum ac feſtiuum eſt (id eſt, floridus) in medijs laboribus ac tormentis. Ac denique inter ipſas incommoditates, in deſpectione maxima, ibi quidem reperio commoda omnia, ſummámque omnino ac regiam planè auctoritatem. Hoc ſignificant tigna cedrina, & cypreſſina laquearia.

Aſperrima quæque quid ſint præſente Chriſto.

Cantici Canticorum

CAPVT II.

Vlterius de eadem Eccleſia primitiua, & de commigratione illius ad Gentes.

SECTIO I.

Verſ. 1. ***Ego flos campi, & lilium conuallium.***
2. ***Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.***

ACOLVTHIA.

SVauitatem illam in Chriſto docet ipſe ab iis percipi duntaxat, qui crucem amplectuntur: ſponſam verò non percepiſſe modò; ſed Chriſti etiam odorem, poſtquam ab illos fuit exaltata, latè diffudiſſe.

Mortificatio eſt amor laboris & humilitatis.

Verſ. 1. *Ego flos campi. & lilium conuallium.* Suauitas iſthæc ingens & conſolatio, quam tu in me experiris, ait ſponſus, inde quidem exiſtit, quod meam crucem, id eſt mortificationem fueris amplexata. Enim vero minimè ego flori ſum ſimilis, quem domi tuæ in teſta nutrias, cuius ſuauem halitum domi manens percipere poſſis. Haud talis ego ſum, ſed ſimilis campeſtri flori, & campeſtri quidem, quem non facilè offendas, ſum flos Saron, (vt habent Hebræa) quo vti fruaris, patriam, commoda, & chara omnia relinquas oportet, egrediaris foras, ac dela ſſeris. Sum item lilio prouenienti in conuallibus, adſimilis: quod vt carpas, elationem deponas neceſſe eſt, téque ad humilia loca demittas, ſi exaltatione glorioſa, quam lilium deſignat, potiri velis.

2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Plus multo eſt bonum ſpargere Chriſti odorem, quàm eiuſdem Chriſti ſuauitatem reperire. Ait ergo ſponſus Eccleſiam primogenitam ſponſam ſuam ſaluti animarum ſtrenuè incumbentem, Chriſti imagini aſſimilatam, Chriſti odorem exhalare, eúmque per orbem diſpergere. Atque ita vbi dixit, *Ego lilium conuallium*, adiecit, ſponſam itidem ſuam in lilium euaſiſſe ex humilitate ad exaltationem glorioſam, Chriſti odore bono diffuſo quoquo verſùs, ſubuectam. Atque ea re factum, vt illa cuicumque alij reipublicæ ſic excellat, quemadmodum ſpinis lilium. Etenim

Exaltationis vera cauſa.

A hoc animi principis gratia colligitur, & ſuper eius menſam in penetrali collocatur: at ſpinæ auelluntur, & cremantur. aut, eum recreat lilium, ſpinæ verò compungunt. Hic non magis pro hoc loco, quàm pro alijs huius Cantici, & ſacræ Scripturæ, in liliorum tractationem alibi à me promiſſam digrediendum, adiungam item malorum granatorum flores, quia vtraque alicubi iungit ſacra Scriptura, quæ etiam tractatio ponenda fuit neceſſariò ad aliqua huius Cantici loca.

De lilijs ac malogranati floribus, adnotatio.

B Florum hæc genera duo celebriora ſunt, vt conſtiterit, in ſacra Scriptura. Atque ea primum de roſa (quæ florum eſt iuxta Anacreontem & Plinium regina) exiguam habet mentionem. Nam licèt Eccleſiaſt. 24. 18. nominetur ibi, *ſicut plantatio roſæ in Iericho.* & cap. 39. 13. *Quaſi roſa plantata ſuper riuos aquarum* (dicas hanc roſam eſſe Alexandrinam, cùm liber Eccleſiaſtici in Ægypto ſcriptus ſit, atque eam fortè amare irrigationem: nam roſam alteram communem rigandam non eſſe Plin. lib. 21. cap. 4. affirmat) c. 50. 8. *Quaſi flos roſarum in diebus vernis.* & Sapient. 2. 8. *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant.* ac denique Eſth.

In ſacra Scriptura de roſa exigua mentio.

C 15. 8. legimus colorem roſeum: cæterum vel in nouo Teſtamento, vel in veteri, quod Hebraicè habemus ſcriptum, mentio vlla roſæ non eſt. Verum eſt tamen non deeſſe, qui putet Hebræo nomine חֲבַצֶּלֶת roſam denotari. Verùm neque hoc certum eſt, neque id nomen alibi habet ſacra Scriptura, quàm in hoc loco Cantic. 2. 1. vbi redditur *flos*, & Iſai. 35. *lilium.* & fortaſſe *haſabeth* eſt lilium nigricans. nam eſt Rabbinus, qui dicat, florem ea voce ſignificari odoriferum, ſed nigrum. Et potuit nominis inopia colorem illum, qui nobis dicitur *Cardeno*, & vergit in nigredinem, nigrum appellare.

D Illud item verum, nuperum neſcio quem Cantici, huius commentatorem notatione 6. inſigni elatum audacia contendere, omnes ferè Hebræos Græcos & Latinos interpretes aberraſſe, quòd crediderint nomen *ſoſanah* lilium (nobis *açucena*) ſignificare; nec enim id eſſe, ſed roſam. (& roſam quidem verterunt Thargum, Anonymus, Elias in Theſbite, & Galatinus lib. 7. cap. 5. hóſque ſecuti quidam recentiores, quos refert & refellit Delrius Cant. 2. 1.) Adſtruit hoc locis nonnullis, quorum cõtextui putat non cohærere lilium, roſam autem aptè cõuenire. Loci ſunt Cant. 2. 2. *ſicut lilium inter ſpinas.* & cap. eodem verſ. 16. cap. 6. 2. *Paſcitur inter lilia.* cap. 4. 5. *Hinnuli qui paſcuntur in lilijs.* cap. 5.

Turcius.

E 13. *Labia eius lilia.* ac demum cap. 7. 2. *Vallatus lilijs.* Præterquam quòd videtur iſti ſcriptori roſa verſibus amatoriis huius Cantici accommodata. Sed & locis & argumento poſtea omnino ſatisfaciemus. Interim aduerto, interpretes tã Sept. quàm reliquos, quod omnino certi eſſent nomine *ſoſanah* eum florẽ, quem *açucena* dicimus, ſignificari, coactos fuiſſe illud conuertere lilium, quamuis ei flori textus inter ſpinas locum det. Ad auctoritatem porrò interpretum omnium conformẽ, quæ quidem ineluctabilis eſt, accedit quod 2. Par. 4. 5. affirmatur, mare nimirum æneum labrum habuiſſe repandi lilij: quibus congrua ſunt illa Plinij de lilio: *Reſupinis per ambitum labris.* Nam ſi mare æneum non habuiſſet in labro proiectu-

Lilium in ſacra Scriptura pro roſa nequit ſumi.

 tam

Digitized by Google

ram, quorſum notaretur eius labrum inſtar folij A roſæ fuiſſe efformatum? Præterea 3. Reg. 19. dicuntur capitella, quæ duæ illæ æneæ columnæ habebant, *quaſi opere lily fabricata.* & verſ. 22. *ſuper capita columnarum opus in modum lilij.* quod item 8. antiquit. cap. 3. exprimit Ioſephus. Atque in proiectura & opere Corinthiorum capitellorum facilè intelligitur imitatio foliorum lilij reſupinorum. Lilium itaque non licet accipi in ſacra Scriptura pro roſa. quod item inferiùs conſtabit euidentiùs. Vnde relinquitur pro comperto, flores in ſacra Scriptura celebriores eſſe lilia & flores malorum granatorum.

Loca 23. de lilijs.

Ac primùm de *ſuſcena*, Latinis lilio viginti quatuor aut tres loci non minus ſunt in ſacra Scriptura; nec tamen numeratis Pſalmorum titu- B lis, in quibus vbi habemus nos: *Pro ijs qui commutabuntur*, ex Hebræo etiam à Hieronymo & tribus Aquila, Symacho, & Theodotione ad verbum redditur: *ſuper lilijs.* Ac dari his primatum florum ex 4. Eſdr. 5. 24. perſpicuum eſt. Atque idem fortè volunt illa Matth. 6. 28. & Luc. 12. 27. *Conſiderate lilia agri, &c.*

In candelabro templi lilia & flores mali punici.

Iam, notatu eſt maximè digna coniunctio liliorum & florum malogranati in iis floribus, quos habuiſſe dicitur templi candelabrum Exod. 25. 31. Nam licèt Hebræa vox flores ſignificet indiſtinctè; ſed Vulg. & Septuag. vt rem ipſam exprimerent, lilia reddiderunt. Et Ioſephus teſtis oculatus 3. Antiquit. cap. 7. (aliàs 10.) ita Græcè expreſſit *κρίνα σὺν ῥοΐσκοις*, id eſt, lilia cum floribus mali pu- C nici. quod ita reddidit Gelenus, quamuis mali punici flores prætereat Ruffinus. Et facit, Romæ in candelabro arcus Titi ſpectari etiam *roiſcos*. Quod verò Lypomanus ponat etiam roſas in candelabro, ſine fundamento eſt. Eius itaque quod in templo erat, candelabri flores malogranati erant, & lilia. Et flores quidem malogranati ab iis, qui ſphærulæ ſiue globuli appellantur, diuerſi ſunt. nam vt diuerſas res exprimit vtrumque Ioſephus. Ad hæc, non malogranata ſerica, ſed eorum flores, (*cytinos* appellant) erant qui dependebant in limbo veſtis ſummi Sacerdotis hyacinthinæ. id conſtat Exod. 28. 33. ſic enim expreſſerunt Septuagint. Tanquam florentis mali punici mala punica, Græcè *ὡσεὶ ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους*. D Appellantur autem Græcè fructus malogranati, cùm in flore eſt, roiſcus, aut cytinus, Latinè balauſtium ſeu ampullagium. Florentes porrò cytinos fuiſſe, quos habebat candelabrum, conſtat quidem, cùm in textu originario nomine florum comprehendantur. Præterea in noſtro libro Cantic. cytinorum perinde quaſi rei, quæ ſponſæ ſit chariſſima, bis mentio fit. cap. 6. 10. *Deſcendi in hortum, vt inſpicerem, ſi germinaſſent mala punica.* & cap. 7. 12. *Videamus ſi floruerunt mala punica.* Neque verò floris alius, niſi huius, & liliorum, & floris vinearum meminit Canticum noſtrum.

Flores malogranati in Cant.

Denique nulla in ſacra Scriptura mentio eſt violarum, floris mali medici, & aliorum valde E odoratorum, cuiuſmodi ſunt noſtratibus, *Iaſmines, clauellinas, moſquetas*, aliiſque. vnde colligitur flores in ea celebriores eſſe lilia & flores mali punici. Fortaſſe roſa, viola & ſimiles in eo ſolo non prouenicbant, nec detulerat aliquis ætate Salomonis. ſic nouimus, in nulla prouincia niſi in Media & Perſia fuiſſe Plinij tempore medica mala, citrea aut limonia; cùm tamen alibi ſerere multi fuiſſent conati. Sed vt vt fuerit

Quos flores celebrat hoc Canticum.

hæc res, certè quidem adumbrando myſterio, & ſymbolicæ ſignificationi in Cantico, candelabro templi, & Aaronica veſte ſpectatæ, non ita idoneos fuiſſe flores alios regionis illius, quàm malogranati & lilia, relinqui debet pro explorato. Cùm autem arcanam horum ſignificationem eruerimus, tunc facilè apparebit & ſacræ Scripturæ elegantia, & ratio cur hoc Canticum roſæ recordatum non fuerit, florem verò malogranati & lilium inter flores omnes ita celebrarit.

Significatio florum malogranati & liliorum.

Ego quidem eò feror cogitatione, vt putem, admirabile nobis datum ſymbolum, cùm principij Eccleſiarum Chriſtianarum in floribus mali punici, tum exaltationis & conſummationis earundem in liliis. Quam ſolida ſint huius conſiderationis fundamenta, & ex ea quam aptè omnia ſacræ Scripturæ loca, in quibus hi reperiuntur flores, declarentur, id eſt, quod nunc reſtat nobis oſtendendum. Agemus verò prius, conuenienter noſtræ conſiderationi de cytinis, poſt de liliis.

De cytino, ſeu flore malogranati.

Malogranata Eccleſiarũ ſymbolum.

Quàm eſt certum, optimum eſſe Eccleſiarum Chriſtianarum ſymbolum mala punica, ita quidem eorum floribus adumbrata fuiſſe eaſdem Chriſti Eccleſias incipientes, certum eſt. Quòd autem mala punica ſymbolum ſint noſtrarum Eccleſiarum appoſitiſſimum, id oportet præmittamus. Ac primùm teſtatum habent hoc multi Patres S. Hieron. Aggæi 3. fine. *Malum*, ait, *granatum propter granatorum nimiam multitudinem, & intertextis membranulis quamdam geometricam proportionem, & diuerſas quidem manſiunculas, ſed tamen omnes vno corpore comprehenſas, ſemper in ſcripturis ſuper Eccleſia perſona ponitur.* Vide eumdem epiſt. 127. de manſionibus. & Nyſſenum de vita Moyſis, Ambroſ. item lib. 3. Exaëmer. cap. 13. atque etiam Greg. Mag. Cantic 4 & in paſtor. p. 2. cap. 4. & in regiſtro lib. 1. epiſt. 24.

Ab auctoritate.

A proportione.

Eſt autem ad hanc ſymbolicam Eccleſiæ ſignificationem maxima in granato malo proportio. Etenim videre in eo eſt numeroſam quamdam multitudinem in minores alias quaſi tribus ſuis membranulis (*cicum* eam membranam vocabant antiqui) diſpertitam. Atque id quidem ordine mirabili. In ſingulis porrò tribubus quædam veluti populi apparet imago. At in quolibet grano (ciuem illius populi referente) neſcio quid eſt carneum, ſanguineum & oſſeum. Omnes autem hi populi intra vnum idémque tegmen cuncti clauduntur, eodem quaſi imperio ac legibus obſtricti. Et demum ſub eadem corona, in quam nimirum granati apex deſinit. Tanta ibi granorum inter ſe communitas, vt vnius putor & tabes in pleraque alia contagione permanans ea inficere omnia ſat ſit. Ea propter ſymbolum videtur præbere regni cuiuſdam admirabile, & Eccleſiæ præcipuè, propter mirum eius ordinem, leges, vnitatem, communionem, & quæ multa alia poſſunt conſiderari. Seruit item bonorum & malorum diſtinctioni, quod hoc malum habet & grana ſuauia & cruſtulam, cui inhærent illa, aſperi ſaporis. Et quidem, vt grana adoleſcant, neceſſaria eſt ea cruſtula vt tritico palea opus eſt. Præterea aptiſſimum eſt ad Eccleſiæ ſignificationem granatum, quoniam vt in eo magna latet ſub rudi cortice admirationis materia: enim verò mira

ra

Digitized by Google

ra ſunt quæ claudit hoc malum, & apertio illius myſteriorum eſt reuelatio; ita quæ in Eccleſia arcana deliteſcunt, ingentia ſunt. Ac tandem graphicè repræſentat hoc malum pulchritudinem gratiarum, donorum, ac virtutum, quæ communicantur Eccleſiæ, atque illud maximè, quòd hæc internam ſuam honeſtatem decentiſſimam geſtet obuelatam: quo adducit S. Ambroſ. Prouerb. c. 11. iuxta verſionem Septuag. verba illa, *ſapiens ſpiritu celat negotia*.

Malorũ granatorũ ſuper duas illas columnas ſignificatio.

Hæc porrò loca ſunt vbi malorum punicorum meminit ſacra Scriptura, 3. Reg. 7. 42. & 2. Paralip. 4. 13. ingens eorum numerus 400. ſcilicet ſuper columnas Booz & Iachin à Salomone collocatur: eo nimirum conſilio, vt hoc quaſi trophæo erecto diuinam recoleret beneficentiam, B qua pater Dauid oppida tot aquiſierat. nam templum illud votum fuit Dauidis victori Deo conſecratum. Sed verò præcipuus eorum malorum ſignificatus fuit Eccleſiarum particularium multitudo, quas Chriſtus victor egregius ad Eccleſiam ſuam Catholicam olim fuerat aggregaturus. Atque hoc facinus à Chriſto vero, vel Salomone, vel Dauide geſtum, quoniam ita fuit præclarum, idcirco cum celebrata ſimul rei geſtæ memoria, ſed in typum præſertim alterius longè præclarioris tempore ſuo gerendæ, trophæum ampliſſimum ſtatutum fuit: ſymbolicum tamen, cuiuſmodi erat tanta granatorum vis in ſummis columnarum epiſtyliis. Quatum vel ipſa nomina fortitudinem ac robur ſignificant. nam Iachin ſonat *præparabit*, Booz verò *in fortitudine*. C

Alluſio ad columnas Herculis.

Ac cogitare quis poſſit, his duabus columnis duas Herculis (Dauide ſcilicet, vt ex Euſebij chronico patet prioris) alteras ſpectatas fuiſſe: illúdque ſignificatum, Chriſtum (in quem duo illa appoſita Herculi inſignia ἀλεξίκακος καὶ ἀνεξίκακος. id eſt, malorum depulſor, & malorum tolerator, digniùs multo & excellentiùs conueniunt) columnas ſuas non Gadibus, ſed in templo Catholicæ Eccleſiæ defixiſſe; ac trophæi vice ſuper eas ſymbolum multitudinis populorum regnorúmque (hæc, particulares ſunt Eccleſiæ) ſuo ipſius ſanguine in libertatem vindicatorum collocaſſe.

Malogranatorũ apertio ad doctrinam relata.

Locus alter eſt Cantic. 4. 3. *ſicut fragmen mali punici*, vbi ſermo eſſe videtur de ſpontanea granati apertione. Et aperta quidem malogranata Eccleſias mihi repræſentant, quæ ſuum per ſummorum prædicationem Doctorum decorem & occulta myſteria patefaciunt. Porrò Doctores ſinguli Eccleſiaſticæ nobis doctrinæ aperiunt dignitatem, fuſiùs hic, ille preſſiùs. Granatorum interim apertionem ſpontaneam fieri nota cœli beneficio, cuius nimirum imbribus impluta poma ipſa continuo maturitate hiſcunt, & reconditas oſtentant opes. D

Tertius locus eſt Aggæi 3. fine, vbi promittitur fœcunditas malorum punicorum, hoc eſt, multitudo Eccleſiarum Chriſtianæ religionis. Vide ibi Hieron. E

Quartus denique Zachar. 4. 12. Vide quid ſit *badadramon*: de quo in loco proprio.

Cytini pro Eccleſiarum initijs.

Iam verò ſiquidem hæc ſit malorum punicorum ſignificatio, quæ ideo ſuper columnas Booz & Iachin inſtar trophæi fuerunt poſita, quòd eſſent aptiſſima Eccleſiarum, quas comparauit Chriſtus, ſibíque ſubiectas fecit, ſymbola; cúmque granatorum principium ſint ipſorum flores, cytini nimirum; inde compertum planè fit, his A floribus Chriſtianarum initia Eccleſiarum aptiſſimè repræſentari.

Color rubeus adumbrans martyrũ ſanguinem.

Accedit Chriſtianas Eccleſias ſuis ſtatim initiis martyrum ſanguine complurium tinctas fuiſſe. atqui adumbratus fuit apoſitiſſimè hic ornatus colore floris cytinorum, qui colorem ſanguineum perfectè refert. Et quemadmodum cytinus, vt cytinus ſit, colore debet eſſe rubeo & ſanguineo; ac dein cytinum eſſe eſt, malogranati principium, ac pignus illius perfectionis oſtendere; ita ſanè quod Eccleſiæ Chriſti martyrum plurimorum cruore fuerint, tunc cùm incipiebant, purpuratæ; is nimirum arrhabo fuit, & certiſſimum illius perfectionis auſpicium, ad quem erant demum euaſuræ. Atque ita, quæ immanes perſecutiones ſanguine inficiebant primitiuam Eccleſiam, ita non extinguebant, vt firmarent potiùs, & redderent vbique ſecuriorem.

Tempeſtas aſpera prodeſt cytinis & Eccleſiæ.

Hanc ad rem nota eſt dignum cum primis, qui venti ſubſolani aliis arboribus vehementer incommodant, & reliquos flores exinduunt, hos commodiſſimos eſſe malogranatis, quæ ſe his flantibus in florem induunt copioſè: ſicque quo anno flant illi vehementius, proueniunt hæc mala copioſius. Conſtabit hoc libros de agricultura euoluenti, ita ibi dicitur: *Mira cytinorum firmitas, qui nec Euri flatibus vt cæteri flores decidant; ſed quo vehementius inflantur, eo pertinacius obſirmentur.* Deſiderantur itaque ſine ſubſolanis cytini, ſine perſecutionibus martyres.

Cytini viſui vtiles.

Atque hæc primordiorum Eccleſiarum Chriſtianarum conſideratio, martyrúmque innumerabilium, qui ſuam vitam Chriſti cauſa deuouerunt, fidem noſtram ſummopere confirmat. Quo facit quod Dioſcorides, & Plinius ſcribunt & ponderant deuoratos nempe cytinos ad viſus imbecillitatem confirmandam plurimum conferre: nimirum conſideratio principiorum Eccleſiæ quædam eſt cytinorum comeſtio, ſeu ruminatio.

Loci quatuor ſacræ Scripturæ, vbi de cytinis expoſiti.

Hæc ſymbolica cytinorum conſideratio quatuor ſacræ Scripturæ locis, qui de illis agunt, nimis eſt appoſita. Nam quid quæſo ita huic noſtro Cantico proprium quam vt ſponſa Eccleſiarum, quæ mundo erant condendæ, ſatagegeret? En igitur vnde ſit ea cura, an floruiſſent mala punica. Iam quòd ea ſic ſe horum colore florum oblectet, oblectari quidem eſt ea pulchritudine, quam martyres fidei cauſæ perpeſſi Eccleſiis attulerunt. Illa verò cytinorum & liliorum in candelabro templi Exod. 25. coniunctio reſpondet Chriſti Domini præclaro ſtemmati: illud eſt, quod ſit ille *Principium & finis ſuæ Eccleſiæ*, Apocal. 1. & 22. Græcè ἀρχὴ καὶ τέλος. hoc eſt, Paulo ad Hebr. 12. explicatore, ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς, auctor ſcilicet & conſummator. Quòd ſi hæc principij & finis coniunctio Chriſto eſt gloriæ ſingulari; quid elegantius in candelabro, (quod ſymbolum fuit Eccleſiæ Dei) potuit effingi, quàm hoc duplex ſymbolum, vnum principij Eccleſiarum, alterum conſummationis earumdem: ſed de liliis paulo poſt, nunc cytinos verſamus.

Cytini in veſte Aaronica duplices ex Septuag.

Eos iam cytinos conſideremus, qui Exod. 28. 33. in limbo erant tunicæ Aaronis hyacinthinæ. Noto verò priùs, ex verſione Septuaginta perſpicuè colligi videri, præter eos cytinos, qui in ea fimbria erant acupicti, alteros tot aureos ex eàdem fimbria dependere. ita enim aiunt: *Facies in margine tunicæ deorſum quaſi florentis mali punici mala punica ex hyacin-*

tho

tho & purpura & cocco & byſſo , & eadem ſpecie mala punica aurea. Et quis forraſſe exiſtimet , hos poſteriores cytinos pro tintinnabulis apponi , à quibus cytini figurâ , ſi attendas , non abludunt: poſsítque huius cogitationis ratio eſſe, quod nemo hactenus vt tres diuerſas res conceperit cytinos tum acupictos,tum aureos,& tintinnabula.

Ego tamen communem de tintinnabulis ſenſum non mouerim, contentus annotaſſe, cytinos apud Septuaginta duplices eſſe, alteros filo ſerico (quod fortaſſe filum eſt ſubtile ac pretioſum) tunicæ hyacinthinæ ad fimbriam intextos , aureos alteros dependentes : ſiue eſſent hi,quæ tintinnabula dicuntur , ſiue potiùs tintinnabulis alternis immixti. Porrò hos cytinos ſericos(ſeu acupictos potiùs)duos & ſeptuaginta fuiſſe, & aurea tintinnabula totidem,S.Hieron,epiſt.128,confirmat.Et quamuis non deſint , qui numerum vel maiorem multo,vel multo etiam minorem tradiderint;cæterum in Hieronymi diligentia & auctoritate arbitror potiùs acquieſcendum.Atque his præiactis, explicandum iam , cur pro Eccleſiarum ſymbolo hic numerus cytinorum in veſte ſacerdotali ſplẽderet. Rem totam propter diſtinctionem decem, breuiter tamen, dictis exponam.

Septuaginta duo cytini cũ tintinnabulis totidem.

Primum dictum. Numerus duorum & ſeptuaginta pro Eccleſiæ ſymbolo vniuerſalis , quæ particulares alias ex omnibus mundi nationibus complectitur,fuit conuenientiſſimus. Etenim nationes mundi in ſeptuaginta duas initio ſunt diſpertitæ , conuenienter nimirum totidem linguarum diuiſioni. nam fuiſſe hunc numerum linguarum, colligunt ex Geneſ.11. Doctores omnes Hebræi , Græci , Latini. Videndi noſtri Maldonar. Luc.10.v.1.& Perer.in Geneſ.16. diſputat.10.vbi citat Epiphanium , Hieron. Auguſt. Proſper. Arnob. & alios. Notauit ad hæc Beda Luc.10.diſcipulos ſeptuaginta duos electos à Chriſto pro pari linguarum numero, ſicut pro duodecim tribubus populi Apoſtolos duodecim.

Pro ſymbolo nationũ mũdi duarũ & ſeptuaginta.

Secundum. Attinebat ad Sacerdotem populi Dei pro omnibus mundi nationibus deprecari Deum, ita docet illa epiſt. 128. fol.367. Hieron. vbi ait : *Hebræi Doctores iuſtum eſſe commemorant, vt Pontifex creatorem non ſolùm pro Iſraël , ſed etiam pro vniuerſo mundo roget.*

Pro omnibus oraſſe, veteris erat Sacerdotij.

Tertium. Vt Pontifex ille pro omnibus mundi nationibus rogaret , conueniebat plurimum , Eccleſias Deo Chriſtianas in vniuerſis olim nationibus fundandas ab illo obiici. Atque vt illas obiiceret Deo, quid aptius, quam Pontificem cum in Sancta Sanctorum ingrediebatur, earum typum geſtare ? Audiendus Hieronymus citatus fol.368. *Iuſtum erat* , ait , *vt Pontifex Dei creaturarum omnium typum portans in veſtibus ſuis , indicaret cuncta indigere miſericordia Dei , & cum ſacrificaret , pro cuncta creatura & voce & habitu precaretur.* Hæc ille. Eſt autem huius rei fundamentum , quòd Pontifex in oratione & ſacrificiis eorum perſonam omnium videatur induere , pro quibus oraturus eſt. Porrò inuentum fuit ad Dei miſericordiam flectendam exquiſitum , Deo repræſentare gloriam , qua eum nationes cunctæ , tunc cùm apud ſe conditas habuiſſent Eccleſias , fuiſſent mactaturæ. Atque hoc erat omnes induere nationes , cum eo maximè ornatu , qui diuinam gratiam largiter in eas effundendam adumbraret. Et facit eò præterea , quòd Pontificis oratio ad Meſſiæ aduentum,& bona quæ is erat mundo allaturus, deberet ſpectare ; erat autem congruum,

Ideo geſtabat Eccleſias & earũ decus.

A vt quæ Pontifex erat Deo precaturus , eadem ſacris veſtibus repræſentarentur.

Quartum. Ex his, quæ dixi, illud Sapient.18. 24. *In veſte poderis quam habebat* (ſcilicet Aaron) *totus erat orbis terrarum*, probè intelligitur. Pono autem , in Aaronica veſte ſignificationem quatuor elementorum , fulgurum , ac tonitruorum à Rabbinis inquiri. Hanc illi excogitarunt, refértque ex eorum ſenſu D.Hieron. ſed in paucis profectò violentam. Et fruſtrà quidem illi fatigant ſeſe. Nam ſi eo tendunt , vt Pontificem eorum, pro quibus preces fuſurus eſt, perſonis induant; eius oratio non erat creaturarum ſenſu ac ratione carentium mittenda nomine , ſed enim hominum.
B Atque ita Sapient. 18. monemur ne in veſte poderis mundum vniuerſum , cœlos , & elementa continentem indagemus , ſed tamen eum , qui orbis terrarum appellatur. Eo loci ponitur poderis pro veſte hyacinthina. nam hæc talaris erat. & ſic poderis nomen vſurpatur à Septuagint. Exod.28. à D.Auguſt. & Ioſepho. Porrò in cytinis(qui Eccleſiæ vniuerſalis typus erant) clauduntur , vt iam vidimus , mundi nationes vniuerſæ.atque id eſt,*Orbis terrarum*.vnde conſtat quomodo *in veſte poderis totus erat orbis terrarum.* Cur autem in fimbria veſtis illius?ſit propterea

Explicatur Sapient. locus.

Orbis terrarũ in podere , & cytini , idem ſunt.

Quintum dictum. Poſito,indui à Pontifice debere perſonas, pro quibus Deum eſt oraturus,an-
C tiquus Pontifex præcipuè indueret ſui populi perſonam:poſt apponendum erat aliquod additamentum , quod repræſentationem extenderet ad perſonam reliquarum mundi nationum. Atque ita factum , vt geſtaret ille in humeris & pectore duodecim tribus Iſraël : at reliquas totius orbis nationes, quæ locum inferiorem longè in oratione Pontificis obtinebant,gereret tanquam appendicem in tunicæ limbo.

Sed cur terrarum orbis in limbo?

Sextum.Quemadmodum populi ſymbolum Iſraëlitici duplicatum fuit, omnibus tribubus duodecim in humeris ſtatutis , omnibus item in pectore ; ſic item duplicatum fuit ſymbolum nationum omnium,in eo vtique principio, quod apud
D illas Chriſtianæ Eccleſiæ erant habituræ. Nam cùm ad duos & ſeptuaginta fuiſſent reducendi cytini, facti ſunt ſeptuaginta duo acupicti, aurei verò totidem alteri. Atque hæc repetitio (præter elegantiam quam mox põderabimus)ſeruit etiam firmitudini in oratione Pontificis repræſentandæ. In vaticinio etiam Eccleſiarum Chriſti iuxta id Gen.41.32. *Quod autem vidiſti ſecundò ad eamdem rem pertinens, firmitatis indicium eſt.*

Cur cytini duplicati.

Septimum. Ex quatuor cytinorum acupictorum coloribus hyacinthinus, cæruleus ſcilicet, & cœleſtis eſt pro ſtamine ; (quod ſtamen idem habebat tunica) tres verò alij pertinent ad cytini acupicturam. Quod ſi quid eſt in cytino punici
E coloris (*morado*) hunc admixtio coloris cærulei & coccinei imitatur. Vt cũ verò hoc ſit,quatuor illi colores ſeruiũt mirificè,vt vidimus in explicatione Ephod,repræſentationi ſacerdotalis regni. Ad hæc, repræſentat cæruleus color cœleſtem vitam ſupremo ſpiritu agitatam ; vitæ munditiem byſſus ; coccus demum & purpura effuſionem ſanguinis , martyrium nimirum. Quæ omnia aptiſſimè quadrare in Eccleſias Chriſtianas primigenias palam eſt.

Quid adumbrãt quatuor colores cytini acupicti.

Octauum. In aureis cytinis charitatem adumbrat aurum , cuius firmitas in Eccleſiis primitiuis maximè reſplenduit. Neque dubito , aurum pro maiore cytinorum imitatione inſculptum fuiſſe

In aureis verò quid aurum?

Digitized by Google

fuiſſe,vt colorem purpureum referret,hoc eſt,ſanguineum. quo colore ornari poteſt aurum ignis beneficio ,cætera metalla non poſſunt. Atque ita ſanè primitiuas Eccleſias , quas aureas fecerat charitas eiuſdem ardor martyrij rubore decorauit : decorati tamen non poſſent, niſi prius eſſent aureæ per charitatem.

Sonitus tintinnabulorum Sacerdotis Deo gratiſſimus.

Nonum. In tintinnabulorum ſonitu aureorum adumbrari quidquam , quod eſſet Deo gratiſſimum, neceſſe eſt. Dicitur enim Exod.28.35. *Veſtietur ea veſte Aaron, vt audiatur ſonus tintinnabulorum , & non moriatur.* Per quæ certè verba minimè præcipitur ſub capitali pœna Pontifici, vt de ſono illo ſollicitus ſit. nec enim erat cur ei hac in re quidquam præciperetur. Etenim cum moueret ſe Sacerdos,ſonitum illum tintinnabulorum motu neceſſariò edendum, manifeſtum eſt. Atque ita videtur dicendum , cùm vellet Deus magna cum reuerentia ac obſeruantia templo ſuccedere Pontificem;ad receptam Iudæis opinionem(de hominis, qui vidiſſet Deum, morte repentina) ſermonem accommodaſſe. Quòd ſi inuocatus quis ad Aſſuerum regem ſalutandum ingrederetur , periclitabatur de vita;quid mirum mortis ſibi periculum metueret, qui ad Sancta Sanctorum penetraret ? Quod periculum reliquis præter ſummum Pontificem manifeſtè immineret , ſi quos intrò audacia temerè intruſiſſet. Cùm ergo dicitur tutus fore ſonantibus tintinnabulis Pontifex , quid hoc aliud eſt , quàm eum ád timoris depulſionem excitare ? Etenim ſic affectus illo ſono Deus ſignificatur,vt ſuper Pontificem,qui ea indutus veſte , quam aureorum ſonor tintinnabulorum comitabatur, ad templi ſe ferret penetralia, virgam auream in clementiæ ſignificationem, & incolumitatis à periculo velut Aſſuerus alter ſit extenſurus. Poſtulat adhibita hæc ratiocinatio,vt quod tintinnabulorum ſonore denotatur, reliquis omnibus , quæ veſtes deſignabant Pontificiæ, acceptius Deo ſit.

Tutum eum reddēs à quouis timore.

Poſtremum dictum. In virtutibus Eccleſiarum primitiuarum Deo nihil erat magis cordi , atque ea, quam inter ſe colebant omnes diligentiſſimè, concordia & conſpiratio ſumma,iuxta id Actu.4. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum,& anima vna.* Atque quo nationes ita inter ſe ſpiritu concordes & coadunatæ magis erant natura diuerſæ , eo quidem conſenſus hic admirabilior erat , diuiniórque. Hic itaque ſummus conſenſus animorum inter omnes mundi nationes aureis cytinis duobus & ſeptuaginta adumbratas, id erat , quod rapiebat magis Dei cor. Quid autem potuit ad ſignificādam hanc harmoniam charitate fundatā,excogitari aptius,quàm is ſonor,quem aurea omnia tintinnabula ſimul edebant?Et noto videri repræſentatam illo ſonitu charitatis efficaciam exercitam vtique , in actu ſecundo vocant Scholaſtici, in actiones nimirum prodeuntem ab ea magna conſenſione exiſtentes. Notum verò eſt ex Geneſ.1.creaturas ſingulas placuiſſe Deo;cunctarum verò conſonantiam fuiſſe illi complacitam ſummum.*Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valdè bona.*Similiter in pręſentia philoſophādum.

Animorum conſenſio ſignificata tintinnabulorum ſonore.

Sed quis roget , cur in Aaronica veſte adumbratæ Chriſtianæ Eccleſiæ naſcentes potius per cytinos, quàm progredientes iam & adultæ per mala vtique punica perfecta.Reſpondeo primùm, ad Chriſtianarum Eccleſiarum vaticinium magis eſſe propriam earum in ſuis principiis deſcriptionem.His verò progreſſum & incrementū reſpon-

Cur cytini non malogranata in Aaronis veſte, duplex cauſa.

A ſura, perſpicuum eſt. Eſt enim Chriſtus auctor & conſummator. Atque eſt hoc ad eum modum,quo vaticinatur Iſaias,puerum mundi totius bono naſciturum.nam fore,vt creſceret hic puer,inde perſpicuum eſt. ita igitur cytini ſunt perfectionis malogranatorum promiſſio ac pignus.Reſpondeo deinde,poſito,Aaronem eò ſe Eccleſiarum repræſentatione induere, quò Dei beneuolentiam erga omnes mundi nationes ipſi olim egregiè placituras conſectaretur ; oportere quidem repræſentari tunc Eccleſias, cùm erat futurum , vt Deo magis placerent. Atqui placuerunt ei numquam ita, quàm naſcentes , cum ſpiritus primitias acceperunt. Erat tunc credentium cor vnum & anima vna. nam poſt ardor ille charitatis multum , per B noſtra ſcelera , refrixit.

De liliȷs,& ſymbolica eorum ſignificatione.

Significatus liliorum.

Certum in primis eſt , quæ Latinis lilia , κρίνα Græcis , & nobis Hiſpanis *açucenas* , Hebræis eſſe שׁוֹשַׁנִּים. vide præter Plinium dictionaria omnia Hebræa , Græcanica , Latina. Quare cùm Arias Montanus in Templi candelabro pro liliis , quæ alba ſunt, puniceа lilia ſubſtituit, quas irides vocant,deceptus prorſus fuit.Certū item ex Plinio, ab arte poſſe fieri, vt lilia *ſoſannim* naſcantur purpurea. Verùm hoc artificium ad tempora Salomone poſteriora videtur referendum. Addo,lilia eſſe natiuo colore rubentia. Horum expreſſa mentio C eſt apud Plin.lib.21.c.5.his verbis:*Eſt & rubens lilium,quod Græci crinon*(aliqui legūt crinon agrium, quod eſt campeſtre lilium) *vocant. alij florem eius cynorhodon. Laudatiſſimum in Antiochia,& Laodicea Syriæ,mox in Phaſelide:quartum locum obtinet in Italia naſcens. ſunt & purpurea lilia , narciſſum vocant.* Conſtat igitur vocabulum lilium iam olim commune eſſe floribus lilij figuram habētibus, ſed rubeis & ab artificio & à natura. Conſtat inſuper ex his liliis rubeis,ea pluris habita,quæ in Syria proueniebant. Videtur quin etiam fieri ex verbis Plinianis lilia agri,ea eſſe quæ rubeſcūt,ait enim:*Eſt & rubens lilium,quod Græci crinon agrion vocant*.Niſi legendum contendas : quod Græci *crinon* vocant. quo ſignificetur hoc rubens lilium inter ea nu- D merari,quæ vocantur *crina*. Certum eſt enim nomen κρίνον liliis commune eſſe ; neque dubium etiam quin alba lilia Græcis appellata ſint κρίνα.

Lilia non ſolum alba, ſed purpurea.

Atque hinc forſan quis ſibi perſuaderet , ea lilia,de quibus in hoc Cantico, vt aptè conueniant labiorum comparationi rubea eſſe. Cæterùm negari nō poteſt,quin vocabulum κρίνον dictum abſolutè de albo lilio intelligatur. Hoc perſpicitur facilè ex his,quæ ibidem Plinius ſcribit, ſic enim orditur abſolutè:*Candor eius eximius.* Atque id ita eſt , quemadmodum cum iaſpidem audimus tantum de viridi intelligimus , tametſi iaſpides ſint aliorum colorum. Adiungo quod in ſacra Scriptura de liliis candidis agatur, veſtigia eſſe non omnino obſcura. Etenim his tantum lacrymam Pli- E nius,vt pòſt dicemus,attribuit:atqui Cant.5.dicitur:*Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam*,quo de loco mox dicetur. De albis itaque liliis ſacram Scripturam capi,id quidem planius eſt,quo tamen pacto labiis conueniat is color , dicam inferiùs.

An de purpureis in hoc Cantico?

Non.

Iam verò de ſignificatione ſymbolica,ea apparet communior,vt lilia virgines,ſeu virginitatem deſignent. auctores habet SS. Baſilium & Hieronymum,& videtur etiam ex Eccleſiaſtico hymno: *Qui paſcis inter lilia ſeptus choreis virginum.* Aptum

Lilia virginitatis vulgare ſymbolū.

Digitized by Google

præterea huius intellectus fundamentum eſt floris iſtius color, & odor bonus. Ac dein liliorum cytinorúmque coniunctio videtur apprimè martyres & virgines repræſentare duplex hoc Eccleſiæ candelabri decus. Et ſanè de liliis, ea iam multæ vulgò picturæ (cuiuſmodi annunciatę Virginis, S. Dominici, ac S. Franciſci Xauerij) pro ſymbolo virginitatis oſtentant. atque ob id ſignatè, quot flores ſint, quos eſſe oportet illibatos.

Hanc lilij ſignificationem, & quas profert alias Lauretus, mihi quidem reiicere non eſt animus. Illud tamen auſim affirmare, ſignificationem aliam eſſe, quæ in ſacra Scriptura certiſſima ſit, hoc eſt, ab ſpiritu intenta, fundata proinde modò longè præſtantiore in proportione floris huius naturali. Quòd ſi hæc ſignificatio locis omnibus, in quibus vſurpat lilium ſacra Scriptura, ſufficeret; eâ certè deberemus eſſe contenti, non vt meliore ſolùm, ſed vt certiore, ac dein propter elegantiam, quam diuerſorum inter ſe locorum conſpiratio & conſenſus offert.

Symbolum exaltationis glorioſæ lilia.

Aio ergo, haberi debere meo iudicio pro re explorata lilium eſſe ſymbolum exaltationis glorioſæ. Prænotandum ad hoc, herbam, vnde erumpit lilium, prius quàm ad germinandum aſſurgat, tam eſſe humilem, vt ipſimet terræ coæquetur; pòſt verò ita florem extolli, vt dicat Plinius: *Nulli florum excelſitas maior, interdũ cubitorum trium.* Productio florum in aliis ſiue herbis, ſiue arboribus, in roſetis, v.g. in malis Medicis, non eſt creſcere, ſed ornari, at in productione noſtri floris eleuatio contingit valdè notabilis. Eóque reſpexiſſe Chriſtum D. perſpicuum apparet. Dixit enim Matth. 6. 28. & Luc. 12. 27. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, πῶς αὐξάνει*: & hoc quidem verbum de arboribus, quæ egregiè ſe attollunt, cuiuſmodi ſunt palma, abies, cupreſſus, & id genus vſurpari ſolet. vnde idem ſignificat tranſlatè, vt Budæus notat, inclareſcere & potentiorem fieri.

Eorum mira celſitas.

Vis verbi αὐξάνει.

Hæc proprietas lilij fundamentum præbuit, vt ij qui ex humili ſtatu ad ſublimitatem glorioſam euaſerunt, in ſacra Scriptura lilia nominentur. Res hæc certiſſima eſt. Etenim in quatuor Pſalmis, quorum inſcriptio erat: *Pro lilys*, (ita ſonat titulus Hebraicè) Septuaginta & Vulgatus tranſtulerunt: *Pro ijs qui commutabuntur.* neque vbi de commutatione alia ſermonem eſſe, quàm de glorioſa eorum exaltatione, qui prius in ſordibus & ſqualore iacebant, compertum eſt. Quòd is ſanè non dubitet, qui illorum quatuor Pſalmorum argumentum conſiderauerit. Primus enim (qui eſt 44.) agit, vt iam vidimus, de magna illa celſitate ad quam Romana Eccleſia, tunc populus Gentilis, erat olim peruentura. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Vide reliqua. Secundus (nempe 59.) eximiam prædicat populi Iſraëlitici gloriam poſt ingentem vtique depreſſionem. Tertius (qui 68.) ea tandem finitus gloria, ad quam Chriſtianus populus poſt humilitatem paſſionis Chriſti, & poſt perſecutionem contra illum à Iudæis concitatam, erat aſcenſurus. In quarto demum (70. nimirum) de quadam item tractatur deiectione populi grauiſſima, pòſt verò de exaltatione ſucceſſura.

Homines deiecti prius dein exaltati vocantur lilia.

Dicat aliquis, cupere ſe noſtra cauſa, vt Septuaginta & Vulgatus tranſtuliſſent non, Pro iis qui commutabuntur, ſed, Pro iis qui exaltabuntur. Huic ſemel & iterum ſatisfaciam. Dico enim, cùm planum ſit vſurpari phraſim illam, quaſi liliorum periphraſin, (nam vbi vertendum erat: *Pro* A *lilys*, vertitur *pro ijs qui commutabuntur*) fore itidem planum τὸ *commutari* in ea phraſi idem eſſe, quod *exaltari*: iſthæc enim eſt lilij commutatio, ab humilitate ſcilicet ad ſublimitatem & gloriam: ac proinde cùm ſit ſermo de liliis, cõmutari & exaltari, idem omnino ſunt. Et ſolet alioqui ſacra Scriptura verbo mutandi ſignificare commutationem in meliorem ſtatum, iuxta id Iſai. 40. 31. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem.*

Commutari in Pſalmis pro exaltari.

Dico iterum, Septuaginta & Vulgato fuiſſe propoſitum etymologiam & vim Hebraici nominis *ſoſanah* declarare, vt etymologia declarata, myſterium caperetur. ad eum vtique modum, quo legimus Ierem. 1. virgam vigilantem pro virga amygdalina. Noto ergo, Hebræo nomine *ſoſanah* B propriè denotari commutationem, (non eſt diſſimilis in alluſione Hiſpana vox *piedraſufre* pro Latina *ſulfur*, quæ nobis dicit, vt ſufferamus.) nam ſi à *ſoſanah* demas, vt fieri poteſt, primum *ſin* quippè ſeruiens pro relatiuo, reſtat *ſanah*; hoc autem ſignificat commutare. Fuiſſe verò Septuaginta reſpectum ad verbum hoc *ſanah*, videtur haud dubium. Et licèt deriuent nonnulli vocabulum *ſoſanah* à nomine *ſes*, id eſt, ſex, propter ſex flori huius folia: alij, vt Tuccius, à *ſos*. quod lætitiam ſignificat: Septuaginta tamen verbum *ſanah* thema præcipuum reputarunt: & coniungi poteſt vtrumque commodè, vt plena ſignificatio ſit læta commutatio. Quamquam verò ad verbum *ſanah* tantùm ſit intuitus, manifeſtum eſt tamẽ, quam affert C *ſoſanah* nomine ſuo commutationem, eſſe quidem ab humilitate ad gloriam & exaltationem. Non enim eſt in hoc vocabulo inanis alluſio (vt in noſtro *piedraſufre*) ſed elegans etymologiæ cum lilij proprietate naturali conuenientia. Vnde iam proſpicitur Septuaginta vocabuli Hebræi attẽdentes vim reddere nequiſſe: *Pro ijs qui exaltabuntur*, ſed *Pro ijs qui commutabuntur*. Cæterùm de exaltatione ac gloria ſenſum eſſe. Ac demũ auctoritas Septuaginta & Vulgati, prædictorũque Pſalmorum quatuor argumentũ hanc rem firmã reddũt, nimirum liliũ in ſacra Scriptura exaltationis ſymbolũ eſſe.

Soſanah commutationem ſonat, quia eſt à verbo שנה.

Attentis deinde natiuis lilij proprietatibus, fit etiam facilè perſpicuum, illud ad noſtram ſignificationem præſtãtius ſumi. Enimuerò quod flos ſit D albus & eximiè odorus, habet hoc cũ multis aliis floribus commune: at excelſitas prædicta peculiaris eſt, & propria lilio, & eius generis floribus, quales ſunt irides. Eius item in albore inter flores alios præſtantia facit etiam ad exaltationis lætitiam. nam albus in ſacra Scriptura color, quòd lęta ac feſta ſint omnia, ſolet ſymbolum eſſe: quod probant duo illi Angeli Ioan. 20. 12. in albis ſedẽtes. Illud itidem eſt lilio peculiare, quod ait Plinius, eximius ſcilicet candor. qui non ſolùm affert albitudinem, ſed ſplendorem ſingularem; & qui ſimilem exhibeat, alius fortaſsè flos non eſt. Alij ſplendent vel vt linteum, vel ſummum, vt illud ſericum, quod *tafetan* appellamus, aut qui plurimũ, *holoſericum*, quod *terciopelo* dicitur, refert E ſplendore: at à lilio vel ſericum album perfectiſſimum (noſtratibus *raſo*) quod ſericorum eſt ſplendidiſſimum, ſplendore ſuperatur. Iam verò per ſe liquet huiuſmodi ſplendorem exaltationis gloriæ ſignificandæ aptiſſimè deſeruire: atque eò videtur Chriſtus reſpexiſſe, cùm dixit Salomonem, in omni gloria ſua albis indutum (albas fortè veſtes induebat) lilij cãdorem mirificum aſſequi nequiſſe.

Lilij excelſitas myſterio ſeruit.

Candor item eximius.

Proprium prærerea liliorum eſt amare rigationẽ, ex eo Eccleſ. 50. 8. *Sicut lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ.*

Rigationis amor.

Digitized by Google

aquæ. Atque id quoque denotat exaltationem Eccleſiæ ex gratiæ diuinæ irrigatione dependere. Ad hæc, ſi excellit lilium in diffuſione boni odoris; (nam qui illum ita dilatet, non inuenias temere florem alium) & hoc quoque idoneum eſt exaltationi, quæ gloriam bonæ famæ per vniuerſum ſparſæ comitatur. Et quoniam Eccleſiarum exaltationi ſeruit lilium peculiariter; nota ideò, diſperſum Chriſti per vniuerſum odorem bonum exaltationẽ Romanæ Eccleſię fuiſſe conſecutum.

Diffuſio odoris.

Languor colli.

Notandum etiã, conſideraſſe Plinium lilij exaltationem contingere: *Languido ſemper collo, & non ſufficienti capitis oneri*. vbi adumbrata videtur celſitas non elata, non tumẽs; ſed verò quàm modeſtia, humilitas, reſpectúſque ad auctorem Deum comitentur; ita vt ipſamet ſublimitas & gloriæ magnitudo affectũ euecto humilem adiiciant. Enimuerò gloria iſthæc non eſt inanis, ſed ſolida: atqui gloriæ pondus eſt id quod deprimit caput. Et fortaſsè *æternum gloriæ pondus*, apud Paulum 2. Corinth. 4. 17. alluſionem habet ad pondus gloriæ proprium lilio ſymbolo, vt vidimus, exaltationis.

Symbolum lilij Annunciata virgini conueniens apprimè.

Appoſitiſſima ſunt hæc omnia ſingulari Beatiſſimæ Virginis exaltationi, quã ea obtinuit die, cum Dei mater declarata eſt. nam ex humili puella in Reginam cœlorum cõmutata fuit. Vnde veteri Annunciationis pictura, qua ponitur Gabriel ramum liliorum manu tenens, apparet Virginis exaltationem fuiſſe propriè ſignificatã, vt ramus nuncio reſpondeat. Illa dein Mariæ vox: *Ecce ancilla Domini*, eſt nobilis illa capitis inclinatio, quã in lilio Plinius notauit. Et poſito quidem, ex loquendi ſacræ Scripturæ vſu ſymbolicam liliis ſignificationem ad nominis illius etymõ, quod ſonat commutationem, accommodari; haud videtur ſupereſſe, vt dicatur in Annunciatæ Virginis pictura, eius virginitas lilio deſignari: cum in hac virtute nulla omnino fuerit cõmutatio. Equidem dixiſſem potiùs, lilium aptum admirabili Magdalenæ caſtitati, poſtquam hæc è ſceleroſa in fœminam inſigniter ſectatricẽ virtutis mutata fuit. In aliis non ita veteribus picturis haud dubitem appoſitum lilium ad virginitatem denotãdam, ex perſuaſione quòd ea eſſet lilij ſignificatio. At in pictura Annunciationis, quæ à primitiua vſque Eccleſia cœpta eſt, fit mihi veroſimilius vel Apoſtolos, vel eorũ memoriæ Apoſtolicos viros ex celebri notitia, quam de lilij ſignificatione in ſacra Scriptura vſitata habebãt, ad illã accõmodaſſe ſeſe.

& Mariæ Magdalenæ.

Lilium gummiferum.

Aliud denique indicium eſt ad credendum, lilium ſymbolum eſſe exaltationis. nam illud, vt teſtatur Plin. lib. 21. c. 5. ex iis eſt plantis vnde colligitur lacryma ſeu gũmi. Neque tamen mirandum, quòd id nos minime experiamur, cùm conſtet, gũmi maſtichen lacrymam eſſe lentiſci: in Hiſpania verò vbi copia eſt bene multa lentiſcorũ, aut non ferunt id gummi, aut nihili eſt quod ferunt. nam quam nos maſtichem conſumimus, defertur omnis ab Oriente. Plantæ itaque quæ præter florẽ & ſemen, aut gummi, aut pretioſas lacrymas ſudant, non habent id vbique. Quòd autem lilium gũmiferum ſit, compertum eſt. Et fortaſsè id gummi ſiue lacryma amareſcit, vt apparet ex eo Cãt. 5. *Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam*. Id quod fit credibile aduertẽti cauſẽ illius amarum eſſe: quod experiri volenti manifeſtũ erit. Adde lilium conferri à Plinio cum eo olere, quod atrum olus nuncupant Latini, Græci hypoſelinũ. *eſpinaca* noſtrates. Atqui de hypoſelino dixerat Plin. lib. 19. c. 8. ſuccum eius, qui colligunt, *myrrhæ ſaporem habere dicunt*. atque ideò vocari à nõnullis ſmyrneum, & *myrrhæ ſata natum*. Theophraſtus auctor eſt. Notes autem, per myrrham ſignificari gummi, aut lacrymã ipſius hypoſelini, vt legenti, quod dixerat Plin. paulo ante, conſtiterit, ſcilicet. *Et lacryma eius in ſua naſcitur*. Et mox lib. 21. c. 5. agens de lilio: *Alba, inquit, lilia iiſdem omnibus modis ſeruntur, quibus roſa. & hoc amplius lacryma ſua, vt hypoſelinum. nihilque eſt fœcundius vna radice quinquagenos ſæpe emittẽte bulbos*. vbi tãta hæc fœcunditas lilij videtur attribui illius gummi ſeu lacrymæ ſatæ pro ſemine. vide Dalecampium, qui cùm citaſſet Theophraſtũ lib. 4. c. 1. Lilio, inquit, & hypoſelino addit & alia quædam (hæc tamen non recẽſet) & [illegible] vocat has plantas auctor librorum de plantis, qui Ariſtoteli adſcribuntur. atque id eſt ex liquore naſci. nam [illegible] Græcis eſt liquor. Et eſt hoc ſane mirabile plantas eſſe (vt lilium & hypoſelinum) quæ ex lacrymis naſcantur. verum hoc non à ſolo Plinio affirmatur, ſed etiam ab Ariſtotele & Theophraſto, admittítque Dalecampius pro explorato.

Conijcitur gummi amarum eſſe.

Sed eſt apprimè fœcundum gummi ſeminatum.

Symbolum copioſi fructus ex lacrymarum & laborũ ſatione.

His ergo ita ſtabilitis, vt cõmutatio admirabilis ab ſtatu lacrymoſo & ærumnali in exaltationem, quam hic flos repræſentat, magnificentiſſimam ſignificaretur, quid obſecro ne fingi quidem poſſet ita conueniens, quàm hæc eſt proprietas ſingularis lilio cœlitus cõmunicata, vt nimirũ fecũdiſſimè proueniat, cùm pro radice, aut bulbo amarę lacrymæ illę, de quibus egimus, ſatę fuerint. Et quis expreſſum hîc non videat illud Pſ. 125. *Euntes ibat & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cũ exultatione, portantes manipulos ſuos?* Alterum eſt, lilij lacrymas ferere; alterum liliorũ manipulos reportare. Nã ſi ex radice, quæ ex vna fit lacryma, bulbi naſcuntur quinquaginta; inde aduertere facile eſt, lilia plus quàm trecentas lacrymæ vnius fructum fore, cum repræſentatione videlicet fructus copioſiſſimæ & mirificiſſimæ exaltationis.

Sponſi labia cur ſint lilia myrrham exudantia.

Iã liliis lacrymas illas amaras quidem, ſed odoras multũ producentibus (quas vocat ſponſa myrrham primam) ſponſi labia comparari, pulcherrimum habet ſignificatum, nimirum Chriſti verba, appareant licèt humilis arbuſcula, eſſe tamen adſimilia liliis, quæ lacrymas exudant tum amaroris multi, tum optimi odoris, vnde fructus decerpitur admirabilis. Hoc autem eò ſpectat quòd Chriſti oratio ad pœnitentiã inuitat, atque ita pœnitẽtiæ lacrymę fructus ſunt verborũ Chriſti. Neque verò nouum eſt, labiorũ nomine verba ſignificari, ſicut in illa vltima comparatione: *Fauus diſtillans labia eius*, vbi non labiorum colorem, ſed verborũ dulcedinem attẽdi euidens eſt. Atque eadem prorſus ratione cum labia comparantur liliis, de purpureis liliis aut rubentibus agi, neceſſe non eſt, ſed de albis è quibus lacrymæ fœcundiſſimæ, vt conſtat ex ſuperioribus, effluunt. De hoc eodem loco plura dicam paulò pòſt. Reſtat nunc conſiderare, vtrùm ea Scripturæ loca, vbi lilia legimus, aptè ex ſuperiore ſignificatione declarentur.

Cur in candelabro cum cytinis lilia?

Ac primò de liliis cãdelabri in loco Exodi, quæ, vt vidimus, erant cytinis coniuncta; cũ cytini ſint aptiſſimũ principij Eccleſiarũ Chriſti ſymbolum, quid ita appoſitum, quàm ſymbolo principij Eccleſiarũ ſymbolũ earundẽ conſũmationis, & exaltationis adiungi? vide Apoc. 1. & 22. α & ω principiũ & finis, & ad Heb. 12. Auctor & cõſũmator.

& lilia ſuper capitella.

Secundò. Quod ſpectat ad lilia, quę in capitellis erant æncarum columnarum, quis non videt politiſſimum eſſe, vt gloriam exaltationis, conſummationis, ac perfectionis operis diuini repræſentet ſummitas capitelli.

& in labro ænei maris.

Tertiò perſpicuum eſt, optimè conuenire in maris

Digitized by Google

maris ænei labrũ, quæ pars illius ſuperior eſt, ſymbolum idem perfectiſſimæ conſummationis diuini operis, quos vas illud capaciſſimum adumbrabat, animarum ſcilicet Chriſtianarũ ſanctificationem, perfectámque conſcientiæ munditiem. Porrò in mari æneo Sacerdotes lauabant: & Chriſtiani ſunt ſacerdotalis populus, regale ſacerdotiũ gẽs ſancta.

Cur item lilia in titulis Pſalmorum. De iſtis ſuſpicio.

Quartò, de titulis quatuor Pſal. *ſuper lilijs*, vidimus iam habere nos hauddubiè auctores noſtræ ſignificationis Septuag. & Vulg. atque id eorundẽ Pſalmorum argumentis magnopere firmari. Nunc adiungo, videri in illis titulis Vulgatũ & Septuag. nomine *ſoſannim* plantulas ipſas, vnde lilia, intellexiſſe: quæ cùm humiles ſint, pollicentur fore, vt aſſurgant, ac gloria cum admirabili efflorescant: atque idcirco tranſtuliſſe per futurum, *Pro ijs qui commutabuntur*. Commutari verò non ad florem attinet, ſed ad plantam, atque id futurum prophetiæ ſeruiiſſe ad amuſſim.

Cur in noſtro Cantico?

Quintò, in Cantici eo loco, cuius cauſa hæc aſſumpta eſt diſputatio, Chriſtus aſſimilat ſeſe lilio cõuallium, quod mirè, cùm efflorescit, aſſurgit, ita nimirum Chriſtus & eius Eccleſia creuerũt, vt diximus, & humilitate magna ad magnã gloriã. In iis verò, quæ ſequuntur: *Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Chriſti Eccleſia cum aliis cõgregationibus confertur. Atque ita haud ſumenda eſt ſimilitudo ex differẽtia floris ab ſpinis plantæ eiuſdem, ſed ex differentia plantæ, quam vocãt lilium, ab aliis, quas ſpinas dicũt, tribulos puta aut paliurũ. Eſt autem differentia, quòd tribulos conueniat auelli, & exuri; liliũ contra perſeuerare, ſurgere, & floribus cõueſtiri. Ac ſic res aliȩ publicè extirpãdę erant, & igni abſumẽdæ; præſtitura autẽ Chriſtiana res, florẽſque ſũma cũ exaltatione productura.

Eccleſia Chriſtiana lilium, alia reſpublica ſpina.

Paſci lilijs, eorum eſt afſectu recreari.

Porrò, quod dicitur v. 16. & repetitur c. 6. v. 2. paſci inter lilia ſpõſum, liquet ſub ea allegoria de ſponſo agi, non de grege illius. Et quidẽ hoc verbum *paſci* non in ſacra Scriptura modò, ſed apud auctores complures, Tullium, Terentium, alios ad oblectationẽ oculis & animo hauſtam referri notum eſt. Paſci igitur liliis, non eſt illis veſci, cũ eſui apta non ſint; ſed eorum incremẽto, flore, & odore delectari: quorum ſignificatio eſt, propoſitum Chriſti non eſſe, commodum ſibi aliquod ex Eccleſiis decerpere; ſed cibum illius eſſe iucundiſſimum, illi vti creſcant, perficiantur, ad gloriámque ſummam exaltentur. Amabo quid quæſo, quid dignius? Ac poterit ne Tuccius ſenſum ita commodum reperire ſuæ verſioni, qua contendit ſponſum roſis paſcere ſuum pecus? Quaſi roſeta ſoleant, vt ille vult, pecori paſtum offerre.

Sextò, quod dicitur Cãt. 4. 5. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcũtur in lilijs*, ita exponendum. Sponſæ vbera ij ſunt, qui munere funguntur nutricum, præcones nimirum Euãgelij, qui paruulos in Chriſto nutriunt, contra quos potiſſimum tyranni deſæuiunt. Imò & ab ipſis interdum paruulis, cõtra eos, qui nutricis officium præſtant, ſolet excitari perſecutio. nam qui imperfecti ſunt, faceſſunt interdum ſuperioribus negotium. Hos prædicatores habet textus animis inter ſe cõiunctos eſſe, malè verò à mundanis tractatos. Nam cum gemelli dicuntur, eorum cõcordia repræſentatur, propter perſecutionem verò aduersùs eos commotam vocantur montanæ capreæ filij (ſupponit explicatio caprarũ hoc genus eſſe, quod nimiopere venatores inſectẽtur, de quo latè ſuo loco.) Quod verò adiicitur, paſci liliis hinnulos; neutiquã eos ſupponit liliis, ſeu roſis (quod abſurdum eſt) ſuſtentari; ſed enim hoc ſignificatur, my-

Prædicatores Euangelij hinnuli, & cur gemelli?

Hos paſci liliis quid?

A ſticos hinnulos, Euangelicos nempè prædicatores mundi ſe perſecutoribus obiicere, non quidẽ ob emolumentum quod ſibi ab iis deriuent, quos inſtituunt; ſed propter delectationẽ, qua afficiuntur, cùm vident Chriſtianas Eccleſias accreſcere, promouere, efflorescere, Deúmque bono Chriſti odore ingenti gloria mactari. Ad eum nempè modum, quo dictum nuper, liliis Chriſtum paſci: in hoc enim ſicut & in multis ſuffurẽdis, eum imitãtur Euangelici prædicatores. Neque verò hîc ſupponitur, hinnulos eſſe qui vel liliorũ vel roſarum odore capiantur; ſed hoc fit ſolum vt Euangelici prædicatores hinnulis quibuſdã conferantur, qui, prætermiſſa paſtionis omni cura, ſumma afficerẽtur voluptate, videndo quo pacto creſcerẽt, &
B florerent lilia. q. d. non minus eſſe mirabilem Euangelij prædicatorum anxiam ſollicitudinẽ proprij omnino commodi expertem, quàm eſſent mirationi hinnuli, qui liliorum odorem anhelarent.

Admirabiles qui ſunt.

Septimò, illa Cant. 5. 13. (de quibus paulo antè) *Labia eius lilia*, Tuccius & alij putant lilia ad labia non poſſe referri, niſi ſpectato coccineo colore, quem debere, vt pulchra ſint, habere labia cõtendũt. Vnde Tuccius perſuaſus eſt, vocabulo *ſoſannim* ſignificari roſas, rati verò alij de liliis purpureis ſermonem eſſe: quia, ſiquidem perfecti ruboris reperiantur, roſis erant aptiora in labiorum comparatione pulchrorum. nam videntur debere eſſe labia roſis rubicundiora, vt pulchra ſint. Verũ enim hos rogo, an ea: *Fauus diſtillans labia eius*, ſint de la-
C biorum colore, aut de linguæ ſuauitate? Quid obeſt ergo, quin hæc: *Labia eius lilia*, ad doctrinam exaltationis pertinere queant? Aio igitur rem eſſe certiſſimam, ſæpe in noſtro Cantico comparationem non ex corporea pulchritudine, ſed ex officio deſumi. Sic, quoniã Eccleſiam longè odoratur aduentum hoſtium, illius naſus ſpeculæ aſſimilatur; ſic etiam vẽter tritico, cùm ob fœcũditatem, cùm ob fructum morte ipſa multiplicatum, ſic plura, de quibus ſuis in locis. Quid ergo prohibet labiorum nomine doctrinam intelligere, & eam comparare liliis ob cauſas ſuperiùs aſſignatas? Atque inſuper, quod à ſimplici & humili loquela initium ducẽs & ab audientibus, primò deſpecta, cum magna de-
D mum gloria Dei, & ſuauiſſimo Chriſti nominis odore latiſſimè diffuſo mirabiliter exaltet ſeſe. Sanè quod ſequitur: *Diſtillãtia myrrham primam*, planè oſtẽdit, non colorem labiorum, ſed mortificationis doctrinam ſe tandem mirificè euehentẽ & prouehentem Dei gloriam ſpectari. Quòd ſi malis labiis eos denotari directò, qui munere funguntur labiorum, prædicatores nimirũ & doctores Euangelij; ita verò hoc placet. nam hi tametſi myrrham oleant ſemper mortificationem inſonãtes (meministis, quæ dixi de liliorũ amarore) ſed tamen ſummopere exaltãtur. Et poſſit hoc facere, quod pauperes & afflicti (quales hi prædicatores) Græca phraſi κρίνα, id eſt, *lilia*, nominentur. Quaſi hoc inde ſit ductum, quòd humilibus & oppreſſione
E contritis, quos glorioſa manet ſublimitas, exaltationis ſymbolum lilium aptè conueniant.

Officium labiorum, v. c. non pulchritudo ſpectetur.

Doctrina ſponſi cur lilia?

Pauperes dicti lilia.

Octauò Cant. 7. 2. *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs*. vbi ſupponere videtur Tuccius de ſepe alicui terræ particulæ appoſita ſermonem eſſe: contendit enim hæc non lilia eſſe, ſed roſeta. nã hæc cum rubetorũ inſtar ſint, ſepi conſtruendæ accommoda eſſe; lilia verò nullo modo, cùm nõ defendant. ita ille, ſed extra chorũ omnino: nec enim munitam terram verba ſonãt, ſed tritici aceruum. Et verò de Eccleſiæ fœcunditate per ſingulorum granorum mortificationem, hauddubiè eſt ſenſus.

Conſu

Digitized by Google

Conſule Ioan.12.24.Atque vĕtris quidem in Eccleſia munus gerunt, qui mortem oppetunt pro veritate, & Prædicatores item. Porrò vt ſignificaretur ex mortificatione ſumma ſummam quoque exaltationem exiſtere;plurimum habuit elegantiæ,duo hęc ſymbola coniungi,triticum(quod vt notat Plin. lib.18. cap. 10.nullum aliud ſemen æquat fœcunditate,quæ talis eſt,vt ex vno quinquaginta producat aliquando ſupra centũ)& liliũ, quod ex infima abiectione extollitur ad ſupremã gloriã.Et certè decentiſſimè appoſitũ fuit triticũ liliis ſeptum,ad eum nempè modum, quo petaſo vel capus floribus circundati dono offerri ſolent.

Qualis tritici coniunctio cum lilio.

Nonò,Eccl.39.19.*Florete quaſi liliũ, & date odorẽ,& frondete in gratiam.*Quibus ad exhortãdos ſapientiæ filios, quo minimè ſint contenti florere vtcumque, ſed maximã lilij exaltationem imitentur,atque ipſi manibus dẽt lilia plenis,quid aptius?

Quid in Eccleſiaſt. florere quaſi liliũ.

Decimò,Eccl.etiã 50.8.ad eã deſignandam pręſtãtem gloriam, qua Simonẽ Oniæ filium extulit Deus,ita dicitur:*Quaſi lilia,quæ ſũt in traſitu aquæ.*

Vndecimò,in eo Iſaiæ 35.1.*Florebit quaſi lilium,* Hebraicè non eſt *ſoſanah*, ſed *haſabeleth*, ſed huc etiam lilij ſymbolum appoſitè cadebat.

Duodecimò tandem eſt Oſee 14.6. *Germinabit quaſi lilium,*Hebraicè *ſoſanah,*vbi euidẽs eſt de illa agi excellente gloria,ad quam Deus ſuum populum erat olim ſublaturus, & quo ille ſurrecturus pacto, producturus flores, ac Deum tum glorificaturus,cùm abſumptus omnino & exſiccatus videbatur.Et verbum פרח quod *germinare* ſignificat, ſignificat etiam creſcere,& florere,vt in Pſ.91.13. *Iuſtus vt palma florebit,*id eſt,exaltabitur.vide quæ affert verbo *liliũ* Lauretus ex Ambroſ.Luc.12.vbi ponderat hanc lilij exaltationem ingentem, & gloriam fieri abſque vllo agricolæ labore,ac cùm videbatur plantula confecta ariditate, tunc denuò mirabiliter reſurgere, floréſque protrudere.

Explicatus Oſee.

De locis noui Teſtamẽti dixi iam priùs:ex quibus omnibus exiſtimare licet quoties liliũ in ſymbolum vſurpat ſacra Scriptura,ad rem eſſe exaltationis ſiue Eccleſiæ,ſiue fidelis animæ.Exaltationem porrò & conſummationẽ præcipuam haberi in cœlis, perſpicuũ eſt;ſed ea quoque ſuo modulo ingẽs eſt,quã nanciſcitur Chriſtiana Eccleſia poſt perſecutiones:ingẽs item eſt exaltatio, quæ fit ad magnum virtutis culmen poſt deiectionem peccati,idololatriæ maximè poſtremã. Atque ita tam poteſt extẽdi analogia magnæ exaltationis, quàm liliis ſymbolum in ſacra Scriptura latè patet.

Exaltatio varia.

Reſtat, vt Tuccio roſam amatoriis verſibus, quale noſtrum eſt Canticum,accommodum aienti reſpõdeam. Et meo certè iudicio, ne meminiſſe quidem roſæ,vbi de ſpirituali amore tractabatur, ſæpè verò lilium in comparationem vſurpatũ, ex cœleſti planè fuit prudentia. Nam licèt aliàs roſa in comparationẽ adduci queat decentiſſimè;cæterùm in amatorio argumẽto non abeſt laſciuæ cogitationis periculum in comparatione huius floris. Etenim inflammata caro concupiſcẽtia refert roſam, quæ ideò & Veneri dicata fuit, & à prophanis poëtis ſuis carminibus amatoriis ita celebrata. In ſacra Scriptura quin etiã quod homines nequitia nobiles Sap.2.8.dicunt:*Coronemus nos roſis antequam marceſcant*, ad Veneris opera videtur eſſe cohortatio.Facit huc Plin. qui de roſa,*Propriè,* inquit,*ruderatum agrum amat.*q.d.gaudere illã loco immundo,& ſordibus pleno,vt proinde amandã da videatur iure ab hoc Canticorũ paradiſo. Non eſt itaque cur miretur quiſpiã in eo roſas non eſſe, quãdo ratione euincitur,non petee ab illis comparationem,prudentiſſimum fuiſſe.Propter quod, vbi ſemel fuerit ſtatutum, principium & perfectionem Eccleſiarum res eſſe, quas ſponſus & ſponſa vehementer curant, eſſe item huius vtriuſque propria ſymbola apprimè *cytinos* & lilia, iam tum intellectu ſit facilè, *hac florum duo genera debere in hoc Canticorum libro multum celebrari.*

Roſa apta prophano amori.

Inde intellectus loco ſapientia.

Ideò exulat ab hoc diuiniſſimo Cantico.

SECTIO II.

Verſ.3. *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.Sub vmbra illius, quem deſideraueram,ſedi:& fructus eius dulcis gutturi meo.*
4. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*
5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis : quia amore langueo.*
6. *Laua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me.*

ACOLVTHIA.

Reſpondet illa,felicitatem ſuam ab ſponſo ſuo promanare totam,agnoſcítque illius erga ſe,tum in communicatione ſapientiæ, tum etiam in amplexibus & charitate, benignitatẽ profuſiſſimam.

3. *Sicut malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filios.*Sicut ſponſus,qua ipſum afficit ſponſa, oſtendit voluptatem,dicẽs, ei cœtus hominũ col latos reliquos ſpinas eſſe meras:ita,vt correſpondeat ſpõſa inquit,ex tota Adami poſteritate Chriſtum dumtaxat ſibi fuiſſe conſolationi ſummæ, ſummo emolumento, eundémque ſibi habitum pro vitæ arbore.reliquos verò homines pro ſylueſtribus lignis, quæ ligna mea ſunt.aperit verò ſtatim,quæ bona in hac vitæ arbore repererit.

Spõſa pulchrè ſponſo correſpondens.

Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi. Equidem ſubter eum ſeſſionem mihi delegi, ibi ſuauiſſimè affecta animo. ſum ex eius familiaritate, doctrina, ac paſſionis illius fructu. Vnde in Luc. 10. 39. *Maria autem ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius ſub vmbra*, eſt, ad pedes, ad protectionem. & fortè ſit alluſio ad vmbram, qua populum Iſraëlis nubes opacabat,ad fauores quibus illi manna,lege, & notis aliis affecti ſunt.

Suauitas ex vmbra, id eſt protectione Chriſti.

4. *Introduxit me in cellam vinariã,*(Hebr.*in domum vini*)*ordinauit in me charitatẽ.*De ordinatione charitatis ſponſæ in Deum & proximos multi exponunt:volúntque in *τῷ ordinauit* reſpectum eſſe ad ordinem,quo diſponitur acies militaris : atque id adſtruunt,quod Hebręa ſonent:*Vexillum eius ſuper me amor:*adiiciũt, noſtrum interpretem ex vexillo ordinem exercitus collegiſſe, ſicut inferiùs c.6.3. trãſtulit *caſtrorum acies ordinata,*pro vexillata. Dico tamen,ſi de exercitu ageretur, tranſitum à vexillis ad ordinem licuiſſe;cæterùm hîc non eſſe de exercitu tractationem, ſed de conuiuio, feſtáque omnino iucunditate.ita ex antecedentium ſubſequentiúmque ſerie perſpicuum eſt. Liquet autem Hebræum vocabulum דגל cuicumque oſtenſioni inſigni ſeu magnificentiæ documento deſeruire. Probat hoc verſ.6.Pſal.19.*In nomine Dei noſtri magnificabimur.* vbi quod vertunt aliqui:*vexillabimus,* non eſt ad rem. agitur enim de maxima iucũdiſſimi gaudij demonſtratione,atque ita vertit Hieronymus : *Ducemus choros.* ſic inferiùs c.5.10.vbi dicitur:*Electus es ex millibus,*non poteſt eſſe vexillatus,licèt exponas hoc idẽ eſſe,quod vexilliferum, ſeu ſigniferum;ſignificatur enim qui inſignis eſt, qui eminet inter omnes. Aio itaque ad ſignificandum exhibitum ab ſponſo feſtum maximè ſpõſæ, diem,eximium amoris argumentũ,dici Hebraicè nimis quã propriè : *Degel eius ſuper me dilectio.* q.d. feſta

Aliorum de re militari expoſitio.

Improbatur. Nota de re conuiuali.

Explicatus Dauid.

Digitized by Google

feſta habui omnia, exhibuit ſe mihi ſponſus magnificentiſſimum, quidquid illic fuit, merus fuit amor, mera charitas, ex his omnia nata. Atqui hæc tantæ amicitiæ demonſtratio adũbratur haud dubiè ſub allegoria conuiuij ſeu merendæ delicatiſſimæ in apotheca vini præparatæ. nam propoſitum erat, ſponſam ſpiritualiter inebriare, abi ad cap. 5. 1. *Comedite amici, bibite, & inebriamini chariſſimi.* Sic Prouerb. 9. 5. dicitur in ſimili conuiuio: *Comedite panem, bibite vinum.*

Quo pacto ſeruiat conuiuio phraſis Latina.

Reſtat difficultas, an vulgata lectio *Ordinauit in me charitatem*, veniat in noſtrum ſenſum. Dico, Latinam phraſin ex Græca Septuag. (quamquam hi verterint *ordinate*) deſumptam. nam illi habent τάσσω, quod eſt *ordino*. ſed Græcum τάσσειν quemadmodũ apud Hiſpanos *ordenar* patet latè, nimirum ad omnia quæ cogitatio, conſilium, ars, diſpoſitio & præceptum reſpiciũt. notum eſt hoc Græcè ſcientibus, & in ſacra Scriptura receptum. In exemplum ſit ſatis id ex 1. ad Cor. 16. 1. *Sicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ.* Quod igitur Latinè eſt parare, diſponere, moderari conuiuiũ aut ludos, Hiſpanè *ordenar vn banquete, ordenar vna colacion, ordenar vnas fieſtas.* id habet ſumma cum proprietate Græcum τάσσω, id eſt, *ordino*. Atque ita cum dixit noſter interpres: *Ordinauit in me charitatẽ*, ſignificat ſponſum inſtruxiſſe conuiuium, ſeu merendam. Neque verò hoc fuerit nouũ ſcienti nomini Latino charitas Græcè reſpondere ἀγάπη, **C** & hoc pro cõuiuio, ſeu merenda ſolere ſumi. vt videre licet in epiſt. Iudæ v. 12. Vbi enim noſter vertit: *in epulis*, Græcè eſt ἐν ἀγάπαις: atque eam eſſe phraſin Eccleſiaſticam, tradit Tertull. Cuius fundamentum eſt, fieri ſolere conuiuia in ſignificationem charitatis. atque eumdem eſſe textus Hebræi planum ſenſum ac genuinum, ſuperiùs vidimus.

Obiicienti non eſſe commodam conſtructionem, ordinare conuiuium in aliquem, facilè reſpondeo, cùm dilectio vſurpetur pro conuiuio, non eſſe tunc impropriũ, vt factum Petro conuiuium dicatur charitas in Petrũ, ſeu erga Petrum.

Hoc pertinet ad reuelatam ſapientiam.

Non itaque eſt ſenſus, ſponſum ordinaſſe charitatem ſponſæ erga ſeipſum & proximos, **D** ſed ad ſignificandam, qua ſponſam complectitur, charitatem, conuiuium apparaſſe. Quòd ſi eam inuitare & cõuiuio excipere, eſt cũ ea participare ſapiẽtię ſuæ arcana; hoc idẽ amoris eſt documentũ, iuxta illud Chriſti apud Ioan. 15. 15. *Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

Iucunditatis ex reuelata ſapientia declaratio ſubtilis.

Obſeruandum ergo, phraſin eſſe Euangelij, eos à Chriſto ad menſam inuitari, quibus ille dat notitiam ſui: & ſapientiæ conuiuium Prou. 9. ſignificat hoc idẽ, nec eſt diuerſus menſæ propoſitionis ſignificatus. Cùm igitur ad eſum & potũ reducatur conuiuium, atque etiam conuiuium ſapientiæ ad voluptatem ſuauitatémque, quæ percipitur ſciẽdo, **E** reuocetur; illud ſupereſt aduertendũ, quod dicebat Dux Alcalaenſis, comeſſe, non fieri ſine labore, atque ita meram voluptatem in potu reperiri. Expono dictum. In iis, quæ ſciuntur, iucunda multa ſunt: quorũ tamen ſcientia ſine labore non contingit. atque hoc comeſſe eſt. Cæterùm ſunt alia haud abſimilia infuſæ ſciẽtiæ, quæ trãsfunditur, ac ſine vllo labore reficit animũ, oblectat cor. Hæc verò eſt liquidiſſima ſapientiæ reuelatæ voluptas, quam ſignificat elegantiſſimè vinum.

An his de conuiuio Euchariſtiæ.

Atque ex his obſeruandum iterum, neceſſe eſſe, vt has ſponſi epulas de illuſtratione mentis intelligamus. Nam ſi de voluptatis caperemus inflammatione, haud eſſet vtique verũ, amplexus Chriſti vino eiuſdem potiores eſſe. Cuius etiam rationis **A** vis adigit, vt videtur, ne hoc conuiuium accommodetur ad Euchariſticum. Nam Euchariſticum (vt alibi dicendum) conuiuium eſt amplexuum, & arctiſſimæ ſpirituum coniunctionis.

Cella hæc arcanorum Dei conſideratio.

His præiactis, cella iſthæc vinaria earum eſſe videtur rerum conſideratio, quæ poſſunt, pollẽntque hominem extra ſe ſpiritualiter ponere. ex admiratione nimirum, quemadmodũ de regina Saba narratur. Porrò cõmunicare lucis plus ac plus, eſt notitiæ diuinorum myſteriorum vino animã quaſi inebriare. Atque hæc cella eſt, in quam Eccleſiam primogenitam Chriſtus introduxit. De regina quidem Saba legimus 3. Reg. 10. 5. *Non habebat vltrà ſpiritum.* & 2. Paralip. 11. 4. **B** *Non erat præ ſtupore vltrà in ea Spiritus.* Quæ dicta literario ſenſu ſunt de quodam Salomonis conuiuio. & hoc reginæ illi inſtructum fuiſſe, compertum eſt. Sed de his iterum ad finem cap. 3.

Hic amor eſt deſiderium ardẽs Chriſti complectendi.

5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore lãgueo.* Non ita concipienda ſunt hęc verba, vt ſummam oſtendant perfectionẽ. Etenim hæc in vnione cum Chriſto poſita eſt. Atqui ſponſa, quæ eum perdiderat, nec dum repererat, inquit c. 5. 8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.* Ergo in præſenti ſimiliter cum eadem ſapientiæ epulis, vbi tot ſibi reuelata ſunt arcana Dei, fuiſſet excepta, aptè concipitur, etiam nondum Chriſto vnita in charitatis perfectione, hanc quidem vnionem vehementer expetere, atque hanc deſiderij vim eum eſſe amorem, cuius ſe dicit cauſa in languorem incidiſſe. De regina Saba ſacra certè Scriptura nihil habet, Salomonis deſideraſſe concubitum, & ex eo filium concepiſſe; ſed ex conuiuio dumtaxat Salomonis, cui interfuit, eam, vt nuper dicebam, à ſe fuiſſe abalienatam. At ſponſa Chriſti ab illius epulo, in quo tot ſibi myſteria reſerata, non reſtitit modo admirans vehementiſſimè, ſed etiam præ amoris copia langueſcens.

Cur id eundat in ægritudinem.

Hoc itaque obſeruandum, ex deſiderio vehementi amati complectendi, cùm id exequi non datur, exiſtere amoris ægritudinem. nam ſpes, quæ **D** differtur, affligit animam. Reuelatio ergo & diuinorum myſteriorum, & conſtitutę in Chriſto maximæ perfectionis ingẽs excitat deſiderium, illius charitate ſumma complectendi. Atqui ex perfecta obtinendæ optatæ rei & difficultate, & infirmitate naturalium virium oritur ſtatim imbecillitatis & defectionis ſenſus. Et quo maior eſt & diuina lux & arcanorum cognitio, vehementiúſque perfectè cum Chriſto viuendi deſiderium; eo tunc maior eſt euidẽtia propriæ imbecillitatis, & neceſſitatis, qua premitur anima vt ad opus tam arduum adiuuetur excitetúrque. Euentus hic eſt, vbi propriè locum habet Salomonis Eccleſ. 1. 18. dictum: *Qui addit ſcientiam, addit & laborem*, vel, vt Hieron. iux- **E** ta Hebræum & Græcum legit, *dolorem.*

Flores & poma ad deliquium.

Florum porrò ac pomorum poſtulatio: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis*, locutio eſt iis accommodata, qui deliquio laborant: quibus ſuccurritur pomis ſuauiter olentibus, aut floribus, aut aſperſione liquoris odoriferi, qui id quod in floribus perfectiſſimum ac defœcatiſſimum eſt (quintam eſſentiam vocat pharmacopolarum vulgus) continet. Atque huc venire poſſet ea verſio, *Fulcite me lagenis.* quam tamen noſtræ meritò Delrius poſtponit. Neque verò congruit, vt ſponſa petat plus vini. nam hoc ſignificatur cognitio. atqui cognitio, quæ fuit cauſa deliquij, illud curare nequit. quare ea tranſlatio, *Fulcite me lagenis*, id eſt, vaſis vini, apta non eſt. Et nota floribus mulieri cor,

ab

Digitized by Google

ab odore ſcilicet:hi tamen non alunt.At præſtans pomum,quale eſt,quod noſtratibus *camueſa*, hinc recreat odore, illinc ſumptum nutrit ac firmat. Propterea flores ſignificare poſſunt exemplum bonum: at poma res illas, quæ iuuant efficaciter, gratiæ ſcilicet, auxilia, ſacramenta item ſuo modo,ſacrificia,necnon & orationes ſanctorum,quibus auxilia gratiæ impetrentur. Et quidem his omnibus optat ſe adiuuari,qui cum Chriſto coniungi,vehementer exoptat. Ad hæc, infirmitatis propriæ cognitio,& in fauore efflagitando anxietas proxima eſt diuinæ gratiæ diſpoſitio. vnde & ſequitur ſtatim: *Laua eius ſub capite meo.*

Significatio florum & pomorum.

Hic tamen obſeruandum, conuiuium & defectionem animi myſtico ſomno Eccleſiæ primogenitæ præceſſiſſe. Conuiuium deſignat,vt vidimus, reuelationem myſteriorum, defectio imbecillitatis propriæ cognitionem.Duo hæc,cùm agitur de ſomno myſtico, & Eccleſiæ poſt perſecutiones Gentilicas (de quo cap.3.)& religioſi ſtatus, (de quo cap. 8.) non repetuntur. Cauſa verò eſt, vel quia ex dictis hoc cap. 2. id poterat intelligi; vel vt ſignificaretur, quàm præſtiterit Eccleſia primogenita in duobus his, reuelatione ſcilicet myſteriorum Dei, & infirmitatis propriæ cognitione. Romana autem Eccleſia,vbi de illa agitur, & de principio magnæ illius reformationis, quam ex religioſorum ordinum fundatione habuit,iterum languida præ amore repræſentatur: cauſa nimirum pœnitentiæ culparum ingentis, quæ religionibus fundandis initium dedit. Fuit verò ex mirabili elegantia illic animi defectionem ex amore, hoc eſt, ex deſiderio perfectionis certam iterari.

Ratio differentia locorũ ſimilium.

6. *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vt Eccleſia fieret compos ſui voti, quod erat Chriſto adhæreſcere,opus habuit, vt eam Chriſtus ſua gratia, ſuo cœleſti auxilio erigeret, animaret, roboraretque. Hoc eſt, *Laua eius ſub capite meo.* Subſecuta ſtatim eſt vnio cum Chriſto perfecta. In qua non ea ſolùm voluptate potita eſt Eccleſia, quæ eſt in amplexando Chriſto; ſed ipſa etiam perfectam ſui fecit deditionem, ac ſe Chriſto dedit complectendam. atque id eſt: *Dextera illius amplexabitur me.* Sed de his initio capitis primi, vbi de oſculis & amplexibus. Nota, hunc verſum fuiſſe repetitum cap. 8. 3. vbi de perfectione religioſi ſtatus, qui illius quem Eccleſia primitiua habuit, imitatio eſt.

Perfecta ſpõſa deditio.

Notanda huius verſus repetitio.

Porrò in læuæ & dexteræ diſtinctione, res ipſa loquitur,amplexum(in quo fauoris ac beneuolentiæ eſt conſummatio)eſſe dexteri brachij; ideo pertinuit ad læuam caput ſuſtinere. Præterquam quòd Dei delicias in eius dextera Dauid locat, vt loquitur Pſalm. 15. *Delectationes in dextera tua vſque in finem.* Cui Salomonis dictum Prouerb.3.16. videtur adſimile: *Longitudo dierum in dextera eius.* Nam τὸ *Longitudo dierum*, appoſitum eſt ſummæ iucunditatis,vt videtur Eccleſiaſticus cap.30. 23. docere,inquiens: *Exultatio viri eſt longæuitas.* Et enim ſicut vità,quæ cum lætitia traducitur,naturæ conforme eſt, vt diuturnior ſit; ita etiam in ſupernaturalibus vera & ſumma delectatio æternam parat vitam. vnde quod ait Salomon: *Longitudo dierum in dextera eius*, de æternæ vitæ delectatione videtur intelligendum. atque ita aptè ibi ſubiicitur: *& in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.* nam ſummæ cum opes,tum dignitates non ſolum æternitate, ſed etiam voluptate, quam affert vita

Læua & dexteræ ſignificatus.

Explicatus Prouerb. locus.

A bene tranſacta,quæque æternæ initium eſt, longè ſunt inferiores. Quòd ſi locum noſtri Cantici cũ hoc Prouerbiorum coniungere velimus, licebit quidem ita ratiocinari: ſponſam,vt Deo in matrimonium locaretur,& quantitate & qualitate fuiſſe deſtitutam,hoc eſt,diuitiis & gloria: vt ad amplexum,quem præoptabat,admitteretur,tam viribus,quàm dignitate deficiebatur.At eam firmauit & euexit Chriſtus auxiliis ſuæ gratiæ paſſionis ſuæ meritis acquiſitæ. ſic ex indignitate euaſit illa ad dignitatem ſummam, ex miſera paupertate ad beatiſſimam gazam monilibus theſauri cœleſtis refertam. His autem iam ornata potuit ſtatim perfecta Chriſti vnione,quæ ſumma erat expetiti gaudij,& perfectio ſui deſiderij,potiri.

Ad matrimonium cum Chriſto quid neceſſe?

B

SECTIO III.

Verſ.7. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoad vſque ipſa velit.*

ACOLVTHIA.

Sed in hac primitiuæ Eccleſiæ beatitate monet Chriſtus, fore vt pulchrà illa pax ab ipſiſmet Chriſtianis per ſchiſmata & hæreſes perturbetur.

COMMENTARIVS.

C Hic illud ſupponendum,poſtquam ſponſa egregiò illo fauore fuiſſet affecta, amplexu ſponſi nimirum, eam tum dulciſſimè ſopitam remanſiſſe. Atqui hic quidem myſticus ſopor eam repræſentat contemplationis quietem,ac dulcedinem, qua animæ, quæ ad perfectam cum Chriſto vnionem aſcenderunt, eíque dediderunt ſe omnino, perfruuntur.Similiter Ierem.31. poſtquam anima in Euchariſtia Chriſtum fuit amplexata;quod illà ſignificant verſ.22.*Femina circumdabit virum*;ſequitur ſtatim myſticus contemplationis in actione gratiarum ſopor. Quem ſponſa iucunditati ſibi fuiſſe multo maximæ mox verſ. 26.ita ſignificat:

Sopor contemplationis.

De hoc explicatus Ierem.

D *Et ſomnus meus dulcis mihi.* Quæ literaria eſt huius loci interpretatio.

Hunc igitur myſticũ Eccleſiæ primogenitę ſomnum,quietam nimirum contemplationem ab hæreticis,qui pacis perturbatores ſunt,interturbatũ iri præuidens ſponſus,idque dolens grauiter, inquit:*Adiuro vos filiæ Ieruſalem,ne ſuſcitetis,neque euigilare faciatis dilectam,quoad vſque ipſa velit.* Ac primò,hanc adiurationem illius eſſe, qui periculum prouidit, & grauiſſimè prædicit,manifeſtum eſt. Ita porrò euenit.nam pacem & requietem Eccleſiæ primogenitæ hæreſes aliquot Nicolai, Cherinti,Ebionis aliorúmque interpellarunt.

Perturbatores quietis Eccleſiæ hæretici.

Secundò verba illa: *Quoad vſque ipſa velit*,ſupponunt, viros Apoſtolicos diuinæ ſe voluntati conformantes,nolle in hac vita contemplationis otio ſine interpellatione frui; ſed vbi fuerit animæ neceſſitati ſatisfactum ſomno myſtico,viribus ita refectis ad penſum actuoſæ vitæ, conuerſioníſque animarum negotium alacriter redire. quod item Ierem.paulo antè citatus indicauit.

E

Viri Apoſtolici quatenus tradunt ſe contemplationi.

Tertiò,dolere Chriſtum ſingulariter, quod filiæ Ieruſalem, hoc eſt, Chriſtiani turbent Eccleſiæ pacem, liquet, quantum id habeat decori. Et verò Iudæorum Gentiliúmque perſecutiones profuerunt,non obfuerunt Eccleſiæ,& fortaſſe iuuerũt potius,quã obſtiterunt contẽplationis quieti.

R Tunc

Digitized by Google

Illum interrumpunt hæreſes.

Tunc enim fugientes & abſconditi fideles orationi contemplationique potetant diutiùs indulgere. At ſchiſmata & hæreſes ſemper grauiſſimè incommodarunt Eccleſiæ, inquietarunt ſemper, & coëgerunt importunè catholicos, vt contemplationem interrumperent: quo nimirum à lupis defenderent oues, ſtudio ſacræ Scripturæ inuigilarent, ſcriberent, diſputarent, ac demum vt nunquam ſe quieti permitterent. Hæreſes itaque ſunt, quæ præcipuè perturbant pacem, licèt id quoque ad politicas perturbationes, quales illa, de qua Act. 6. poſſit pertinere.

Caprearum venatio quid allegoricè.

Quartò, in illis: *Per capreas ceruóſque camporum*, notandum ſollerter, quoties capreæ aut cerui nominantur in hoc Cantico, vti ſemper allegoria venationis horum animalium Spiritum S. vt perſecutionem, quæ aduersùs Eccleſiam, aut eius prædicatores erat excitanda, repræſentet. Huius gratia aduertendum non idem eſſe capream & capram. nam diuerſa ſunt nomina tam in Latina, quàm in alijs linguis, & præcipuè in Hebræa, in qua pro capra eſt עז & in plurali עזים. capream verò ſignificat צבי capram videlicet montanam. quæ ſi de ſpecie ceruorum non eſt, cum his certè multam habet cognationem, neque de ea agitur, niſi vt de animante venatione apprehendenda. Vide 3. Reg. 4. 23. de venatione ceruorum & caprearum. Et Plin. lib. 8. capit. 33. *Cuiuſcumque*, ait, *generis eſt animal placidum, eiuſdem inuenitur & ferum: capræ tamen in plurimas ſimilitudines tranſfigurantur. Sunt capreæ, ſunt rupicapreæ, ſunt ibires* (has comprehendit ſacra Scriptura ſpecies omnes nomine *capreæ*, Montano alicubi vertitur *dama*) *pernicitatis mirandæ, quamquam onerato capite vaſtis cornibus gladiorúmque vaginis: in hæc ſe librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potiſſimúmque è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſi pernicius quo libuerit, exultant.* Hic locus mirificè deſeruiet iis, quæ verſ. 8. dicuntur: *Saliens in montibus, tranſiliens colles*, intelligendis. Cum Plinio eſt Martialis dum canit,

Pendentem ſumma capream de rupe videbis,
Caſuram ſperes: decipit illa canes.

& Virgilius deſcribens Leonis venationem, fugacem capream, & ceruum coniungit.

Multa in capreis quæ Chriſtianorũ perſecutiones repræſentant.

Ac ſanè ex caprearum venatione aptiſſima deſumitur comparatio ad perſecutiones in Eccleſiam concitatas depingendas. 1. quia amabiles ſunt animantes. 2. quia aduersùs venena vim habent, ſic vt quod nocet, quod perdit aliàs animantes, ceruos & capreas pinguefaciat. Ac cerui quidem, vt notum eſt, ſerpentes deuorant: & *capreæ venenis*, ait Plinius, *pingueſcunt.* & alibi: *Caprearum cornu ſerpentes fugantur.* 3. Felle carent, vt idem Plin. lib. 11. cap. 37. fol. 280. 44. de capreis & ceruis affirmat. 4. Propter velocitatem eximiam, qua pericula effugiunt, ad loca, quo nec venatores nec canes penetrare queunt, ſcandentes. Ac de velocitate Plinium nuper audiuimus. & 2. Reg. 2. 18. dicitur: *Aſael curſu velociſſimus quaſi vnus de capreis, quæ morantur in ſyluis.* & 1. Paralip. 12. 8. *Veloces quaſi capreæ.* Nam de aſcenſione ad ardua loca & impenetrabilia patet ex Pſalm. 103. 18. *Montes excelſi ceruis.* (ſeu capreis, aut ibicibus Hebraicè. nam aut pertinent ad eandem ſpeciem capreæ & cerui, aut certè magnam habent cognationem.) & 2. Reg. 22. 34. *Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper ex-*

Argumentũ Pſalmi 17.

celſa ſtatuens me. Pro quibus dicitur Pſalm. 17. 34. *Perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuit me.* Cecinit autem Dauid hunc Pſalmum, vt titulus oſtendit, cùm ſe vidit hoſtibus exemptum. Adde illud Habac. 3. 19. *Ponet pedes meos quaſi ceruorum ſuper excelſa mea.* Et 1. Reg. 24. 3. Saul egrediens ad Dauidem captandum deſcribitur, ſumiturque ex ibicum (quæ capreæ ſunt) venatione comparatio. nam dicitur: *Perrexitque Saul ad inueſtigandum Dauid etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt.* 5. Quia capreæ cùm videntur iam caſui propinquæ, canes, vt nuper ex Plin. & Martia. vidimus, ludunt. 6. De capreis confirmat Plinius eas nunquam lippire, & noctu vt interdiu cernere. 7. iuuat miſericordiæ repræſentationem id onus, quod capreæ & cerui fugientes portant ſupra caput. quod Chriſti crucem propterea, quod veneni ſit amuletum, poteſt deſignare. Expende adhæc, an proprietates aliæ, quas de capreis commemorat Plinius, ad rem ſint: fœcunditas nimirum magna & copia lactis, mira item ſolertia, & quod auribus ſpirent, non naribus.

Exemplum huius allegoria.

Propter hæc Pſalm. 21. 17. Chriſtus ſub figura Dauidis depingitur perinde quaſi ceruus agitatus & oppreſſus multa canum vi: *Circumdederunt me canes multi.* vbi vehemens illius ſitis (hoc nimirum illud eſt *ſitio* Chriſti Domini) exprimitur. Atque etiam Pſalm. 41. 2. in illis: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum*, de ceruo exagitato videtur. Hoc verò ſignificandæ animarum ſiti, quæ cùm magis ſæuiebat perſecutio, Martyribus accreſcebat, mirificè deſeruit.

Canibus & laqueis petũ capreæ.

Præterea de laqueis, qui ſolent capreis ſtrui, expreſſa Eccl. 11. 32. & cap. 27. 22. habetur mentio. Quod denotat, perſecutionem exercitam qua furore canum, qua technis laqueorum. Sed enim & è canibus & è laqueis eripit Deus, quos vult. *Liberauit me*, inquit Pſalm. 90. 3. Dauid, *de laqueo venantium.* Porrò tyranni in Nemrodo, qui dicitur Geneſ. 10. 9. *robuſtus venator coram Domino,*

Nemrod typus tyrannorum.

ſunt repræſentati. Et de tyrannis quidem omnibus profertur illic vſurpatum prouerbium: *ſicut Nemrod robuſtus venator.* Ac Nemrodum expreſſit Nero: deinde perſecutores omnes Nerones appellati.

Liquet igitur ex dictis caprearum & ceruorum venationem vſurpatam in ſacra Scriptura elegantiſſime ad perſecutiones ſanctorum adumbrandas. Ac propterea appoſitiſſimum eſt, vt dicat Chriſtus in adiuratione præſenti: *Adiuro vos per capreas ceruóſque camporum.* q. d. Quin

Senſus adiurationis.

eò habetis reſpectum, quòd ab infidelibus quaſi canibus fuerint, & nunc quoque ſint fideles exagitati? quodque ſi vos iidem turbatis Eccleſiæ pacem, ei multo vos peiores canibus exhibeatis? Eos, quos rabies infidelium diuexauit, ſinite nunc pace ac quiete frui, quam ſibi debitam iure poſtulent. cùm itaque capreæ & cerui piorum, quos inſectabantur impij, ſymbolum ſint, non eſt aliud: *Adiuro vos per capreas*, &c. quàm ſi dicatur: Per quod debent Chriſtiani myſticis capreis ac ceruis officium, vos, qui iactatis Chriſtianorum nomen, obteſtor, vt Eccleſiam ſua perfrui requiete ſinatis. Et ſupponit quidem verborum ſuperficies, capream ſeu ceruam habitam eo loci pro re vehementer amabili. quod ſonant illa Prouerb. 5. 19. *Cerua chariſſima, gratiſſimus hinnulus.*

Cur non eadem ſemper formula adiurandi.

Sed hîc obſeruandum, adiurationes, quibus denunciat fidelibus Chriſtus, ne ſuæ ſponſæ tranquillitatem interpellent, tres eſſe. Cùm autem in duabus primis fiat obteſtatio per capreas ceruóſque; in tertia tantùm dicitur: *Adiuro vos.* Cuius diſcriminis hæc eſt ratio: in prima, agi de Eccleſia primitiua ſæuè à Iudæis exercitata; à Romanis verò in ſecunda: agi verò in tertia de Eccleſia triumphum adepta, cùm iam nullum ferebat ab infidelibus exercitium. Quamobrem quod primæ & ſecundæ adiurationi valde fuit appoſitum, tertiæ minimè fuit opportunum.

Denique, quo noſtra loci huius firmetur expoſitio, aduertendum: vbi mentionem capreatum, ceruorum, ac hinnulorum fieri ſemper in hoc Cantico cum reſpectu ad perſecutionem, quam patiuntur fideles, ſemel fuerit conſtitutum, loca ſtatim omnia, quæ de his animalibus loquuntur, intelligi feliciſſimè. Ea verò ſunt quæ ſequuntur.

Sumi capreas pro fidelibus agitatis vbique quadrat.

Cap. 2. verſ. 7. quem tractamus, *Adiuro vos*, &c.
Verſ. 8. & 9. *Saliens in montibus*, *ſimilis capreæ*, &c.
Verſ. 17. *Similis eſto capreæ.*
Cap. 3. 5. *Adiuro vos per capreas*, &c.
Cap. 4. 5. } *Dico vbera tua ſicut duo hinnuli*
Cap. 7. 3. } *capreæ.*
Cap. 8. 14. *Aſſimilare capreæ.*

Nota igitur, de perſecutione ſepties ſermonem haberi: & de ea quidem ad vbera ſponſæ directa, quater; ter autem ad ſponſum. vt illud Iob 5. 19. huc referas: *In ſex tribulationibus liberaui te; & in ſeptima non tanget te malum.* Quòd autem noſtra declaratio omnibus ſeptem locis quaſi nata ſit, eam maximè confirmat.

Sed cur capreæ, cerui & hinnuli.

Sed hæreat quis fortaſſe in varietate, qua vtitur Spiritus S. hac comparatione. Etenim duę adiurationes fiunt: *Per capreas ceruóſque camporum.* Sponſę verò vbera dicűtur: *Sicut duo hinnuli capreæ gemelli.* At ter, vbi de ſponſo, vtrique animanti matri natóque confertur: *Similis eſt dilectus meus capreæ hinnulóque ceruorum.* Aio tamen, quamquam hæc varietas politi habeat non parum, gratia tum vitandæ repetitionis, tum ſermone vtendi blandiore: nã cùm is ad ſponſam vel ſponſum dirigitur, vox *hinnulus* vſurpatur. & notum eſt diminutiua nomina accommodata eſſe multũ amatorio ſermoni. Sed aio hanc comparationem petitam vel à capreis & ceruis cum coniunctione; ſeu cũ diſiunctione à capreis vel ceruis; aut demũ à capreis vel à hinnulis, re quidem minimè diuerſam eſſe. Vbique enim ſignificatur perſecutio, & vexatio: atque vexari tanquam capream, ſeu tanquam ceruũ, ſeu tanquam alterutrius hinnulum, idem planè eſt. nã eâdem ratione hæ omnes animantes premuntur, laqueis nimirum & canibus. Hebręa ideo habent: *Adiuro vos per capreas, vel ceruos:* & cùm ſponſus cõparatur, ſimilis eſt capreæ vel hinnulo. Sed in hoc diſiunctione vti vel coniunctione tantumdem eſt. Eſſe enim myſticos ceruos aut capreas, eſt adeò ceruis & capreis & hinnulis aptè comparari.

Eodẽ capreæ, cerui, & hinnuli ſpectant.

Adiungo pro declaratione capreatum & hinnulorum ampliore, in duabus obteſtationibus cap. 2. & 3. *Adiuro vos per capreas, ceruóſque*, habere me

A pro certo, ad ſponſæ vbera, quæ dicuntur poſt oppreſſa *ſicut duo hinnuli capreæ gemelli*, reſpectum haberi. Moueor, quòd valde ſit & veriſimilis, & dignus Spiritus S. elegantia mutuus hic locorum reſpectus. Reperio verò ſtatim energiam in ſenſu admirabilem. Etenim horũ intellectus: *Adiuro vos per capreas, ceruóſque*, &c. hic eſt: Ea, quæ debetis ſponſę vberibus, quæ tantopere canes infidelitatis inſectantur, reſpicite: cúmque ſibi quid ſpatij cõceditur ad vacandum myſtico ſomno contemplationis, ne vos excitate turbas: ne quietem veſtris qua ſchiſmatum & hæreſeon, qua politicarum diſſenſionum tragœdiis eripite. Hauddubiè eſt aptiſſimus hic ſenſus. Et quidem Euangelij miniſtros ſponſæ vbera repræſentant, quorum lacte Chri-

Repræſentant Eccleſiæ miniſtros.

B ſtiani omnes enutrimur, ſummámque adeò illis obſeruantiam debemus. Hi etiam Dei adminiſtri nos moderantur, eorúmque doctrinam tenemur ſequi: cúmque illis obtrudimus turbas, malè rationibus noſtris proſpicimus. ita canit Paulus ad Hebr. 13. 17. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.* Enimuerò quos hinc Gentiles & infideles exagitant; illinc expergefacit, & inſomnia tenet ex animarum cura; hos interturbare, nec frui ſinere puſillo contemplationis otio diuinitus indulto, inhumanum quidẽ eſt. Quod aliter poteſt exponi. Aduertite animũ, hos, dum in ſomno cõtemplationis quieſcunt, vigilare

Hos vacare contẽplationi omnium intereſt.

C tunc, veſtram apud Deum cauſam agere, in ſuorúmque ſalutẽ incumbere: ac propterea vos eiuſmodi ſomnum imprudenter perturbare. Ad eum nimirum modum, quo aliqui verba cap. 5. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat*, interpretantur. Sed in hoc ſenſu magis adhæret verbis locus ille Ierem. 31. 26. *Et vidi, & ſomnus meus dulcis mihi.*

Conati Ethnici fideles ad idola pertrahere.

Aliud item arcanum elegans in paucis ſubodoror in hac vberum ſponſæ comparatione, cum oppreſſis capreis aut ceruis. Illud eſt, vt ſignificentur infideles Eccleſiæ perſecutioni inſiſtere, quo illa abutantur compreſſa turpiter, per myſticam ſcilicet fornicationem, & adulterium. vide Ierem. 2. 16. *Filij quoque Mempheos & Taphnes conſtuprauerunt te vſque ad verticem.* Hoc quod à ſynagoga conſecuti ſunt Ægyptij, conſequi etD iam ab Eccleſia conati ſunt infideles. Et fuerint hi licèt minimè compotes ſui voti; eò tamen ſpectarunt, id totopere contenderunt. Atque id venatio capreatum & ceruorum mirificè repræſentat. Et cùm his Spiritus S. aſſimilat ſponſæ vbera, hoc dicit, infidelium molimina ac conatus eò tendere, vt vberibus ſponſæ potirentur, in complexu nimirum fornicationis, & adulterij, ſuámque ita libidinem effrænem, quolibet Eccleſiæ illato damno, exſaturarent. Memineris hic illius hiſtoriæ Iudic. 19. 22. *Venerunt*, dicitur, *viri ciuitatis illius filij Belial* (id eſt abſque iugo) *& circumdantes domum* (nempe ſicut canes in venatione) *fores pulſare cœperunt, dicentes: Educ virum, vt abutamur eo. Egreſſúſque eſt ad eos ſenex, & ait:*

Id eſt cum vberibus ſpõſæ vt cũ hinnulis agere.

E *Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis. Et eduxit ad eos homo concubinam ſuam, & eis tradidit illudendam: qua cùm tota nocte abuſi eſſent: mulier corruit mortua.* Quis ergo non videat iuxta ſacræ Scripturæ phraſin politiſſimè dici hunc in perſecutionibus Eccleſiæ fuiſſe infidelium conatum? Sed enim ſponſam ſuam ab ignominia tãta detrimentóq; ita horribili exemit

Digitized by Google

Deus. Aio igitur, vbi ſuppoſita fuerint ſuperiora, facilè perſpici ſtatim, quòd, ad ſignificandum, conatos fuiſſe infideles Chriſti ſponſam conſtuprare, dictum fuerit quàm eleganter, ſponſæ vbera eas eſſe capreas & ceruos illius execrabilis venationis, cùm rabidi infidelitatis canes Eccleſiam ardentiſſimè inſectabantur. Ea verò canes Dei effugit beneficio, ſéque ſponſo ſuo caſtam ſeruauit. Vnde ei loquitur Cantic. 7. 12. *Dabo tibi vbera mea.*

Aliquis tamen obiiciat, noſtrum diſcurſum non cohærere cum re, quæ certiſſima eſt: nimirum vocabulum *vbera* non eſſe in hoc Cantico vnius ſignificationis: nunc enim reſpondere Hebræo *ſadaim*, & tunc ad puerorum nutritionem per lac ſcilicet verum referri: nunc autem poni pro Hebræo *dodim*, ac tunc ad vberum amplexus pertinere. Atqui cum vbera ſponſæ hinnulis capreæ gemellis conferuntur, de vberibus qua nutriunt, ſermonem eſſe manifeſtè, cum ibi non *dodim*, ſed *ſadaim* vſurpetur.

Reſponſio eſt, hac diſtinctione ſuperiorem conſiderationem non impediri, iuuari quin potius & ornari. Enimuerò quæ vbera amplexando adſtringuntur, & quæ porrigunt infantibus lac, eadem ſunt non diuerſa, atque adeò poteſt nomen vtrumque allegoriæ amplexuum deſeruire.

Miniſtri Euãgelij vocabulo ſadaim pulchrè ſignificati.

Cæterùm id vocabulum, quod officium præſtitum à nutricibus repræſentat, in perſecutione infidelium vſurpari, politiſſimum fuit. Etenim procellæ illius vehementia armabatur, præſertim contra miniſtros Euangelij, qui vbera ſunt Eccleſiæ, & qui ſuo doctrinæ lacte nutricibus aſſimiles paruulos ſuſtentant. Atque adeò qui cum Eccleſia fornicari, eamque ſubagitare ſtudebant; eò præcipuè eorum peſſimus conatus collimabat, vt Eccleſiæ vbera, quorum eſt doctrinæ lac, humiliarent, adultero nimirum complexu & fornicatione. Sic enim ſperabant & totam Eccleſiam humiliaturos, & libidinem ſuam repleturos. quæ phraſis eſt ſacræ Scripturæ, vt vidimus in eo Iudic. 11.

Venationis allegoria pro amatoria ſollertia.

Porrò vt confirmem ampliùs, venationis allegoriam nequiſſimo infidelium molimini, quo Eccleſia vti vt meretrici inhiabant, ſignificando deſeruire; obſeruo, hanc allegoriam exprimendis amatorum artibus, quibus demerere ſtudent, quas amant, qua blanditiis qua muneribus, eſſe appoſitiſſimam. Et verò huius phraſis, niſi ego fallor, vſus in Pſalm. 22. 6. eſt quàm amantiſſimus, in illis ſcilicet, *Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Græcè καταδιώξει, ideſt, *perſequetur.*

Inde explicatus Dauid.

Meam tua benignitas voluntatem quaſi venatu captat, nullóque intermiſſo die vbique conſectatur. Sed eandem phraſin magis adhuc perſpicuè Prouerb. 5. 19. reperimus: *Lætare*, ait Sapiens, *cum muliere adoleſcentiæ tuæ, atque ea ſit tibi gratiſſima cerua & chariſſimus hinnulus.* q. d. ne alienas fœminas conſectator: tuum in voluntate propriæ vxoris colligenda, eáque modis omnibus, quos dictat prudens amor, demerenda ſtudium collocato. Hic tuus venatus eſto: *Et vbera eius inebrient te.* ideſt, fruere amplexibus illius. Nec enim ſponſus, ad quem lactis guſtus non pertinet, aliter vberibus potitur. Adde, pro vberibus haberi Hebraicè *dodim*, ideſt, amores. Hic loci eſt ſenſus hauddubiè.

& Salomon.

Dimotio alienæ interpretationis.

Verumtamen hoc ſe loco tuentur aliqui, vt putent in his ſponſi adiurationibus: *Adiuro vos per capreas, ceruóſque*, vbi cum fœminis loquitur ſponſus, ſenſum eſſe: ita veſtris vos amatoribus

A potiamini. Sic Delrius. ſed miror equidem tam humilem cogitationem attribui cœleſti ſponſo. Adiunge, id eſſe violentiſſimum: quod in venatu amatorio incommodè cogitentur amatores capreæ eſſe; ſed potiùs captare fœminas, eáſque adeò capreas eſſe & ceruas. id quod Salomon in hoc Prouerb. 5. ſupponit.

Cur ſponſæ vbera duo hinnuli, iteri verſatum.

Quòd ſi quæramus, in hoc ſe Cantico cœleſtem ſponſum amantem oſtentare: totus liber admirandis amoris argumentis plenus eſt. In ipſa quin etiam comparatione, vbi ſponſæ vbera dicuntur, ſicut hinnuli capreæ, non ſpectari tantùm infidelium perſecutionem, ſed illam etiam amore pleniſſimam, qua adnititur Chriſtus, vt Eccleſia illi ſe prorſus ſubdat, cum eóque ſpiritualiter arB ctiſſimis amoris amplexibus coniungatur, mihi ſtat. Rem colligo, quod ego habeam citra vllam dubitationem, Sulamitem cogitari in cap. 7. ſaltitantem in chorea, quæ eſt imitatio prælij: qui verò cum ea ſaltitabant, vberibus illius minitabantur. Quod licèt deſignandæ perſecutioni, quam & infideles & improbi Chriſtiani aduerſùs Eccleſiæ vbera, miniſtros ſcilicet Euangelij mouent, valdè ſit appoſitum; cæterùm cùm in chorea illa celebrari lætiſſimè ſponſum, repræſentetur; quam illius immenſa charitas infert ſponſæ vberibus perſecutionem ſuauiſſimam, ibidem quoque ſignificari, nemini, puto, nouum fiet. Et quidem probè norunt ſpirituales viri, ipſas GenC tilium prauorúmque Chriſtianorum perſecutiones delicias eſſe admirabiles, quibus ſuorum animas, chariſſimorum præſertim oppugnat Dei prouidentia, quo ſe charitati ipſius diuiniſſimæ omnino ſubdant, ſponſúmque amantiſſimum amplexentur quàm ſtrictiſſimè.

Adumbratur Chriſtus perſequens Eccleſiam amãtiſſimè.

Adde, in hac eadem venationis allegoria demonſtrari ſponſum tam amicum támque amatorem ſponſæ, vt dicat, qui eam infeſtent; eos quoque ſibi infeſtos eſſe. Etenim ſicut capreis & hinnulis ſponſæ conferuntur vbera, ita ipſe cum animantibus iiſdem comparatur. Atque hic quidem ſermo ter in hoc libro repetitur: & quod amplius eſt, non ſponſus modò hac vtitur locutione; ſed facit quoque animos ſponſæ, vt ipſa D quoque eandem vſurpet. Illa enim eſt, quæ ter inculcat: *ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum.* &, *Aſſimilare capreæ*, &c. Nimirum ſciebat illa, ſe perſecutionibus vexata, Chriſtum eſſe, qui vexaretur. vt ipſe Paulo teſtificatus eſt: *Quid me perſequeris?*

& eum perſequi, qui illã perſequuntur.

In hac denique capreарum, ceruorum, hinnulorúmque allegoria obſeruandum, cùm in hoc Cantico de magna Eccleſiæ Chriſtianæ perfectione ageretur, Eccleſiæ ipſius, miniſtrorúmque ipſius perſecutiones minimè fuiſſe prætereundas. quippe nulla res eſt, in qua ſic emineat Euãgelica perfectio. vnde in tractatu beatitudinum Euangelicarum illa: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*, apicem fert. Cùm igitur expediret, vt hoc diceretur, & inculcaretur ſepties, iuxta id E Iob: *in ſex tribulationibus liberauit te, & in ſeptima non tanget te malum.* cùm etiam hanc comparationem repetitam ſepties reperiamus; quod ſenſus huius allegoriæ fuerit Eccleſiæ perſecutio, quid iam hærere poteſt dubitationis? Aut ecdo, vel vbi meliùs collocetur, quàm in perſecutionibus, caprearum & ceruorum venatio: vel pro deſignandis perſecutionibus ſymbolum aptius, quàm hoc eſt venationis caprearum, ceruorum, & hinnulorum.

Collectio ex dictis.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO IV.

Verba ſponſi ab ſponſa relata.

Verſ.8. *Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.*

9. *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.*

10. *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.*

11. *Iam enim hiems tranſiit, imber abiit & receſſit.*

12. *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita eſt in terra noſtra.*

13. *Ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge amica mea, ſpecioſa mea & veni.*

14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.*

ACOLVTHIA à verſ.8. ad 10.

Deinde Chriſtus perſecutione Iudæorum recrudeſcente, ſponſam ad Gentes vti commigret, inuitat.

A verſ. 11. ad 14.

Commemoratíſque primitiis, & vberioris fructus propoſita ſpe, ſuadet Euangelij prædicationé.

Pro verſ. 15.

Et victoriam quidem de mundi ſapientia ſponſæ pollicetur.

COMMENTARIVS.

Non ſunt hæc ab ſponſa ſine ordine dicta.

Verſ.8. *Vox dilecti mei.* Hæc nonnullis dicta videntur ab ſponſa inter ſomniandum, atque adeo ſine recto ordine. nimirum hi neſcierunt textum ita vt ſatisfaceret, conſtruere. nam quis non optet aliter interpretari? Hęc equidem ita ordino. Sponſa auditam dicit à ſe ſponſi vocem. Is verò quid dixerit, illa non hîc, ſed paulo inferiùs, v. nimirum 10. *En dilectus meus loquitur, ſurge, propera amica mea*, declarat. In ſumma autem, hac ſponſi voce conſtituebatur ſponſæ (vt videbimus) ad Gentilitatem tranſitus. Quo verò tempore, & qua occaſione id à Domino præceptum ſit, hoc eſt quod explicat contextus ſequens. Quod itaque dicit: *Vox dilecti mei*, hoc eſt, Nouum ab ſponſo meo præceptum accepi. Id autem aperiam poſtea, ſi priùs dixero, qua occaſione illud mihi ſit indictum. occaſio autem hæc fuit.

Sed ex occaſione perſecutionis Iudæorum.

Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. 9. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. His verbis quod ſignificatur, hoc eſt: quod accepit Eccleſia mandatum nouum, ex occaſione perſecutionis vehementis à Iudęis aduerſum eandem Eccleſiam concitatæ extitiſſe. Atque ideſt: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis capreæ, hinnulóque ceruorum.* Ad quorum intelligentiam recolēdum primò, quod de capreis ex Plin. lib. 8. c. 33. ſuperiùs attuli, ſcilicet ſunt capreæ, ſunt rupicapreæ & ibices pernicitatis mirandæ, quamquam onerato capite vaſtis cornibus: in hæc ſe librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſu pernicius quo libuerit exultant. Et nata hæc nónne ſunt ad noſtra: *Saliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis capreæ.* Noto deinde miram hanc capreæ artem ſui è ſaxo ſuſpendendæ, librandæ, atque ita ab vno in alterum montem per aëra tranſmittendæ, tunc præcipuè notabilé eſſe, cùm ea vtitur, vt opprimēes canes & venatores euadat. Quò pertinet Martialis,

Eccleſia vt caprea oppreſſa.

Ars eiuſdem & celeritas in effugiendo.

Pendentem ſumma capream de rupe videbis.
Caſuram ſpectes: decipit illa canes.

hoc eſt, illam, cum ex recuſſu fugit, auolare. Nunc verò ad id, quod euenit Chriſtianæ Eccleſiæ, cùm Iudæos, à quibus excogitabatur, deluſos relinquens ad Gentilitatem ſe tranſtulit, repræſentandum, nónne mira fuit comparatio? Vide apud Zachar. 6. 1. duos illos montes æreos Eccleſiæ aduerſos. qui Iudaiſmi & Gentiliſmi ſunt typus. vterque enim ſuperbia ſua Eccleſiam obruere conabatur. Certè quidem ad furorem perſecutionis indicandum, fuit appoſitiſſimum dicere, eam eſſe eiuſmodi, vt nobilis caprea ad effugiendos canes, vſa fuerit ſua & arte & pernicitate, quibus ab vno ſe in alium miſerit montem, & ab vno in alium collem. Quod allegoria venationis aptiſſimè offert. Noto denique, vſitatam eſſe in ſacra Scriptura locutionem, vt cùm Eccleſia fert perſecutionem, hanc pati dicatur Chriſtus. Iam laudaui illud ex Act. 9. 4. *Saule Saule cur me perſequeris.* Hac phraſi vtitur ſponſa non hîc ſolum, ſed infrà verſ. 17 & cap. 8. 14. Et quidem dum ita loquitur, ſolatur ſe ac confidit, Chriſtum ſuo honori conſulturum.

Cur non Eccleſia vexata dicatur, ſed Chriſtus?

En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Dixerat, ſe patiente, ſponſum eſſe qui patiatur perſecutionem, ab eo ſibi fauorem promittens: addit nunc de hac Chriſti prudentia conſtare ſibi. Nam licèt Chriſtus in terra viſibilis non adſit; cum tamen nihil omnino latere: & amicis præſertim laborantibus, perinde quaſi qui poſt cancellos attentiſſimè, quid agatur, conſiderat, præſentiſſimum eſſe. Et notum, quemadmodum ipſe Antonij ſe tentationum ſpectatorem libentiſſimum pronuntiarit, oblectantem ſe militis ſui tolerantia, virtutéque.

Suorum tentamentis attendẽs Chriſtus.

10. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Scio hæc verba & ſequentem primi veris deſcriptionem ſolere exponi, quaſi exhortationem ſponſi, in qua ſponſam inuitet, vt eum ſequatur, potiendi cauſa amplexuum ipſius, cùm acceſſerit iam verna tempeſtas; gratiſſimum nempe legis gratiæ tempus. Meo tamen iudicio contextus exigit, vt hæc exhortatio ſponſi ad mandatum quod ipſe Eccleſiæ dedit tranſeundi ad Gentilitatem referatur. Et quidem Nyſſenus, Ambroſius, Aponius, Alcuinus & Epiphanius à Delrio, adducti mihi valde fauent. Hi enim tranſactam hiemem de gelu ac duritie Gentilitatis exponunt: de ſpe verò, quam eadem faciebat fructus, accipiunt vineæ erumpentem florem.

Profectus hic ad Gentilitatem.

Digitized by Google

Quòd ſi obiicias, licèt his ſponſa ad abeundum inuitetur; quo tamen ſit abitura, minimè exprimi, atque adeò non eſſe vnde ſponſi voluntas de tranſeundo ad Gentilitatem, intelligatur. Reſpondeo, dicere ſponſum manifeſtè & inculcare, vt ea in terram electam (nam hoc eſt, *in terra noſtra*) ſe conferat. Et in ſacra Scriptura Eccleſiam ſe ad Gentilitatem, ſynagoga reprobata, tranſlaturam in confeſſo eſt. videſis inferiùs cap.3. verſ.6.

Columba vocatur Eccleſia ob patientiam.

Ad illa verò *Columba mea*, nata ſunt quæ ex Plin. & aliis de amante columbæ patientia, cùm eam aſperè tractare videtur columbus, notat Delrius. Haberi enim ad hanc patientiam reſpectum, atque ideo hic columbam appellari, efficitur, quod ſtatim de ea agatur tempeſtate, in qua ſe Chriſtus Eccleſiæ rigidum oſtendit, paſſus nimirum vt ea in documentum ſuæ fidelitatis vehementer premeretur.

Appetere iam Gentilitatis ver.

11. *Iam enim hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit.* Longa nimirum & rigens maximopere hiemis tempeſtas, in qua nullum exhibebat fructus vllius ſignum Gentilitas, ſoluta iam eſt. Vide quæ ex Nyſſeno & aliis adduxi paulo ante.

Et ſpiritualitatem eius excolenda.

12. *Flores apparuerunt in terra noſtra.* ſi Deus Iudaicum populum reprobarat, & Gentilem elegerat; quid aptius, quam quod verbum illud: *in terra noſtra*, de Gentiliſmo intelligatur? q.d. iam in Gentilitate ſpes fructus affulget. *Tempus putationis aduenit.* Iam vineæ huius colendæ, eiuſque doctrinà ſpiritualis circumciſionis amputandæ, acceſſit tempus. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Iam dulces pœnitentiæ gemitus ſonant.

Ficus ſynagoga, vinea Gentilitas.

13. *Ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Patrum eſt explicatio communis, quod notat Delrius, vt ſynagoga per ficum, per vineam verò Gentilitas intelligatur. Et hos groſſos Hieronymus, Beda, Alcuinus, Caſſiodorus & alij deciduos exponunt: iuxta id Apocalypſ. 6. 13. *Sicut ficus emittit groſſos ſuos, cum à vento magno mouetur.* Aliter autem Ambroſius, Aponius, & Alcuinus de fructibus nempe primis, permanentibus vtique & ſuauibus, & Delrio ij ſunt, qui noſtratibus *breuas.* Ad contextum bene habet vtrolibet modo: ſiue dicas, quem fructum ſatura ficus erat, iam tulit, primitias nempe Chriſtianiſmi; quem à ſe vi tempeſtatis excuſſit. Aut ſic. inutilis iam iſthæc ficus eſt, & quod fructus ad maturitatem perducat, deſperanda. nam defluunt vniuerſi. Vinea enim verò eſt, quæ modò flore nos ſuauiſſimo conſolatur.

Groſſi, quid?

Aptè omnia hæc de Gentilitate.

Simplicius tamen eſt intelligere per groſſos ficus priuſquàm matureſcant: nam ficus arboris pro flore ſunt ficus fructus. Et groſſus, aut groſſulus Latinis ſignificat fructum ficus immaturum. Vnde ad ſignificandum & ficum & vineam fructus polliceri, commodè dictum fuit: *Ficus protulit groſſos ſuos, & vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Vtrumque autem ad Gentilitatem, de qua erat ſermo, rectè referendum.

Hic primo Eccleſia deliteſcens.

14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, &c. hoc eſt. Habeo tibi, ó mea columba, adornata in Gentilitate foramina, in quibus equidem mihi canas volo. ideſt, parata habeo loca, in quæ te recipias, meúmque Euangelium euulges. Et nota, hæc loca primò fuiſſe quaſi foramina & latibula. Vide Apocal. 12. 14. *Sonet vox tua in auribus meis.* Perſonet meas aures tuæ prædicationis vox: nam illa me audienda multum oblecto. *vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Quibuſcum ſermo.

15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Si τὸ *capite* ad Angelos dirigeretur, idem eſſet, atque Eccleſiæ aduerſus vulpes, ne prouentui vineæ incommodaretur, auxilium polliceri. Quòd ſi ad fideles ipſos, Euangelicos nempe præcones; non erit aliud, quàm eos admonere, incumbant vti ad laqueos capiendis vulpibus tendendos, ni fruſtratam velint fructus ſpem.

Vulpes ſunt filii huius ſæculi.

Vulpium ſymbolum hæreticis adaptat optimè Delrius. ſed tamen exponere in communi de filiis huius ſæculi, qui terrena aſtutia bellum inferunt Euangelio, videtur ſimplicius. Hoc ſenſu Chriſtus Herodem vulpem appellauit. Ex his vulpes fuerunt inſignes Simon Magus & Apollonius Tyaneus. Sed latiùs multo patet vulpium nomen. Et videtur quod Apocal. 13. beſtia de terra, idem hîc vulpes ſignificare.

SECTIO V.

Verſ. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.*
17. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere, ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorũ ſuper montes Bether.*

ACOLVTHIA.

Ad hæc illa in ſuo ſponſo confidens ei ſe præſtat audientem: & quamuis perſecutiones à Gentibus excitandas præuideat crudeliſſimas; earum ſe nihilominus furori exultans obiicit: in quibus mirificum Chriſti fauorem experitur.

COMMENTARIVS.

Expromptæ obtemperatio ſponſæ.

Verſ. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*, hoc eſt. Meus me dilexit ſponſus: equidem pro amore ei omnimodam obedientiam reponam. Et quando ille petere me Gentilitatem iubet; ibo libentiſſimè, confiſa nimirum, quòd ipſe quærit meam eſſe exaltationem. hæc illius voluptas, hoc ſummum gaudium. Exaltationem eſſe quam afferat genuinè ſymbolum liliorum, effeci pluribus ſuperiùs ad verſ.2.

Varius horũ intellectus.

17. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Inter hæc verba & præcedentem verſum nullam vulgata Biblia correcta adhibent diſtinctionem: coniunctè proinde hæc cum verſu præcedente conſtruenda. Ad intelligentiam porrò notandum, duas eſſe in hac ſententia partes, vnam: *Donec aſpiret dies*; alteram: *Donec inclinentur vmbræ.* Vtraque idem omnino ſignificari, plerique volunt: ſed quidem aiunt ſenſum eſſe: *Donec nox ſit.* alij: *Donec veniat manè.* Ac dein quidam hoc, alij alio modo philoſophantur. Mihi ſanè videtur aptius, vt pars prima totum diei tempus vſque ad noctem deſignet: ſecunda tempus noctis totum vſque ad diem. ita vt vtriuſque ſenſus ſit: Ego quidem ſiue die, ſiue nocte: vel in proſperitate, vel in aduerſitate, pace fruar, vel opprimar perſecutione, verbo dicam, nunquam non ero mei ſponſi. nunquam, non ille meus futurus eſt: ſemper illi ſubdita,

Mens auctoris.

Subditam ſe fore ſponſam pollicetur.

&

& obtemperans ero, ac ſemper eſt mihi pro exploratoipſum inter lilia paſci. id eſt, voluntatem illius,ac propoſitum(iuxta ſignificatum liliorum) meam eſſe exaltationem.

Ac præterquã quod de vtroque tẽpore & nocturno& diurno ſermonem eſſe,multo eſt conuenientius;id afferunt verba ipſa. nã τὸ *donec aſpiret*, non eſt aliud, quàm donec finiat dies. ſic vertit Aquila,*donec ceſſet dies*.At verò τὸ *inclinentur eſt* (vt vertunt Septuag.)amoueantur. nec diuerſum eſt: *donec fugiant*,vt ex Hebræo Pagn.& Arias vertunt, id eſt, donec tenebræ abſcondantur. ac proinde ſenſus eſt:donec obeat dies,donec ineat dies,id eſt diu noctúque.

His ſe ſponſa excitat ad omnia grauia ſubeunda.

*Reuertere: ſimilis eſto,dilecte mi,capreæ hinnulóque ceruorum.*Horum cum præcedentibus nexus videtur hîc fore.Ego meo ſemper ſponſo ſubiecta ero: ille verò meam ſemper exaltationem quærit.Exequar itaque expromptè de adeunda Gentilitate præceptum illius.Orbis totus inſurgat aduerſum me. Rem ita euenturam, pro certo habeo: ac te quidem,ô Domine, ſi in me inſectati ſunt Iudæi, nihilominus Gentiles perſecututos. Eris ſane capreæ inſtar & hinnuli à rabioſis canibus & Nembroto robuſto exagitandus,*Reuertere*,& *ſimilis eſto*,pro futuro,reuerteris & ſimilis eris.Ita placitum tibi:fiat ita verò. nam tuum nomen & honos aleam ſubeunt perſecutionis.Semper te mihi fauturum, haud dubia ſum. omniáque in meam exaltationem, iuxta liliorum, quibus ita caperis, ſignificationem euaſura. Superiùs dicta de ceruo & caprea recolenda.

Cauſa perſecutionum Eccleſiæ.

Super montes Bether. Eò fit alluſio, quòd caprea in montibus capietur. & Bether diuiſionem ſonat. Et perſecutio mons eſt diuiſionis. Huius autem fundamentum diuiſionis illa ſunt, quorum ſe cauſa Matth. 10. 35. veniſſe ait Chriſtus: *veni enim*,ait,*ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum*.lege illic reliqua. Atque illud hîc demum notandũ. quod Chriſtianæ Eccleſiæ perſecutiones, quaſi perſecutiones Chriſti repræſententur, ibi deſignari conſequenter,quam feliciter ab illis explicanda eſſet ſponſa, quamque certum pro ipſa futurum eſſet Chriſti auxilium.

CAPVT III.

De negligentia poſt perſecutiones, de pœnitentiæ feruore, & de exaltatione Eccleſiæ in Gentilitate.

SECTIO I.

Nouum hic drama inchoari, optimè Delrius.

Verſ. 1.*In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea:quæſiui illum, & non inueni.*

2. *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum,& non inueni.*

3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidiſtis.*

4. *Paululum cum pertranſiſſem eos,inueni quem diligit anima mea:tenui eum:nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis cis meæ.*

ACOLVTHIA ad verſ. 1.

Poſtea verò ex perſecutionum intermiſſione, remiſſio in amore Chriſti per occaſionem pacis irrepit.

AD TRES SEQVENTES.

Quæ tamen remiſſio feruore pœnitentiæ breui fuit expulſa, & ad expiandam culpam, maior additus charitatis ardor vſque ad perfectiſſimam cum Chriſto coniunctionem.

COMMENTARIVS.

Aliorum expoſitiones.

Verſ. 1. *In lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea:quæſiui illum, & non inueni.* Solam ſe ſponſam abſque ſponſi ſocietate ſenſiſſe, textus fert: non itaque illa ſatisfacit interpretatio,quod eum in Synagoga non reperit, séque ideo ad Gẽtilitatem receperit. Exponunt alij de ſponſi abſentia in graui aliqua calamitate Eccleſiæ,abs huius tamen culpa, ſed ad maiorem conſtantiæ illius probationem.

Auctoris mens.

At eſt tamen cùm ſimplicius, cùm ad ſeriem commodiùs,& capiti demum 5.(vbi de negligentia,& culpa Eccleſiæ apertiùs agitur) conuenientiùs,ſi dicamus Eccleſiæ,cum ea inter perſecutiones (de quibus in fine capitis 2.) aliquam ab hoſtibus vacationem habuerit in ea intermiſſione per occaſionem pacis,remiſſionẽ in amore Chriſti(quo de Euſeb.lib. 8.Hiſtor.cap.1.& Nicephor. lib.7.cap.2.vide)irrepſiſſe. Illa igitur verba, *Per noctes*, culpæ tenebras, & *lectulus* ſine Chriſto remiſſionem & negligentiam denotabunt. Certè de culpa Eccleſiæ declarant Philo Carpath. & Honorius. Neque tamen eſt ſenſus,fideles omnes gratiam amiſiſſe, ſed eorum maiorem partem ſua ſe culpa & ſocordia ſine Chriſto eſſe cognouiſſe. ita enim ſolemus hominum cœtui attribuere, quod competit eorum pluribus.

Obeſt multa pax.

2. *Surgam & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum & non inueni.* Animos & vires haurit Eccleſia ad quærendum Chriſtum; verùm ad reperiendum non quæuis ſufficit cura, nam quæ iudicio hominum ſufficiens videtur, non vtique apud Deum ſatis eſt.

Cuſtodes ſũt Dei adminiſtri. Videe 5 v.7.

3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidiſtis?* Aptè effingigitur ſponſa in cuſtodes ciuitatis incurrens: iis enim, qui vrbem noctu obambulant, ita ferme vſuuenit. Hi portò cuſtodes commodè repræſentant concionatores & miniſtros Dei,quorum eſt partium, Eccleſiæ bono conſulere. Eos offendere dicuntur, qui adſunt concionibus audiendis, libros vtiles legunt, & illorum directionẽ ſequuntur.Quamuis autẽ notarit S.Ambroſius, cuſtodes vel per contemptum,vel per ignorationem ſponſam nullo reſponſo fuiſſe dignatos; ſed id non docet textus. Atque equidem dixiſſem potiùs, quod ſponſa vlteriùs fuerit progreſſa, id cuſtodum conſilio deberi.

His auſcultare, quam bonum.

Vide c.5.v.7. *Præſto eſt diligentibus Chriſti gratia.*

4. *Paululum cum pertranſiſſem eos,inueni quem diligit anima mea.* Proceſſit vlteriùs Eccleſia inquirens Chriſtum, quæ ſacerdotum ſecuta directionem,ac quicquid in ſe fuit exſecuta, nõ diu fuit,

cùm ſuum ſponſum inuenit. Ea enim eſt ille bonitate,vt inueſtigantibus ex animo ſuam ipſe gratiam non differat.

Decente allegoria conſummatio matrimonij deſignata.

Tenui eum:nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Horum eſt ſenſus,ſpōſam ſumma religione ſuum fuiſſe ſponſum amplexatā, aut apprehenſum manu fortiter tenuiſſe: certiſſimam nimirum nulla ſibi alia re ſatisfaciēdi,quàm perfecta cum Chriſto coniunctione. Quam perfectam coniunctionem allegoria conſummati matrimonij optime (vt dictum ſatis in ſuperioribus) repræſentat. Portò vt matrimonij conſummatio deſignaretur, decentiſſima fuit illa phraſis: *donec introducam illum in cubiculum genitricis meæ.* Nam fuit moris,vt ſponſa in defunctæ matris cubiculum ab ſponſo introduceretur.ita factum ab Iſaac cum Rebecca Geneſ.24.67.narratur.

Cordi preces importunæ Chriſto.

Verùm obiicienti, ſi mos ille fuiſſet ſpectatus, dicturam ſponſam:donec introducat me in cubiculum genitricis ſuæ. Reſpondeo,in ſpiritualibus nuptiis gaudere multum cœleſtem ſponſum ſæpiùs orari ſe & precibus, vt ſic dicam, fatigari. Preces autem eiuſmodi, & anxiam ſponſæ deuotionem politiſſimè deſignauit commutata locutio, vt ea diceret:*donec introducam illum.* q. d. quo ad impetrem ab illo, vt mecum integre ſua ipſe vtatur gratia, me nimirum ſibi perfectiſſimè ſubiecta,ac ſecum in perfectione charitatis tranquillata. Atque ita: *donec introducam illum.* hoc eſt, donec ab eo, vt me introducat, precibus obtineam. Ac forſan reſpectus eſt ad Sancta Sanctorum,auguſtum ſcilicet templi ſynagogæ penetrale. Atqui ingredi in Sancta Sanctorum (vt alibi dico) mira eſt ad exprimendam magnam aliquam ſanctitatem allegoria.

Sancta Sanctorum ſignū magnæ ſanctitatis.

Hic demum noto,matrem Eccleſię ſynagogam eſſe:& abundātē gratiam,qua fruitura erat ſynagoga,& primogenita Eccleſia potita fuit,eſſe hoc magnum beneficium Chriſti, quod ſibi poſtulat Eccleſia:cuius eam voti ſponſus abunde compotem fecit.vide in fine huius capitis.

SECTIO II.

Sponſus.

Secunda adiuratio Chriſti.

Verſ. 5. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.*

ACOLVTHIA.

Rurſus verò in hac Eccleſiæ Chriſtianæ felicitate monet Chriſtus, Eccleſiæ pacem ab ipſiſmet Chriſtianis per ſchiſmata & hæreſes perturbatum iri.

COMMENTARIVS.

Senſus eſt,ſponſam poſt actam ſerio pœnitententiam ad magnam contemplationis celſitatem perueniſſe:ſed dulcem hanc ſponſæ Chriſti quietem breui fuiſſe hæreſibus perturbatam. Vide commentarium v.7. capitis ſuperioris.

SECTIO III.

Verba chori.

Verſ.6. *Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael:*

8. *Omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi:vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.*

9. *Ferculū fecit ſibi rex Salomō de lignis Libani:*

10. *Columnas eius fecit argenteas,reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem:*

11. *Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius,& in die lætitiæ cordis eius.*

ACOLVTHIA verſ.6.

Sed nimirum ex earum hæreſeon conflictu (quæ Dei eſt bonitas) Catholicorum ex Gentilitate fides ac religio in ſtatum euaſit robuſtiorem cum ſuauiſſimo Chriſtiani nominis odore.

Verſ.7. & 8.

Et vitæ quidem exemplo acceſſit excellentia doctrinæ ad defendēdam Catholicam veritatem.

Verſ. 9. 10. & 11.

Ac tandem Chriſtianæ gloriæ ex publico religionis exercitio in vrbe Roma cumulus adiūctus eſt. Atque tunc Romanam ſibi Eccleſiam, ſponſam, tanquam reginam vtique Chriſtus publicè copulauit.

COMMENTARIVS.

Verſ.6. *Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris,& vniuerſi pulueris pigmentarij.* Verſus præcedens hæreſes,quæ mox poſt perſecutiones Gentilium commouerunt Eccleſiam, vaticinatus eſt. Adiicitur itaque aptiſſimè ingens, quod traxit Deus hæreſeon occaſione, emolumentum:tum in admirando exemplo vitæ aenentibus ſe nimirum catholicis ad Chriſtianam perfectionem colendam, & mirificum odorem Chriſti præbendum: tum etiam in excellentia doctrinæ:nam catholicorum ſcientia per occaſionem hæreſeon maximopere creuit.

Nexus ſententiæ.

Virgula fumus ſymbolū boni exempli.

Ergo ad id quod prius eſt, egregiū ſcilicet exēplum vitæ ſignificandum, quid ita cogitari poterat accommodum, quàm fumus, qui, odoratis paſtillis accenſis, recta ad cœlos ſubit? Et hic ad ſuperiora aſcenſus deſignat, quàm hoc ſit Deo & Angelis iucundum. nam boni odoris per aërem quoquouerſus diffuſio denotat quantæ hoc ſit hominibus & conſolationi & ædificationi. Iam odor myrrhæ eum repræſentat,quem pœnitentia & mortificatio præſtantem exhalant; thuris verò, deuotionem orationis; & aromatum aliorum, aliarum etiam virtutum exercitium. Nota interim,*pigmenta*,annotatore Plinio, pro aromatibus ſolere poni.

A Gentilitate exhibiti.

Verba illa,*per deſertum*,vel *ex deſerto*,vt Hebræa ſonant, iuuant & promouent admirationem. Quod

Digitized by Google

Quod ex ſolitudine Gentilitatis, ex terra nimirum inculta paulò antè ac deſerta, inde ſe iam ad ſuprema ferat;& per orbem dilatet iam admitandus odor.

7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.*

8. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Hæc item verba chori ſunt, & quidem ad commodandam excellentiam doctrinæ copiamque doctorum, quibus Eccleſia etiam ante imperium Conſtantini ex occaſione hæreſeon aucta eſt,appoſitiſſima.

Hac commẽdant doctrinam Eccleſiæ præſignem.

Ac primò illa: *Lectulus Salomonis*,quadrant maximè ad eam exprimendam,quæ tantùm pacifico verè regi Chriſto placet, conſpirationem ac conſenſionem catholicæ doctrinæ: ex qua Eccleſiæ pax pendet vehementer,& in qua requieſcere pacificus rex, belle concipitur. Atque ita Doctores ſacri, qui hanc tuentur concordiam ſuis armis, adhibiti videntur,qui ſomnum regi pacifico vigiles obſeruent.

Armati vigiles ſunt Eccleſiæ doctores.

Deinde *ſexaginta fortes* ſignificant ſtrenuiſſimorum Doctorum copioſam vim. Hos vel adumbrabant illi robuſti Iſraël, de quibus 2. Reg. 23. & alibi, quibus tamen multo plures ſunt Doctores noſtri: vel, quòd planiùs puto,eo ſit alluſio, quod prætoriani Salomonis(ij ſunt noſtro Regi *los monteros de Eſpinoſa*) eſſent ſexaginta. & conſidera an hi ſint Cerethi & Pheleti. vide poſt ad illa cap. 6. *Sexaginta ſunt reginæ.*

Hos quinam adũbrarint.

Præterea ad illa: *Omnes tenentes gladios*, Hebr. *alligati gladiis*, obſeruandum, dixiſſe olim de Dolabella ex irriſione Tullium: *Neſcio quis allegauit generum meum gladio.* Quod tamen dictum eſt ad Eccleſiæ Doctores relatum non irriſio eſt,ſed ſũma elegantia. Enimverò illi verbi diuini gladio quam ſerio ac conſtanter alligati ſunt! Huiuſmodi autẽ gladios repræſentat hęc locutio,quos *mõtãtes* dicimus, id eſt,maximos enſes,& quòd licèt robuſti hi gladio vtantur diuini verbi;eum tamẽ minimè flectant ſuo arbitratu,vel accommodent; ſed ei potiùs ipſi ſe aſtringant. ſignificat item hæc alligandi locutio,enſes nunquam dimittere.

Quomodo vtantur Dei verbo.

Reliqua horum verſuum aperta ſunt. & τὸ *ſuper femur* omnimodã præfert expeditionem. ſicut in Pſal. 44. 4. *Accingere gladio tuo ſuper femur.*

Super femur quid ſignificet.

9. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani*

10. *Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum,aſcenſum purpureum: media* (Hebraicè *medium eius*) *charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.* Hæc etiam Chorus pronunciat. Eſt autem ferculum Latinis *thenſa*,cuius erat vſus in publicis pompis, & Hebræa vox lecticam ſonat, aut triumphale geſtatorium cum ſuis & columellis, & cœlo ſeu tegumento. Porrò Eccleſiæ celeberrimus triumphus fuit Conſtantini tempore. Tunc publicum Chriſtiano religionis exercitium ſumma cum maieſtate ac pompa ſeſe pulcherrimè oſtentauit. Ad eius itaque triumphi repræſentationem, poſſe quidquam aptius dictum fuiſſe, quàm hæc ſunt: *Ferculum fecit ſibi rex Salomon*, haud ſanè ſcio. Ferculum autem ad hãc rem commodè ita Delrius deſcripſit: Geſtamen(malit quiſpiam geſtatorium dixiſſet) pompaticum oſtentationi comparatum; vel ſella regia, qua per Solem pompam quaſi in curru triumphali Salomon ſuorum humeris geſtabatur.

Deſcriptio triumphi Romana Eccleſiæ ſub Conſtantino.

Columnas ad ſuſtentandum vel ſuperiora thenſæ,vel cortinas triumphalis vehiculi.

Vocum expoſitio.

A *Reclinatorium*,ſeu acclinatoriũ dorſum eſt alterius, vt politè Delrius,& latera editiora ſellæ,quibus & cubitis & corpore acclini ſedens innitatur. Hiſpanis *reſpaldar*,aut *recodadero*.

Aſcenſum purpureum,ſic vocat locum in ferculo ſeſſionis Salomonicæ eleuatum, inſtratum ſcilicet (vt more noſtro loquamur) puluinari holoſerici carmeſini.

Media (ſeu medium eius, ferculi ſcilicet aut lecticæ, vel interiora thenſæ) *charitate conſtrauit*, id eſt,rubinis,qui ſymbolicè prunas charitatis repræſentant,prorſus differat. Pagninus vertit: *Medium eius ſuccenſum amore*, ſed de prunis ignitis,id eſt, de carbunculis præſtantior eſt intelligentia. Atque id ſignificat in noſtro: *Media*, ſiue *medium charitate conſtrauit*. quod vertit quinta editio: *medium eius calculis cõpoſuit*. Septuag. *In interiore ipſius Litoſtroton ipſam dilectionem.* Eſt autem *Litoſtroton* opus vermiculato emblemate, vel incruſtatione lapillorum quaſi teſſellatum: quomodo Ambroſ. Theodoret. & Nyſſen. vt refert Delrius, acceperunt. At Hebrea vox ignitas prunas,quod carbunculis quadrat, maximè deſignat.

Rubinis ſignificata Charitas.

Lithoſtroton, quid?

Propter filias Ieruſalem. Hæc videntur ad eum dicta modum, quo ferri poſſet de eleganti amatore, eum ſe die quodam ornatiſſimum propter eas,quas in amore habet,exhibuiſſe: id eſt, vel vt illæ pretioſis ornamentis ſe oblectarent; vel vt is opes & potentiam apud illas oſtentaret. Et poſſunt hæc: *Propter filias Ieruſalem*, referri duntaxat ad carbunculos: quaſi voluerit Salomon, prunas in medio lecticæ amoris erga filias Ieruſalem ſui documentum effulgere.

Iam in triumpho Chriſti, nimirum in exercitio Chriſtianæ religionis Romæ publicato, ſymbolum fuit elegantiſſimum ferculum ex lignis Libani,hoc eſt, ex cedris, materie incorruptibili: vt ſignificaretur, pacem & triumphum Eccleſiæ eos mille annos,quos celebrat Apocalypſis,duratura. Et vide an quadret, vt ex cedris Libani ſit idem atque ex Romanis ſubiugatis: qui quidem ob ſuperbiam & faſtum lignis Libani aliàs non ſemel comparantur. Porrò ſuperiora lecticæ aut cœlum (præmium gloriæ nimirum in cœlis reſpondens) columnis fulciuntur ex argento, legis vtique diuinæ,& ſacræ Scripturæ veritate. vide illud Pſal. 11. 7. argentum igne examinatum, & cætera. Reclinatorium, id eſt, vbi dorſum quieſcit,denotat requieſcere Chriſtum in Eccleſiæ charitate. Purpureum ſedile deſignat Chriſtum eſſe agnitum regem animarum. Ac demum rubinorum ſplẽdor id repræſentat, quod bonus hic Dominus tanta hac gloria ac maieſtate planè regia circumdatus amore ſuæ Eccleſiæ tunc exardeſcat: id quod manifeſtè docet Sacramentum Euchariſtiæ ſanctiſſimum,cuius publica veneratio publici religionis Chriſtianæ exercitij magna pars eſt.

Triumphalis Chriſti ſella ex cedris ob durationem.

Vel ex Romanis ob typhum.

Columnas & argentum diuina lex, veritas ſacra Scripturæ.

Aureum reclinatorium Charitas Eccleſiæ.

In ſedili purpureo regia dignitas Chriſti.

Ardentes rubini ſymbolũ Chriſti Eccleſiam ardentis.

Id Euchariſtia abundè docet.

11. *Egredimini & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.* Hactenus in hoc Cantico nunquam Eccleſiæ vel inditus eſt ſponſæ titulus,vel actum de Chriſti cum Eccleſia matrimonio. Atque ita quæ amatoria vltro citróque iactata ſunt, nuptias ſpectabant. Verùm ad hunc vſque locum non aduenerat deſponſationis dies. Quod ſi cantici inſpecta ſerie his nomine deſponſationis ſignificaretur, vel Incarnatio,vel paſſio Chriſti,debuiſſet hoc multo ante tractatum eſſe.

An hic de Incarnatione vel paſſione Chriſti.

Notandum ergo,illa Ioannis Apocal. 19. 7. *Gaudea*

Digitized by Google

deamus & exultemus: & demus gloriam ei (Deo) *quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe*, hoc reſpicere haud dubiè. Sicut igitur cõtextus Apocalypſeos, de quo nos ibi, euidens relinquit, deſponſationem & nuptias, de quibus illic Ioannes, minimè eſſe Incarnationem Chriſti, aut paſſionẽ, ſed potiùs celebritatem illam exercitij publici religionis Chriſtianæ. Ad cuius ſignificationem ſacra Scriptura deſponſationis metaphoram vſurpat, & cum ait Chriſtum publicè duxiſſe Romanam Eccleſiam in vxorem, hoc quidem vult Eccleſiam Romanam reginam eſſe, peractámque eſſe, publicam deſpõſationis huius celebritatem, cum Roma ad Chriſti fidem publicè cõuerſa eſt. Ita verò aio ſenſum noſtri huius canticorum loci eumdem prorſus eſſe. Et meo quidem iudicio auctorem habet hæc expoſitio S. Ioannem Euangeliſtam: quam ſeries tota vehementer confirmat.

Senſus huius loci erutus ex Apocal.

Diadema Chriſti ſponſi quid doceat.

Diadema, de quo noſter contextus, deſponſati eſt, ait enim: *In diademate quo coronauit eum mater ſua* Et conſtat ex Iſai. 61. 10. corollas aut ſerta olim ſponſis imponi ſolita. dicitur enim, *quaſi ſponſum decoratum corona.* Et fortè ex myſterio fuit in Cantico non ſertum appellari, ſed diadema: illud enim Chriſtum declarauit vniuerſalem imperatorem. Et locus item Iſaiæ de publico exercitio veræ religionis in orbe vniuerſo agere videtur.

Imponi ſolitũ à matre

Mater Chriſti prææuaricatore Euãgelij.

Cùm autem diadema hoc ipſi impoſitum à matre, verùm eſt quidem ad Bethſabeam, quæ egit vt Salomon regnaret, alluſionem fieri: & illud fortaſſe ipſa in diſpenſationis die impoſuit, quod id forſan ad matres attineret. Verùm in ſenſu principali mihi pro comperto eſt, matrem Chriſti nominari prædicatores Euangelij: quibus eam gloriam, quod diadema illius deſponſationis, de qua Apocal. agit, impoſuerint Chriſto, attribuit ſacra Scriptura. Lege SS. Hiero. & Greg. ad illud Matth. 12. 50. *Ille meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Hieron. ita loquitur: *Iſti ſunt mater mea, ait Dominus, qui me quotidie in credentium animis generant.* Gregor. homil. 3. in Euangel. *Sciendum*, inquit, *nobis eſt, quia qui Chriſti ſoror & frater eſt credendo; mater efficitur prædicãdo. Quaſi enim parit Dominum, quem cordi audientium infuderit; & mater eius prædicando efficitur, ſi per eius vocem amor Domini in proximi mente generetur.*

Qui Chriſto lætitiæ dies?

In die lætitiæ cordis eius. Ecquis ambigat, Romæ conuerſionem, quæ poſt reſtitutionem totius mundi, fuit Chriſti facinorum longè pulcherrimum, lætitia ipſum eximia cumulaſſe? Addo quin etiam, quod tantam inde lætitiã perceperit Chriſtus, deſponſationis ipſius diem appellari. Et ad nuptias Salomonis cum filia regis Ægyptij alluſum perſpicuum eſt.

An Beatiſſ. Virgo intellecta per hãc matrem coronantem.

Si quis autem dicat Romanæ conuerſionis gloriam communi Dominæ, Mariæ ſcilicet debeberi, atque etiam fundationem Romanæ Eccleſiæ in Apocal. vt partum filij maſculi figuratam, atque eius partus felicitatẽ attributam caſtæ Lucinæ, Lunæ nimirum, quæ Sionem matrem parturientem ſuſtinebat; equidem non recuſo. Sed verò haud eſt idem infantis prodeuntis Lucinam eſſe, atque eſſe matrem ſponſi.

Qui locum hic habeat Incarnatio & Paſſio.

Ac demum vt duplici ei declarationi communi quidem, quod Incarnatio, vel paſſio ſit dies deſponſationis, detur in contextu locus, dici poſſet non incongruè, in die qua triumphatrix Eccleſia celebratur, inuitari frequenter fideles ad contemplationem & Incarnationis filij Dei, in qua coronatus eſt à Virgine matre, & paſſionis item

A eiuſdem, in qua ſpinea corona à ſynagoga redimitus eſt.

Ad pleniorem tamen harum Chriſti nuptiarum intellectum pono ſequentem annotationem.

Annotatio vnica pro hoc verſ. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion*, &c. & pro ſuperiore 4. *Introducam illum in domum matris meæ*, &c. cuius verba ſunt etiam cap. 8. verſ. 2.

Notarunt iam nonnulli huius locutionis, qua
B dicitur ſponſus in domum ſocrus ſuæ introductus, præcipuum eſſe ſenſum de ſpirituali perfectiſſima Eccleſiæ cum Chriſto coniunctione: atque ad eã allegoria conſummationis matrimonij Spiritũ S. vti, hancque conſummationem vtriuſque itione ſponſi ad domum & cubile matris ſpõſæ decentiſſimè ſignificari. Aduocant ad rem factum Iſaaci ex Geneſ. 24. Ita nos quoque ſuperiùs expoſuimus; ſed aperiemus nunc dictis aliquot, quid in hac re fuerimus meditati.

Introductio ſponſi & ſponſa in diuerſam domum arcana.

Primum ſit, dubitandum non eſſe, quin habeat plurimum arcani, quod dicatur interdum ſponſus domum ſuam detuliſſe ſponſam; & hæc interdum in domum ſuæ genitricis ſpõſum detuliſſe.
C vide cap. 1. 3. *Introduxit me rex in cellaria ſua*, cap. 2. 4. *In cellam vinariam.* quæ cella aut cellaria erant in domo ſponſi haud dubiè. At cap. 3. 4. & cap. 8. 2. dicitur ſponſus introductus in domum ſocrus ſuæ.

Ritus diei nuptiarum.

Secundùm matrimonij publici ſolennitatem in eo poſitam, vt ſponſus nuptiarum die ſponſam celebri comitatu perferret domum ſuam. Inde dictum, vxorem ducere. Hoc Geneſ. 24. ſignificatur cum induxiſſe dicitur Iſaac Rebeccam in tabernaculum matris ſuæ. Nam tabernaculum illud erat, quod Iſaac acceperat hæreditate, & quaſi pars erat præcipua domus ſuæ.

Deferenda ſponſa in domum ſponſi.

Tertium, vbi de publico matrimonio & nu-
D ptiis actum fuerit, tametſi ſponſæ deductio ad domum ſponſi non exprimatur; eo tamen ipſo quod dicatur vir duxiſſe feminam; ibidem, quod eam domum ille ſuam adduxerit, perhiberi. Id enim eſt vxorem ducere. Atque ita Cantic. 3. fine, vbi de Salomonis deſponſatione agitur, ſignificatur haud dubiè, quod myſticus Salomon domum ſuam tranſmiſerit ſponſam ſumma cum frequentia & apparatu. Neque enim deſponſationis nomen, vt patet, & ex Hebræa voce & contextu, ſponſalia denotat, ſed nuptias & publici coniugij ſolemnitatem. Ac ſimiliter Apocal. 19. vbi dicitur: *Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe*, ſignificatio eſt minimè dubia, vxorem Agni in domum Agni ipſius & ab ipſomet Agno cum pompa celebri fuiſſe deductam.

& de ſponſo in domum matris ſponſa.

E Quartum: hanc phraſin, quod ſponſus & ſponſa in domo matris ſponſæ conuenerint, ad ſignificandam ſecreti matrimonij coniunctionẽ, aptiſſimè deſeruire. Etenim, ſi ad publici matrimonij ſolemnitatem ſpectat, in ſponſi domum deduci ſponſam frequentiſſimè; apparet ſtatim, vt vtriuſque ſine pompa & ſolemnitate coniunctio deſignetur, cum energia dictum, eos in domo matris ſponſæ conueniſſe.

In Cant. matrimonium publicum & ſecretum.

Habemus itaque in hoc Cantico allegorias pro ſecreti matrimonij ſignificanda coniunctione, duas diuerſas; vnà declaratur coniunctio in vina-

tia

Digitized by Google

ria cella, altera in domo matris ſponſæ. Et hæc ſecunda bis poſita eſt cap. 3. 4. & cap. 8. 2. Ad hæc, allegoriam habemus aliam matrimonij ſolemniſſimi, in ſponſa regia & pompa & magnificentia in ſponſi domum deducta fuit. Porrò exacta ſacræ literarum enunciatio rationem huius differentiæ publici & ſecreti matrimonij poſtulat ſatisfacientem. Rurſus in ſecretis matrimoniis quæ ſit hæc coniunctionis diuerſitas, nunc in ſponſi cella vinaria, nunc in domo genitricis ſponſæ.

In ſecreto diuerſitas.

Omnium matrimoniorum declaratio.

Pro horum omnium enucleatione ex Acoluthia huius libri noto primò publica Chriſti cum Eccleſia deſponſatione (de qua cap. 3. fin.) honorem, quem Chriſtus Romanæ habuit Eccleſiæ in publico Chriſtianæ religionis exercitio, deſignari. At per coniunctionem ſponſi cum ſponſa in cella vinaria (de qua cap. 2. 4.) vnionem Chriſti cum Eccleſia primitiua. Vnionem verò Romanæ Eccleſiæ cum Chriſto ante publicum religionis catholicæ exercitium, per coniunctionem ſponſi cum ſponſa (de qua cap. 3. 4.) in domo matris ſpõſæ. Ac demum per ſimilem alteram vtriuſque cõiunctionem (de qua cap. 8. 2) ſignificari vnionem Eccleſiæ religioſæ cum Chriſto per vitæ religioſæ in miſſionibus Apoſtolicis perfectionem.

Coniugij ſolemniſſimi Chriſti cum Romana Eccleſia allegoria.

Noto ſecundò, ad eum honorem, quo in publico Chriſtianæ religionis exercitio Romanam Eccleſiam affecit Chriſtus, ſignificandum, allegoriam matrimonij publici, in quo ſumma cum pompa deducta eſt Eccleſia Romana in domum ſponſi, & regina declarata totius regni, inſignem fuiſſe. Vidimus hoc Apocal. 19. & ſuperiùs ad finẽ huius c. 3. Porrò allegoriæ huius præſtãs elegãtia in eo conſiſtit primùm, quòd Eccleſia tũc Romana publicaretur Eccleſiarum caput. vbi ex Briſſon. de formul. fo. 741. notandum, quod vxoris appellatio ſit *Domina vxor*. l. vxorem. ff. de legat. 3. & *Domina ſanctiſſima*. l. Titia §. Qui Mæuo ff. de annu. legat. Deinde, in celeberrima huius publicationis ſolemnitate, ſummis Pontificibus ad tẽpla, vt peragerent diuina officia, verbumque diuinum cunctis exponerent ingenti cum auctoritate, ingredientibus. Ac in eo demum quod hæc ipſa publicatio conuiuium fuit apparatiſſimum, ad quod mundi regna omnia ſummâ cum ſolemnitate, quo intereſſent nuptiis, reipſa inuitata sũt: atque ea, ſacrâ fide receptâ cõuenerunt. Et quamquam verum ſit, plura ante publicum Chriſtianæ religionis exercitium fuiſſe ad Deum conuerſa; præ iis tamen, quæ poſt conuerſa ſunt, & conuerſionis publicæ conſiderata ratione, iure quidem optimo publicum religionis Chriſtianæ exercitium nomen ſibi vendicat nuptiarum Agni. Atque ad matrimonij huius comparationem facilè perſpicitur, tam vnionem Chriſti cum eadem Romana Eccleſia ante publicum exercitium; quã alteram cum Eccleſia primitiua, vbi primum ea Spiritum S. accepit; tertiam demum, cum Eccleſia religioſa in miſſionum eius perfectione; perſpicitur, inquam, has omnes vniones illi primæ collatas eſſe matrimonij ſecreti conſummationes, cum nuptiæ itidem abſconditæ ſint. Notum eſt tamen huiuſmodi ſecreti matrimonij coniunctiones ſolere non ex minore eſſe amicitia, ſed interdum ex maiore.

Proprietates illius.

Vnio Eccleſiæ primitiuæ cum Chriſto per aduentũ Spiritus S. deſignata coniunctione in vinaria cella.

Tertiò noto, vnionem Eccleſiæ primitiuæ cum Chriſto per ſponſi & ſponſæ in vinaria cella coniunctionem appoſitiſſimè deſignari. Nam licèt non fuerit tunc publica ſolemnitas, & celebritas publici matrimonij, neque euecta ſponſa ad ſuum thronum; ſed enim tanta fuit cœleſtis ſapientiæ improuiſo infuſæ, & diuinæ virtutis euidentia, vt fuerit admirabilis allegoria, eam ſponſi & ſpõſæ coniunctionem repræſentari factam in vinaria ſponſi cella. nimirum ita exprimuntur ingẽs cordis lætitia, alacritas, ſuprema virtus, mirabilis ac diuina prorſus eloquentia, quibus illic Apoſtoli fuerunt inſtructi. Et hoc quidem ex parte euidẽs factum fuit, quod ſponſus domum ſuam aſportauerit ſponſam; ſi non cum ſolemnitate, ac frequentia, quam poſtulat allegoria matrimonij publicè facti, ſponſæque reginæ Orbis euulgatæ, & in thronum euectæ; certè quod ad cœleſtis vini apothecam deduxiſſet, eámque mero illo ingurgitaſſet.

Quid per vnionem in domo genitricis ſponſæ primam.

Quartò noto, vnionem Romanæ Eccleſiæ cum ſponſo ſuo ante publicum religionis exercitium deſignatam per coniunctionem ſponſi cum ſponſa in domo matris ſponſæ fuiſſe quàm eleganter. Nam licèt ea fuerit amicitiæ fructiſſima coniunctio; cæterum cum celebritate nuptiarum per publicum religionis exercitium comparata cõcipitur aptè vt priuata, & eo facta tempore, cùm nondum acceſſerat opportunitas & ſolemnis cõiugij, & externæ auctoritatis, illius, quæ in reginam & dominam aulæ ſponſi electa. Præterea cũ re ipſa Eccleſia Romana fuerit filia primitiuæ, hic illius ingreſſus cum ſponſo in domum matris, allegoria eſt rectè ſignificans, quod ea imitationem primitiuæ Eccleſiæ fuerit profeſſa: quæ nimirum proxima fuit diſpoſitio, vt ea profecta cum Chriſto vnione potiretur. Nota ad hæc, Eccleſiam primogenitam delatam fuiſſe ad vnionem cum Chriſto ex improuiſo, non præmiſſa certè multiplici eius diligentia: Romana verò ad id fauoris multiplicem ardentémque adiuta cœlitus operam contulit. Atque hoc eſt, quod ſumma cum proprietate ſignificatur, cùm ea ſponſum inquirit, apprehendit, & ſeriò affirmat: *Tenui eum: nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Et huc figura coniunctionis in domo matris ſponſæ, ea perurgente, venit appoſitiſſima.

Quid per ſecundam?

Noto denique quintò, vnionem Eccleſiæ religioſæ cum Chriſto per charitatis perfectionem (in miſſionibus ſcilicet) licèt arctiſſimæ amicitiæ ea ſit, eſſe itidem vnionem ſecreti matrimonij: ſponſa enim (vt ſic) cum externa pompa & maieſtate ad domum ſponſi non deducitur: reginæ auctoritas, quam in hac vita à Deo negatam habet, ei non defertur: celebritas huius coniugij non ita vniuerſalis eſt, ac conuerſio Romæ, & publicum religionis Chriſtianæ in Imperio exercitium. Quatenus verò religioſa Eccleſia primitiuam imitetur, & diuino auxilio ſtrenuè ad potiendum perfecta cum Chriſto vnione incumbat; eædem ſunt in hac parte rationes quæ in vnione Romanæ Eccleſiæ cum Chriſto ante conuerſionem Romæ. Et præſtat fortaſſe in hac parte Eccleſia religioſa nonnihil: id quod videtur textus indicaſſe repetens hîc verſum illum: *læua eius ſub capite meo, & dextera illius*, &c. Atque ita ex eleganti hæc religioſæ Eccleſiæ vnio cum ſponſo facta repræſentatur, ea inſtante, & in matris ipſius domo.

CAPVT

CAPVT IV.

De laudibus Eccleſiæ Romanæ antiquæ.

NOn habet ſectiones hoc caput, quod totum ſponſus in laudibus ponit Romanæ Eccleſiæ antiquæ.

Verſ. 1. *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

Acolvthia.

Statim porrò ſponſus in eiuſdem Romanæ Eccleſiæ ſibi iam elocatæ laudibus exultat: ſed fidei caſtitatem & deuotionis excellentiam in ea laudat ſingulariter.

Commentarivs.

Fidei candor per oculos columbæ.

Quàm pulchra es, &c. *oculi tui columbarum* Ad caſtitatem fidei optimè columbarum oculos applicari, quis non videat? ſuum columba ſponſum aſſiduè reſpicit, ſuſpicit, re alia quacumque pluris facit, & boni aliud quodlibet ne vult quidem agnoſcere.

& faciei velum.

Iam illa, *Abſque eo quod intrinſecus latet,* commodè ſignificant velum faciei ſponſę: & hoc eiuſdem fidei caſtæ perfectioni denotandæ, mirificè deſeruit. id enim eſt cauſæ, cur nupta obuelet faciem: nempe vt alium quam ſponſum minimè aſpiciat, neque ab alio aſpiciatur. ſed ne in hac quis explicatione reſiſtat, pro hoc loco & aliis, vbi eadem habemus verba, ponenda hîc fuit ſequens annotatio.

Annotatio pro illis cap. 4. v. 1. *Abſque eo quod intrinſecus latet*, quæ repetuntur eodem cap. v. 3. & cum eodem modo Hebraicè legantur cap. 6. 6. hîc vertit vulg. *Abſque occultis tuis.*

Præpoſitio mibaghad variè reddita.

His tribus in locis legitur Hebr. מבעד לצמתך & mirum eſt ſanè, quàm in horum tranſlatione varient interpretes. Nam præpoſitio illa, *mibaghad* redditur & *intra* & *extra*: cùm vertant quidam, *Intra comam tuam*, alij: *extra taciturnitatem tuam.* Neque verò ex aliis locis tuam verſionem iuues, cùm non repetiatur alibi hæc præpoſitio: ea coaleſcit ex tribus, & videtur huic dictioni aptè reſpondere, *deinſuper.*

Multa varietas in Samath.

Sed in altera dictione plus adhuc deſidij: ea eſt (ablatis & præpoſitione *lamed*, & *che* pronomine fœminino) *ſamath.* Et huic quidem voci hi turpem, illi pulchrum ſignificatum (alios omitto nunc) attribuunt. nam eam S. Hieronym. Iſai. 47. 2. transfert *Turpitudo.* Quinta verò editio in hoc Cantico vertit: *Ex multitudine pulchritudinis tuæ.* Varietas tranſlationis exiſtit ex reductione vocis ad diuerſam radicem. nam volunt alij literam ת radicalem eſſe, alij ſeruilem. Pagn. & Merc. ex eo dicunt nō eſſe radicalem, quod מ habeat punctum

A daghes: ſed alij negant hanc eſſe rectam pūctationem. Quibus eſt radicalis, ducunt à verbó צמת: at quibus ſeruit ת, non omnes trahunt ab eadem radice. nam quidam, vt S. Hieronym. faciunt literam ת formatiuam participij fœminini, dicuntque ſignificare ſitiens à verbo צמא quod eſt *ſitire.* Alij volunt ת, poſitū pro ה. quemadmodum fieri docet lex Hebrææ Grammaticæ, cùm nomini in ה finito additur pronomen affixum, atque adeo nomen eſſe צַמָּה à verbo צמם, eoque ſignificari comam, cæſariem. Ita Pagn. & Merc. ex RR. Dauid & Abraham.

Nominis צמה vel צמת ſex explicatus.

His præiactis, quæ nomini huic attribuuntur ſignificationes, hæ omnes ſunt. Prima, *Operimentum velamen.* ita explicarunt Septuag. in illo Iſai.
B 47. 2. & Symmach. in Cant. cap. 4. 3. & cap. 6. 6. & etiam R. Ionah. quibus adhærent Forer. & Delr. conatur autem hîc eodem ſpectare Theodotionem. Secūda eſt, *Taciturnitas.* Ita Septuag. in Cant. omnibus tribus locis. & Symmach. in Iſaia, quam ſequitur S. Ambroſ. Tertia eſt quintæ editionis vertentis hoc Cant. 4. 1. *Ex multitudine pulchritudinis tuæ.* Quarta eſt, *Turpitudo.* Hæc eſt vulgati interpretis Iſai. 47. 2. quam illic aſtruit S. Hieronym. contendens conformem eſſe ſeptuaginta Interpretibus, Symmacho, Aquilæ & Thodotioni: intelligit verò per turpitudinem pudendum fœminæ, quod ſitiens appelletur. Et licèt velit Delrius Hieronymum excuſare, quod ex aliorum
C opinione loquatur: verùm id non ita eſſe, videtur planum, attentè legenti. Quinta R. Salomonis, quam etiam Forer. & Delrius ſequuntur, eſt *vitta ſeu faſcia, conſtrictio*, aut ligamen. ponit hæc literam ת radicalem à verbo צמת, id eſt, ſuccidit, conſtrinxit. Sexta denique RR. Abrah. & Dau. quæ Pagn. Merc. & Ariæ placuit, eſt, *coma, cæſaries, capilli*, aut *crines.* Nunc ego per dicta aliquot meum in hac controuerſia ſenſum expromam.

Expoſitio de cæſarie, inuentum Rabbinorum.

Primum eſt. Hunc ſextum explicatum Rabbinorum eſſe recentium commentum, omni prorſus carens veriſimilitudine. Etenim hîc transferunt *Intra comam*, cogitantes picturam eſſe fœminæ demittentis ſupra faciem partem crinium, qui tegant aliquid ex oculis & maxillis, habeantque
D inſtar velaminis. Sed enim hoc, vt ex antiquis patet interpretationibus, fictum eſt merè gratis.

Faſcia hîc non ad rem.

Secundum, qui exponunt faſciam vel conſtrictionem, ad rem non loqui; & inuentum hoc eorum eſſe, qui in duobus his locis pro genis tempora tranſtulerunt, quod alibi oſtendo eſſe valde abſurdum. Cùm ergo genæ ſignificent maxillas; quid genis cum faſcia vel conſtrictione?

Quid de explicatione S. Hieronymi.

Tertium, quod hoc nomen muliebre pudendum ſignificet, validiſſimè, nec inuito nunc, vt credo, S. Hieronymo, à recentioribus impugnatur, ita vt ea explicatio minimè remaneat, iudicio meo probabilis.

Explicatus Iſaias.

Quartum, habere nihilominus rectè in Iſaia 47. 2. *Denuda turpitudinem tuam.* Etenim, quamuis
E Hebræa vox ſignificet operimentum in hoc Iſaiæ, vbi redditur *turpitudo*, habet cōuenientem explicatum & hunc duplicem. Nā cùm dicitur Babyloni, vt à ſe amoueat tegumentum, vel eſt ſenſus, vt caput detegat: atqui diſco operire caput, turpe eſt in muliere, & ignominioſum. Vt bene Delrius ex Paulo. Aut fortaſſe nomen operimenti in Iſaia ad ea refertur, quibus teguntur pudenda, & ſenſus erit: Babylonem perinde ac meretricem opprobrio habendam, redigendamque in infamis ſeruitij conditionem. atque ita idem

eſt,

eſt, *denuda turpitudinem*, vt bene Forerius, quod, Exue te operimento. Tertia poteſt eſſe Iſaiæ declaratio, præcipi Babyloni, vt ea ſuæ faciei fœditatem velamine ablato, demonſtret: poſito, eam fœdam eſſe, & ex triſtitia, fœdiorem reddi. Obiicies, cùm Hieronymus interpres ſit Vulgatæ; hanc quo ille intellexit modo, nos quoque intelligere neceſſe eſt. Reſpondeo S. Hieronymo affuiſſe Deum inſigniter in tranſlatione Vulgatæ; non ita verò in eiuſdem commentatione, quo minus aliquando poſſet à vero deflectere.

Diſcrimẽ inter D. Hieron. interpretantem & commentantem.

Quintum dictum eſt, ſignificationem primam Septuaginta interpretum, Symmachi & R. Ionæ & certiſsimam eſſe, & appoſitiſsimam ad Vulgatæ enarrationem. Horum enim: *Abſque eo quod intrinſecus latet*, intellectus hic eſt: ſponſæ & oculos & purpuram maxillarum, modeſtiæ & pudicitiæ argumentum, eſſe ſponſo quam gratiſsima; haberéque gratiæ acceſſionem, quòd eæ partes velatæ eſſent. Atque id eſt: *Abſque eo quod intrinſecus latet*. nimirum: Præterquam quòd oculi & maxillæ tecta ſunt: quod etiam modeſtiæ & pudicitiæ ſponſæ æſtimandis conducit. Sponſa itaque cum velamine ad faciem, quod & nunc quoque geſtant apud Gallos principes fœminæ, cogitanda eſt. Quo facit illud Geneſ. de velamine oculorum. Et eo fortè in nuptiis perinde quaſi monialibus velandis ſpectatum eſt.

Expoſitio vera de faciei velamine.

Horum porrò verborum verſio cap. 6. 6. nempe, *Abſque occultis tuis*, occultior eſt aliquanto, ac difficilior. Sed enim præſtat verba impropriè accipere, quàm improprium ſenſum habere. Hæc itaque, *Abſque occultis tuis*, idem ſignificant, quod præter occultationem, earumdem ſcilicet genarum.

Sextum eſt, ad hanc primam explicationem, quam ſecuti ſumus, facilè poſſe primam adduci, ſi ſupponatur, velum ſupra faciem extendi, vt nec fœmina loqueretur cum aliis, nec ipſam quis alloqueretur. Quare quæ nulli ſe niſi marito volebat oſtendere, cum velabat faciem, præferebat, nemini ſe alieno locuturam. vnde apparet facile, hæc intra operimentum, & præter taciturnitatem ſenſus eſſe planè eiuſdem, nimirum: Oculi, ô ſponſa, tui caſtitatem & modeſtiam præ ſe ferunt: atque idem præterea præferr, velatam te eſſe, nolléque quempiam alloqui. Neque habet aliquid violentiæ, id velum, quo geſtato, loqui non licebat, ſilentium appellari. Noſtra autem tempeſtate quædam ſe, malum, tegunt mulieres, vt arrogent ſibi cuiuſcumque libuerit, alloquendi licentiam.

Non diſſentit quæ eſt de taciturnitate.

Septimum, non eſſe cur in tranſlatione illa quintæ editionis, ſcilicet, *Ex multitudine pulchritudinis tuæ*, laboretur; ſed inde ortam illam fortaſſe, quòd faciem velo tegi, cauſa fuerit, vt celaretur præſtans pulchritudo.

Quidque de pulchritudine?

Octauum, videri certum Septuaginta & Symmacho fuiſſe nomen *Samath* cum *thau* radicali, nempe à verbo *Samath*. nam licèt verbi huius ſignificatus ſit ſuccidere, vel excidere, & nomen *Samath* ſit ſucciſio; ſed videtur hoc nomine per analogiam quandam appellatum velum: quoniam id quod tegitur, diuiſum & quaſi abſciſſum, ne cerni queat, videatur.

Nomen Samath pro velo, vnde?

Nonum eſt, me non diſpicere, quo pacto explicatio Delrij & aliorum hæc: *Abſque eo quod intrinſecus latet*, ad animæ pulchritudinem referentium, cum ea cohæreat certitudine, qua habetur, ſonare ad verbum Hebræa: *Oculi tui columbarum intra operimentum*, ſeu *genæ tuæ pulchræ intra operimentum*. Adde, his omnibus encomiis pulchritudinem animæ ſpectari: quî ergo dici queat, laudari oculos, & genarum purpuram, internam verò honeſtatem præteriri? cùm ſpectato ſenſu honeſtas interior eſt, quæ commendatur.

An his proximè ſpectetur interior honeſtas?

Decimum, quamuis operta concipiantur non modò oculi & genæ, ſed etiam naſus & os; fuiſſe tamen id ex elegantia notatum, cùm fiebat de oculis & genis ſermo, non verò cùm de ore & naſo. Oculis enim caſtitas & pudicitia ſponſæ repræſentatur, & genis verecundia. Fuit autem ad vtrumque valde appoſita veli mentio; ad os autem & naſum, eorum attenta ſignificatione, non item.

Cur mentio veli in oculis & genis?

Vndecimum tandem dictum eſt, vbi fuerit ſtatutum, velo tectos fuiſſe ſponſæ oculos, facile ſtatim apparere, non conuenire loco vigilantiæ ſignificationem, *ſed potius caſtitatis & fidei. De ſponſi autem oculis diuerſa eſt conſideratio.*

Velati oculi non apti ad vigilantiam.

Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. Pono, de promiſſo capillamento tractari, quia *Mulier ſi comam nutriat, gloria eſt illi*. 1. ad Corinth. 11. 15. Porrò crines huiuſmodi prolixos, deuotionis, qua ſe quis dicat ac conſecrat Deo, ſymbolum eſſe, nemo inficietur. Hoc quippe erat Nazaræorum inſigne, iuxta id Numer. 6. *Vir, ſiue mulier cum ſe voluerint Domino conſecrare, omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit ſuper caput eius.* Iam verò petita ex caprarum grege comparatio mirabilis eſt in ſermone paſtoritio ad emolumentum ingens exprimendum. Lege Plin. lib. 8. cap. 50. Et videtur non dubia res natas & altas in monte Galaad capras reliquis excelluiſſe, adeóque fructus fuiſſe copioſioris. Ac mutilæ erant illæ fortaſſe, quia mutilis, vt notat Plinius, lactis maior vbertas. Ad hæc, deuotio hæc quanto Eccleſiæ robori ſit, Samſonis crines ſeptem (de quibus Arias Mont. conſulendus) optimè repræſentant; ſicut vtilitatem coma Abſalonis. Ac demum huius comparationis ſignificatio ea eſt, quam Paulus 1. ad Timoth. 4. 8. expreſſit, cùm ait: *Pietas ad omnia vtilis eſt.* Græcum εὐσέβεια pietatem notat, religionem, deuotionem.

Hi capilli deuotionem notant.

Quid præſtet deuotio?

Neque verò huius deuotionis pars exigua ſunt libri pij, magnæ illi quidem vtilitatis: quos item capilli ſponſæ Chriſti figurant. Etenim capilli quaſi filij ſunt capitis, cuius etiam ſuo ſpirituali modo libri filij ſunt.

Capilli quoque libri ſpirituales.

Parui interim facio, quod fœmineæ comæ cum bono caprarum Galaadicarum pilo nonnulla interſit ſimilitudo. Enimverò perſpicuè video, rem eſſe ridiculam in comparationibus aliis hanc typi proportionem requiri; eſſe autem longè omnino nobilius & munus & effectum conſiderare. Si tamen amet hoc quiſpiam, poſſit dicere, eo alluſum in præſenti, quod in capris magni ſit longus pilus. Colligo ex Plin. qui de earum maribus inquit: *Mares armis quam villoſiſſimis probant.* Sicut in nobis decidunt crines ſuper humeros, cùm nimis excreſcunt.

Quæ ſimilitudo quærenda in his cõparationibus?

Aſcenderunt de monte Galaad. phraſin puto Hebræam ad denotandum ſpeciale caprarum genus. nam licet dicant Hiſpani contra *deſcendir de tal caſta*, ſed Hebrçis dictum videtur *aſcendere*, ex analogia nempe arboris & ramorum ex radice ſua aſcendentium. Quod ſi de itione ſit ſermo, quam-

Aſcenſus de monte refertur ad genus.

Digitized by Google

quam mons eſſet altus Galaad : verùm pergentibus inde Ieroſolymam, aſcenſione erat opus.

Verſ.2. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt inter eas.*

3. *Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce: ſicut fragmen mali punici, ita genæ tua, abſque eo quod intrinſecus latet.*

A c o l v t h i a.

Commendat diuitum eleemoſynas, prædicationis efficaciam, morum honeſtatem.

C o m m e n t a r i v s.

Verſ.2. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas.* Repeto quod ante dixi, qui docere velit, ad deſignandam materialium dentium bonitatem, aptam eſſe gregis ouium comparationem, illum in ſe recipere rem cum laborioſam, tum parum frugiferam. qui volet, adeat Legionẽſem & Delrium. Ac mihi ſanè dentium nomen officium diuitum Chriſtianorum repræſentat. ſciunt hi ſe quidem non ſibi duntaxat diuitias accepiſſe; ſed eas vti hilariter diſpertiantur, & cum egenis communicent, id ſuum eſſe munus: atque ita vt videantur nolle ſibi quidquam reſeruare; ſed illud tantum ſumere, quod obuenerit ex cõmuni partitione. Ad id autẽ docendũ comparatio petita ex dentibus, quorum non aliæ videntur eſſe partes, quã partire, hoc eorũ munus, hęc voluptas, nata profectò eſt comprimis. Recolẽdũ ex 2. ad Cor. 5. caput 9 vbi profertur id Pſalm. 111. 9. *Diſperſit, dedit pauperibus.* Adde id Eccli. 35. 10. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* & ad Rom. 12. 8. *Qui miſeretur in hilaritate.* Hanc porrò in eo labore, & partitione hilaritatem non ne deſignat mirificè ſymbolum dentium? ſoliditatem ac robur, quibus pollent, ad partiendum illi acceperunt: hic eos labor nitidos conſeruat, alacréſque.

Diuitũ munus ſua in egentes hilariter diſtribuere.

Ideo dentibus adumbrati.

Iam verò in re hac egregiè fuit allatus in comparationem grex ouium. Tritum illud Poëtæ,

Sic vos non vobis vellera fertis oues.

Repræſentat autem in velleribus diuitias ſacra Scriptura. Neque verò lætiores aliquando ſunt oues, quàm cùm vellus ponunt, ac præcipuè ſi tunc eis datur lauare. Horum facilis eſt accommodatio. Et notandum hîc ex Plin. lib. 8 cap. 48. oues Syriæ lana abundare. Præterea aſperitas verborum familiare ſolet eſſe vitium locupletum notauit Salomon Prouerb. 18. 23. inquiens: *Dices effabitur rigidè.* Vt autem ſignificaretur Chriſtianis moribus ac pietate vitium hoc curari, ſymbolum ouium manſuetiſſimatum quàm elegantiſſimum fuit.

Quam ad rem hanc ſymbolum ouium.

Præterea quemadmodum in comparatione oculorum cum columbis ad caſtos columbarum oculos pręcipuè reſpectus eſt; ita etiam fit ad dentes ouium in hac earum cum dentibus comparatione. Quæ eo maiore feruntur contentione ad comedendum, partiendum, victumque ad ſtomachum demittendum, quo neceſſitas maior eſt, ac præcipuè poſt tonſuram, poſt lauationem: atque eo magis ſi enixę ſint, & geminos; tunc ſanè auiditas mandendi ac manſitandi & intus ingerendi videtur fore infatigabilis. Iam cum actio dentium ſymbolum ſit eleemoſynæ, quam ſint hæc apta omnia facilè apparet.

& earum orexis.

Ac videtur res minimè dubia, fuiſſe in Syria moris oues à tonſura lauare: id ita verbis huius verſus ſignificantibus. Cauſa autem eſt tonſionem in ſolſtitio, vt Plinius docet lib. 18. cap. 27. fin. optimè fieri. Tunc verò apparet facile eas aquis immergi, quam fuerit delicioſum.

Communior tamen horum expoſitio eſt, vt dentibus partes doctorum deſignentur. ſed aptiora ſunt meo iudicio ad rem eleemoſynarum, quas Chriſtiani facultatibus pollentes exerceant. Et quidem doctoribus & concionatoribus proprium relinquitur vberum & labiorum, de quibus infrà, munus.

Frequenter horum intellectus.

Ad hæc notandum demum, quòd, qui abundant diuitiis, id ſine alicuius habeant detrimento, magnam eorum eſſe laudationem. Notabile autẽ ad hoc eſt, quod Plin. lib. 16. cap. 17. de ouibus inquit: *Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat, & depaſtæ quidem vel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt.* Aliæ animantes depaſtæ ſegeti valde nocent; at ouis dens paſcit abſque ſpicæ incommodo.

Diuites ſine damno alieno.

Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. In colore & gratia labiorum commodè adumbratur verborum ſuauitas. Verſatur porrò ſuauitas Chriſtianæ eloquentiæ in penetrando corde, & afficiendis animis rapiendiſque.

Vera eloquẽtia quæ

Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Satis probat hîc Delrius voce רַקָּה non ſignificari tempora, partem faciei, ſed quas Virgil. Apulei. poſt duodecim tabulas vocarunt genas, malas Plinius, quaſque hic ait eſſe pudoris ſedem. Porrò in ſermone paſtoritio quid aptius purpuræ faciei ex verecundia èxiſtenti deſignandæ, quàm purpura malogranati? ac quid aptius deinde ad morum honeſtatem, quàm faciei rubor, & verecundia? Pertinet autem ad verecundiam Chriſtianam quod ait Paulus: *Fornicatio, aut omnis immunditia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos;* publica item peccata non permitti. Auget etiam huius comparationis vim adiunctum faciei velum, cuius eſt verecundiam & modeſtiam exprimere. nam id afferri per illa, abſque eo quod intrinſecus latet, vidimus paulo ante ad v. 1.

Pudoris & verecundiæ ſymbolum.

Hîc verò aduertendum, malogranata reperiri, quorum cortex refert colore carmeſinum. Vidi ego, & fortaſſe huiuſmodi in ea regione proueniebant. Sed comparatio fragmen duntaxat requirit. Eſt autem mirabilis comparatio ab huius pomi colore deſumpta. Etenim ſicut grana, multa miróque ordine diſpoſita cortex ille pulcher malogranati concludit, ita etiam verecundia virtutes multas, quæ ſunt veluti quidam pretioſi rubini. Sic S. Ambroſ. & alij in ſymbolo malogranati ſocietatem virtutum contemplantur.

Notandum inſuper aptam eſſe illam conſiderationem poëticam, corticem granati præ pudore erubeſcere, quod agnoſcat ſe cuſtodem eſſe granatorum: hæc verò, quæ clauſa ſunt, tantum ipſi pulchritudine præſtare. Atque ita non alibi locatur melius verecundia, quàm in propriorum defectuum agnitione; attenta nimirum perfectione aliorum, ac pręcipuè ſi eos tibi commiſſos habeas. Cæterùm honeſtatis & pudicitiæ ſignificatio patet latiùs, nimirum ad adhibendum moribus vniuersè modum. nam qui erubuit, iuxta celebre dictum, ſalua eſſe omnia denunciauit.

Pudor vbi bene collocetur.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*

5. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.*

6. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

Acolvthia.

Martyrum victoriam, & miniſtrorum Euangelij admirabilem in perſecutionibus ſanctitatem deprædicat.

Commentarivs.

Verſ. 4. *Sicuti turris Dauid collum tuum, quæ*, &c. Laborioſum opus, parum ſolidum iuxta ac fructuoſum eſt, cogitare comparationem deſumptā à collo fœminæ mille nugis onerato, quæ vel ad modum ſint vmbonum ſplendentium, vel ornatus effulgentis, quem vulgò dicimus *argenteria*, in quo ſunt ſpecies ſcutulorum ex auro; fiūt quoque ex vitro alia armorum inſignia, quibus collū circumcingitur. Difficile mihi fit creditu tam eſſe antiquum hoc genus ornamenti, neque illud vniones aptè mihi repræſentant, quod textus præfert.

Quid notet collum collatum cum hac turre.

Equidem de collo torque inſignito exiſtimo ſermonem eſſe. Et referri hoc putaret quiſpiam ad illa cap. 1. v. 9. *collum tuum ſicut monilia*, vt cum ibi ſponſæ fuerit promiſſum collate quoddam elegantius, id enim fuit: *Murenulas aureas faciemus tibi*, &c. in ſignificationem videlicet gloriæ per triumphos obedientiæ comparandæ: cùm modò dicitur, *collum tuum ſicut turris Dauid*, idem ſit ac ſi diceretur, ſponſæ victorias & trophæa eſſe obtemperationis eiuſdem, iuxta illud Prouerb. *Vir obediens loquetur victorias.* Verumtamen aptius eſt vt hîc tractetur de libertate & victoria in præmium quidem obedientiæ, verùm alterius conſiderationis. Hæc enim non eſt Eccleſia primogenita, de qua cap. 1. ſed Romana, quæ triumphauerat per Martyres ſuos. Et trophæa quidem huc ſpectant. atque ex turre accepta comparatio erecto collo mirificè deſeruit. De quo inferiùs, cap. 7. verſ. 4.

Vſus Dauidica turris.

Eſt autem huius rei gratia aduertendum, videri turrem illā Dauidis vſus fuiſſe eiuſdem (vt hîc P. Delrius bene exponit) atque apud Romanos & Græcos erecta trophæa. Nam ſcuta illa & arma reliqua ex turre dependentia, cum ea eſſent, quæ à deuictis hoſtibus Dauid abſtulerat, trophęa quidē erant victoriarum eiuſdem. Hāc porrò turrim trophæorum, quam Dauid ædificauit, ædificaret quidem Saul, ſi obtemperaſſet Deo: ſed quia id nō præſtitit, ideo cœleſtis triumphator, Omnipotens nimirum eo vti noluit inſtrumento ad donandas ſuo populo victorias. Teſtatum id 1. Reg. 15. 23. *Pro eo*, dicitur, *quod abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus, ne ſis rex, & tradidit regnum tuum proximo tuo.* Et mox, *Porrò triumphator in Iſrael non parcet.* quia *Melior eſt* (vt paulò ante) *obedientia quàm victimæ.* lege reliqua. Expende hic grauiſſimam S. Leonis ſerm. 1. in naturali Apoſtol. Petri, & Pauli vocem, vbi triumphos, quos Roma ethi-

Trophæa ſuſpendere, proprium id obedientia.

A ca cum iis, quos Catholica geſſit, vocat in contētionē, & poſteriores anteponit, quoniā morigerā ſe & obſequentē Petro & eius ſucceſſoribus exhibuit. *Minus eſt*, ait, *quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubiecit.* Sunt autem victoriæ, quas obtinuit Roma, ſitæ innumeris Eccleſiis, quas illa poſuit per orbem totum, legatis quoquouerſus præconibus Euangelicis. Quod illa nunquam non præſtitit: noſtra enim memoria Sanctum Franciſcum Xauerium virum admirabilem ad Indos Luſitanorum legauit. Et quemadmodum Eccleſiæ, quas illic vir hic ſanctus inſtituit complures, trophæa ſunt exhibitæ Vicario Chriſti obedientiæ, quod quartum eſt Societatis

Quæ Romæ victoriæ?

B votum, ita etiam de aliarum Eccleſiarum fundatione philoſophandum eſt. Sic enim de Anglia, de multiſque prouinciis aliis triumphauit Roma.

Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis. Ea cogitatio, quæ ſponſæ reginæ pectori affingeret monile aliquod, in quo aurei duo hinnuli inter florentia lilia viſerentur, non haberet quidem violentiæ multum: verum enim nolim de huiuſmodi cōtendere arcana perſcrutantem. Enim verò perfacile intelligitur, hoc vberum ſponſæ ſymbolum admirabile eſſe ad buccinatores Euangelij deſignandos; eos maximè, qui verba habent ad recens conuerſos, & negotio conuerſionis ſtudent. Etenim lac quo

Vbera ſymbolum Prædicatorum.

C infantes aluntur, ſuppeditant nutrices expenſa ſui ſanguinis. De miniſtrorum ergo iſtiuſmodi mira ſanctitudine hic ſermo eſt.

Porrò vt repræſentarentur hi perſecutionibus gloriantes, cum hinnulis capreæ conferuntur, q. d. Haudquaquam nouum illic accidet, quod Euangelij cauſa exagitentur; cum filij ſint Chriſti, quibus in promptu eſt illud ſui patris, *ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Redeundum ad cap. 2. 7. vbi oſtendimus, caprearum in Cant. comparationem eſſe elegantiſſimam, & ad perſecutionem, quam Dei miniſtri propter Euangelium ſuſtinent, ſemper referendam. atque hæc planè gloria eſt miniſtrorum Euangelicorum.

Exagitatio hinnulis eos aſſimilat.

Horum deinde prædicatorum coniunctionem

D maximam & concordiam animorum egregiè adumbrat gemellorum cogitatio, vt fratres dicantur vterini. Ad hæc typo correſpondet, quod dicantur *duo.* nam & vbera duo ſunt, & hinnuli, quos edit caprea ſimul, duo item eſſe ſolent. Quod ſeruit concordiæ ſignificandæ, & binos miſit Dominus diſcipulos ſuos ad prædicandum.

Gemelli quia ſummum concordes.

Iam quod ſequitur: *Qui paſcuntur in liliis*, egregiè deſignat, quàm alieni ſint à quærendis ſuis commodis Apoſtolici viri; quippe qui non ſpectent aliud, quàm diuinæ gloriæ exaltationem & animarum bonum. Sed de his latè ſuprà cap. 2. verſ. 2. in Notat. de liliis, ſpeciatim loco 6.

Paſti liliis quia à ſuis commodis alieni.

Donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ. hoc eſt, de die, de nocte, abſque ceſſatione. vide cap. 2. 17.

E Hoc autem tam ad præcedentia refertur, quàm ad ea, quæ ſequuntur, ſcilicet, *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* & eſt adhuc ſermo de myſticis Eccleſiæ vberibus. Repræſentat autem optimè hæc locutio eam auiditatem, qua viri feruntur Apoſtolici & ad propriam mortificationē, & ad communicationem cum Deō per orationē. Et myrrha notari mortificationem, orationē verò thure, vtrumque notum eſt. Iam verò nemini appareat inuſitatum, quod de viris Apoſtolicis loquens Chriſtus non dicat, vadunt, ſed vadam.

Sēper aduerſi ſibi & ad Deum conuerſi.

S 2 conciſio

Digitized by Google

conciſio enim iſthæc eſt Hebrææ linguæ. Et Hiſpani etiam in laudatione alicuius in amore Dei feruentiſſimi dicere ſolemus: Auiditas illa ſacræ Euchariſtiæ: necnon voces illius ſic imitamur: Dator mihi Ieſus Chriſtus, quod ſignificantius eſt, quàm ſi dicatur: Inſtanter petebat, vt ſibi Ieſus Chriſtus daretur.

Verſ. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

ACOLVTHIA.

Addit immaculatam in multis conſcientiæ puritatem.

COMMENTARIVS.

Hæc pulchritudo de ritibus Eccleſiæ. Dici hoc aptiſſimè de intaminata conſuetudinum & ceremoniarum Eccleſiæ pulchritudine quis non videat? Æquè tamen perſpicuum eſt, hîc non affirmari, in particularibus perſonis nullum eſſe delictum; ſed maximæ eſſe gloriæ Romanæ Eccleſiæ, quòd omnes illius ceremoniæ rectæ ſint ac ſanctæ, laudabiles item omnes illius conſuetudines. Agitur verò de melioribus illis temporibus, & non de particularium perſonarum motibus, ſed de iis, qui in conſuetudines abierunt Romanæ Eccleſiæ. Et ſane antiquorum temporum imitatione nunc eſſet magnopere adnitendum, vt nullum Romanæ Eccleſiæ vſum meritò ſuggillare poſſent fidelès, nec infideles: nimirum inuigilandum eſt, vt ne abuſum aliquem ſiue cupiditas, ſiue reſpectus alius quicunque intrudat.

Sed placet tamen multò magis, vt hæc pulchritudo ad integritatem vitę, quæ in plurimis fideliũ eo eminebat tempore, quod hoc ſpectat vaticinium, referatur. Ad eum vtique modum, quo nũc in Religionibus maximè reformatis ne mendacium quidem ſimplex audietur rei cuiuſlibet cauſa. Neque verò contra hoc eſt, improbos ibi aliquos reperiri: laus enim congregationis ex eo quod in ea viget, atque adeo in plurimis ſplendet, petenda eſt. At in Iudaico populo nunquam eſt inuenta magna hæc laus, nam vel ipſe quidem Abraham mendacij nota non caruit. Vide ad Epheſ. 5. 27.

Verſ. 8. *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.*

ACOLVTHIA.

Hîc perfectam nouæ Romæ de Roma ethnica, ac de imperio vniuerſo victoriam promittit.

COMMENTARIVS.

Victoria promittitur de leonibus ac pardis montis Libani. Vt verba difficilia explanem & connectam; primum dico hunc eſſe illorum ſenſum: Mihi confidito, enim verò mea tu ope de leonibus ac pardis montis Libani, deque faſtigiis Sanir & Hermon glorioſum ages triumphum. Vbi aduertendum, pro primis illis duobus *veni, veni*, ſonare Hebraicè: *mecum, mecum*. Quæ locutio aptiſſimè deſeruit ingerendæ fiduciæ, quaſi ſponſus dicat, ite ſe cum ſponſa, adeoque tali auxilio ardua, quæuis complanatum iri. Ex quibus proditur ſtatim, hoc opus, quod ſuſcipitur, eſſe immenſi molimenti. Quare de venatu inito contra leones ac pardos

A montis Libani, ac contra faſtigia Sanir & Hermon (biceps fortè Libanus erat, & hæc duo illius capita) hîc fieri ſermonem, id certe planum eſt. Atque adeò ad rem non eſt, montem Libanum compellari effugiendæ cauſa difficultatis, vel Salomonis ædes, vel prædium iuxta Ieroſolymam, vbi rex ſoleret ruſticari. Certè Tertullianus. Gaudentius, Caſſiodorus, & alij citati à Delrio de Libano monte nobili ſermonem eſſe intelligunt; & alioqui vana eſſet Leonum & pardorum mentio. *Hoc eſt de idololatris Romanis.* Aio deinde, ſeruire aptiſſimè hanc allegoriam Romanæ Eccleſiæ in ſuis initiis excitandæ, promiſſionique victoriæ de Romano imperio idola hactenus colente. Nam licèt ſupponatur conceſſum

B iam Romanæ Eccleſiæ publicum Chriſtianæ religionis exercitium; adhuc tamen multum reſtabat negotij conficiendum. Liquet enim etiam poſt conuerſionem Conſtantini maiorem Romæ & Imperij partem idolis operari, vel certè potentiores; quandoquidem Iulianus auſus eſt Eccleſiam denuò inſectari: atque aptiſſimam eſſe huic intellectui allegoriam, nemo inficietur, ob multa. Primum eſt, quia Pſal. 28. 5. idem Libanus, vt ibi ex ſerie & conſenſu Patrum vidimus, imperium Romanum repræſentat. Quo eodem nomine notauit Hieronymus Iſai. 29. ſolere Gentilium ſuperbiam deſignari. quod idem cenſet in hoc loco Tertullianus. Deinde verbum *coronaberis* de victoriæ co- *Probatur 1.* *2.*

C rona exponunt S. Greg. Beda, Caſſiodo. Haym. Iuſt. Alcuin. Honor. Anſel. V Villeram, & alij quos citat Delrius, qui meritò affirmat, mirè noſtrum vertiſſe interpretem, *coronaberis*, ex Hebræo תשׁוּרי, quod propriè ſignificat, *beaberis*. Ac denium quoniam textus ipſe ſub allegoria venationis agens perſpicuè docet victoriam de leonibus ac pardis futuram. Eſt autem hoc appoſitiſſimum victoriæ de Romano Imperio idololatra deſignandæ. Cõpertiſſimum enim eſt deſignatum hoc Imperium Apocal. 13. per illam maris beſtiam, quæ capita habebat ſeptena, corpus pardorum (hi tigrides ſunt maculoſæ) & vrſi pedes. Quod ænigma Romano Imperio idololatræ denotando (vt in Apo- *3.* *Apocalyp reſpectus ad hunc locum.*

D cal. vidimus) mirum eſt. Atque ita locus Apocal. noſtro Cantic. maximè reſpõdet. Fuit autem valde conueniens vt illic apponerentur beſtiæ pedes vrſi; quod hîc minimè fuit neceſſarium. Nam vt ingentem terrorem moueret hoc ſymbolum, non potuit aliud ſignificantius afferri, quàm venationem leonum, ac pardorum. ac fortè in Libano vrſi non erant. At in ſignificatione, vrſini pedes beſtiæ Apocalypſ. luxuriam repræſentant: verum in perſecutione Iuliani non ea res fuit, quæ emineret magis, nec quæ perſecutionis ignem excitaret; ſed ſuperbia principum, & auaritia miniſtrorum. Atqui ſuperbiæ ſeruit ſymbolum leonis, pardi verò auaritiæ, vt viſum iam in Apoc.

E Verſ. 9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.*

ACOLVTHIA.

Totius autem prædictæ gloriæ, quam noua Roma conſecuta eſt, originem fidem Petri & Pauli obedientiam fuiſſe confirmat.

COMMENTARIVS.

Vnde nã habuerit Rom. Eccl quod eã ita Chriſtus

cuthe

Digitized by Google

Victoria Romani imperij ob Petrum & Paulum Eccleſia munerata.

eueheret, docet hic verſus. Ecquis autem dubitet illi hoc inde accidiſſe, quod Deus Optimus, ac Maximus, qua eſt ille benigitate, hoc ſibi familiariſſimos Petrum & Paulum voluerit pręmio afficere, eorúmque ſepulchra perfecta Romani imperij victoria honorare? Atqui nonne erat digniſſimum, vt conſideratio hæc, quam de Petro & Paulo honorandis Deus habuit, prædicta ſimul eſſet cum vaticinio victoriæ Romanæ Eccleſiæ? videndum ergo quam aptetur huic cogitationi textus.

Petrus & Paulus oculi duo Eccleſiæ.

Perfectionem ac caſtitatem fidei Romanæ Eccleſiæ oculis ſponſæ ſignificatam, vidimus ſuperiùs. Cùm igitur hanc fidem Petrus & Paulus plātauerint Romæ, ecquid elegātius, quàm hoſce duos Apoſtolos, cùm de illis fuit agendum, tanquam duos Romanæ Eccleſiæ oculos conſiderare? Vidimus item torquem ad Eccleſiæ collum denotare illam ſubiectam & obedientem ſponſo.

Duæ itē circuitiones torquis eiuſdē.

Atqui eam obedientiam & deditionem Romæ quoque plantarunt Petrus & Paulus. Ac propterea ſcitum valde erit, cum de his ſacris Apoſtolis ſermo ſit habendus, eos vt circuitionem duplicem torquis illius, qui condecorat collum ſponſę, cogitare. Qua verò ratione nomen *Crines* his circuitionibus torquis ſignificandis deſeruiat, inferiùs dicam.

Quam aptè in rebus ſignificati.

Hîc autem ſupponendum, nullam eſſe ſolere in ſymbolis & ſtemmatibus inter abſtracta & cōcreta diſtinctionem. Leo enim & ſuperbiam deſignat, & ſuperbum. Deinde effectus alicuius auctori ſymbolum eiuſdem effectus attribui. notum hoc emblematum & ſymbolorum peritis. Propterea vbi fuerit ſuppoſitum Petrum & Paulum auctores fuiſſe fidei & obedientiæ Romanæ Eccleſiæ: fit ſtatim manifeſtum, debita ipſis iure eſſe ſymbola, quæ fidem & obediētiam illius Eccleſiæ repræſentant. Fuit autem planè appoſitum, vt, ſicut oculi faciei duo ſunt, ita etiam torquis bis circundare collum conciperetur.

Argumento oppoſito reſponſio multiplex.

Sed dicat aliquis, ſi hîc Petrus & Paulus ſignificarentur, debere efferri non, vt habetur, *In vno oculorum tuorum*, ſed potiùs in duobus oculis tuis, & ſimiliter in duobus crinibus colli tui. Reſpondeo primò, Salomoni eſſe familiare inter duos diſtribuere, quod cōuenit vtrique. vt Prouerb. 10. 1. *Filius ſapiens lætificat Patrem; filius verò ſtultus mæſtitia eſt matris ſuæ.* cuiuſmodi plura ſunt in ſacra Scriptura.

Diſtributio eius in plures, quod ſingulis conuenit, familiaris ſacræ Script.

Secundò, ſignificantiùs dici: *In vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui.* Id enim vult hæc locutio: Alterutro ex iſtis teneri me ſentio, vt honorem collatū tibi habeā. Tertiò, aliquid ineſſe conuenientiæ, vt ſpecialis fiat mentio fidei D. Petri, ſpecialis item deditiſſimæ D. Pauli obtemperationis. Etenim Petri fides celebratiſſima eſt iure optimo in ſacra Scriptura ob eam confeſſionem: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Sicut Pauli exprompta obtemperatio propter illa: *Quid me vis facere?* Quartò denique, quia vtrique attribuitur & fides & obtemperatio promptiſſima cum dicitur, In vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Supponitur enim Petrus eſſe vnus oculorum, & Paulus alter; ſed verò is qui excellenter merita ſuorum remuneratur, inquit, ſentire ſe ab alterutro obligatum, vt eum, quem Romæ conferebat honorem, conferret. Ea porrò locutio: *Vulneraſti cor meum*, maximè præſert delicias, éſtque proinde ad patefaciendum Chriſti amantiſſimi ſenſum cordis quàm accommodatiſſima.

De phraſi, *in vno crine colli tui*, bene Delrius. Et conſtat quidem ex Plinio genus eſſe quoddam vinculi, quod diceretur *crinis*. Neque verò violentum eſſet vllo modo, geſtatum à Regina ſubtilem ornatum circum collum (nobis eſt *Gargantilla*) concipere, qui poſſet crinis nominari. Atque eſſet id aptum ad facilitatem obedientiæ oſtendendam, ea nimirum ratione, qua dici ſolet poſſe quemquam filo prætenui, eo non fracto, duci, quod is eat libentiſſimè. Sanè quàm eſt certiſſimum de torquis circuitionibus ſermonem eſſe: nam Hebræa ſonant, *In vno torque colli tui*. Et Latinum nomen *crinis* non ſemper vnicum pilum denotat, cùm videamus Sanſonis capillos omnes in ſeptem crines diſtribui. Et modò dicebamus ex Plin. crinem eſſe genus vinculi. Illud fortaſſe textum ſignificetur, quod noſtri vocant *criſneſa*.

Crinis non pro ſingulari pilo.

Sed pro texto tenui.

Cur id tributum ſpōſæ.

Notes autem, tametſi de Roma tunc iam, cùm regina erat, ſermo fiat; his tamen verbis illud ſpectari tempus, cùm Petrus & Paulus, inter mortales agebant. Tunc verò ea non concipitur regina, ſed paſtrix potiùs paupercula amore capta. Atque ita in eo eſt conuenientia, quòd non ei tunc aureum torquem textus attribuat, ſed tenuē potiùs ex margaritulis, quidve aliud ſimile, lineam, quę eam perfectè deditam ſuo ſponſo deſignet. ac vidi ego ex margaritis huiuſmodi lineamenta in modum texti illius, quod criſneſa dicimus, confecta. Hoc verò exempli gratia annotaſſe, ſatis ſit; neque enim tam ſtrictè capere nomen *crinis* neceſſum eſt. nam ſufficit eo ſignificari genus aliquod vinculi; & videri certum, ornamentum hoc circum collum Romanæ Eccleſię, cuicuimodi illud ſit, bis collum circumiens concipiendum, atque eas circuitiones crines appellari.

Verſ. 10. *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.*

Acolvthia.

Ac ſubdit, tametſi Romanæ Eccleſiæ ſapientia eximia ſit; maiorem verò eſſe eiuſdem & deuotionis, & exempli vitæ laudem.

Commentarivs.

Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! ſenſus eſt, haud indignam eſſe Romam propter ſeipſam eius præmij, quod ob fundatores ſuos merebatur: imò verò propter & præſentem pietatem, & amorem Dei, quo flagrabat Roma, placere eam ſuo ſponſo vehementer. Pro *mammis*, Hebraicè eſt *dodim*, vbera, ſeu amplexus, de qua voce dictum cap. 1.

Pulchriora ſunt vbera tua vino. Id quod in doctrina præſtantius eſt, vocari vinum, ſuperiùs vidimus. Roma porrò placebat Chriſto cùm ab amore Dei, tum à doctrina, quam tradebat. Et quamquam ea Chriſtum non docebat; ille tamen ſe mulceri doctrina, qua fideles inſtituebat, confirmat, aitque bibere ſe vinum, bibere item lac doctrinæ, quæ fidelibus porrigitur. Vide cap. 5. 2. *Bibi vinum meum cum lacte meo.* id eſt, ea me re ſummum oblecte. Illud eſt ergo quod nunc ſponſus pronunciat, tametſi plurimum is delectetur

Amor Dei prælatus doctrinæ.

eius candore doctrinæ, quam inſtillabat Romana Eccleſia; delectari verò impendio magis perfectione diuini amoris, quo ſe Roma Ieſu Chriſto prorſus ſubiiciebat. hoc enim eſt vbera ſua ſponſo tribuere.

Vnguentum bona vitæ odor.

Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Illud planè quadrat, vt hæc de bono Chriſti odore, quem Roma probæ exemplo vitæ quoquouerſus *diffundebat, capiantur. Cuius intellectus ſæpe eſt vnguentorum allegoria.*

Verſ. 11. *Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.*

ACOLVTHIA.

Atque in prædicatione cœleſtem eloquentiam cum exemplo vitæ coniunctam valde commendat.

COMMENTARIVS.

Apparet ſtatim, doceri hac allegoria in primis ſignificanter eloquentiæ Chriſtianæ in concionibus ſuauitatem. Porrò ſuauitas iuxta ſacræ Scripturæ phraſin efficaciam in pertrahẽdis ad Chriſtum animabus cum prædicatione admirabili repræſentat. Iam coniunctio eloquentiæ cum veſtium odore cœleſti eſt exemplum vitæ cum doctrinæ ſuauitate coniungi. Pro his verò locis, vbi odoramenta habemus, vt in præſenti & proximè ſuperiore, & infra verſ. 14. cap. demum 5. 5. aduerto, notum eſſe, quàm fuerit frequens apud Aſiaticos vnguentorum & odoramentorum vſus pretioſorum, id quod maximè vſurpatum in veſtibus ſponſorum, eſt veriſimile. Quare nihil aptius ad ſignificationem odoris boni Chriſtianæ vitæ. nam odor eſt ſpiritualis quædam animæ conſolatio. Ad hæc, cùm certum ſit perfectum Arabiæ thus habitum fuiſſe (de quo in Apocalypſ.) odoramentorum præſtantiſſimum, odor thuris, eſt odor diuinitatis, vel fortaſſe orationis. Enim verò aliquod eſt exemplum vitæ quod odorem exhalat horarum orationis prolixarum. Cuiuſmodi exemplum ſi concionantis verba comitetur, maxima fuerit haud dubiè illorum efficacia.

Concio efficax exemplo vitæ.

& concionãtis ad Deum oratione.

Verſ. 12. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.*

13. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo.*

14. *Nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis.*

15. *Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.*

ACOLVTHIA.

Docet his ſponſus id vtrumque, quod nuper in ſponſa commendarat, deberi acceptum referri ſuæ prouidentiæ ſingulariſſimæ. Cùm ipſe virtutum omnium germina Romæ plantauerit, auxerit, cuſtodierit: ac doctrinæ puritatem auctoritate obſignauerit diuina: eidémque doctrinæ A mirum incrementum & ornatum adiecerit.

COMMENTARIVS.

Hortus hic figura virtutum & doctrinæ Eccleſiæ.

Vt oſtendatur prouidentia ſingularis in primis, qua Chriſtus D. proſpicit rationibus Eccleſiæ Romanæ, ſiue illis virtutibus, (quod pertinet ad exemplum bonum) ſiue doctrinæ eiuſdem, (quod ad prædicationem ſpectat) figuram offerunt egregiam horti diligentiſſimè circumſepti: qui vti ſint conſiti exquiſitis tum arborum pomiferarum, tum plantarum aromaticarum generibus, princeps quidam ſtudioſiſſimè incumbit, ac deinde vt excolantur, & excre- B ſcant. Et hæc quidem pars attinet ad virtutes. Alteram verò, quæ ſpectat ad doctrinam, adumbrat etiam egregiè fons aquæ ſelectiſſimæ, quem Princeps pro irrigandis germinibus eodem conduxerit. Res vtraque in primo horum verſuum, qui 12. eſt, coniuncta fuit. De admirandis verò arboribus ac plantis agitur ſpeciatim in verſ. 13. & 14. ac in 15. de fontis præſtantia.

Vbinam hoc ſigillum?

Hortus concluſus fons ſignatus. Poſito, quòd intra hortum (vt patet verſ. 15.) fons ſit, & quòd de fonte, quo rigetur hortus, agatur; conſentaneum non eſt, vt habeat ſigillum fons intra ipſum hortum. ſed quidem horti ianua obſerata ſit, nec obſerata modo, ſed etiam ſigillata: id quidem, vt dicatur hortus obſeratus eſſe, & fons C ſigillatus, ſatis eſt.

Sigillũ quid indicet.

Hunc itaque hortum tanti facit ſupremus rex, eique tam ſollerter proſpicit, vt pro cuſtodia illius tutiore ſibi non ſatisfaciat, habere illum in altitudinem magnam parietes erectos (Angelos puta tutelares) & præualidam in foribus ſeram, ſed ſuum inſuper ſigillum adiiciat. Hoc nimirum eſt, auctoritatem propriam interponere, quo ſciant omnes, quicumque auſit hortum hunc ingredi, & eius vel minimam plantulam calcare, eum quidem pupillas oculorum ipſius regis offendere.

Auctoritate Dei ſapientiã Eccleſiæ ſigillatam.

Deinde, cùm ſeræ ſit adiectum ſigillum, licèt dicatur: *Hortus concluſus, fons ſignatus*, planum eſt tamen, & hortum etiam ſigillatum eſſe, & D obſignatum fontem: ſed eſt familiare Salomoni in duos diſtribuere, quod competit vtrique. Vide Prouerb. 10. 1. Accedit eodem, ex maxima elegantia ſigillum in hac diſtributione fonti fuiſſe attributum: nimirum vt denotaretur, fuiſſe cauſam admodum ſpecialem, ob quam fons dictus fuerit obſignatus; & vt intelligeretur, appoſitum fuiſſe ſigillum fonti ad maiorem ipſius cuſtodiam. Nonne ſigillum Dei repræſentat auctoritatem? vt ergo ſignificaretur, interponere auctoritatem ſuam Deum ipſum, eaque interpoſita illud eſſe certiſſimum, quod ſapientiæ Romanæ Eccleſiæ fons ſemper ſit perſeueraturus quam maximè limpidus, purus, ab omnique veneni ſuſpicione immunis, quid obſecro politius dici potuit quàm *fons ſignatus.*

Eccleſia paradiſus.

E 13. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.* Pomorum nomine hîc nuces etiam continentur. Hebraicè, *Cum omni fructu deliciarum.* Confert ſponſus cum paradiſo ſuum hortum, loquiturque de propaginibus illius. nam propagines Hebraicè ſonat, quod noſter vertit *emiſſiones*; cæterùm vſurpauit hoc nomen, vt earum in creſcendo felicitatem & feſtinationem denotaret. affert enim nomen

Emiſſiones

Digitized by Google

Emiſſiones vim ingentem, qua germina & flores protrudit arbos. Iam in nomine malorum punicorum videtur reſpectum ad complurium Eccleſiarum procreationem Romæ propriam. Nam malogranatum in ſacra Scriptura (vt antè diximus ex D.Hieron) ſemper in Eccleſiæ perſona ponitur. Ac fortaſſe paradiſus malorum punicorum ad flores granatorum ſeu cytinos debet referri. Tunc verò hæc florum cum maturis fructibus coniunctio ſpectat ad flores Eccleſiarum recens erectarum, & aliarum iam prouectarum fructus, ſicut cap.6.verſ.10.

Virtutes odorifera plãta

Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis. In confeſſo eſt, ſpectare hæc omnia ad plantas virtutum vniuerſas, eas quidem apud Deum æſtimationis maximæ, & gratiſſimi apud omnes odoris, conſolationiſque animarum.

Libanus hic nõ pro thure.

Non conſtat, vtrùm ſit thus intelligendum nomine Libani. Negat Delr. Quod ſi opponas deeſſe aliter plantam huic horto nobiliſſimam. Reſpondeo, hanc contineri in illis, *Cum omnibus primis vnguentis*, ideſt, plantis quibuſque pretioſiſſimis, quorum eſt vſus in vnguentorum confectione, vbi etiam clauduntur aliæ plures.

Alluſio ad paradiſum.

Interim facilis eſt animaduerſu ad terreſtrem paradiſum alluſio, de quo Geneſ. 2.9. quem plantauit Deus, & in eo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. Habet autem noſter hortus aromaticas plantas pro ſpecioſis alterius. nimirum vt ſignificetur, quod dictum alibi, quantum hoc ſpiritus recreetur.

Paradiſi fontē hic reſpicit.

Verſ.15. *Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Ad paradiſi fontem de quo Geneſ. 2.10. fit alluſio. Dein verò quatuor flumina ſunt quatuor Euangelia. Euidens porrò eſt regreſſus ad fontem ſignatum, de quo ante verſ. 12. Vide itaque quæ ibi dixi. Ait ergo nunc, paradiſi huius diuini fontem ductu fluere ſubterraneo (nam hoc eſt *Puteus aquarum viuentium*) & fluere cum plenitudine ac profunditate (id enim ſignificat hinc fons, illinc puteus) ſed quia ortum habet nimis ſublimem (ab ipſo enim per aquæ ductus Libano monte deſcendit) cum impetu erumpit vehemente, indéque in magnam aſcendit altitudinem. nam quo ſe profundius demittunt fontes, eo ſcandunt ſublimius. Id verò eſt, quod maximi fit, in fontibus hortorum, aquæ ſcilicet copia, & illius altus aſcenſus, vnde plurima exiſtunt ingenioſa artificia.

Proprietates illius cœleſtē doctrinam declarant.

Iam verò hic ſermonem eſſe de doctrina, conſtat inter omnes. hæc enim eſt plantarum ſpiritualis paradiſi irrigatio. aperta eſt deinde dictorum adaptatio. Poſſet item exponi de gratiæ irrigatione, & reſpectum quidem ad tubos & canales ſacramentorum multi notant.

Verſ. 16. *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata eius.*

ACOLVTHIA.

Eccleſiam deinde Romanam iubet pace frui, ſic vt diffuſo odore Chriſti, ab illa ad ipſum pelliciantur quamplurimi.

Chriſti pro Eccleſia officium.

COMMENTARIVS.

Conſtat his ſponſum bene precari horto ſuo. A Senſus enim eſt habere Eccleſiam Romanam Chriſtum apud parentem ſuum fauentem, & cupientem ipſi: quippe qui nunquam non aduersùs Dæmonis accuſationes patroni ſollertis præſtet officium, vt illi mittat Deus ſuum ſpiritum.

Mala deprecari, precari bona.

Surge Aquilo, Hebræa phraſi dictum, vt hic ventus flatum ponat. q.d. Faceſſe Aquilo. quæ expoſitio communior eſt & grauior Nyſſeni, Nili, Maximi, Pſelli, Philonis, Theodoreti & aliorum, quos citat Delrius, qui etiam notat Hebraicam eſſe locutionem. Atque eò planè ſpectat, vt Deus coërceat Dæmonem, qui malus eſt ſpiritus; & cauſa Romanæ Eccleſiæ bene cupiens, ei ſancto faueat Spiritu, qui eam vegetet, foueat, ſicque bonum ipſius odorem per vniuerſum diffundat.

B Manifeſtum eſt autem hanc Dæmonis coërtionem patere ad coërtionem omnium illius conatuum, qui ſunt, vt propagentur hæreſes, errores, ſegnities, praui mores, & cætera id genus inualeſcant; arceat interim pietas, ac deuotio, & omnia bona amoueantur.

At cur hæc: Abſcede Aquilo, & veni Auſter. non ſint, faceſſant bella, ſuccedat Eccleſiæ pax, qua diſpergatur per mundum faciliùs Chriſti odor? Equidem hunc ſenſum valdè probo, quia cum Apocal. vbi de mille annorum pace, cohæret. ac deinde agitur de commodo ſubſecuto, poſtea verò de negligentiæ ſomno.

C

CAPVT V.

De ſubſequente negligentia, & de pœnitentia ac vitæ reformandæ deſiderio.

SECTIO I.

Sponſa.

Verſ.1. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum; & comedat fructum pomorum ſuorum.* D

Sponſus.

Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo: comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi.

ACOLVTHIA.

Ergo agnoſcens Romana Eccleſia quantum debeat Chriſto, nil optat aliud quàm vt ille impenſi ab ea laboris fructu delectetur. Ipſe autem E reſpondet mirificè delectari ſe, quòd ſponſa ſua virtutum exemplo, ſacramentorum adminiſtratione & excellentia doctrinæ quamplurimis æternæ ſalutis cauſa ſit.

COMMENTARIVS.

Inuitationis ſenſus.

Veniat dilectus meus in hortum ſuum; & comedat fructum pomorum ſuorum. Quòd Eccleſia inuitet Chriſtum, vt ille hortos ipſius ſe recreaturus,

S 4 fructi

Digitized by Google

A fructibúſque palatum oblectaturus, concedat; ſignificatio eſt, vt apparet ſtatim, deſiderij ſponſæ, vt cedant omnia in maiorem Chriſti gloriam, & vt ipſe ſuo ſe paſcat opere.

Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo. τὸ *veni* præteritum eſt, vt conſtat ex Hebræo, non imperatiuum; & eſt ſenſus, Tu me oras, ô ſponſa, adſim vti conuiuio tuo. Immo verò reſpondeo tibi, ego iam acceſſi, iam tuus hoſpes fui, meſſorémque me præbui myrrhæ, plantarúmque omnium odoriferarum: iam fauo, iam melle me refeci, ac vino & lacte recreaui. Probè autem capiuntur hæc omnia ex illis Chriſti D. apud Matth. 25.40. *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis,* B *mihi feciſtis.* Atque ita ſignificat ſponſus, admirabile illud exercitium ſalutis animarum procurandæ, cui Romana Eccleſia ſtudebat, id eſſe ſponſo ipſi conuiuij inſtar apparatiſſimi.

Ergo quid conuiuium gratiſſimũ ſponſo.

Odorem deinde boni exempli, quem Eccleſia mortificatione, omniúmque virtutum exercitio, quoquo versùs ſpargebat, delicias quidem eſſe Chriſto exhibitas, velut ipſe iniret hortos Eccleſiæ, & propria manu de myrrha & nardo, & reliquis eiuſmodi decerperet. (& verò ita res ſe habet, ipſe collegit ſua manu fructus ex iis, quæ conſeruit ſua manu.)

Odor ipſi, bonum exemplum.

Præterea adminiſtrationem ſacramentorum, quibus tam ſuauiter afficiuntur fideles, delicias eſſe quibus ille mirificè afficiatur, confirmat Chriſtus; perinde quaſi inſumeret ipſe totum fauum, & mel totum, quod proximis exhibe- C tur, iis à delictis abſoluendis, & ſacra Euchariſtia porrigenda. Vbi nota Symmachum vertiſſe: *Depaſtus ſum ſyluam meam.* q. d. comeſi ſunt mihi fani omnes. Deinde vox Hebræa ſylueſtre ſonat mel, éſtque ad rem appoſitiſſimum; videntur enim ſacramenta noſtra eſca Chriſto non eſſe: immo verò eſſe & maximè, ille contra teſtatur.

Fauus & mel, ei idem, adminiſtratio ſacramentorũ.

Exercitium denique tradendæ pueris Chriſtianæ doctrinæ, & adultorum myſteriis Euangelij inſtituendorum, vtrumque ait Chriſtus tam ſibi ad guſtum delicioſè accidere, quaſi ipſe hauriret & lac totum, quod pueris propinatur, & totum vinum, quo confirmantur grandiores. hoc intellige de concionibus, conciliis, & reliquis id genus.

Vinum & lac omnium inſtitutio.

Bibite amici, & inebriamini chariſſimi. Hæc ſpe- D ctant ad inuitatos Eccleſiæ, vt de lactis ac vini potu hauriant magis magíſque. Quandoquidem eos certos Chriſtus reddit, quod ipſi potent lac & vinum, id totum epotare ſe, atque affici iucundiſſimè, quòd bibant illi & animas inebrient ſuas Eccleſiæ doctrina, quoad extra ſe poſiti ſomno contemplationis dulciſſimo abſorbeantur.

In hac ergo partitione, illa: *Comedi fauum cum melle meo*, ſacramentorum adminiſtrationi obueniunt. Sed obiicias quæ cap. 4. 11. habentur: *Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua.* vnde colligitur ad verborum ſponſæ ſuauitatem faui allegoriam pertinere. Reſpondeo, adminiſtrationem ſacramentorum, quæ ea E fit à miniſtris, optimè in verborum dulcedine conſiderari. Id tamen non eſt de verbis quibuſlibet intelligendum; ſed de verbis ad rem, de qua agitur, accommodatis, de iis nempe, quæ in ſacramentorum adminiſtratione proferuntur. qualia ſunt: Ego te baptizo. Ego te abſoluo. Hoc eſt corpus meum. Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, ac de ſimilibus. Eſt ergo attendendum, eſſe animabus hęc verba fauum admirabilem, adeóque comparationem præſtantiſſimam eſſe.

Quid faui ſuauitas ei eſt ſacramentorum adminiſtratione.

Enimuerò appareat licèt ſigillatus hic fauus, vbi deliteſcat mel; verùm qui audit hæc verba viua fide, eadémque recipit ſacramenta; is quidem potitur melle, quod fauis claudebatur, is fruitur omni ſapore & ſuauitate. Nam qui à delictis ſuis expetit abſolui, ei quid ſuauius quàm à Dei miniſtro ſententiam ſuæ abſolutionis audire? Quid vtique ei, quem fames premit cœleſtis cibi, iucundius ea miniſtri Dei voce: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam?

SECTIO II.

Habet hæc ſectio verſus plures, qui tamen commodè poſſunt ſeparari.

Verba Sponſæ.

Verſ. 2. *Ego dormio & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſantis.*

Verba ſponſi ab ſponſa relata.

Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

ACOLVTHIA.

Et initia quidem Romanæ Eccleſiæ optima fuere: ſed enim poſtea refrixit charitatis ardor, & negligentiæ ſomnus ſponſam Chriſti occupauit. Tunc verò ſponſus pulſare non deſtitit dormiſcentis fores.

COMMENTARIVS.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Metaphoram ſomni accipi poſſe & in bonam & in malam partem, notum eſt. Quia tamen ſomno adiungitur in præſenti vigilia cordis, ideo hunc locum ad contemplationis dulcedinem referunt plerique. Eámque ſiue explicationem, ſiue applicationem ſecuti ex Græcis Nyſſenus & Chryſoſt. & ex Latinis Ambroſ. Auguſt. Gregor. Bernard. & ferè omnes. Quibus præter vigiliam cordis, ſeriem etiam adfauere, putant aliqui. Nam de conuiuio, immo verò de ebrietate ſpirituali ſermo erat. Conſequens autem eſt, vt ſomni ſpiritualis dulcedo ſequatur ebrietatem. ſic ſit Ierem. 31. 25. 26. cęteroqui tranſitus à conuiuio ſpirituali ad pigritiam repentè admodum factus videtur.

Hunc ſomnũ capiunt multi in bonam partem.

Sed videtur nihilominus contextu ſequenti cõſiderato, planè neceſſariũ, vt hæc verba ad negligentiæ atque deſidiæ ſomnum, & ad tepiditatis ac remiſſionis culpã referantur. Etenim ſponſa dormiebat, ſponſo pulſante, & quòd ea fores nõ aperiret, conquerente. Ad hæc, ſi quis præſentem locũ cum verbis Ioan. Apocal. 3. 20. *Ecce ſto ad oſtium & pulſo*, contulerit, haud quidem dubitet Chriſtum ibi noſtrum Cantic. locum expoſuiſſe. Atque id expreſsè notant apud Sotomai. qui adhæret huic parti, Ambr. & Hier. hîc ad Euſtoch. ille ſerm. 1. in Pſalm. 118. & ſerm. 12 *Pulſat*, inquit, *Dominus: excludis cum deſidioſus es, cum piger, cum ſomnolentus.* Iuſtus etiam apud Delr. adducit in præſenti locum Apocalypſeos ad huius explicationem. Atqui &

Sed capi & in malam.

Ex collatione cũ Apoc.

A & in Apocal. Chriſtum agere cum Epiſcopo valde tepido,qui Domino fores cordis occluſerat,& à Chriſto pulſari fores, eſſe, hominem ad pœnitentiam inuitari,vtrumque perſpicuum eſt. Accedit,quòd ſicuti hîc ſponſa nuda eſt,ita etiam Epiſcopus ille de nuditate reprehenditur, & excitatur ad induenda veſtimenta. Denique paraphraſis Chaldaica hæc Cantic. de peccatorum ſomno & ſponſi ad pœnitentiam exhortatione diſertè exponit, & cum ea Rabbini apud Sotomai. qui citat etiam alios, & cum noſtro ſponſæ ſomno illum fatuarum virginum Matth.25.componit.Aſtipulatur quoque Theodoretus, & tres, qui apud illum,Græci Patres.

Ex plurium doctrina.

Præterea verba ſequentis contextus,*vulnerauerunt me cuſtodes: tulerunt pallium meum cuſtodes murorum*; de concionatoribus,qui verbi diuini gladio ſponſam ad compunctionem cordis tranſfoderunt, & velo ſæcularium deſideriorum expoliarunt, pleríque exponunt. Sic apud Delr.Nyſſenus,Philo, Gregor. Angelom.Caſſiodor.VVilleram.Honor.Alan.Anſelm.Beda,Haimo,Alcuin. Rupert. Gilbert. Ambianenſis.Quo dicto ſupponunt manifeſtè,Chriſti pulſationem eſſe,eam,quę deliquerat,ad pœnitentiam inuitari. B

Ex præſenti contextu.

Adiũge,Chriſtum ab ſponſa quæri,nec verò inueniri;hoc quidem apertè eſſe,delictum agnoſcere,& ſatagere de remedio.Nam ſi ſponſa nihil inquireret aliud, quàm vt,relicto contemplationis otio,& prælationibus admiſſis,Chriſto obtemperaret; in hoc quidem periclitari poſſet in poſterũ deuotionis affectus, abeſſéque ratione aliqua Chriſtus; cæterùm prius ſaltem ſponſa erat cum ſponſo ſuo: atque adeò nequiret ea affirmare, quòd ſine ſuo ſponſo eſſet, grauiſſiméque de eo inuento afficeretur. C

Ex acoluthia libri.

Deinde quod me certè magis vrget, eſt totius Cantici filũ & libri acoluthia.Etenim priuſquam de reformanda Chriſti imagine & de congregandis cœtibus ſacris tractatio inſtitueretur; palàm eſt, torporem & ignauiam ingentem, qua priùs degebatur,debuiſſe præmitti,fuiſſéque neceſſe,vt ante tractationem de ſubſecuta perfectione tangeretur aliquid de præcedente deſidia.

Qualem expoſitionis parent euidentiam.

Denique non eſt animus expoſitiones alias incuſare;vt autem meæ conciliem euidentiam,illud mihi ſatis eſt, vt ei ſingula textus verba non modò abſque violentia adaptentur,ſed omnia potiùs leuiter fluant, atque vt eadem libri totius filum continuetur. Reſtat igitur vt argumentis, quæ meam expoſitionem à contextu excludi, videntur efficere,reſpondeam. D

Sumitur autem potiſſimum ex coniunctione ſomni cum cordis vigilia; neq; enim cordis ſomnus(de quo exponit paraphraſis Chald.) cùm inſomnia eiuſdem videtur poſſe cohærere. Equidē his & verbis & difficultati, Guidacerij & Rabbinorum (qui dicunt ſponſum ipſum,qui vigilabat & percutiebat fores,ſponſæ cor, more amantium appellari) expeditione minimè quæſita, aptiſſimam in ſomno ſponſæ explicationem reperio. E

Fideles qui in peccato, qui ſomniant & vigilant.

Aio enimuerò, fideles lethali obſtrictos culpa, propter fidem, quam habent, non premi ſomno perinde quaſi ij, qui dormiunt, & non ſomniant; ſed iis ſimiles, qui ſomniant inter dormiendum. Etenim in medio ſuæ pigritiæ ſomno excipiũt illi latratus cõſcientię,ſentiũt cordis ictus à Chriſto, ac demũ cõcionatorũ audiũt clamores.Hoc igitur vt ſignificaretur,nónne mira eſt allegoria,vt dicat qui in peccato eſt: *Ego dormio,& cor meum vigilat?*

In hac autem locutione,illi ſe opinioni accommodat ſacra Scriptura, quæ ſedem intellectus in corde conſtituit. *Ibi mens habitat*, inquit Plin. lib. 11.cap.37.& ibidem:Cor prima domicilia animo & ſanguini præbet. Notandum præterea, cordis nomine ſæpe in ſacra Scriptura non affectus, ſed cogitationes afferri. Iacere itaque in peccato, ita tamen vt adhuc ictus diuini ſentiantur,idest, non eſſe prorſus ſopitam cogitationem, ſed vigilantē. Aptiſſimè ergo hoc exponitur de Eccleſia in negligentiæ ſtatu. Porrò perſpicuum eſt,horum minimè ſenſum eſſe, quòd eò ſit Eccleſia deuoluta, vt fideles omnes delictis grauibus hærerent; ſed quemadmodum id dici ſolet de congregatione aliqua propter ingentem plurium negligentiam. quo ſenſu legimus in variis ſacræ Scripturæ locis populum peccauiſſe.

Cor pro cogitatione.

Omnibus tribui, quod eſt plurium.

Quoniam verò ſequebatur mox:*Vox dilecti mei pulſantis*, & præceſſerat: *Ego dormio*; neceſſe fuit, vt interponeretur eiuſmodi eſſe ſomnum ſponſæ, vt ictuum auditionem non impediret. Quod ſignificatum fuit politiſſimè his verbis:*Ego dormio, & cor meum vigilat.* Et potuit etiam ad aliquorum indolem reſpectus eſſe,qui,tametſi dormiant, ita ſunt tamen leuiſomni, vt audiant pulſantem fores.Quia verò ſopiti ſunt,non ſtatim ſurgunt; audiunt enim dormiuigiles; at lectum ponere, vt rem difficilem apprehendunt, ſéque velut inter dormiendum excuſant.

Altera locũ Ego dormio, &c. expoſitio.

Atque hæc eſt,meo iudicio,aptiſſima expoſitio. Dicere autem poſſit quiſpiam,quod,cùm Eccleſia congregatio ſit tam numeroſa, in qua plurimi quantumuis peccatis ſint contaminati, ſint etiam aliqui,qui vigilent,& orent; ideo ſponſæ maiorem tempeſtatis illius partem contemplanti & proferre licuerit,*Ego dormio*; & parte vitali attenta: *Cor meum vigilat.* Et erit fortè cui non diſpliceat hæc commentatio; mihi verò prior declaratio arridet impendio magis.

Reſponſio alterius obiectionis.

Alterum argumentum erat, talem eſſe debere ſponſæ ſomnum, qualis ſpirituale conuiuium & ebrietatem conſequitur. cui reſpondeo, repræſentationem ibi non fuiſſe ſponſæ epotantis, ſed potum animabus, quibus notum faciebat Chriſtum,lac & vinum porrigentis. Atque id ſanè dolendum,eam,quæ tanto ſtudio animas ad Chriſtũ pertrahebat,defeciſſe mox,& ſomno ſe permiſiſſe.

Tertia demũ.

Cœpiſſe remittere quã periculoſum.

Tertiò demum obiiciebatur,hunc eſſe tranſitũ valde ſubitum à perfectionis culmine ad ſomnum pigritiæ. Reſpondeo, ita breui factum, in textu non exponi,quamuis proximè ſubſequatur.Quãquam id nobis fortè ea conſecutione ſignificetur, quòd vbi remitti vel nonnihil cœptum ſit,celeriter ad magnam remiſſionem deueniatur.

Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea. Hæc iam ſatis explanata ſunt. *Amica mea, columba mea,immaculata mea.*Hæc ſint aliquibus pro argumento,quò minus agi poſſit de Romana Eccleſia in grauia ſcelera & ingentem torporem prolapſa. Sed facilis reſponſio, nimirum hæc elogia tempus retrolapſum ſpectare. Et certè eò pertinere nomen *Amica* perſpicuum eſt;illud enim Hebraicè eſt (vt Tuccius fusè probat)paſtrix,ſeu paſcens fœmina:quod nomen hæſit Eccleſiæ (vt diximus c.1.)expergerentis fuga campis & montibus: poſt enim ad paſtricis allegoriam non reditur;tametſi paſtoritiæ aliquot comparationes vſurpentur.

Qui peccans anima amica nominatur.

Memoria bonæ vitæ prioris efficax impetrò pudefaciendo.

Hîc verò notandum,ad id temporis, quo deciderat Eccleſia in tantam ignauiam & torporem, appoſitam in paucis fuiſſe hanc ſponſæ, columbæ meæ,

Digitized by Google

meæ, & immaculatæ meæ nomenclationem. quaſi enim dicatur: Quæ ſolebas mei colūba eſſe quàm amantiſſima, quàm caſtiſſima: quæ amatrix eſſe ſolebas integerrimæ vitæ tam tenaciſſima, vt ne verbum quidem otioſum prudens offerres. Repete illud Threno. 4. 5. *Qui nutriebātur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* Quæ omnia eò tendunt, vt illa virtutis antiquæ memoria pudefiat aduertens, quàm longè ſit à priſtinis moribus, ab eiſque quātum abhorrens. Quamquam ſano aliquo ſenſu poſſet illa etiam in præſens columba nominari, nimirum quod Deum alium non coluiſſet. Atque fidelitatis huius memor eam Deus maiore pietate ad deſidiæ & delictorum pœnitentiam inuitat, licet enim peccarit, verum non negauit fidem.

Amat a Christi paſſio recolenda ſemper.

Quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Hæc verè iuxta itaque eleganter eò referuntur, quòd debeant ſemper mentis oculis obuerſari Eccleſiæ Chriſti acerbi cruciatus, quaſi eos in præſenti ſuſtineret; ſéque item obſtrictam illius inſpirationibus agnoſcere. quaſi eam nunc è Cruce vocaret ille, & quaſi eas nunc noctes extraheret inſomnes, quas olim, cùm pro nobis pernoctabat in oratione Dei. Sanguinis porrò guttæ coronâ eductâ ſpineâ bellè ſignificantur profectò quaſi roris ſtillæ nocte illa, (id eſt, anguſtia, tribulatione) quàm acerbiſſima, tempore ſcilicet ſacratæ paſſionis in caput nobiliſſimi amatoris depluentes.

Roris gutta pro ſanguine.

Alluſio ad ea, quæ caſſis eueniunt amatoribus ſtatim occurrit, de eâque complures.

Verſ. 3. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos quomodo inquinabo illos?*

4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.*

5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.*

6. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt: quæſiui & non inueni illū: vocaui, & non reſpondit mihi.*

Acolvthia.

Quamuis autem ſponſa principio quidem validè fuerit reluctata; piiſſimus tamen Dominus perſtitit nihilominus in ea efficaciter commouenda ad quærendum ipſum toto opere.

Commentarivs.

Ornatus animæ fuerat exutus.

Verſ. 3. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Eo poſito, quòd probauimus, ſomnum pro ignauia capiendum, facilè iam intelligitur, quænam ſit veſtis, quam qui eiuſmodi ſomno ſe tradit, deponat. Vide illud Prouerb. 31. *Fortitudo & decor indumentum eius.* Vbi de principis fœminæ indumentis ſermo eſt. De veſtibus item reginæ cuiuſdam fertur Pſalm. 44. *In veſtitu deaurato circumdata varietate.* Et licèt abſque veſtimentis huiuſmodi in nuditatis, de qua Apocal. 3. opprobrio animus ſit; verum qui iam ſemel ſomno ſe pigritiæ ſummiſit, veſtibus ſe iterum induere grauatè fert. nam exuto ſemel iacta vi-

A detur iam alea. Et nunc veſtes, inquit, reſumam?

An hic de ſordibus quæ vitari debēt.

Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Applicationem habere videbantur hæc verba faciliorem, ſi illa prætenderet ſponſa, vt à iuuandis proximis, conſcientiarúmque alienarum onere ſe ſubduceret, & cōtemplationis ſeceſſum expeteret. Etenim in his publicis functionibus obeundis periculum eſt, ne pedibus puluis terrenarum affectionum adhæreſcat. Verùm quia ſeries cogit, ne ab huiuſmodi affectuum puluere, vt ſomno ſe illi iucundiſſimo componeret, intelligatur ſponſa animam emundaſſe; ſed cauſam eſſe potius, quod aperire ſponſo, eíque perfectè ſe ſummittere, graue & operoſum putet; aliter propterea hæc, *Laui pedes*

Non. ſed de amplectendis.

B *meos,* &c. interpretanda ſunt.

Puluis duplex, vnus terreſtrium affectionum; humilitatis & pœnitentiæ alter.

Noto ergo, ſicut eſt puluis terreſtrium cupiditatum, nimirum, quem fugit eximia ſanctitas; ita etiam puluerem eſſe diuerſum eorum, qui laborāt demittuntque ſeſe continuo, proprium. Hunc verò, qui ſeſe plurimum Deo probare cupiunt, fugiunt nequaquam; quem tamen fugiunt auidè totpotis peſſimi amatores. Et haud quidem difficile eſt animaduerſu, quòd ignauis & huic mundo emancipatis hominibus propria & demiſſio & caſtigatio ſit, in puluerem & arenam deſcendere, quippe quòd eorum ignauia & deliciis prorſus aduerſetur. atque ita certum illud fugiendi laborem & aſperitatem conſilium videtur eſ-

Hunc ſponſa deſes auerſatur.

C ſe, lauiſſe pedes, vt cum requiete dormiant. Porrò metus ille pulueris iſtius contrahendi, aptè verbis ſponſæ repræſentatur, quibus à ſe parum id laboris in ſurgendo, vt ſponſo aperiret, ſuſcipiendi, cauſando depellit. Et eſt quidem huius rei appoſita figura mundus ille immoderatus & immenſa munditiès, quam delicatiſſimi profitentur, quorum eſt videre ſummas & delicias & cautiones ab ipſamet terra, vt dicimus, contingenda, exiſtimantium nimirum ideo eorum auctoritatem peſſum ire. Ac ſit pro exemplo fœmina, quæ numerata priùs inter diſcalceatas moniales defeſſa abiecit inſtitutum; ſed ad idem vti regrederetur, à Deo ſæpiùs oppugnata, deli-

Ornatur res exemplo.

D catulè proferret: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Ita verò res habet, velle Deum ſponſam ipſius ſpiritualiter diſcalceatam eſſe, pœnitentiam, laborem & humiliationem amare. Atque hîc puluis erat, quem refugiebat illa, quæ ſtudebat ſomno, indulgentiæque. Et notum eſt, puluerem humiliationis eſſe, reputari à ſe puluerem, & in puluere humiliari. Atque de puluere pedum in Dei ſeruitio diſcalceatorum ſæpe mentio fit in Euangelio.

Senſus grammaticus.

Verſ. 4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.* Grammaticus iſtorū ſenſus eſt, ſponſum vim adhibuiſſe, manúque inter fores inſerta, peſſulum vt aperiret,

E apprehendiſſe: tunc verò ſponſam, ſonitu percepto, & ruſticitatem ſuam, & charitatem ſponſi animaduertiſſe, intimámque ſenſiſſe mutationem animi, ac celerrimè ad reſerandas ſponſo fores ſurrexiſſe. Pronunciat autem hîc rectè P. Delr. qui putant his ſignificari in ſenſu grammatico ſponſam contactam ſponſi manu, eos nec conſuluiſſe Hebræum fontem, nec conſideraſſe ſponſæ thalamum non ita fuiſſe ianuæ contiguum, vt ad eum ſola manus immiſſa per ſeram poſſet pertingere. Qui verò dicat alibi fortè habuiſſe parietem foramen tam lecto proximum, is quidem rem fingit abs neceſſitate. Etenim Hebraicè hoc

tantùm

Digitized by Google

tantùm habetur: *Dilectus meus miſit manum per foramen, & viſcera mea commota ſunt ſuper eo.* Nam in verſione noſtra pro viſceribus, vt ſæpe alibi, ponitur venter: & in eadem ractus ſponſi tractatum ab eo ſignificat peſſulum manu.

A

Iam verò in principali ſenſu, cùm ſupponatur, cordis fores eſſe, quas pulſat ſponſus, & quæ erant clauſæ; perſpicuum eſt, vi illa admota deſignari mirificè, quam contulit vim Chriſtus D. ſuo potenti brachio, incipiens ipſe fores teſerate, & ſpóſam impellens ad ponendam ſegnitiem, & ad currendum, vt ea etiam opus apetiendi abſoluerer. Vbi efficacis gratiæ cum libeto atbitrio conſenſio facilè prodit ſeſe.

Gratia efficacis cum libero arbitrio concordia.

Et ſenſus eodem rediret, ſi conciperemus, per rimam ſponſum immiſiſſe manum, & longo fuſte ſponſam retigiſſe; nimirum ad pœnitentiam & ad quærendum Chriſtum, eam ſuæ virga omnipotentiæ commouiſſe.

B

Verſ. 5. *Surrexi vt aperirem dilecto meo.* Hæc plana ſunt.

Ex contactu ſponſi fores & ſera myrrhâ delibuta.

Manus meæ ſtillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Sequor in grammatico ſenſu Genebr. & Delr. Vterque ex Camio dicũt, illud hîc planũ eſſe, vt cogitetur, cùm ſponſus ſeræ digitum inſeruit, attactu cũ ſolo peſſulũ cum ſeta liquore myrrhæ ptobatiſſimæ perfudiſſe. Pottã itaque & ſerã, quas aperire inchoauit ſponſus, reliquit vnguẽto myrrhino delibutas. Quare cùm ad portã & ſerã manus applicauit ſponſa; illis ſolũ cõtactis ita fuit vnguento delibuta, vt id per digitos ſtillaret.

C

Pœnitentia inita animoſe ſuauis fructus.

Spectato verò præcipuo ſenſu, cùm myrrhinum vnguentum egregium ſit pœnitentiæ ſymbolum, qua obſecro re deſignaretur accommodatiùs, quod, vbi vult quis; & agit ſtudioſè de cordis ſui ianua ſponſo recludenda, in ipſa ſtatim actione diuinæ miſericordiæ lenimen experiantur, nimitum in pœnitentia, quæ incipit demulcere cor, bonúmque ſui odorem exhibete? Hoc porrò vnguentum gratia Dei eſt, illiúſque potentis manus effectus, quo ſcilicet recludere incepit cordis fores, gratiam efficacem adhibendo. Cùm autem manus admouentur operi, tunc ſentit in ſe anima cœleſtis vnguenti ſuauitatem.

Peſſulum oſtij aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque tranſierat. Senſus hotum eſt. Equidem ex corde iam, inquit ſponſa, deditionem profeſſa animæ meæ fores ſponſo aperiendas putaui. Quod cùm exe queter, perſpexi tunc, illam mihi grauiter iratum à me antea fuiſſe redditum. Nam hoc eſt cognoſcere & ſentire abſentiam illius; aduertere præterea, quòd, licèt opus illius fuerit, vocare me, & ipſum vti inueſtigatem, efficere; ea tamen de cauſa ob quam de offenſa in illum admiſſa dolor eſt vehementior, ideo grauitas peccati magis ſit contemplanda; & ſciendum, eum, qui aſtitit meo pulſando cordi, non ideo ſtatim adſtitutum, vt ille ſuæ mihi perfectę coniunctionis faciat copiam. Hoc enim magnam vitæ requirit ſimilitudinem & munditiem morum: ac magna ferè ſemper opus eſt diligentia, pœnitentia multa, diebúſque, quibus ſedulò Deus perquiratur, etiam multis. Ac præcipuè vt numeroſus cœtus reſtauraretur ſenio & ſegnitie ingenti confectus, neceſſe fuit, vt ſimul cum Dei fauore & gratia remedia, quibus perfecta morum redintegratio paratetur, & cogitarentur ſollerter, & fortiter adhiberentur.

Quæ ſequantur efficacem peccatoris vocationem.

Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt. Hæc non intelligo de verbis illis, quæ principio ſponſus locutus eſt, ſcilicet, *Aperi mihi ſoror mea*, &c. Nam quo pacto verum erit, amore colliquefactam ſpóſam, excuſantem ſe & aientem grauatè ſe ferre, exutam veſtem repetere, & ignauiæ ſuę grauatum deponere. Quod ergo modò ait: *Anima mea liquefacta eſt, vbi locutus eſt*, de illis verbis expono, quæ ſponſus fecit, cùm manum per foramen miſit. Et fuerint illa quidem tenerrima hauddubiè, vt ei facile erit èxiſtimatu, qui animum ad præcipuum ſenſum appulerit.

Hæc de quibus verbis.

Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & reſpondit mihi. Hæc iam expoſita ſunt in ſuperioribus.

Verſ. 7. *Inuenerunt me cuſtodes qui cuſtodiunt ciuitatem: percuſſerunt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.*

8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.*

9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum! qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?* *Verba chori.*

Acolvthia.

Tunc verò concionibus auditis, & exemplis ſanctorum obſeruatis, agnoſcunt Romani ac dolent, longè ſe à Chriſti imitatione abeſſe: atque adeò ſponſa cæteras Eccleſias alloquitur: & eleganter deſcribit qualem Chriſti imitationem in ſe ipſa optet ardentiſſimè.

Commentarivs.

Verſ. 7. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Superiùs vidimus in bonam partem accipere cuſtodum officiũ plurimos & grauiſſimos interpretes: atque id quidem meritò. nam ciuitatem aut muros cuſtodire, publicum eſt beneficium, ſicut ſpeculatorum, exercere: & conſtat ex aliis ſacræ Scripturæ locis has appellationes eſſe honorificas, adeóque in bonam partem vſurpatas.

Munus cuſtodum in bonam partem.

D

Placet prætetea quod notarunt alij, non eoſdem eſſe, qui appellantur cuſtodes, aut circuitores vrbis, & cuſtodes murorum. Illi (nobis *la ronda*) diſcurrunt hac illac; hi conſiſtunt vigilantes.

Cuſtodes murorum & vrbis, non iidē.

Et quamquam vtique typus ſint concionatorum, quorum eſſe videtur inuigilare, & de pace reipublicæ ſatagere: atque hæc eſt cõmunis interpretatio, pro qua teſtes locupleres quindecim ſuperius citaui; ſed ſpeciatim cuſtodũ muralium nomen in eos, qui prædicant exemplo ſuo, videtur conuenire. Murus enim, vt videbimus c. 8. cuſtodiã mandatorũ repræſentat; qui verò cuſtodiunt muros, eſſe videntur quaſi eorum anima, præſtaréque murorum partes, dum ſuper eos perſtant in vigilia, ciuitati pro muro ſe ipſis exhibendis.

Cuſtodes murorum qui prædicant exemplo.

E

Hìs poſitis, videtur etiam textus ſupponere, ad cuſtodes attinuiſſe, in fœminas quæ abſque maritorum ſocietate diſcurrerent de nocte per ciuitatẽ, animaduertere. Quocirca ea fuit appoſita cogitatio, vt repræſentaretur, non ideo quòd ſponſa ſuum inueſtigaret ſponſum, (cùm eam videtur reprehendere ad Lætam Hieron. quod per vicos & plateas Chriſtum quæritaret, concionatorem agit potius, quàm interpretem) ſed quòd ſine ſponſo oberra

Cur ſponſam cuſtodes cædant.

Digitized by Google

oberraret, fuiſſe à cuſtodibus ad grauem vſque tactum virgis excepta. Cùm autem non idcirco progreſſus illius retardaretur, ſed ad cuſtodes murorum perueniret; hi ob eandem cauſam capitis illi opertmentum abſtulerunt, vt ſic magis pudefieret ſine marito ſuo nocte obambulando.

Concionatores Euangelici verbis percutiunt animas.

Habent autem hæc applicationem meo iudicio pulcherrimam; nimirum quòd ſponſam, quæ quæritabat Chriſtum, concionatores Euangelici ex ſuo munere graui afficerent dolore. Enimuerò perſpicuum eſt, audito Dei verbo affectum iri grauiter illius animum, qui hunc cupit placere Deo, illinc ſuſtinet conſcientiæ remorſus. Hoc igitur eſt (vt plurimi exponunt & grauiſſimi interpretes) *Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.* Verumtamen quod non ſolùm moleſtiſſimè habet animum, ſed verecundiam adiungit, ac ruborem, adimitque obtentam imbecillitatis excuſationem (qua tueri nos ſolemus Adami filij) id quidem eſt, viuum eorum exemplum, qui diuinam legem perfectè obſeruant. Et verò planum eſt appoſitè per pallium repræſentari excuſationem ſeu mantellum, quo nos obtegimus. vide id Ioan. 15.22. *Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

Omnem verò excuſationem adimunt exemplo.

Cuſtodiunt vt Angeli.

Et ipſi etiam cuſtodes Angeli hic forte intelligendi.

Adiungo, *cuſtodes* non tantum nomine, ſed & officio ad Angelos hominum cuſtodiæ deſtinatos pertinere. Et horum quidem partes obeunt in terris Dei miniſtri perinde quaſi Angeli Eccleſiaſticæ hierarchiæ. Et expende, fortè an per hos circuitores poſſint etiam ipſi cuſtodes Angeli aptè intelligi; qui eos, quorum ſibi eſt commiſſa cura, iuuare ſolent cum opus eſt, ſalutaribus & laboribus & afflictionibus immiſſis.

His auxiliis accreuit ſponſæ deſiderium ſui ſponſi reperiendi. Hoc autem deſiderium ingens per defectionem animi (vt expoſui cap. 2. 5.) optimè repræſentatur. atque id eſt quod ſignificat ſequens filiarum Ieroſolymitanarum obteſtatio, vt ſi ſponſum offenderint, illi annuncient, ſponſam præ amore in languorem incidiſſe.

Agit cū aliis Eccleſiis Romana de reformatione.

8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo.* Hæc iam expoſita ſunt; ſed adiungo, his ſignificatum videri, quod indicarit Romana Eccleſia vti ſe velle & adiuuari piarum ſubſidiis animarum, quas haberent aliæ Eccleſiæ, & poſtulare ſe ab omnibus (vt in rebus grauioribus aſſolet fieri) preces, quibus impetraretur à communi Domino, vt Chriſti imago, quæ ob ſegnitiem & peccata indigebat maximè reformatione, in ſtatum priſtinum efficaciter reſtitueretur. Quod item purpuratos patres & Epiſcopos conſuluerit, Concilia etiam ad eam reſtaurationem indixerit.

Earum reſponſio.

9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?* Idem eſt Hebràica phraſi, *Ex dilecto*, quod præ dilecto, ſiue præ omni dilecto. Interrogant ergo puellæ Ieroſolymitanæ ſponſam, vt ea ſuum illis dilectum illum deſcribat, quem adeò ſe habere oſtendat in amore, vt nemo vnquam alius ab vlla ſponſa ſimiliter habitus fuerit. In ſenſu autem principe, Eccleſiæ reliquæ à Romana Chriſtum inquirente audire volunt, ea Chriſti imago, quam in ſe tantopere ipſa expetat, qualis ſit. Interrogationis ſenſus hauddubie, vt videbimus ſtatim, hic eſt.

Textus.	*Acoluthia.*
10. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.*	Hæc ergo exoptat Eccleſia, Modeſtiam, quæ externam ſpeciem componit, inſignem.
11. *Caput eius aurū optimum: coma eius ſicut elata palmarum, nigra quaſi coruus.*	Perfectam erga Deum charitatem, & ipſius obſequio deuotionem.
12. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.*	Vigilantiſſimam Dei fidelium ſalute ſollicitudinem.
13. *Genæ illius ſicut areolæ aromatum cōſitæ a pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.*	Gaudere in Domino ſemper; nec vanis ſermonibus delectari, ſed diuinis & ſalutaribus.
14. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.*	Perfectis charitatis operibus effulgere, in omni bonitate & diuinitatis ſplendore.
15. *Crura illius colūnæ marmoreæ, quæ fūdatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, electus vt Cedri.*	Indefatigabilis cōſtantiæ gloria excellere, omniū necnon virtutum ſuauitate, & ſolida celſitate.
16. *Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem.*	Tunc verò cœleſtis eloquentiæ ſuauitate feras & ſaxa ad obedientiam fidei ſubiicere. Atque hæc eſt ea imago Chriſti, quam & optat Eccleſia, & ab ipſo ſperat obtinere.
17. *Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum.*	

Imago Chriſti, quam optat Eccleſia.

Verba Chori.

Annotatio præuia pro encomiorum ſponſi, quæ ſponſa congerit, explicatione.

Finis ſponſæ in hac ſponſi prædicatione.

Eò le deſiderio ferebat ſpōſa, vt in ipſa Chriſti imago redintegraretur, atque adeò hunc habet finē in laudibus ſui ſponſi celebrandis. Notarunt id magno iudicio ſeptē auctores grauiſſimi, quos citat P. Delr. (facit hoc Delrius ad illa verſ. 11. *Caput eius aurum optimum*, niſi quod Guilliermum in litera, reliquos in tropologia producit.) Qui omnes aduerterunt, ſponſum in his laudibus nō in ſe dūtaxat conſiderari, ſed in ſuis quoque membris. Auctores ſunt Greg. Nyſſenus, Paulinus, Ambr. Greg. magnus, Philo, Guillierm. Honorius. Atque id eſt, quod (vt ego interpretor) illi ſignificāt, has Chriſti laudes, quas cōmemorat ſpōſa, eas eſſe, quas, vt ei placuiſſet, ipſa imitari expeteret, & quas ipſa animaduerteret ſibi deeſſe, eo quod ſplendor ille imaginis Chriſti, quā in Romana Eccleſia depinxerat Spiritus S. defluxiſſet. Eædem quoque ſunt ſtatus religioſi laudes. nā quod quærebar, repertū à ſe in ſtatu religioſo cap. 6. verſ. 1. ſponſa inquit. Sunt itaque eædē virtutū laudes, quas in Chriſto effulſiſſe ſponſa enarrat; & quarum à ſe abſentiam deflet; & quas inquit demum c. 6. 1. ſe in religioſo ſtatu reperiſſe. Sed cùm in hac deſcriptione virtutes in Chriſto quaſi in exemplari conſiderentur; inde eſt quòd ab ſpōſo diuite, elegante, prudente, ingenio denique præſtante figura deſumatur.

Cōmemorat virtutum ſibi imitandarū.

Id obtentum in ſtatu religioſo.

Cur ſponſus dotibus cunctis cumulatus conſideretur.

C o m

Digitized by Google

COMMENTARIVS.

Deſcriptio modeſtia pulchra.

10. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Colorem viuidum, bonum eſſe internæ valetudinis bonæ, bonæque humorum conſtitutionis argumentum, quis eſt, qui neſciat? Porrò perfectio in colore maior à candore eſt & rubore, cuiuſmodi habet auerſa roſa. Iam verò his quid aptius ad exteriorem quandam hominis conformationem inſignem, quam modeſtiam appellamus, deſignandam, eam quidem valetudinis animæ optimum documentum, vt ex toto externo homine bonorum, vt ita loquar, humorum animæ, bonæque diſpoſitionis ſpiritus apta compoſitio exiſtimetur. Obſerua interim quàm eleganter ab ea re inchoëtur, quæ in perſona quadam, cœtu aut religione primum in B oculos incurrit: illa eſt nimirum exterior demonſtratio & ſpecies, qua ſolent ac debent ſplendere illi, qui rerum vanitate ac falſitate depulſa, curant ſpiritualia: id quod indicant habitu, modeſtia, affabilitate, & reliquis id genus, vt videantur nulli graues ac moleſti, ſed omnes potius omnibus ac benigni.

Quid candoris, quid ruboris propriū.

In ea verò candidi à rubicundo diſtinctione, puritas demonſtrata videtur candore, rubore verò vitalitas ſanguinis, vitam quippe ſuſtinentis. Poſtulat alterum, vt in externo homine culpa non ſit; alterum, vt ſpiritus vitæ ſcilicet ſpiritualis cunctis fiat demonſtratio.

Electio, de eâ item pulchritudine.

Quod verò ſequitur: *Electus ex millibus*, id quoque ad candorem & ruborem propoſitum videtur C ſpectare. q.d. haud repertum iri è millibus in coloris bonitate ſimilem alium, in quo cum candore purpura tanta ſit pulchritudine ac dignitate temperata.

Alluſio ad Salomonis coronam.

11. *Caput eius aurum optimum.* Senſus eſt, bellè quadrare Chriſto coronam aureā; vt intelligamus caput ipſius aurum perfectum eſſe. Et eò valde equidem inclino, vt credam ad auream Salomonis coronam factam hîc alluſionem, & ſignificatum, quod perfectio capitis, eorum nimirum, qui capitis vices gerunt in perfectione aureæ coronæ appoſitè repræſentetur. Et capitis tranſlatio in eum qui ſuperioris officio fungitur, aptiſſima eſt. Atque in ſenſu eodem capiendum illud c.7.5. *Caput tuum vt carmelus.* Accommodatur autem vtrobi- D que comparatio ad id, quod velut capitis ornamentū concipitur, cuiuſmodi eſt aurea corona in ſponſo, & in Sulamitide florum ſertum. q.d. belle cadere in ſponſum coronam auream, & ſertum in Sulamitidem; quod ſic eius, quod myſticum caput eſt, optimè repræſentetur perfectio.

Superiorum perfectio hoc ornamēto deſignata.

Iam verò vt habeatur ſenſus princeps, notādum illud ex 1. ad Cor. 11. 3. *Caput Chriſti Deus.* Poſito autem, quòd aurum ſit charitatis egregium ſymbolum; vt deſignaretur Chriſti anima in Deo velut in ſuo capite defixum habere amorem ſuum, & quo eum amore complectitur, perfectiſſimum eſſe, nihil aptius, quàm *Caput eius aurum optimum.* Hoc eſt, & ſuum caput amore ſummum perfecto proſequitur. ad rem eſt id Ioan. 1. 4. 8. vbi dicitur: E *Deus charitas eſt.* nam licèt videatur ſignificari, qui amat, Deum eſſe, ſed expende quid ſubdat Ioannes: *Et qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Deinde: Caput eius aurum optimum, ſignificat Chriſtum iure optimo reputare ſe locupletiſſimum, quod Deum habeat ſuum caput. Etenim inſigniri Chriſtum corona aurea, hoc dicit, habere eum in Deo locatum theſaurum ſuum, & opes ſummas, ac per conſequens illi defixum eſſe A illius amorem & omnes cogitationes nam vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuū. Neque reperire eſt, ad ſignificandum theſaurum, melius aliquod ſymbolum, quàm aurum eſt: non tantùm ob illius æſtimationem & perfectionem; ſed etiam ob eam facilitatem, qua qui aurum habet, omnia habet. Non ita qui gemmam habet pretioſam, ei ſuppetit res quæcumque: at copia auri, quidquid libuerit, tibi ſuppeditabit. Reliquæ item auri proprietates, de quibus alibi fuſè dixi, admirabiles ſunt.

Quid apud Ioann. Deus charitas eſt.

Quomodo ſpōſa habeat Chriſtum pro capite.

Iam verò cùm hæc Chriſti imago ſit, ad quam ſeſe effingere exoptet ſponſa, facile eſt animaduerſu, eam tunc hoc in ſe elogium tranſlaturam, cùm & Chriſtum caput ſuum amauerit perfectiſſimè, B & tali ſe capite velut infiniti pretij theſauro reputauerit quam ditiſſimā. Etenim hoc auro explere illa omnes poteſt lacunas ſuas: neq; verò quidquā eſt adeò vile, quod non effloreſcat deauratum.

Coma, ſymbolum conſecrationis Nazaræorum.

Comæ eius ſicut elata palmarum. Notum illud, ſponſum Eccleſiæ Nazaræum eſſe; & Nazaræi cæſariem ſymbolum eſſe deuotionis & conſecrationis diuino cultui, vidimus cap. 4. 1. Nota ergo, deuotionem aut ſanctificationem Nazaræi vocari in ſacra Scriptura (vide Num. 6. 5.) ſeparationem. Ad hæc, *Elata palmarum* ſunt ea germina, quæ emittunt palmæ, dactylos, earum ſcilicet fructus adhuc in flore continentia. Et eo alluditur fortaſſe, quod criſpi eſſent ſponſi crines. nam criſpari crines, habitum olim fuit pro ornatu. vide C crines intortos 1. ad Tim. 2. 4. & Iſai. 3. 24. criſpantem crinem. Quòd ſi elatæ ſumantur pro clauſo in eis inuolucro, ramo nimirum dactylorum adhuc lactentium, is criſpus ſatis eſt & ipſæ elatæ referunt palmæ capillorum imaginem. vt ſignificetur, huius ſponſi ornatum viſendum, criſpam ſcilicet cæſariem Deo prorſus conſecrari, nimirum id ſibi ſummæ eſſe gloriæ, vt ipſe, & quidquid victoriarum ſublime & glorioſum eſt, Deo deuotum ſit.

Crinium ornatus ſacratus Deo.

Victoria & excellentia elatis palmarū repræſentata.

Sed non ita moror in ſpecie capillorum, quam referunt elatæ, quam quòd hæ ſuſpenſæ ſint in ſublimi quaſi conſecratæ Deo, ac quaſi anathema pro victoria. Et quidem notum eſt ſymbolum victoriæ palma, & videtur ea propter victoriam ac D præſtantiam ſibi à conditore conceſſas, cæſariem illam ſuam ipſi conſecrare: atque in cōſecrationis & ſeparationis ſignum in vagina recondere ipſi duntaxat Deo, quoad ei placitum vaginam aperire. Huius porrò deuotionis ac conſecrationis Deus ſibi fructum ſuauiſſimum decerpit. Explico rem. ſi ex victoriis & excellentiis gloriam crinium Deo ſacrauerimus, eique nos (quo inſigniores, eo magis obligati) deuouerimus totos; inde guſtu Deus afficietur quàm ſuauiſſimo, ingentem etiam toti mundo fructum colliget: qui ſcilicet illum imitetur fructum, quem ex ea deuotione ac conſecratione, qua ei ſuos crines dedicauit Chriſtus, percepit. Correſpondet autem huic loco, quod poſtmodum c. 7. 7. & 8. ſponſus Eccleſiæ religioſæ E dicit: *ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ. Dixi, aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Intelligitur enim ex dictis religioſum ſtatum propter excellentiam, qua illum euexit Deus, comparari cum palma, & cum is elatas ſuas Deo conſecrauerit, ſponſum ad potiendum fructum aſcendere.

Hæ dicandæ Deo.

Cùm de crinibus ſponſæ cap. 4. fuit actum, illis inter comparationes paſtoritias obuenit quædam ex grege caprarum Galaadicarum petita, propter ingentem ſcilicet quam præſtat deuotio Eccleſiæ

T vtilita

Digitized by Google

vtilitatem, iuxta illud, *Pietas ad omnia vtilis eſt.* nunc verò vtilitatis metaphora in metaphoram fructus, & fructus quidem victoriæ commutatur.

Deuotionem commendare modeſtia.

Nigra quaſi coruus. q.d. capillos Chriſti, eius nimirum conſecrationem, qua totum ſe propter excellentias admirabiles, quibus illum inter creata omnia fecit Deus eminere, ipſi deuouit, cum palmæ capillamento conferri. Veruntamen capilli Chriſti non eius ſunt coloris cuius capilli palmæ, aut eorum vagina; ſunt enim perfecti nigroris. Et quidem color niger capillorum multum habuit apud veteres elegantiæ; cæterum eius coloris myſterium faciendum pluris. Illud eſt, cum decore ac gloria criſporum crinium modeſtiam ac demiſſionem in eorum conſecratione coniungi. nam colorem in veſte nigrum ad modeſtiam ſpectare, copioſè c.6. Apoc. oſtendi. quæ ſignificatio nata videtur huic loco. Eo etiam fortaſſe fuit ſpectatum, quod hæc Chriſti deuotio inueterauerit nunquã.

Aut fortè perpetuitate.

Oculi eius ſicut columba ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lota, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Locum hunc in reliquis, meo iudicio, arcaniſſimum aperire conabor dictis aliquot.

Hæc encomia prius de Chriſto intelligenda.

Primum dictum. De oculis, vt conſtat, ſponſi ſermo in hoc loco; & licèt proferat has laudes ſponſa cum reſpectu ad Chriſti imitationem ſibi experitam, priùs tamen eas de ipſo Chriſto intelligi neceſſe eſt.

Columba pro vtroque ſexu.

Secundum. Quemadmodum antea in prædicatione oculorum ſponſæ ex oculis columbæ, fœminæ videlicet auis, petita fuit cõparatio; ita nunc ad commendandos Chriſti oculos, maſculi columbi oculi pro comparatione conſiderandi ſunt. Neque verò obſtat ſignatum columbæ nomen fœmininum. nam conſtat illud vtrique ſexui conuenire.

Hic reſpectus ad maſculũ.

Sponſa oculi columbarũ, ſed ſponſi cur columbæ?

Tertium. Cùm de oculis ſponſæ agebatur, tranſtulit Vulg. *Columbarum*, atque id quidem rectè. nam ſiue dicas: oculi columbis ſimiles, ſiue oculi columbarum, ſenſus, vt ex illic dictis conſtat, idem eſt. At verò cùm de ſponſi oculis agendum fuit, oportuit transferre, *ſicut columba.* Etenim in eo ponitur comparatio, quod ſint columbæ albæ. atqui oculi columbini ſemper eiuſdem ſunt rationis, ſiue columba alba ſit, ſiue coloris alterius. Atque ideo quoniam exprimitur reſpectus in comparatione ad columbas albas; euidens eſt, de columbis agi, non de earum oculis. Vſurpatur autem genus plurale, vt illud oculis reſpondeat. nam quod ſpectat ad ſenſum, idem exiſtit, ſiue dicatur, oculi ſicut columba in ſingulari, ſiue in plurali, ſicut columbæ.

Sermo de attentione Chriſti ad ſponſã.

Quartum dictum & vltimum. Comparationis ſignificatio eſt, oculos habere Chriſtum in ſponſam ſuam intentiſſimos (ſignificanter dicimus nos, *remiraſe en ella*) eiúſque rationibus proſpicere ingenti ſolicitudine. ad eum vtique modum quo in ſuam columbus obtutum defixum habet, eique ſtudioſiſſimè conſulit. *Parturienti ſolatia & miniſteria ex mare.* Plin. inquit lib. 10. cap. 34. eámque, vt deliniat, oſculari. Præterea vt ſignificaretur, placere Chriſto, quàm maximè conſcientiæ munditiem, qua eius ſponſa præfulgeat, figura ſelecta eſt columbæ ſummum albæ, mundæ item ſummum, & quæ præter fluxus aquarum abundantiſſimos, *iuxta fluenta pleniſſima* commoretur: vt inuitetur ſponſa ad lauationem limpida illa aqua, quam in promptu habet, identidem repetendam. Atque hæc quidem videtur eſſe huius loci ſignificatio. Nota illud Habac. 1. 13. *Mundi ſunt oculi tui.* & ſtatim: *Reſpicere ad iniquitatem non potes.* q. d. tam eſſe puros Chriſti oculos, vt obtutu cuiuſlibet in ſeruis ſuis labeculæ offendamur. Neque verò neceſſe eſſet ita re ipſa accidere, vt columbus ſuæ ſociæ munditiem valde curet; vt cum ita non accidat, meritò certe poteſt affirmari cœleſtem columbum in primis curare diligenter, vt ſponſa ſua quàm mundiſſima ſit. Eſt tamen veriſimile columbum amare, vt pura ſit à ſordibus ſocia. Nam his auibus cordi eſſe videtur mundities, quemadmodum fugere dicuntur loca tetri odoris. Hoc dicit Barrad. tom. 1. fol. 61. qui auctores citat Theophyl. & Euthym. Et cum peculiare ſit inter has aues pacis oſculum; facit hoc vt credantur ea cauſa amantes eſſe munditiei. Iuuat Plin. cum lib. 10. c. 36. inquit: *Ineſt columbis quidam & gloriæ intellectus: noſſe credas ſuos colores, varietatémque diſpoſitam.* Conſequens autem eſt, vt delectentur mũditie, qui ſic grato colore & pulchritudine delectantur. Aptiſſima verò eſt ſignificatio ſymboli, nempe vt Chriſtus Dominus ſuum nobiſcum ſpiritum communicet, eum deſiderare plurimum, vt conſcientiæ nos puritatem conſectemur.

Eã vult eſſe quàm puriſſimam.

Fluentis aquarum Sacramẽta deſignantur.

Iam quòd inuitet Chriſtus & offerat aquarum fluenta, id quidem eſt ad Sacramenta allicere. Atque id in Chriſti baptiſmate repræſentatũ: in quo ſpectata fuit iuxta limphas ſupra Chriſtũ columba: ad ſignificandum nimirum Chriſtum eſſe, qui ſuum ſpiritũ Eccleſię columbæ ſit largiturus, cuius illa quippe amantiſſima columba oſcula expetere prædicta fuit in hoc Cant. ſignificatum item, ad participationem ſpiritus Chriſti obtinendam, ab ipſo Eccleſiam inuitari, vt, quò paret ipſa munditiem cõſcientiæ perfectã, ad gratiæ aquã accurrat.

Præterea, hæc inuitatio ſponſæ ad commorandum iuxta decurſus aquarum, eò fortaſſe ſpectat, vt ea ſuæ ſiti large epota gratiæ aqua ſatisfaciat. nam columba videtur eius eſſe naturæ, cui quippe calidæ ac ſiticuloſæ, abundè bibere neceſſe ſit. *Cum bibunt*, (ait Plin. lib. 10. c. 35.) *colla non reſupinant, largéque bibunt iumentorum modo.*

Diſcrimẽ inter ſponſi & ſponſæ oculos.

Atque hic ſanè videtur germanus huius loci intellectus. tantùm adiicio, in oculis ſponſæ ſolicitudinem ſignificari, ad rem non fuiſſe. nam potiùs obtegi eos velamine, ad elegantiam ſponſæ pertinuit. At oculos ſponſi poſitos omnino eſſe in vigilando, ſponſa zelanda, eiúſque munditie & conſolatione procuranda, id quidem nimis fuit appoſitum. Deinde verò in imitatione Chriſti hoc idem eſt quod iis, ad quorum munus attinet vigilia & zelus boni proximorum progreſſus, iniungitur.

Genæ pro buccis.

13. *Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs.* In genis ſponſæ repræſentare pudorem, aptiſſimum fuit; quæ repræſentatio non ita erat conueniens in ſponſi genis: atque ideo aliud fuit ſpectatum, quod habet propriam ſedem apud genas, ſub loco qui propriè mala dicitur, in eo ſcilicet, quem Plin. buccas appellat, vidimus iam genas Plinio eſſe palpebras, Vulgato verò ex vſu nominis antiquo malas. Deinde nomen *genæ* complectitur in ſacra Scriptura quas Plin. vocat & malas & buccas. Ita ille loquitur lib. 11. cap. 37. *Infra oculos malæ: pudoris hæc ſedes; ibi enim maximè oſtenditur rubor. Infra eas hilaritatem riſúmque indicantes, buccæ.*

In buccis ſedes hilaritatis.

Hilaritas ſponſi cõmendata.

Vnde apparet facile, quemadmodum ex decoro fuit, vt in ſponſa purpura faciei conſideraretur, ita ad decorum idem maximè pertinuiſſe, vt in ſponſo attenderetur vultus hilaritas. Hæc verò, vt deſcriberetur, quid ita amœnum, quàm ſi diceretur, vernantem agrum non ita hilarem eſſe, quàm ſponſi faciem? Atqui amœnior

Digitized by Google

amœnior eſt multo ac iucundior comparatio ex areola odoriferorum petita florum in viridariis principum ad cōcinnãdos faſciculos ſtudioſiſſimè conſitorum. Quare nulla videtur depingi poſſe iucundior, nulla feſtiuior. Vt autem non hîc intelligeretur inanis aliqua hilaritas, notauit textus, omnes areolæ huius flores ſpecies eſſe aromaticas, quæ odore ſuo animum & ſpiritū demulcent. Ad id porrò quod ita commendat Paulus: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete*, quid oro, quod rem ita graphicè repræſentaret, excogitari potuit? ſed adiungitur continenter,

Ex comparatione areolæ odorē ſuauiſſimum exhalantis

Quid hilaritas diuina ſit?

Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Sermonis qualitas politiſſimè fuit appoſita lætitiæ faciei. q. d. veram iucunditatem vultus ab inani & prophana loquela haudquaquam pendere. Etenim Chriſti, qui orbis erat gaudium, facilis erat & comis ſermo; verùm enim ingentis ſemper Dei gloriæ, conſolans animam, & carnis mortificationem ſuadens. Habes multa de liliis cap. 2. 1. quod ſymbolum ſint humilitatis & exaltationis. Cor autem confirmari myrrha, notum eſt; quæ tamen propter amaritiem ſymbolum eſt mortificationis.

Verbis quippe totius ſanctitatis comitata.

14. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Hebraicè, *Manus eius circuli auri pleni in Tharſis.* Grammatica horum ſignificatio eſt, ſimiles eſſe ſponſi manus aureis vel armillis, vel potiùs annulis in eam deſinentibus gemmam, quæ appellatur in ſacra Scriptura Tharſis. Hæc ea eſt, quam ab aureo colore Latini nominant Chryſolythum Græco nomine; quamquam ea etiam vocata ſit olim hyacinthus; & nunc quoque hyacinthos ligna vernacula lapides vocamus, qui aurum accenſum valde colore referunt, qui chryſolithorum, vt notat Plin. lib. 37. proprius color eſt.

Tharſis, Chryſolithus & hyacenthus lapis aurei coloris.

Mira hæc comparatio reſpicere videtur Salomonis annulos. Et quidem cum manus ſponſi annulis conferuntur, hoc dicitur: quadrare bellè & quaſi natos eſſe annulos aureos illius manibus. Etenim manus, actiones ſunt; aurum, charitas; & figura annuli perfectionem repræſentat. Atque ideo ad ſignificandum opera illius ex charitate eſſe, illum ſemper de benefaciendo cogitare, atque id perfectione ſumma, nihil aptius. Nam annuli aurei ſunt. auri acceſſionem affert gemma coloris aurei accenſi, & gemma item pellucida, quod in auro ad ſummam perfectionem requiri videbatur. Ac demum vt denotaretur opera cœlum directò ſpectantia, ſymbolum eſt admirabile Chryſolithus, qui cœleſtem gloriam (vt Apocal. cap. 21. vidimus) repræſentat. nam abire annulum in gemmam, vti ad ſuum finem, planum eſt.

Figura operū perfectiſſimorū annulus.

Gemma cœli, quò tendunt.

Venter eius eburneus diſtinctus ſapphiris. Hebr. *viſcera eius nitor eboris.* Varia nomina ſunt apud Hebr. ad ſignificandum ventrem, viſcera, renes, cor, miſerationes, quæ Vulg. aut omnibns his modis, aut multis eorum conuertit; ſed ad eruendum proprium intellectum, vocem originariam conſulere oportet. Nam pro ventre, ſeu vtero propriè ſumendum eſt nomen קֶרֶב Geneſ. 25. 23. & 45. 6. טוחות quod Vulg. viſcera reddiderit Iob 38. 36. renes ſignificat. Iam à verbo רחם eſt nomen רֶחֶם vulua, vterus & רַחֲמִים viſcera, & Geneſ. 43. 30. miſerationes. ſic מֵעַי quod in hoc Cantic. ſæpe vulgato eſt venter, pro viſceribus quandoque accipitur, vt ſuprà verſ. 4. & in hoc loco. In quo aptiſſima poſita eſt comparatio, vt pectus planè bonum, & præcordia recta (*buenas entrañas*) deſignarentur, quemadmodum lactea viſcera dicere ſolemus. nam eboris candor egregiam & bonitatem, & intentionis in operibus rectis puritatem repræſentat. Cum autem præceſſerit ſponſi ſtudium & opera charitatis; appoſitiſſimè fuit adiuncta pectoris illius generoſitas, & bonitas interior: quaſi dicatur is propter ipſummet bene mereri, ad benemerendum ferri.

Venter pro viſceribus.

Horum candor eximiam denotat actionū bonitatem.

In his porrò, *Venter eburneus diſtinctus ſapphiris*, alluditur fortaſſe ad Salomonis thoracem aut ex byſſo, aut ex albo holoſerico (*Iubon de raſo blanco*) filo aureo & ſerico cæruleo (*de oro y azul*) intertextum, cum cingulo ſapphiris diſtincto; niſi haberet fortè thorax (vt Lyra cogitauit) in cinctu diſpoſitos ſapphiros. qui veſtitus non dedecet Salomonem. Optimè verò cohæret, vt exterior ornatus ea, quæ interiùs clauduntur, repræſentet. Iam eboris cum ſapphiris coniunctio illud poteſt denotare, quòd pectoris ac præcordiorum (candore eburneo ſignificatorū) eximia integritas copulatas habeat qualitates ac proprietates cœleſtes, & quamdam diuinitatis imitationem, in pace nimirum & ſerenitate, in ipſáque ſui cōmunicandi voluntate. nã ſumma cōmunicatio ſui propria eſt diuinitatis. De ſapphiro gemma plura habes in Apocal.

Reſpectus ad extremā veſtem.

Cur ebur cū ſapphiris coniunctum?

15. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Infatigabilis conſtantia, quæ patientiam & perſeuerantiam includit, robore crurum deſignatur. nam indigere ſeſſione, & flexione crurum, fatigationem repræſentat. Vbi facile ſtatim apparet, comparationem ex columnis marmoreis ad crura firmiſſima ſignificanda, ſymbolum fuiſſe pulcherrimum. Iam baſes aureas columnis attribui, ſignificat, patientiam & fortitudinem Chriſti ingenti amori, quo ille patrem ſuum proſequitur, inniti: ac propterea nulla vnquam re, quæ attineret ad obſequium Patris, & hominum commodum, eum defeciſſe. Vide Apocal. 10. & Eccleſiaſtæ 12. & nota, non ideo columnis crura conferri, quod ea columnis figura ſimilia, quemadmodum in figura Apoc. depingunt aliqui, ſint concipienda. Sed conſtantiam repræſentat hæc comparatio; aut affert in Grammatico ſenſu robuſta ac præualida crura, habitúmque corporis gigantæum.

Firmitas crurum appoſitè columnis deſignata.

Ac fortaſſe ad albas caligas deauratúmque calceamentum ſit alluſio. nam ſi calcei Salomonis aureo ſplendore fulgebant, aut ex ſerico ſummum albente aut ſimili materia erant caligæ; aptè inde comparatione deſumpta columnæ ex Pario marmore aureis vaſibus nixæ potuerunt appellari crura, poſito, quòd cum pulchritudine iunctam habuerint firmitatem. Ad ſenſum verò conuenit optimè comparatio.

Reſpectus ad Salomonis calceatum.

Species eius vt Libani, electus vt cedri. q. d. ita in eum conuenêre virtutes, atque in Libanum nobiles propagines aromaticæ ac ſalubres, virtutes, inquam, ſublimes ac ſolidæ, quantum Libani montis cedri ſunt.

Virtutū ſponſi numerus & forma.

Guttur illius ſuauiſſimum. Planum eſt, hoc referendum ad ſuauitatem eloquentiæ, qua præſtantius longè quàm ſua muſica Orpheus, homines ad parentem ſuum pertrahebat. Et hîc quoque ad muſicam alluſio eſt. Artem nota, qua Magdalenam fallaciis & impoſturis explicauit, quámque ſummo iure dixerit Petrus: *Verba vitæ æternæ habes.* & alij: *Nunquam ſic locutus eſt homo.*

Diuina ſuada.

Totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus. collectio ex dictis hæc eſt. quaſi dicat ſponſa, propter quas commemorauerat virtutes, ac plures alias abundè ſuum ſponſum promeritum, vt eius inueniendi deſiderio indicato illa raperetur.

Collectio ex ſuperioribus.

T 2 Et

Digitized by Google

Cur amicus vocetur hic Christus?

Et ipſe es amicus meus. Senſus eſt, eſſe ipſam ſumma amicitia, quam ſponſi erga ſe notiſſimam haberet, omnino confiſam, gauiſurum ipſum, quod quæreretur, & inueniretur. In præcipuo verò ſenſu ſignificatur Romana cum Eccleſiis aliis ita agere: ad eam, ad quam connitebantur, reformationem ingentem conſequendam, collocari debere fiduciam in charitate, qua Chriſtus Eccleſiam ſuam complectitur; & in gaudio quo ipſe ex inquiſitione ſui inuentionéque afficeretur, & quo conatui tam iuſto faueret, tam nobiléмque anniſum promoueret.

Quæri ſit ab Eccleſia Romana duci.

17. *Quo abyt dilectus tuus ò pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Hæc ſunt in dramate efficta quàm aptiſſime. Quæ in præcipuo ſenſu videntur illò ſpectare, vt parti- B culares Eccleſiæ, & bonæ animæ diſcere velim à Romana Eccleſia, vbi nam ipſa iudicet Chriſtum repertum iri; quod ſenſus illius rectus ſit haud-dubiè, & is inear directam viam, qui acquieuerit in conſilio Romanæ Eccleſiæ.

CAPVT VI.

De mira Romanæ Eccleſiæ in ſtatum priſtinum per Religioſos reſtauratione.

SECTIO I.

Sponſa.

Verſ. 1. ***Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.***

2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.*

ACOLVTHIA.

Eccleſiarum nomine Apoſtolicis vetiſſimum intelligo, eos nempe quorū inſtitutum eſt Apoſtolos imitari.

In eo igitur cùm eſſet deſiderio Romana Eccleſia, agnoſcit illa, ac decernit demum, Religioſorum ordinum inſtitutionem ad imaginis prædictæ reformationem de cœlo eſſe delapſam; atque adeò in cœnobiis Religioſorum Chriſtum delectari, ibíque à cæteris quærendum eſſe.

Magnas itaque prò ea inſtitutione ſponſa Chriſto gratias agit; & quia id inuenerit, quod vehementer optabat, maximè exultat.

COMMENTARIVS.

Cogitatio ſi ſtatu matutina.

Verſ. 1. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum.* Concipiendum hic appetens manè, Delrius inquit, nec id mihi diſplicet. Iuuat enim hoc eam ſignificationem, quod poſt illam, quæ præterit caliginem, affulgeret iam claritatis bona ſpes. Hæc ego ſic declaro: viuam & ſpirantem Chriſti imaginem redintegratam quærendam in ſtatu religioſæ vitæ: illic à reliquis perquirendum Chriſtum, in bono ſcilicet exemplo, in bona Sacramentorum adminiſtratione, ac demum E in ratione concionandi fructuoſa.

Hortum explicatio de Religioſis. Quærendus apud hos Chriſtus.

Obiectio demta.

Sed mihi obiicietur. Horti nomine vel vniuerſalem Eccleſiam, vel certè Romanā c.4.12. & 16. cap.5.1. ſignificari. Reſpondeo, Romanam Eccleſiam, cùm ea vigebat in perfectione vitæ, ſic placuiſſe Chriſto, vt viridarium ipſius nominaretur. At cùm ea abundè ſibi peperit cauſas lacrymarum, quòd plurimum antiqua perfectio conſenuiſſet; ecquis non videat tunc horti nomenclaA tionem meliùs cadere in ſtatum vitæ religioſæ. Adde, ſignate expreſſam areolam aromatum, quæ particulam horti denotat, qua potiſſimum ſponſus caperetur. Facit pro mea expoſitione Nyſſenus ad hunc locum confirmans, hortum nunc ſumi pro loco vbi ſponſus degit, vt diſcamus non verſari ſponſum in ea anima, vbi virtutum quædam ſit ſolitudo, ſed quæ aromatis eſt phiala, & aromata profert.

Cur ſignate expreſſa aromatum areola?

Vbi habitet Chriſtus?

Honorius hoc ſignificare putabat ſponſam in præſenti verſu: Quid vagor foris? intra me eſt ſpōſus, in me eum reperiam. Sed, quod pace illius dixerim, philoſophari hoc eſt, non interpretari. Ex contextu enim perſpicuū eſt, ſponſam ſe ſine ſpōſo reperire, hoc eſt, illum offenſum habere. Et verū quidem eſt, eundem intra fidelium cœtū repertum iri. Verùm non vbicumque, ſed in loco certo, quē ipſe ſpeciatim ſelegerat ſuæ recreationi: atque illum hic ſignificat hortus, & areola aromatum.

Certus locus illius hic hortus, & areola.

Lilia hic viri religioſi.

Vt paſcatur in hortis & lilia colligat. Hortum Grammatica non ad eſum ſpectat, ſed ad recreationem: qui vſus verbi *paſco* elegans iuxta eſt ac communis. Et vero religioſi viri, qui indies proficiunt valde, ad magnámque perfectionem aſſurgunt, hæc ſunt arcana lilia, quibus ſe reficit & oblectat Chriſtus. de hac liliorum ſignificatione longa eſt cap. 21. tract. 10.

Gaudij ſignificatio ex completo verſu.

2. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.* Iam quid aptius, his verbis vt gaudium ingens Romanæ Eccleſiæ repræſentaretur, C quod inueniſſet ſponſum in hortis religionis inter myſtica lilia?

SECTIO II.

Verba Sponſi.	*Acoluthia.*
3. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.*	Chriſtus viciſſim de noua & pulchritudine, & fortitudine ſponſæ gratulatur.
4. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut grex caprarū, quæ apparuerunt de Galaad.* D	De nouo item reuerentiæ erga diuinam maieſtatem exemplo valde ad ſalutem neceſſario. Ac dein exultans Chriſtus in reformatione Romanæ Eccleſiæ, primum laudat eius deuotionem.
5. *Dentes tui ſicut grex ouiū, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.*	Nec non eleemoſynas diuitum, & Romanam morum honeſtatem.
6. *Sicut cortex mali punici, ſic gena tua abſque occultis tuis.*	
7. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta cōcubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.*	Ac deinde quod primatus Romanæ Eccleſiæ à Religioſis ſtrenuè propugnetur, & prædicetur egregie, in eo Chriſtus exultat.
8. *Vna eſt columba* E *mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.*	
9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?*	Forte etenim ex eo vt Eccleſiæ gloria & pulchritudo augeſcerent in dies, vna cum ſpirituali aduerſus hoſtes fortitudine. *Chorus.*

COM

Digitized by Google

Commentarivs.

Religioſus ſtatus ornat Eccleſiam & munit.

3. *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Hebraicè: *Pulchra es amica mea vt Thirſa.* Verùm hoc nomen non eſſe proprium optimè efficit Delrius. Sept. *vt complacentia.* Alij *vt ſuauitas.* Vt verò ſignificarentur Chriſti ad Romanam Eccleſiam gratulationes ex noua & pulchritudine & fortitudine ipſi exquæſito in ſtatu religioſo Chriſto acquiſitis, non alia his magis appoſita verba poterant afferri. Manifeſtum porrò eſt, hanc pulchritudinem à virtutibus eſſe; oſtendi verò fortitudinem aduerſus dæmones, & fœtus horum hæreticos, aduerſúſque monſtra reliqua.

Amatorium hoc putât recẽtes ſine bono ſenſu.

4. *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.* Qui hæc exponunt, vt dicat ſponſus, captiuum ſe trahi ſponſæ aſpectu, peiátque ideo vt ſponſa aliò conuertat oculos, hos interpretes aut ego non capio, aut intellectum non adducunt ſiue grauem, ſiue Chriſto ſponſo dignum. Horum certè recentiorum pectus ἴυγγι τιτρώσκει cum Pindaro dicas, adeò liqueſcunt præ amore. Communior expoſitio eſt ad demiſſionem hæc pertinere. Ita ſentiunt Greg. Caſſiod. Rupert. Ciſtercienſ. Philo, Theodoret. & apud hunc tres Græci Patres. Hanc ego vt adaptem contextui Chriſtum concipio ſuæ ſponſæ Romanæ Eccleſiæ dicentem, vt adnitatur iam tũc Religioſorum exemplo in reuerentia diuinæ maieſtatis melior fieri: quod ex defectu huius ſibi acciderit, vt eam Chriſtus in præteritam ignauiam incidiſſe paſſus ſit. Miræ eſſe doctrinæ hunc intellectum, quicumque ſtatim videt. Et non audere oculos in alicuius faciem defixos habere, planum eſt, obſeruantiam, & reuerentiam ſignificare. Hebraicè, *Auerte oculos è regione mei: quia ipſi me reddiderunt efferum*, nimirum parum reuerenter & nimis è regione intuentes. Quod non eſt aliud, quàm ſi dicat: Cura, vt deinceps Euchariſtiam tractes quam reuerentiſſimè. Etenim incuria in re tanta meam tibi peperit indignationem. Ad hæc, vt in maieſtatis Dei & arcanorum ipſius conſideratione humilem ac reuerentem ſe gerat. Nam obſeruantiæ diminutio ſignificatur obtutu liberè in alterius faciem defixo. Qui verò ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Poſſunt autem non rarò orti eſſe miſeri lapſús à diminuta in res ſacras obſeruatione.

Ad demiſſionẽ ſpectat.

& reuerentiam Dei.

maximè in Euchariſtia.

Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Horum conſequentiam habes in acoluthia, ſenſum ſuprà cap. 4. 1. & v. 2.

5. *Dentes tui ſicut grex ouium, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis.* Iis verò, quæ illic dicebamus, quòd diuites ſuis eleemoſynis perutiles ſint, accommodatum eſt, quod ad rem aliam P. Delr. hîc notat, ouem nempe totam ſanctam & vtilem in lege fuiſſe. nam vellus ſeruiebat hyacinthinis pellibus: caro erat victimæ deſtinata: cornua in buccinas aſſumebantur, crura ad tibias, inteſtina ad neruos citharарum, cutis ad tympanum.

Diuites miſericordes quam vtiles.

6. *Sicut cortex mali punici, ſic gena tua abſque occultis tuis.* de his cap. 4. verſ. 3.

7. *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.*

8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Haud eſſe poſſibile, vt ex vxoribus, quas Salomon habuit, ſumatur hîc comparatio, affirmat P. Delrius. quod ex lib. 3. Reg. cap. 11. conſtet reginas fuiſſe ſeptingentas, & trecentas concubinas. Verùm hæc ratio non euincit: non enim has omnes duxit Salomon vno die. Perditus autem iam erat ac profligatus, cùm vxorum numerus eò excreuit. Illud mihi videtur verò ſimillimũ, ſcriptum fuiſſe hũc librum Cant. cùm reginæ tantùm erant ſexaginta, & concubinæ octoginta. Reliquæ verò, quas vocat textus adoleſcentulas, aut aſſiſtebant reginis, vel aſſeruabantur clauſæ, vt ex illis, quas vellet rex, in concubinas adlegeret, poſtquam regio cultu & excellenti diſciplina idoneæ Regis coniugio cenſerentur. Vide Eſth. 2. Ex re itaque petita videtur comparatio, quæ cum hic liber ſcriptus eſt, eueniebat, nempe, vt inter reginas 60. 80. concubinas & adoleſcentularum ingentem numerum, quæ pulchritudine & gratia apud regem excellebat, eſſet filia Pharaonis, quippe regina princeps. Colligitur id manifeſtè ex 3. Reg. 3. 1. & cap. 7. num. 8. cap. item 9. num. 24. euidens porrò eſt ex ſacro textu Salomoni, poſt ductam Pharaonis filiam fauiſſe Deum inſigniter ſapientiæ dono aliíſque beneficiis conceſſis, ante ſcilicet quàm ipſe idololatriæ ſe ſummitteret.

Quomodo reſpectus hic ſit ad Salomonis vxores.

Accommodatitiæ huius loci applicationes variæ ſunt. S. Epiphan. in fine Panarij hæreſes intelligit per concubinas. Illa S. Hieronymi epiſt. 140. myſtica eſt in primis. His ergo & aliis prætermiſſis negotium non exiguum quidem locus hic faceſſit. Ille enim hinc vxores regis reginas numerat ſexaginta, & octoginta concubinas; quæ etiam exiſtimandæ ſunt regi in matrimonium, quanquam non ita ſolemniter, collocatæ. Ac de his omnibus, duo ſupponit textus, alterum, ab illis ſuſpici & obſeruari reginam principem; alterum, eas quoque ad regis coniunctionem admitti. Has ergo omnes & vt diuerſas à principali regina, in textu recenſeri, & regi copulatas, eiúſque gratia & amicitia potitas, euidens eſt. At verò ex altera parte in confeſſo eſt, debere colligi ex hoc loco Eccleſiæ catholicæ vnitatem. hoc enim videtur inter Patres omnes conuenire: neq; ſolum hoc interpretes confirmãt, ſed vt plures alij. Optatus Mileuitanus lib. 2. & 4. Cypr. epiſt. 66. & lib. de vnitate Eccleſiæ. Ruffin. in expoſitione ſymboli. Aug tract. 5. in Ioan. Concilium Africanum circa tempora Bonifacij tom. 1. Pacian. epiſt. 1. Arduum itaque videtur redigere ad conſenſionẽ hæc duo: alterum, præferri ſponſam vnam plurimis ab illa diuerſis, quæ & ipſæ ſponſæ ſunt; alterum, ex huius, quæ reliquis præfertur, commendatione, colligi Eccleſiæ catholicæ vnitatem. Hæc igitur duo reducturi ſumus, cum Deo bene iuuante, in concordiam, & oſtenſuri ſimul hunc locum in paucis eſſe periluſtrem.

Locus hic pugnãtia duo videtur adſtruere.

Ille verò illuſtriſſimus eſt.

Dico ergo primò, habere communiorem explicationem, quod in hac triplici reginarum, concubinarum & adoleſcentularum diſtinctione, diſtinctio perfectorum, proficientium, & incipientium ſignificata ſit. Hoc dicunt Nyſſ. Philo, Theodoret. Pſellus, Iuſtus, Caſſiod. VVilleramus, Honor. Elias Cretenſ. & D. Auguſt. à Delrio relati.

Cõmunis expoſitio de triplici genere perſonarum.

Dico ſecundò hãc me aſſumere interpretationẽ, & eam textui ſic adaptare, vt in eo de ſingularibus perſonis ſermo nõ ſit, ſed de Eccleſiis, atque idẽ de concubinis & adoleſcentulis pronũcio. Ad ſingulares perſonas accommodari poteſt deinceps doctrina; cæterùm in Cantic. vti ſponſa eſt Eccleſia, ita ex reginis & concubinis quælibet cœtum repræſentat certum. Porrò, quædã Eccleſiæ ſunt fœcũdæ, quæ Chriſto filios ſpiritualiter pariunt: aliæ

Trahitur ad Eccleſiarum diuerſitatẽ.

Digitized by Google

ſalute propria contentæ de gignendis ſpiritualiter per conuerſionẽ animabus, non agunt. Quę igitur ſpirituali generationi nõ attendunt, eæ mihi ſunt, quas textus decentiſſimè vocat adoleſcentulas, ſupponens patuulas eſſe reginis famulari, nec dum ad fruendum regis coniunctione idoneas. Vidit hoc acutiſſimè S. Hieron. epiſt. 140. vbi ait, *Diuerſa multitudo credentium, quæ necdum poteſt ſponſi copulari amplexibus, nec Deo liberos parere, adoleſcentula dicitur.* Hæc ille. Atque ea ipſa ratione, vt videbimus cap. 8. dicitur de ſorore ſponſæ: *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet.* Et quoniam dico in magno illo adoleſcentularum numero magnum Eccleſiarum, id eſt, oppidorum numerum intelligi: notum eſt, multa eſſe Chriſtianorũ oppidula, in quibus nulla omnino cura eſt de gentibus aliis ad fidem conuertendis, imò nec de animabus à peccato extrahendis; ſed pro magno habetur, vt curet vnuſquiſque ſuam ſalutem. Continent autem, vt perſpicuum eſt, ſingulæ grandiores vrbes vicos eiuſmodi plures & oppidula, quæ vrbi collatæ, ſunt quemadmodum ſi cum Eſther compares puellas ſeptem, quæ illi datæ ſunt ad inſeruiendum. Hactenus de adoleſcentulis, quibus cura non eſt filiorum regi ſpiritualiter gignendorum.

Adoleſcẽtulæ ſunt Eccleſiæ infœcundæ.

At enim reliquæ ciuitates, quæ de filiorum ſpirituali generatione curant, de perducendis nimirum ad Deum animabus, & habent ea cauſa concionatores, alunt religioſos, & alios qui prouehant id negotij, atque adeò nomine vxorum regis, ad quas attinet filiorum ipſius procreatio, continentur; hæ inquam ciuitates vel Eccleſiæ ſunt in duplici differentia. Nam alteræ eò tendunt ſtudio & opera, vt plurimis ſint æternæ ſalutis cauſa; alteræ non hîc ſiſtunt, ſed adnituntur Dei ope non modo vt ſaluentur plurimi; ſed vt diuino obſequio perfectè incumbant, euadántque in ſpirituales viros, quos filios Chriſto generant. Cenſeo igitur ex his quaſdam eſſe concubinas, quaſdam verò reginas. Atq; id ex eo firmatur, quod in ſacra Scriptura duo ſint genera filiorum Dei: quidam ſibi ſatisfaciunt, dum gratiam Dei conſequantur: quidam vlterius viri ſunt ſpirituales quærentes in omnibus maiorem Dei gloriam. Primi, vt planum eſt, verè dicuntur Chriſti filij, vtpote qui eius fruantur gratia; ſed id habent ſecundi in perfectiore ſenſu, in quo locutus Paulus, cum, *Quicumque* (inquit ad Rom. 8. 14.) *ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Quantum igitur hi filij pręſtent prioribus, mire in eo repræſentatur, quòd ij reginarum ſint filij, priores verò concubinarum. Etenim horum ſpiritus eſt, vt regis gratia contentæ ſint; illarum verò princeps eſt ſpiritus ac planè regius, animarum quippe altum quid & ſublime contendentium.

Reginarũ & cõcubinarum diſcrimen.

Hæ contentæ regis gratia.

Illæ ad intimã familiaritatem anhelant.

Ex dictis intelligitur conſtare aptè tres perfectorum, proficientium, & incipientium ſtatus in reginis ſexaginta, octoginta concubinis, & numero adoleſcentularum ingenti. Verùm illud cenſeo directè maximè ad locum pertinere, quòd dicantur adoleſcentulæ, quæ ad gignendorum Chriſto filiorum curam non peruenerunt; concubinæ, quæ ſtudeant filios generare, quos cœlo tranſmittant; reginæ verò, quæ in id incumbunt, vt procreent ſpirituales filios, quorum ſit ſpiritus altior, ſtudium beatitudinis præſtantiſſima ratione obtinendæ, atque adeò Chriſto in hac vita accuratiſſimè inſeruiendi. Planum porrò eſt, tametſi Chriſtianorum ſint vrbes & oppida pene innumerabilia, numerum tamen reginarum certum ac finitum eſſe; ſed concubinarum maiorem, pene verò infinitum adoleſcentularum.

Dico tertiò, cùm aſſeritur inter vrbes vnam eſſe, quæ regina ſit, caput reliquarum, & quam ſupremam imperatricem agnoſcant omnes, affirmari ſimul hanc ſupremam dominam per Pharaonis filiam adumbratam, fore neceſſariò Romanam Eccleſiam, non qua Eccleſia eſt vniuerſalis, ſed qua omnium Eccleſiarum caput, in quo eius à reliquis diuerſitas verſatur.

Romana Eccleſia eſt quæ vocatur vna perfecta.

Dico quartò, colligi ex hoc ipſo conſecutione euidenti Eccleſiæ catholicę vnitatem; quandoquidem Eccleſiæ omnes ad agnoſcendum, profitendúmque Romanam ſuum eſſe caput, inter ſe conſpirant. Aſtruit itaque mirabiliter hic locus Eccleſiæ catholicæ vnitatem. Et eſt idem admirabilis ad aſtruendum primatũ Romanæ Eccleſiæ, quem ex illo perſpicuè colligas. Etenim cùm agatur de Chriſtianis omnibus Eccleſiis, vni tribuitur capitis nomenclatio, quam ſuſpiciunt reliquæ omnes, obſeruántque. Nec aliter deſeruiret hic locus vnitati catholicæ Eccleſiæ; niſi quia Eccleſiæ omnes cum Romana vt cum ſuo capite coagmentantur. Nam quæ regina cum ſexaginta comparatur, neceſſe eſt vt ſit, non quidem earum coniunctio, ſed diuerſa quædam, quæ reliquarum omnium caput ſit.

Vnitatẽ catholicæ Eccleſiæ, & primatũ Romanæ docet hic locus.

Dico quintò, ad ſeriem capitis, vt de primatu Romanæ Eccleſiæ hîc ſermo fiat, eſſe in primis appoſitum. Eò enim ſpectat hæc tractatio, quòd Religioſi præcipuè ſint, ex ipſorummet hæreticorum confeſſione, qui prædicant hunc primatum, & ſtrenuè tuentur.

Hunc primatum Religioſi potiſſimũ defendunt.

Perfecta mea. Idem hîc ponitur vocabulũ, quod alibi transfertur *immaculata.* Cùm autem eo peruentum ſit, vt agatur de Romana Eccleſia pro tempore tantæ reformationis, quãdo tot familias religioſas, tantámque perfectorũ hominum multitudinem complectitur; id ſignificat immaculata. vt iam antè (c. 4. 7.) vidimus, vbi de incontaminata in multis conſcientiæ puritate. Eſt hoc ad eum modum, quo de aliquo cœtu hominum dicere ſolemus, eum perfectum eſſe, quòd ibi certa vigeat deliberatio, delicti nulla ratione prudenter admittendi; accurratur autem ad confeſſionem, ſimul admiſſi ſcrupulus inciderit. ſic enim, quem mundiſſimum pronunciabimus, à quauis labecula ſibi metuẽtem ſolicitè, ſéque identidẽ emundantem.

Cur hîc poſita nomenclatiò perfectæ & quo ſenſu.

Vna eſt matris ſuæ. Romanæ Eccleſiæ genitrix ea eſt, quæ dicitur ſacræ Scripturæ mater Sion, Eccleſia nimirum primogenita, id eſt, primitiua Ieroſolymitana, vt multis t 2. Apoc. oſtendi. Quæ licèt Eccleſias multas peperit, ſed quam ſubſtituit ſibi reginam & caput reliquarum, ea eſt haud dubiè Romana. in quo vnitas conſiſtit catholicæ Eccleſiæ. Atque in hac nomenclatione vna cum reſpectu ad Romanam ſignificatur ea vna reliquis omnibus prælata. Quod idem mox affertur, cum dicitur: *Electa genitrici ſuæ.*

Cur vna & electa?

Putarunt aliqui Paulum ad Galat. 4. 26. agere de triumphante Eccleſia cum ait: *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.* Sed ponit, meo iudicio, in euidenti contextus de Chriſtiana Eccleſia primitiua Ieroſolymitana, quę dicitur Iſai. 66. *Mater Sion*, ſermonem eſſe. Illa enim Eccleſias reliquas genuit, inter quas Romana primogenita eſt.

Pauli explicatur.

Viderunt eam filiæ & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ & concubinæ & laudauerunt eam. Non modò de pulchritudinis præſtantia commendarunt, ſed

ſed eam capitis honore proſecutæ ſunt. Qui genuinus eſt hauddubiè, vt ex dictis patet, intellectus. In typo verò dubium non eſt, quin eſſet imperatrix filia Pharaonis, cui reliquæ omnes deferrent primas.

Verba chori. Bellè expreſſa pulchritudo & fortitudo Eccleſiæ.

9. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Vide Acoluthiá, & nota, vt deſignaretur fore vt accreſceret eximiè pulchritudo Romanę Eccleſiæ, admirabilem eſſe gradationem ab aurora ad Lunam, à Luna ad Solem. Quæ triplex comparatio ingentem quandam pulchritudinem graphicè repræſentat. Iam verò ad fortitudinem quid elegantiùs, quàm *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Repetitur porrò hæc pulchritudinis & fortitudinis coniunctio, quam copulare ſolet vtramque Salomon præcipuè. Vide Prouerb. 31. *Fortitudo & decor indumentum eius.* Vbi de perfecta nupta typicè agit.

Ab infuſione cœleſtis luminis.

Præterea quæ tres comparationes deſeruiunt magnæ cuidam pulchritudini exprimẽdæ, omnes eæ ſunt à Luce petitæ. Atque repræſentant illæ (vt fusè dixi Apocal. 12.) egregiam illam pulchritudinem, quam attulit Romanæ Eccleſiæ, veſtitam fuiſſe à Deo cœleſti luce, vt illuſtraret mundum, & inflammaret diuino amore. Sed illa prior eſt ſignificatio de progreſſione admirabili, quam eadem Romana *Eccleſia in claritate & ſapientia, in gloria item & ſplendore factura erat.*

SECTIO III.

Verba Sponſæ.

10. *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem, ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.*

11. *Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.*

Acoluthia.

Verùm in tanta Romanæ Eccleſiæ gloria ac maieſtate, dolet ipſa (id eſt, ipſius Pontifices) quòd cùm ad eum præcipuè finem illam Chriſtus euexerit, vt de antiquarum Eccleſiarum fructibus, & de nouarum floribus ſolicitè curet; externæ tamen gloriæ ſtrepitus, & ſplendor eximius (in quo pietas elucet Chriſtiani populi) ita quandoque abſorbeat ipſorum Pontificum attentionem, vt vix ad ea quæ Deus ſpectat præcipuè, animum ſinantur aduertere.

Commentarius.

Vnde petita comparatio.

10. *Deſcendi in hortum meum*, &c. Tenenda acoluthia, & notandum primò, videri comparationem petitam ex filia Pharaonis; quam euectam ad ſupremæ reginæ gloriam ſecum certa die animi cauſa Salomon detulerit in hortos ſiue Nucis, ſeu Nucum, ab hac fortaſsè arbore impoſito nomine. Spectatum autem eò fuit à Salomone, vt horti pomaria viſenda illa quidem regina ſpectaret, ac viſeret itidem vites florentes dum, ſicut & malogranata. Supponendum verò, in regione illa loca malis punicis, quæ videntur illic feliciùs prouenire, conſita facta plurimi. Illic mala medica (vt oſtendimus alibi) non erant: & ſcimus appellari in ſacra Scriptura loca malis punicis conſita, paradiſum malorum punicorum: quemadmodum vallem quamdam, quæ intra ſepta eſt religioſiſſimę domus Hieronymianæ iuxta veterem Cordubam, totam medicis malis illis quidem
A longè pulcherrimis, contectam illic vocant vallem Paradiſi.

Ex celeberrimo reginæ egreſſu hortos viſendi.

Fuit igitur conſiliũ vt regina floribus ac fructibus viſendis ſe oblectaret. Cũ autẽ exitus è palatio primus hic eſſet, exiretque imperatrix & reginarum regina, percuperéntque ciues vniuerſi, vt comperiſſet Salomon ardens eorum in complacendo ſuo regi ſtudium, eſſétque planum nullum ipſi accidere poſſe gratius obſequium, quam ſi reginam omnibus lætitiæ, celebritatis ac pompæ ſignificationibus proſequerentur; omnes idcircò comparato curruum pulcherrimorum ingẽti numero, clientum ac famulorum lautiſſimè inſtructorum, ornatúſque & elegantiæ infinitâ copiâ eam comitati ſunt. Tantus porrò fuit curruum tu-
B multus, tanta comitatus maieſtas, tanta denique apparatus viſẽdi magnitudo, vt cùm ierit regina, redieritque poſtea, affirmarit abſorptam ſe prorſus comitatus magnificentiſſimi conſideratione, neque pomaria animaduertiſſe, neque vitium aut malogranatorum florem, nec aliud eorum quidquis, cuius cauſa illam fieri egreſſionem rex condixerat. Natum porrò huic cogitationi textum, videbit, opinor, quicumque. ſed ad maius illius firmamentum noto primùm ex Delr. quamuis Septuag. & plures vocem שָׂמַתְנִי ducant à verbo שׂוּם quod eſt *ponere*, vertántque: *Poſuit me quadrigas*; ſed Vulgatũ & Simmachum traxiſſe *ſamathni* à themate שָׁמַם quod eſt *obſtupeſcere*, ita vt anima mea *ſamathni*, idem ſit quod anima mea obſtupe-
C ſcere me fecit, ſeu admirari quadrigas Aminadab; neque aliud eſt: *Conturbauit me propter quadrigas.*

Cur pro Conturbauit me, alij reddant: Poſuit me.

Qui tribuant hæc ſponſæ.

Noto deinde, licèt Delrius & alij frequenter velint, verba præcedentia, ſcilicet, *Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma*, &c. dicta ab ſponſo; videri tamen Theodoreto, Caſſiod. VVillet. ſponſæ eſſe. Quod, meo iudicio, eſt multo cohærentius.

Anima pro perſona.

Tertiò noto, eam locutionem: *Anima mea conturbauit me*, idem eſſe, quod: Anima mea conturbata eſt, aut, Ego conturbata ſum. Neque hoc cuipiam erit in Hebraiſmo nouum, vbi anima ponitur pro homine ſæpiſſimè. Vnde *Anima mea turbauit me*, idem eſt, quod, ego vehementer turbata ſum, vel admirata.

Aminadab appellatiuum eſſe.

D Noto denique appellatiuum hîc eſſe nomen Aminadab communi ſententiæ, atque id ſignificare, *Populus meus munificus*; poſitum verò in genitiuo ſic intelligi: Currus, inſtructum, maieſtatémque explicatam, effectum id totum eſſe magnificentiæ populi Ieroſolymitani, in documentum videlicet ſtudij, quo tenebatur, reginæ ſuæ gratificandi.

Iam verò conſtiterit manifeſtò hæc omnia cadere appoſitiſſimè ad ſenſum principem, quem diſertè propoſui in acoluthia.

SECT. VLTIMA.

Verba Sponſi.

E 12. *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, & intueamur te.*

Acoluthia.

Verùm enimuerò Religioſa Eccleſia (id eſt, Religioſorum cœnobia) ab eo humanæ gloriæ ſplendore libera eſt, atque ad eius laudes conuertitur deinde ſponſi ſermo; eo quòd ad Dei gloriam & animarum ſalutem procurandam, Religioſorum tanquam egregiorum adminiſtrorum opera Romana Eccleſia vtatur feliciſſimè.

In hoc Cant. ſponſæ tantū tres inducuntur.

Antequam hanc tertiam, quæ introducitur, ſponſam, & quæ ad illam pertinent, conſidero; aduerto, dixiſſe Delr. cap. 7. verſ. 11. rectè fuiſſe ab Honorio obſeruatum, totam quidem vniuerſalem Eccleſiam vnam eſſe ſponſam Chriſti, verùm in hoc Cant. conſiderari illam, vt quatuor Chriſti ſponſas: quarum prima ſit, primitiæ ſynagogæ. Secunda, Eccleſia Gentium. Tertia, reliquiæ Iudæorum. Quarta, Gentiles adhuc reliqui, & hæretici omnes ſuperſtites partiarij Antichriſti. Sed equidem in hoc Cant. ſponſas tres dumtaxat reperio, matrem, filiam, neptem. Mater eſt Eccleſia primogenita, quam paſtrix fœmina repræſentauit. Ægyptia repræſentauit filiam, & hæc eſt Romana Eccleſia. Eccleſia denique Religioſa, quam Sulamitis repræſentat, eſt neptis. Verum eſt quidem de ſorore alia Eccleſiæ Religioſæ minore ſub finem Cant. agi: quæ tamen in hoc libro non loquitur. Primis igitur duabus introductis, tertia reſtat introducenda.

Commentarivs.

Qui cum loquatur ſponſus.

12. *Reuertere, reuertere Sulamitis*, &c. Videtur primo aſpectu neceſſe eſſe, vt cum eádem hîc ſermo ſit, quæ nuper dixit. *Neſciui anima mea, conturbauit me*, &c. At iuxta meam acoluthiam non ſic eſt; ſed alloquitur iam ſponſus Eccleſiam religioſam, quę Romanæ certa pars eſt.

Non cum filia Pharaonis.

Aio igitur primùm, nequaquã agere iam ſponſum in grammatico ſenſu cum ea ſponſa, quæ dixit paulo antè: *Deſcendi in hortum meum.* Etenim in contextu præcedente iuxta ſenſum grammaticum loquebatur filia Pharaonis reliquarum præſes reginarum.

Sed cũ ſponſa Ieroſolymitana.

Nunc verò cum Hieroſolymitana, ſeu cum captiua, ſi legamus Sunamithis (de quo inferiùs) ſermo eſt. Ea verò quæ deſcenderat in hortum nucum reuerſa iam dixit: *Neſciui, anima mea conturbauit me*, &c. atque adeò quod nunc ſponſæ dicitur: *Reuertere*, non imperat reuerſionem à vinea, ſed ambulationem iteratam; quod ex illius inceſſu hauriat voluptatem ſponſus. Hoc quidem efficiunt quæ mox ſequuntur: *Vt intueamur te.* Commendat enim ſponſus ſtatim greſſuum ipſius elegantiam: at quæ petiuit hortum, iuit, rediuítque curru vecta.

Erat ergo in contextu præcedente iuxta ſenſum grammaticum ſermo de filia Pharaonis; is verò ad ſponſam aliam regi etiam chariſſimam nunc conuertitur. Ea cauſa illam ſponſus proprio nomine compellat, vt quacum loquatur, compertum ſit.

Quid de hac Patres nonnulli.

Id quod Patrum non paucorum firmat ſuſpicio, qui per hanc Sulamitidem ſignificari dicunt Iudæorum gentem ad Chriſtum ſub finem ſeculorum redituram. Ita ſanè hic Gregorius. Atque ita ſupponunt in ſuperioribus ſermonem fuiſſe de Eccleſia Romana perducta ad Chriſtum de Gentilitate, ſicut ad Salomonem ex Ægypto Pharaonis filia deducta fuit.

Commentationis cap. 6. & 7. diſcrimen.

Præterea nouæ quæ ſequuntur laudes magno ſunt argumento, ad nouum eas argumentum pertinere. Neque enim eæ ſunt præteritarum repetitio, ſed nouæ cogitationes & encomia. Docet autem perſpicuè textus ſuperiore commendatione affectam fuiſſe eam Eccleſiam, quam filia Pharaonis adumbrabat; laudari verò eam Eccleſiam in cap. 7. cuius Sulamitis figura fuit.

Ægyptia & Ieroſolymitana inter ſe & cum Salomone coniunctiſſima.

Quod verò ad ſenſum attinet grammaticum, hæc quidem ſic concipio: cùm Rex Ægyptiam, quæ princeps erat regina, plurimum deprædicaſſet; eum iam nunc in eam, quam ſecundùm Ægyptiam plus diligebat, oculos conijcere, in eam ſcilicet, quæ Solymitana, ſiue Ieroſolymitana appellabatur; quod hæc fortè ſola inter reginas vxores Regis patria eſſet Ieroſolymitana. Et vti omnes vxores Regis, vt vidimus, ſuſpiciebant, & amabant ſummopere Ægyptiam; ita eſt veroſimile cogitare hanc Ieroſolymitanam plus reliquis apud Ægyptiam gratia & familiaritate valuiſſe. Atque id ego ſic exiſtimo, aptum quippe ad præcipuum ſenſum, quẽ perſequor in mea acoluthia.

Ex occaſione chorea Regis ad Solymitanam ſermo.

Videtur itaque hæc eſſe dramatis cogitatio, vt reuerſis Rege & Regina ex horto nucum, quo ierant, nocte illa adornata fuerit in aula regia chorea ei ſimilis, quæ nobis dicitur *ſarao*. Egreſſa eſt vt motitaret ſe Solymitana; tunc Rex cum ea in hac parte Cantic. colloquitur, atque ita incipit: *Reuertere, reuertere*: vel *Conuertere, conuertere*, vt dicunt Septuag. quod eſt: ſemel & iterum circumito. Declarat autem ſeries hoc peti, vt cerneretur illa hinc inde, & perfectè ſpectaretur, vt ſic Regis probationem eliceret, ait enim: *Vt intueamur te.*

Sulamitide ſtatum Religioſum repræſentatum.

Quod verò ad ſenſum præcipuũ attinet equidem perſuaſus ſum, hac Sulamitide Religioſum ſtatum, ſeu, quod idem eſt, Eccleſiam religioſam repræſentari. nam huic conueniunt apprimè tum laudes omnes, quibus ornat Sulamitidem ſponſus: hoc deinde argumentum mire ſuperioribus adnectitur. Etenim quantum profecerit Romana Eccleſia fundatis ſacris familiis, argumentum eſt 6. capitis; ecquid ergo excogitetur aptiùs, quàm vt ſtatim ad prædicationem ſtatus religioſi ſponſi ſermo conuertatur? Præterea, in duobus verſibus, qui hunc, qui vltimus eſt, proximè præcedunt, expreſſum fuit, quantum Romani Pontifices afficerentur, quod obligationibus, quas externa illa maieſtatis repræſentatio affert, ab eis curãdis diſtraherentur interdum, quæ ipſis præcipuè demandata ſunt; quid ergo cohærentius, quàm vt ſtatim de præſtantibus adminiſtris inferretur ſermo, quos habent iidem Pontifices paratiſſimos ad earum rerum adminiſtrationem, quæ pontificiæ præcipuè ſunt, animarum ſcilicet conuerſio, eorum qui fidem iam amplexi ſunt, aut amplectuntur denuò, ſpiritualis fructus? Hos autem excellentes adminiſtros Religioſos eſſe, planum eſt prorſus: qui hinc à curis pompæ & ſæcularis gloriæ, reíque faciendæ explicati ſunt; illinc diuinæ gloriæ & animarum commodo omnino ſunt dedicati, & dedicari præſertim ſedis Apoſtolicæ famulatui. Certè nihil potuit cum præcedentibus aptius cohærere.

Cur non eadem perſona Romanã Eccleſiam & ſtatum Religioſum repræſentet.

Sed difficultatem in eo quis fortaſsè repetiat, quod ad hanc tractationem de ſtatu Religioſo, aptum minimè videatur, vt Sulamitis à principali regina diuerſa ſit: quoniam Religioſi à Romana Eccleſia nequaquam ſint diſtincti, ſed intima potiùs illius pars, & maximè vitalis. Reſpondeo fieri non poſſe, vt figura omnino correſpondeat veritati & principi intellectui: adhuc tamen perſpectu facilè eſſe, quod vt de Religioſo ſtatu ſeorſum ageretur, conueniens fuerit, vt perſona alia introduceretur. Nam licèt verum ſit, Religioſum ſtatum partem eſſe Romanæ Eccleſiæ; ſed vbi deſumatur hæc non pro vniuerſali Eccleſia, ſed pro ea quæ Chriſtianarum Eccleſiarum eſt caput; apparet continuò neceſſarium, vt perſona diuerſa ſit ſtatus Religioſus. Ex Religioſis enim exigua pars Romę agit, ex eíſque quos, & quoquolibet allegat immediatè Pontifex Romanus. Plures alij per

orbem

Digitized by Google

orbem totum diſperſi ſunt, qui ſine Papæ ſpeciali miſſione eodem procurandæ diuinæ gloriæ, bonianimarum, & ſedis Apoſtolicæ famulatus officio deſtinentur.

Iam verò de nomine Sulamitis Theodoretus & alij voluerũt, eo ſignificari Salomonis vxorem; ſed eſt contrà, vxores Salomonicas plures fuiſſe. Illud planum & magis ſolidum, Sulamite Ieroſolymitanam denotari. Cùm autem *ſalem* ſit pax, Sulamitis pacificam ſonat. Atque hanc nomenclationem natam eſſe in primis ſtatui Religioſo, loquitur res ipſa; nec id ſolùm propter eam pacem, qua fruitur hîc ſtatus; ſed etiam quod eſſe pacificatores, ſpectet ad Religioſos. id quod illis Matth. 5. *Beati pacifici*, ſignificatur.

Sulamitis nomenclatio appoſita Religioſis.

Matthæus explicatur. Vulgatus & alij cum Hebræis vertunt Sulamitis.

Et quidem Sulamitis transferunt correcta Biblia S. Ambroſ. Theodoret. cum tribus ſuis & Beda. Quod idem in Complut. & Reg. tribuimus Septuag. interpretibus. Verùm conſtat ex Romana editione non ita tranſtuliſſe Septuag. ſed Aquilam, apud quem eſt *εἰρηνεύουσα*, id eſt, *pacem colens*, Hebræi quoque codices habent Sulamitis. At Septuaginta non fuit Sulamitis, ſed Sunamitis: quo item modo legerunt Gregor. Apon. Iuſtus, Gulielmus, Alcuin. Alan. Hamo, Anſelm. Bernardus, Rupert. Caſſiod. & alij. Symmachus eodem videtur ſpectaſſe, qui reddidit *ſpoliata*; quamquam communis nominis Sunamitis interpretatio eſt *captiua*.

Alij cum Septuag. Sunamitis.

Facit etiam ad Religioſos.

Hæc porrò lectio Sunamitis, aut captiua non male quadrat in ſtatum Religioſum, cuius profeſſio eſt illigari tribus votis. Altera item Symmachi expoſitio *ſpoliata* ad rem eſt. Nam Religioſi ſiquidem ſatisfaciant inſtituto, expoliatos ſe & exhæredes faciunt honore, muneribus, ac cæteris mundi bonis. ad contextum præterea eadem venit perquam appoſitè.

Quam hic partem habeat ſocietas Ieſu.

Addendum his denique Sunamitis appellationem fuiſſe agnomen Abiſag, illius ſcilicet fœminæ, de qua 3. Reg. 1. verſ. 3. quæ vltimo nupſit Dauidi, quámque is non cognouit. Neque defuit, qui hanc figuram fuiſſe Societatis Ieſu, noſtræ Religionis exiſtimarit; nec deerit fortaſsè, cui veniat in mentem, hæc capitis 7. ſequentis elogia eſſe quidem prolata de eadem ſocietate. Sed prætérquam quod vera lectio eſt Sulamitis, nobis hæc premere non licet.

Altera expoſitio de populi Iudaici conuerſione.

Dico deinde, præter explicatum ſenſum, quem in mea ſequor acoluthia, illud mihi eſſe valdè probabile, quòd hîc pronunciauit S. Gregorius, nimirum ſpectatam etiam fuiſſe ab Spiritu ſancto plenam Iudaici populi conuerſionem, eámque his verbis: *Conuertere, conuertere Sulamitis*, ſignificatam: ac deinde in iis quæ ſubſequuntur; laudibus egregiis eam etiam gratiæ plenitudinem, quam elargiturus erat idem ſpiritus Iudaico populo tunc, cùm demum conuertatur ad Chriſtum, fuiſſe denotatam.

Probatur argumentis.

Eſt hoc mihi aſſertum maximæ probabilitatis. Primò, quòd rem tam notabilem, eandémque tam certam minimè fuiſſe prætermiſſam ab Spiritu ſancto in tractatu de perfectione Eccleſiæ, apparet veroſimillimum. Vide ad Rom. 11. *Tunc omnis Iſraël ſaluus fiet*. 2. Cohæret id optimè cum contextu poſt commemoratam, nimirum Romanæ Eccleſiæ magnitudinem. 3. Conuerſio Iudaici populi conficienda videtur maiori ex parte Religioſorum interuentu: atque ita ea connectitur aptiſſimè cum illis, quæ de ingenti fructu ex ſacratum familiarum fundatione extituro diſſerebatur. 4. Haud eſt nouum iungi ab Spiritu ſancto, atque id mirabiliter, res duas tametſi diuerſas, cuiuſmodi ſunt encomia religioſi ſtatus, & conuerſio vltimaque felicitas Iudaici populi. 5. Vbi concipiatur Iudaicus populus in poſtrema ipſius reſtitutione ad magnam vitæ perfectionem vocandus, ſummiſque diuinæ gratiæ donis complectendus; non ad modum diuerſum exiſtit argumentum. nam rectè poſſumus præſtantiſſimos quoſque ſanctitate viros filiis Religioſæ Eccleſiæ annumerare. 6. Nomen noui Iſraëlis denique populi peculiaris natum eſt apprimè Religioſis Chriſtianæ Eccleſiæ: atque ita copulari videntur hac ex parte hæc duo argumenta. Adiicio demum populi Iudaici conuerſionem haud vno die totã euenturam. Et fortè ea conuerſio, quam Pauli vaticinium per Gentilitatis Chriſtianos confectum iri ſignificat, expleta iam eſt magnam partem. Quod ſi expleri iam cœpta eſt ea prophetia, in aliquibus fortaſsè effectum obtinuit, quod dignatus fuerit Deus ſtatui Religioſo eos addicere, plurimúmque vti illorum opera ad dilatandum Euangelium, animáſque complures ad Dei notitiam perducendas.

Iuuant id nomina Sulamitis, & Sunamitis.

Ad hunc porrò conuerſionis reliquiarum Iſraëlitarum ſenſum haud veniebat inepte verbum *Conuertere*, aut *Reuertere* quater repetitum. Illud eſt in Hebræo *ſub*, quod in reuerſione de captiuitate & conuerſione ad Deum per pœnitentiam ſæpiuſ vſurpatur. Quater præterea id verbum inculcatum ad generalem ex quatuor orbis plagis conuerſionem appoſitum erat. Erat item ad amuſſim vtrumque nomen Sulamitis & Sunamitis. & hoc maximè quod interpretatur *captiua*, propter eam quam ſuſtinet miſera gens iam tum à Veſpaſiano captiuitatem, dæmonis præcipuè mali vinculis adſtricta. Sed nihilominus quam ſequor in mea acoluthia explicationem, ea cohæret impendio magis meo iudicio, éſtque diuino Spiritu digniſſima planè res, tanti apud eum momenti fuiſſe Religioſum ſtatum; vnde tantum decoris, tantúmque fortitudinis acceſſerit, acceditque ſubinde Catholicæ Eccleſiæ.

CAPVT VII.

De bono ſtatus Religioſi.

PRæmittenda fuit explicationi ſequens annotatio, ſeu quæſtio.

An nouem primos verſus protulerit omnes ſponſus? Et an ſermo continens ſit de Sulamitide.

An hic duæ ſorores inter ſe agant.

Equidem ſentio, ſine interruptione ſponſum his nouem verſibus loqui, eóſque totos in Sulamitidis prædicatione collocari. quod optabile eſſe, nemo poteſt inficiari. Vnde nequeo ſatis intelligere, quo nixus fundamento cogitarit P. Martinus Delr. agere in his nouem verſibus alternatim Sulamitidem & ſororem ipſius natu minorem. Hanc Martinus exiſtimat gentem eſſe populi Iſraëlitici recèns in fine ſæculorum reſtitutam: at Sulamitidem Chriſtianam eſſe Eccleſiam antiquam maiore ex parte ex Gentilitate conuerſam. Innititur fortaſsè P. Delr. verſ. 9. de quo inferiùs, & aliquot interpretum auctoritati. nam c. 7. v. 7. pleroſque

Digitized by Google

pleroſque ait Patres dialogiſmi nullam rationem habere, ſine quo putat ille intelligi non poſſe ſenſum hiſtoricum. In hac quæſtione pono dicta ſequentia.

Non. ſed nouem hi verſus laudant fœminam vnicam.

Primum, eam ſororum duarum ſeſe alternis laudantium cogitationem videri in hoc loco nouam, neque ſatis fulcitam. Etenim hæc omnia encomia ex ordine à pedibus ad caput vſque progrediuntur, atque ita planum eſt ea in ſenſu grammatico conferri omnia in eandem perſonam. Quod ita meo iudicio omnes interpretes ſupponunt.

Nempe Sulamitidem.

Secundum, vbi ponatur has laudes congeri omnes in eandem ſponſam, congeri neceſſario in Sulamitidem.

Ab ſponſo prolati omnes.

Tertium, illud eſſe planum, vt tota hæc laudatio promatur ab ſponſo.

Id eorum explicatione fieri.

Quartum, eximi certè quamlibet dubitationem, vbi manifeſto conſtiterit, omnia hæc elogia & accommodata Sulamitidi, & ab ſponſo prolata ſenſum efficere mirificum, & mirificè cohærentem. At verò quòd ſenſus eiuſmodi non attingeretur prolatis omnibus, & deſtinatis eidem perſonæ, in cauſa fuit, vt diuerſum aliud effingeret cogitatio.

An verſ. 9. per dilectum ſignificetur ſponſus.

Occurrit verò contrà illud duntaxat, quod ſponſus non videatur loqui poſſe in verſu 9. habet enim, *Guttur tuum vinum optimum dignum dilecto meo.* vbi nomen *dilecti* ipſum deſignat ſponſum. Reſpõdeo, non deſignare, vt videbimus ſuo loco.

SECTIO PRIOR.

Verba Sponſi.	*Acoluthia.*
1. *Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum? Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis: iunctura femorum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.*	Laudes autem Religioſæ Eccleſiæ quas congerit ſpõſus huiuſmodi ſunt: ſpiritualis militiæ inſtitutum Deo gratiſſimum: Euangelicæ prædicationis pulchritudo, nouis Apoſtolis per orbem diſcurrentibus: eorum item ad has miſſiones quoquo verſus à maioribus deſignantur, ſumma promptitudo.
2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.*	Animorum nihil ſibi ipſis optantium voluptas plena: in animabus aliorum quamplurimis fructus vberrimus, & inſignis vitæ mutatio.
Laudes. 3. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.*	Optima ad perſecutiones ſubeundas in Euangelij miniſtris, præſertim, comparatio animi.
Vita Religioſæ. 4. *Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.*	Præclara ſpiritus in Chriſto libertas: pulchritudo pacis Euangelicæ ab omni metu ſecuram in officio ſpeculatorum ſolertia inſignis.
5. *Caput tuum vt Carmelus: & coma capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus.*	Fundatorum ac prælatorum excellentiſſima perfectio: Paſſionis Chriſti deuotiſſima meditatio.
6. *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima, in deliciis!*	Subdit denique ſponſus prædictam Religioſç Eccleſiæ pulchritudinem cõtemplari, ſuas enimuerò delicias eſſe.
7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ & vbera tua botris!* 8. *Dixi: aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ, & odor oris tui ſicut malorum.*	Notátque in ea, cum ſanctitate (quæ ipſum vnicè delectat) ſpiritualis ſimul doctrinæ ſcientiam, ad fidelium inſtitutionem perfectam mirum in modum augeri. Huic porrò ſcientiæ odorem ſpiritus cœleſtis adiungi.
9. *Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.*	Atque inde vbertatem planè diuinam & ſuauiſſimam efficaciam in cõciones emanare.

COMMENTARIVS.

Senſus grammaticus de eleganti ſaltatione probatur.

Verſ. 1. *Quid videbis* (Hebraicè *videbitis*) *in Sulamite, niſi choros* (Hebraicè in ſingul. ſicut chorum) *caſtrorum?* Quantopere placuerit ſponſo feſtiua illa Sulamitidis ad numerum ſaltitatio, ego mihi perſuaſi id eſſe, quod denotet grammaticus horum ſenſus. Primùm quia nomen *chorus* idem ſit quod chorea, vel ſaltatio. Quãuis enim aliàs ſignificet ſiue cãtorum multitudinem, ſiue multorum canentium ſimul & ſalientiũ ſaltationem; verùm grammaticus ſenſus in hoc loco de culta eſt fœmina; atque ita videtur neceſſe eſſe, vt Chorus ſignificet, vel ſaltationẽ illius, aut melius quod eadem à nobilibus aliquot ad ſubſiliendum ſit producta. Repræſentat autem chorea, eorum ferri conatum, vt eam expugnent, quæ vrbs ſit ſuæ defenſioni ſtudens. Deinde huc feror, quod videam ſubſequi ſtatim greſſuum elegantium commendationem, nam id eſt, *Quàm pulchri ſunt greſſus tui*: Mox eius prædicationem elegantiæ, qua corpus mouebat. Id enim eſt, *Iunctura femorum tuorum*, &c. ſermo igitur erat de illius ſaltatione. Ac demum, quia agi de chorea *ſarao* appoſitum erat nimis ad carmen amatorium. vide ſuperiùs dicta ad finem cap. 6.

Ea eſt dança de la batalla.

Iam verò quid erit chorus caſtrorum? Reſpondeo, vti modò choreæ ſunt, quas vocant *Pauana, Gallarda*, ita tunc fortè fuiſſe certam aliquam, quam dicerent prælij ſeu armorum: nobis certè appellatur *dança de la batalla.* Ait ergo ſponſus. Et quod ſpectaculum eſt viſendum perinde, quaſi Sulamitis ſaltitans armorum ſaltationem? quod Hebræa ſignificant apertius: *Quid videbitis in Sulamitide ſicut chorum caſtrorum?* Huc facit mentionem eſſe apud literatos ſaltationis armorum, quam vocant Pyrrhicam.

Spiritualis Religioſorum militia ſumma Chriſto voluptatis.

Vt autem hauſta Deo voluptas ex ſpirituali Eccleſiæ Religioſæ militia adumbraretur, quid quæſo aptius, quam eam ſub voluptate, qua perfuſus fuit ſponſus, Sulamitide ſpectanda ſaltationem armorum ſaltitãte, adumbratam fuiſſe: Nónne hoc eſt ſpiritualem militiam, eam quidem nobiliſſimam vt rem ſummæ omnino cœleſti ſponſo iucunditatis repræſentari? Ac præterea nónne hæc obiter imago eam etiam denotat lætitiam, qua Eccleſia Religioſa ſuum imitata ſponſum, qui ad currendam viam apud Pſalten 18. exultat, militiam init ſpiritualem.

Pacifica cum bellatrix.

Sed notes, adhuc eſſe maximè poſitum, quòd ea

ea

Digitized by Google

A ea quæ Sulamitis, id eſt, pacifica nominatur, ſaltet bellicam ſaltationem. Atque huc illud aduoca Lucæ 2.14. vbi à cœleſti militia pax canitur. Nam hæc præcipuè Eccleſia dæmonibus ac vitijs vehemens omni ope bellum infert, vt pulcha pace homines perfruantur.

Aliter exponitur chorus caſtrorum.

Denique diceret quis non eam eſſe expoſitionem ineptam, vt chorus caſtrorum vitam actuoſam cum altera, quæ otium amat contemplationis, copulatam deſignaret: quod in choro Dei laus decantata ſignificetur; in caſtris verò exerta depugnantium fortitudo. Mihi tamen non ſatisfacit hæc commentatio.

Dictum in choreæ reginæ iſtar.

Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis! Septuag. *Filia Nadab.* Vnde fieri videtur intellexiſſe eos, Sulamitidem, de qua eſt ſermo (typicè ſaltem) certi hominis, qui Nadab compellaretur, filiam fuiſſe. Neque repugnat data à Vulg. nominis interpretatio: id quippè facit ille ſæpe aliàs. Et quidem cum magno legentium commodo, aperit enim myſterio viam. Sentio ergo hic in ſenſu grammatico ſignificari, tam concinnè motare ſe Sulamitidem, vt dicat Salomon, eam ſe Nadabi filiam illa actione bellè declarare, ad notationem nominis Nadab, id eſt, princeps, alludens. q.d. ſeruatum ab ipſa in ſaltatione modulum & artificium Reginæ planè proprium eſſe, *ſu dançar era con arte y meſura de reyna.* Iam illa: *In calceamentis*, repræſentant tam calceatus, quàm inceſſus elegantiam, pulchritudinémque.

Hi greſſus pulchri, miniſtrorũ Euangely.

C Horum verò intellectũ principé docuit haud-dubiè Iſai. cũ c. 52.7. dixit: *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem.* Id quod Nahum cap. 1.15. repetiuit. & Paul. ad Rom. 10. 15. ampliùs expreſſit. *Quàm ſpecioſi*, ait, *pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Et Hebræa item in noſtro loco habent, *Quàm pulchri ſunt pedes tui!* Horum verò pedum myſticorum pulchritudinem cum elegantia calceamenti, quod regina geſtabat, confert Salomon. Vide Iſai. 3.18. *Ornamentum calceamentorum*, vbi Hebræa, *Gloriam crepidarum.* & Iudith 10.3. *Induit ſandalia pedibus ſuis*, pro ſingulari nimirum ornamento. Habent hodie fœminæ in ſplendido cothurnorum (*chapines*) ornatu bracteas argenteas, ſiue aureas, & ſunt fortaſsè quæ illis gemmas inſerant. Sandaliorum certè aureorum meminit Euripides.

Calcei præparatio.

D Calceamentum hoc refert Gregor. ad firmam animi confeſſionem, quia calceata confidenter ingreditur. Calceos eoſdem reſpexit Paulus ad Epheſ. 6.15. *Calceati pedes*, ait, *in præparatione Euangelij pacis.* de iis ſcilicet, cui nihil adhæſit luti, ſiue pulueris, quod ingrediantur crura calceatu probè operti. Aut loquitur potiùs Apoſtolus de præparatione ad nobilem expeditionem omnimoda, vt cùm is, qui ad iter omnino eſt comparatus, habere dicitur calceamen, & calcaria induta, *calçadas las botas y pueſtas las eſpuelas.* Ac fortè vetus principum fœminarum calceatus erat quemadmodum noſtratibus *botines*, quos cothurnos vocant quàm elegantiſſimos, de quibus multa hic multi.

Filia principis præter principalem ſpiritum.

E Denique, *Filia principis* ſpiritum denotat principalem eius proprium conatus nobiliſſimi, qui in his excurſionibus ad belligerandum cum ſæuis hoſtibus, cacodæmone, peccato, mundo, & carne collocatur. In ſenſu tamen grammatico neceſſe non eſt, vt hæc fœmina reginæ filia ſit, vt patet in Coſbi, quæ Num. 25.15. appellatur *filia principis nobiliſſimi.*

Femorũ conſideratio in hoc loco abſona.

Iunctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis. Saltant planè extra chorum in præſenti, qui nos ad pulchritudinem femorum contemplandam inuitant. Vidimus iam, ferri debere cogitationem ad Sulamitem in Sarao chorea ſaltitantem. Quis ergo tam erit captus mente, vt eam cogitare velit ſalientem & nudam & cothurnatam. Et quorſum ad ſaltationem, figuram exprimere femorum pulchrorum? Sordidum hoc ſanè, putidum, & ad præcipuum ſenſum prorſus inutile. Enimuerò hic de facilitate agitur atque elegãtia, qua ſe quolibet motitabat Sulamitis quamcumque in chorea mutationem graphicè conficiens. Atque id eſt de officio vertebrarum, genuum videlicet, vt exiſtimat Genebrardus, tractare. nam

Feſtiua ſui mouendi facilitas atticta.

B greſſuum pulchritudine in præuia ambulatione deſcripta, ex ordine ad mutationes ſaltationum tranſitur. Iam comparatio cum torque, qui totus flexilis (*degonces*) eſt, ac in quamlibet proinde partem flectitur quam facillimè, eſt, vt explicaui ſeorſum, admirabilis. Aduerto Plantinianis in Bibliis legi pro *femorum, feminum.* hæc autem ſunt ex Plauto partes cruris graciliores, quæ antiquo more (vide Iſai. 3.18.) ornari ſolebant armillis.

Torqui flexili collata.

Collum ambienti.

Putat S. Ambroſius comparationem à torquibus triumphantium deſumptam: & notat Symmachum de torquibus, qui circa collum, expreſsè loqui. Erant hi fortaſsè, vt modò, flexibiles, eo enim proculdubio reſpicitur. Atque idem præ ferre videtur noſtra verſio in illis: *Quæ fabricata ſunt manu artificis*, quibus efficitur de ferro non agi. Etenim hoc aurificis opus non eſt: at flexibilis torquis eiuſmodi artificem, & eum non vulgariter politum requirit.

Senſus præcipuus de ratione conuerſionum miſſionum Religioſi.

Porrò ſenſus horum præcipuus eſt is haud dubiè: quam facilè Religioſi homines vertantur, & conuertantur in miſſionibus, quoquò illos diuinus ducat Spiritus ſuorum moderatorum interuentu, quàm illi ſunt prompti, quàm periti in quacunque mutatione, quæ conueniens ſit, efficienda. Facit huc quod licet locus, vbi nos præcingimur, altior nonnihilo ſit femorum cum corpore compage: verùm in habitibus antiquis duplicem obſeruaui cingendi locum: & erat fortè inferior ad iuncturas ſeu vertebras. Quòd ſi torquis, ſeu alius aureus cinctus illic ornatus cauſa cogitatur; ad rem tunc diceretur, facilitas qua feruntur ad miſſiones concionatores Euangelici, quáque maioris Dei gloriæ cauſa eunt huc illuc, redeúntque in eo ſiue torque ſiue cinctu quonis loci inferioris fuiſſe deſignata. Aptior tamen eſt de flexibili torque cogitatio.

Horum in bello ſpirituali ſtrategemata ſunt choreæ mutationes.

Notandum verò, bellè in ea ſaltandi dexteritate artes & cõſilia virorũ Apoſtolicorũ repræſentari, dum ſumma opportunitate, artificio & celeritate ſuas faciunt conuerſiones, & reuerſiones, quo iis, quos idola. ſeu hæreſes deceptos tenent, inferant ſpirituale bellũ. Atque cùm ſub alluſione ad bellicam (de qua ſuprà) choream ſermo ſit; videntur ſanè hæ ſaltantis mutationes ſtrategemata adumbrare. *Habet enim* (S. Bernardi verba ſunt) *& charitas ſuas aſtutias.* Atqui hæc ſtrategemata ex Chriſto, magiſtro quippè huius admirabilis artificij perdiſcuntur. Cõſidera illa Pauli ad Epheſ. 4. 15. dixit: *In aſtutia ad circumuentionem erroris*, addit ſtatim: *In charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationẽ vniuſcuiuſque mẽbri.* Et nónne videtur Apoſtolus noſtras femorũ iuncturas ſpectaſſe.

Noto

Digitized by Google

Præſto ſint grauiori neceſſitati.

Noto etiam, eo poſſe facere præſentem locum, vt Religioſi miſſiones obeuntes inſtar ſint equitum expeditorum, accurrentium videlicet quo maior neceſſitas vocarit, neque verò loco huic affixorum vel illi, ſed ſemper Dei gloriæ maiori inſeruientium.

Relicta ne ſit iam choreæ allegoria.

2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis.* Inchoauit à Salamite ſermonem ſponſus, eò alludens, quòd illam vidiſſet ſaltitantem. Sed videtur iam textus eam relinquere allegoriam. Et dicat fortè quis, eſſe ex elegantia, vt ea relinquatur, fiatque deinceps de ſponſa Chriſti ſine reſpectu ad comparationem Sulamitis ſermo: vſum enim principio ſponſum ea comparatione vt inchoaret, pòſt verò reliquiſſe, quòd fit in Pſalmis, vt in 71. in quo principio alluſio eſt ad Salomonem. Verùm præſtat choreæ cogitationem continuari. Neque tamen ad hoc credi neceſſe eſt fuiſſe re choream; ſed eam ſat eleganter effingi. Omnia verò in hac cogitatione, vt videbimus, hærent.

Non.

Quid hic cogitandum?

Cum hoc igitur verſu concipienda eſt Sulamitis, quæ, licèt ſaltitaſſet multum, pòſt oblato ſibi aquę potu, reſpondit tamen, ſitire ſe minimè. ita venit appoſitè præſens verſus. Ad hoc ſi ſuprà vmbilicum in crateris figurâ concipiatur monile quoddam, ſeu inſigne aureolum, atque intra id pro gemma cryſtallus perfectiſſimè pellucens, vas plenum aqua repræſentans; haud fuiſſet quidem ineptum, ad ſenſum principem dicere, myſticum illum, de quo agitur, internum Eccleſiæ vmbilicum ei monili, quod geſtabat regina, aſſimilem eſſe. Vt tamen hoc ſit, iam verba textus expendamus.

Quid poſſit item.

Conſiderandum quæ vox re pondeat Hebraicè noſtra vmbilicus.

Vmbilicus tuus. in Hebræo pro vmbilico nunc ponitur טבור quę vox deſignat exteriorem vmbilicum: nunc verò שר aut שרר hæc autem illud ſignificat inteſtinum, quod infanti recèns nato præciditur, & in vmbilico illigatur. Eſt autem id inteſtinum, quod ad interna omnia vitalia, ſtomachum ſcilicet, iecur, & præcordia penetrat. Hæc verò vitalia omnia, quò penetrat illud inteſtinum, comprehendi in ſacra Scriptura voce *ſor*, aut *ſorer*, quam noſter vertit vmbilicum, manifeſtum eſt. Atque id quidem vel ex loco Iob.40.11. *Virtus illius in vmbilico ventris eius.* Vbi ſenſus eſt grammaticus de vi interna elephantis ingente, vel ad plurimum cibi concoquendum, vel ad dies multos ſine potu tolerandos. Addendum illud ex Prouer.3. 8 *Sanitas erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.* vbi ab exterioris vmbilici ſanitate non ſumi comparationem, perſpicuum eſt.

Vmbilicus hic non vitalicus.

Dico ergo, cùm in præſenti pro vmbilico Hebraicè habeatur non *tabur*, ſicut cùm dicitur vmbilicus terræ, ſed nomen *ſorer*, nullo pacto exterioris vmbilici pulchritudinem reſpici, ſed vitalium omnium interiorum irrigationem. Ita enim textus: *Vmbilicus tuus crater tornatilis* vbi ſignificantur inteſtina, in quibus eſt famis & ſitis ſenſus. Ideo enim dicuntur fame inteſtina crepitare, & deuorari à maioribus minora; propterea deſiderium & concupiſcentiam repræſentant. Et nota propter his ventris & vmbilici locutiones tria: vnum deſignari conturbationem, vel tremore ventris dolorem & contritionem; id eſt, *intremuit venter meus, meghai.* Alterum afferre quoque *meghai* benignitatem, & candidum erga omnes pectus, *venter eius eburneus.* Tertium, per nomen *ſorer*, id eſt, vmbilicus exprimi deſiderium. Nomen porrò crater in fontibus aquæ conductitiæ iugiter manantibus

Crater cum reſpectu ad fontes.

A deſignat optimè vas illud capax in quod aqua decidit, & eſt ſemper plenum, *opa* vocamus & *taza*. & notat bene hîc Delrius, craterem non eſſe pateræ vel calicis genus, vnde bibatur, ſed vas ingens inſtar dolii vel feriæ. adde, quod ſignificandæ etiam capacitati additur *tornatilis*, Hebr. *rotundus*.

Pocula pro liquore.

Pocula item in præſenti non pro vaſis, ſed pro liquore, quem vaſa ſolent miniſtrare, ponuntur. Quo ſenſu legimus *Acheloïa pocula* in Virgil. & ſimilia in aliis. Quòd ſi ſermo eſſet de ingente vaſe, quod habeat intra ſe homo, quod plenum ſemper conſeruare, neceſſe habeat; inueniretúrque artificium aliquod, quo abſque nouo potu, plenum permaneret iugiter, id propriè ſignificaret hæc
B phraſis: Iam poculis aquæ non eſt opus.

Sententiæ explicatio.

Cùm ergo dicitur, vmbiculus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. hac comparatione reſpicitur patera manalis fontis perpetuò plena, ac proinde vaſis in eam aquæ effuſis minimè indiga, quippè quæ de ſuo habeat, & ſemper redundet. Porrò cùm, vt dixi, vmbilicus in præſenti vitalia omnia interna complectatur; hæc ſententia: *Vmbilicus tuus crater rotundus,* &c. hoc vult: Habet Sulamitis (de qua agitur) intra ſe fontem vitalis aquæ plenitudinis perpetuæ, quin habeat illa neceſſe ſiti concupiſcentiæ potu ordinario ſatisfacere.

Gaudium internum vbi.

Atque hæc ipſa comparatio eſt, quam Chri-
C ſtus Dominus Ioan.7.38. vſurpat, inquiens: *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ* vbi τὸ *de ventre* demonſtrat ſubnaſci fontem intrinſecus in Chriſtum credenti, quo rigantur omnia animæ interiora. nam ventris nomine interna omnia vitalia phraſi Hebræa deſignantur. Et verò propria loci vtriuſque ſignificatio eſt de interno gaudio & expletione deſiderij, quam cor illud nanciſcitur, quod intra ſe coërcet lætitiarum fontem, quódque non fatigat vllius concupiſcentiæ ſitis.

Deſiderij expletio cum alluſione ad alia loca.

Vbi autem poſitum fuerit, eandem in vtroque loco vſurpari comparationem, patefcit illico, quod in Ioanne dixit Chriſtus: *ſicut dicit Scriptura,* propter hunc Cantic. locum dixiſſe, & fortè etiam
D propter illum Prouerb.3.8. vbi mentio eſt vmbilici in eadem ſignificatione. Sic enim habet contextus, *Ne ſis ſapiens apud temetipſum: time Deum, & recede à malo: ſanitas quippè erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.* De qua verò ſanitate ſermo ſit, proditur ex ſerie, de ea nempè quæ ſitim ſanat concupiſcentiarum interno veri gaudij animæ fonte. Hoc verò eſt quod dicit Sapiens: *Ne tibi tantum arroges, vt putes tua ſolertia verum gaudium, verámque ſatisfactionem animæ reperturum: ſed Deo te ſummitte, illum reuerere, & ſine te ab ipſo fide viua gubernari, ita à ſiti concupiſcentiarum curaberis: enimuerò in interioribus tuis fons vitalis aquæ gaudiique ſolidi tibi innaſcetur.* Hoc illud eſt Apocalypſ.7.16.
E *Non eſurient, neque ſitient amplius,* &c. nam de hac vita ſeries eſt. Et mox: *Quoniam agnus deducet ad vitæ fontes.* Græcè ad fontes viuos, quorum epotus liquor ſitim ſemel reſtinguit, manétque intus ac manat viuus fons. Atque illa Pauli αὐτάρκεια, pietas cum ſufficientia, hæc omnino eſt.

Regenerationis cum generatione collatio.

Addendum, fortaſsè ad dicta videbitur alicui, quemadmodum fœtus in matris vtero per vmbilicum ſine eſca & potu alio alebatur, ita hominem in generatione noua, in qua fit noua creatura, redire ad priorem illam nutriendi rationem, medio ſcilicet myſtici vmbilici fonte, ſine vlla edendi aut bibendi neceſſitate, eo nimirum ſenſu, quo dixit Chriſtus: *Non ſitiet in æternum*, Ioan.3.

Licèt

Digitized by Google

Qui præcipuè ſ[...]nantur ex[...]pletione deſiderij.

Licèt autem nobilem hunc interni fontis effe- A ctum viuæ fidei attribui à Chriſto Domino verum ſit, in ſerie tamen Canticorum Religioſæ vitæ felicitati veriſſimè adiudicatur. Etenim qui iſto fidei viuæ fructu perfruantur, videntur ſanè eſſe probi religioſi, qui omnino ſe Chriſto concredunt, qui fores affectionibus & deſiderijs validè oppilant: id quod ſibi poſſibile eſſe ſomniabat Seneca, videlicet, cùm dixit: *Qui deſiderium clauſit, me hercle cum Ioue de felicitate contendit.*

& aſſiduo refrigerio animæ.

Obſerua demum quod Plinius lib. 11. cap. 37. fine inquit: *Venarum in vmbilico nodus ac coitus.* Videtur itaque, conſtituto in ea parte vitalis aquæ fonte, venis (qui ſanguinis riui ſunt) decontinua refrigeratione prouiſum eſſe.

Quoniam in explanatione huius verſus diuerſa loca tetigimus, de illis, præcipuè de illo Ioannis 4. ſequente annotatione pluribus agemus.

Ad loca aliquot, maximè ad Ioan. 4. 13. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis vitam æternam.* quæ cum verſu præſente: *Vmbilicus tuus crater*, &c. colludunt, annotatio.

Sitis animæ declaratur.

Quemadmodum areſcit terra ſucci inopia, ita nos quoniam terrei ſumus exareſcimus defecti gaudio. *Spiritus triſtis exſiccat oſſa*, Prouerb. 17. 22. & Pſalm. 105. *Aruit cor meum.* & Pſalm. 142. *Anima mea ſicut terra, ſine aqua.* Vnde ſitis nomine SS. Hieronym. Iſai. 65. & Gregor. 14. Moralium cap. 5. auidum gaudij deſiderium intelligunt. atque eam metaphoram ſapientes vſurpant. notum illud Naſonis,

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Et hæc communis eſt & vera querimonia, nihil habere terram, quod ſitim hanc expleat. *O contento donde eſtas?* nota reliqua grauis & patheticæ noſtratis cantilenæ. Illud nobis vſuuenit quod febrientibus: ardent hi nimirum, & illis offeruntur frigida aliquot ſemina voluenda ore, aquæ bucca, aut quid ſimile refrigeratorium: quorum haud eſt quidem ſitim reſtinguere, ſed eam tantiſper fallere. Et quamuis hauſtu nos quandoque copioſo, vt videtur, oblectemus, ſed planè ſine profectu. ſuperat enim ſtatim humorem calor, & quaſi nihil hauſiſſet homo, prior ſitis ſenſus, maior quin etiam, vt ferunt, inſtauratur.

Quod ei remedium.

Tantæ huic, tamque prementi neceſſitati medicinam offert Chriſtus admirabilem, ea eſt latex quidam, quem propinat ipſe, quo ſemel tollitur ſitis. Curat enim ægrotum; eóque perducit, quo non amplius ſiti fatigetur. Sed quod eſt mirabilius, hauſtus liquor intus coaleſcit homini in interiorem fontem, qui eum ita refrigerat continuò, & irrorat viſcera, vt iam tum eo non ſit liquore opus, cui inhiant reliqui ad ſedandam ſitim. manat enim intra cor ingis gaudij fons. Hoc nimirum eſt fons aquæ ſalientis, id eſt, emanantis & ſcaturientis in vitam æternam, id eſt, in lætitiam, quæ neſciat finem, ſed permanentem, perpetuam.

Quid ſaliens aqua.

Explico hæc. Ac primum, ſaliens aqua neceſſe non eſt vt afferat aſcenſum valdè ſublimem (violenta enim eſt eiuſmodi cogitatio) & vſitata dicitur phraſi exilire fons aut limpha, id eſt, manare, ſcaturire. Imò & arbuſta dixit Lucretius ſalire è terra pro pullulare. Deinde quod additur *in vitam æternam*, notum iuxta ſacræ Scripturæ locutionem idem poſſe ſignificare quod in iucunditatem permanentem. quia *Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis*, Eccleſ. 30. 23.

Quid in vitam æternã.

Ioannes de ſpirituali huius vitæ gaudio expoſitus.

Noſter itaque Ioan. 4. 13. locus de voluptate illa ingente, qua ſpirituales animæ perfruuntur, agit. atque ita expoſuerunt Lyranus, Ianſen. & Salmer. atque eumdem S. Baſilio ſenſum attribuunt. Sanctus Auguſtinus & Beda de bona conſcientia hoc capiunt, iuxta illud Prouerb. 15. 15. *Secura mens quaſi iuge conuiuium.* Nyſſen. Leont. B Theophyl. & Euthym. de ventre fluere explicant de corde, ſeu intima hominis parte, ait Elias Cretenſ. S. Auguſt. alibi Rupert. Tolet. & Barrad. fatetur quidem docere Chriſtum, quod ſitim prorſus extinguat aqua ſuæ gratiæ, dicunt tamen illam in cœlis habere hunc effectum.

Roboratur hic intellectus.

Contrà verò eſt, Chriſtum Ioan. 7. 38. eamdem hanc doctrinam repetentem dixiſſe: *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* vbi Ioannes adiecit: *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum, nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Atqui gratia fuerat credentibus data priùs: illa verò ingens ſpiritus abundantia erat, C quam nondum acceperant, quæque rerum temporalium appetitum, quaſi manu, vt dicitur, planè detergit, atque id quidem in hac vita. atque ita Baſilij interpretatió de gaudio ſpirituali certior apparet. Videndus idem in Pſalm. 45.

Sed redeamus ad hunc Ioan. 7. locum & notemus quæ illa ſit doctrina, quam Chriſtus clamans pronunciabat. Quia ſcilicet *homines ad magna vocabat*, vt ſerm. 19. in Pſal. 118. v. 1. S. Ambroſ. inquit.

Quæ ſit Scriptura quam Chriſtus D. in Ioan. allegat.

At quid eſt: *Sicut dicit Scriptura*: variè exponunt Doctores. Cæterùm ſi ex ſacra Scriptura eruerentur loci in quibus eâdem comparatione doceretur, internum fontem hominibus ſpiritualibus D naſci, id ſanè planum foret. Et quidem S. Hieron. affirmat. in Prouerb. inquit locum repertum iri, non quidem vt verterunt Septuag. ſed vt vertit ipſe. *Quæſierunt locum nonnulli, non inuenerunt.* Eſt ille fortaſsè Prouerb. 3. 8. *Time Deum, & recede à malo: ſanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.* Septuag. *Sanitas corpori tuo, & curatio oſſibus.* Sed ex Hebræo expreſſa eſt noſtra verſio, in qua habemus irrigationem. Colligimus illud præterea ex hoc loco, quòd vmbilicus quando reſpondet non Hebræo *tabur*, ſed *ſor*, vel *ſorer* interna ſignificet, & deſideria repræſentet. Firmat hoc locus Pſalm 80. 13. vbi idem nomen *ſor* vertitur deſiderium, ibi: *Dimiſi eos ſecundum deſideria* E *cordis eorum.* Quod idem vertitur prauitas Ierem. 3. 17. *Non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui.* atque eodem ſpectat locus Iob. 40. 11. de quo ſuperiùs, *Virtus illius in vmbilico ventris eius.* Locus alter expreſſior ſacræ Scripturæ eſt noſter Cant. *Vmbilicus tuus crater*, &c.

Cur non dixit Chriſtus, Flumẽ fluet, ſed flumina, egregia ponderatio.

Hunc ergo vtrumque locum reſpexit Chriſtus cùm in Ioanne ait; *ſicut dicit Scriptura.* Illud autem cum Origen. Chryſoſtom. Euthym. Leont. Ambroſ. & Gregor. obſeruandum non dixiſſe *flumen de ventre fluet*, ſed verò *flumina.* Vnicum ſanè flumen ad magnam aliquam ciuitatem iucundandam, ſat eſt. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. quod ibi de ſpirituali gaudio

Digitized by Google

gaudio Baſilius interpretatur. At multa intra vnum hominem flumina quid præſtabunt iucunditatis? certæ hac conſideratione egregiè abundantia conſolationis & lætitiæ ponderatur. Riuulus eſt, ait Gregorius, charitas, riuulus eſt fides, riuulus eſt ſpes, & omnia dona Spiritus ſancti ſunt riuuli.

Explicatus loci Prouerb.

Iucunditatis effecta.

Diuini huius beneficij magnitudo in Pſalm. 15.10. declaratur, cùm dicitur: *Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* (Actor. 2.28. *Replebis me iucunditate cum facie tua*) *delectationes in dextera tua vſque in finem.* quod de Chriſto Domino à Petro Act. 2. declaratum, ad Chriſtum quidem in ſuis membris, id eſt, in viris ſpiritualibus ſpectat. Atque illud, *in dextera*, vult dicere, dexteræ Dei præpotentis opus id eſſe. Vnde locus alter intelligitur, Prouerb. 3. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.* Expende, collocari in ſiniſtra opes & decus, in dextera verò temporis diuturnitatem, illud nimirum quod vitam longiſſimè producit, nempè verum gaudium, iuxta id Eccleſiaſtic.30.23. *Iucunditas cordis, hæc eſt vita hominis.* &, *Exultatio viri eſt longæuitas.* Etenim, *Animus gaudens ætatem floridam facit*, Prouerb.17.22. &, *A triſtitia feſtinat mors.* Eccleſiaſtic. 38. 19. Atque hæc eſt illa Pauli autarcia, vt iam tetigi. *Eſt autem* (1 ad Timoth.6.6. inquit) *quæſtus magnus pietas cum ſufficientia*, μετ' αὐταρκείας. & 2.ad Corinth. 9. 8. *Potens autem eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus omnem ſufficientiam* (αὐταρκείαν) *habentes abundetis in omne opus bonum.*

Illuſtrati loci plures.

Illud præterea hic notandum, ſummum expellendæ ſitis bonum à Chriſto fidei adiudicari. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura*, &c. & cap.6. 35. *Qui credit in me, non ſitiet vnquam.* Vnde plurium locorum intellectus affulget. Habac. 2. 4. *Iuſtus in fide viuet.* Paulus hoc ter expoſuit, dixit autem vbique: *Ex fide viuit*, viuit, inquam, de præſente. &, *Ex fide.* nam iucunditas cordis hæc eſt vita hominis. Locus alter Iſai.28. 16. *Qui crediderit, non feſtinet*, de quo ſeorſum. & ſenſus quidem idem eſt. Hinc item locus ad rem maximè illuſtratur Iob 40. 18. *Ecce, abſorbebit fluuium, & non mirabitur:* (Hebraicè, *non feſtinabit*) *& habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* de hoc dico in illo capite. Huc denique ſpectat illud Pſalm. 35. 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Eodem vocandum illud, quo Eccleſia exornat ſuos doctores: *Iucunditatem & exultationem theſaurizauit ſuper eum.*

Locorū eiuſmodi doctrina.

Vnde bonorū felicitas, & quid illam impediat.

Porrò ex horum locorum doctrina hæc ſubſtantialia puncta colliguntur. Primum. Habemus in viua fide myſteriorum Ieſu Chriſti materiem & argumentum ſummi & ſolatij & interioris gaudij. Quod explica, de peccatorum remiſſione, de participatione corporis Chriſti, de habitatione in domo ipſius: quam voluptatem, vt diminueret, nihil deberet eſſe potens, ne ipſa quidem delicta, vt ſanctus Franciſcus aiebat. Et verò importunæ & curæ & deliciolæ huius vitæ, vt noſtræ attendamus felicitati, nobis multum officiunt. His enim cùm diſtrahimur, & efficimur indigni, vt Deus nos beatitudinis noſtræ cognitione afficiat. *Morientes* tum etiam *muſcæ*, ſordidulæ nimirum voluptates, vt eſt in Eccleſ.10.1. *perdunt ſuauitatem vnguenti.* Secundum. Docet nos Chriſtiana fides, gaudium verum non eſſe in terrenis voluptatibus conſectandis, ſed in contemnendis, terrenis inquam: & vt has pro ſpinis, quemadmodum dixit de diuitiis Chriſtus, habeamus, tum ob ſcrupulos, quos infigunt, tum ob pœnas, quarum fruentes efficiunt reos. Tertium denique. Is, quem ſollicitant & angunt appetitiones, ſi ponens arma & pugnam, illis inerter cedit; hic enimuerò cauſam præbet ſibi ab illis illatæ moleſtiæ vehementis; quoniam non ſtatuit ſeriò cum illis validè confligere: quod ſi feciſſet, bellum dein remiſſiùs longè experiretur.

Cur terreſtres voluptates contemnendæ.

Qui vigor appetitionum frangatur.

Veſtis Sulamiticæ ratio.

Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis. Vt inceptam choreæ Sarai cogitationem perſequar, equidem concipio illam veſtem, quæ Sulamitis ventrem operiebat (tunica vocetur, quæ dicitur *ſaya* noſtratibus, ſtola, vel vt magis arrideat doctis) fingi ex aurea tela cum eleuato in ea opere tritici cumulos imitante, cum limbo præterea ex liliis graphicè acupictis. Ne verò confictam pro libito videar obtrudere velle cogitationem, haud parum firmum promam ex ſacra Scriptura fundamentum 2.Reg.13.18. vbi de Thamaræ Dauidis filiæ talari veſte ſermo fit, Græcè pro *Talari* ita legimus: *Intexta fructibus, quia ſic induebantur filiæ regis.* Quam verſionem Septuag.interpret. attribuit Sixtiana editio, quam etiam Aquilæ attribuit Theodoretus. Vnde liquet, ad morem illius temporis decorè effingi, vt veſtis illius, quam Sulamitis Salomonis ſponſa geſtabat, textura ſeu acupictura paruulos tritici aceruos imitaretur cum liliorum limbo. Atque illud ad hęc appoſitiſſimum eſſe, ſtatim comperitur, vt ſponſus, qui Sulamitem ſaltitare coëgerat, inter laudes, quibus illam afficit, vna ſit, bellè ei quadrare eam talarem veſtem: quod ſperet ipſe, fœcunditatem ſuæ ſponſæ (ventre nimirum ſignificatam) fore tritici fœcunditati quam ſimilem: ſobole deinde copioſa ad gloriam & exaltationem, quam lilia repræſentant, eamdem euectum iri.

Senſus hemiſtichij.

Probatur.

Eſt ſanè quàm elegantiſſima hæc intelligentia, & quam præbet alibi ſacra Scriptura. Ac primùm, quis vel neſcit parere ac multiplicare ventris eſſe, vel hanc eſſe familiarem ſacræ Scripturæ locutionem, iuxta illud: *Benedictus fructus ventris tui!* Vt verò ingens quædam fœcunditas deſignaretur, nil ſeligi potuit conuenientius, quàm triticum, hoc quippè ſemen eſt melius, & quod prouenit copioſiùs. Plinium ad lib.18.c.10. vbi *Tritico*, ait, *nihil eſt fertilius: hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè alat hominem: vtpotè cum è modio ſi ſit aptum ſolum, centeni, quinquageni modij reddantur.* Vide Geneſ.26.12. vbi *ſeuit*, dicitur, *Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum.*

Triticum fœcunditatis ſymbolum.

Lilium exaltationis.

Porrò liliis ad ſignificandā ab humilitate exaltationem eximiam ac gloriam (de quo multis ſuprà cap.2.) nihil conuenientius. Præterea, vt exprimeretur fore eiuſmodi multiplicationem, quæ non modò numerum, ſed Deo gloriam maximam afferret, nihil item aptius. Nam legimus alicubi, *Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam*, Iſai. 9. 3. At enim in ingente religioſæ Eccleſiæ fructu huic aſſociatur pariter maxima Dei gloria & Eccleſiæ ipſius exaltatio. Habet illud ſingulare lilium, quod mutationis vitæ admirandæ (de qua fusè cap. 2.) ſymbolum ſit. Et verò in fructu qui magnorum Religioſorum opera colligitur, eminet præcipuè ingens Dei gloria in præclaris vitæ mutationibus, in conuer

Digitized by Google

conuerſionibus hominum admirandis.

Quid ſi lilium virginitatem deſignet.

Qui demum virginitatis ſymbolum eſſe lilium ſibi perſuadent, his licebit ſic philoſophari, ſignificatum ſcilicet in hoc liliorum cum tritico coniunctionem Religionis vtero attributa, quod Religio imitatione quadam Virginis Beatiſſimæ ſpiritualiter ſit Virgo & mater, & Virgo puriſſima & fœcundiſſima mater; quoniam integerrimæ puritatis honos eo, quem producunt copioſo fructu, neutiquam minuatur. Verùm illa altera ſignificatio, vt ſuo loco effeci, germanior eſt.

Hæc qui congruant cum inſtituta chorea.

Duo vbera tua ſicut hinnuli gemelli capreæ. Vt conſonet hic verſus cum inſtitura choreæ cogitatione, ego quidem contemplor eos, qui pariter cum Sulamite ſaltitabant, arma quaſi minitando, vbera illius verſus inclinare: nam erat illa chorea, iuxta id præmiſſum priùs, *Chorus vel chorea caſtrorum* quædam conflictus repræſentatio. Sic enim Sulamitis munitiſſimæ vrbis, quam illi expugnare niterentur, aptiſſimè figuram gerit. Vide cap. 8. 10. *Vbera tua ſicut turris.*

Quæ optima eu, qui vexantur diſpoſitio.

Iam verò de huius egregiæ comparationis ſenſu, ad cap. 2. verſ 7. pluribus dixi. Tantùm hîc nota, eam eſſe optimam ad ſuſtinendas perſecutiones præparationem animi, primum, ſcire nimirum eos, qui ita exercentur, Chriſti filios eſſe, ac propterea ei ſimiliter perſecutionem paſſuros. Nam *ſi me*, ait, *perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Mutuò ſe deinde amore validè complecti, perinde quaſi fratres eſſent vterini.

An hoc pertineat ad ſaltationem.

4. *Collum tuum ſicut turris eburnea.* In primo capite pro ſponſæ Chriſti elogio ſingulari torquis illius collum circumiens in laudationem prolatus eſt. Nunc verò elegantis conſideratio ſignificationis, quam exhibet collum rectum, nudúmque, eſt maximè, vt ego quidem contemplor, ad decorum. Etenim ad lautam, probandámque peritis ſaltitandi rationem ſpectat maximè, vt collum non ſit demiſſum aut inflexum; ſed teneatur rectum, erectum, firmum. Iam quæ huiuſmodi ſaltationis gratia prodibat in medium, planum eſt eam tectam non prodituram: exempto autem faciei velamine, collum fortaſsè aperiebatur (nam molæ iſtæ quibus obarmant collū, noſtrates *marqueſotas* appellant, ex vſu ſunt planè improbabili.) Cogitatur itaque ſaltitans Sulamitis recto & aperto collo: occurrit verò ſtatim candoris & pulchritudinis conſideratio. Ad id autem venit ſanè quàm appoſitè comparatio eburneæ turris, quæ multo eſt ſignificantior, quàm ſi collum diceretur eburneum, quod adiunctum in extrema colli laude poëtæ ſolent ponere.

Libertas ſpiritualis in collo ſignificata.

Illud autem quod huic verſui in mea acoluthia correſpondet, eſt ſpiritus in Chriſto maxima libertas. Atque cùm in collo ſubiectus omnino animus primo capite repræſentatus fuerit, libertatis nunc in eodem ſignificatio, cadit quàm aptiſſimè. Etenim licèt ſubmiſſus Chriſto animus, quæ catena quædam eſt, faciat eidem Chriſto ceruices demitti; at verò hoc idem eſt, quod eam ingenerat ſpiritualem libertatem tam in Euágelio & in Paulo celebratā. Atque in Religioſis hominibus quædam eſt Domini gratia admirabilis hæc ſpiritualis libertatis perfectio; cuius ſe illi virtute, vbi ita vident ad Dei gloriam conuenire, tam minimè dependentes à quauis deditione ſeu ſubiectione politica aut mundana exhibent, vt generoſa quadam deſpicientia videantur habere omnia ſúſque déque. Quemlibet è magnatibus vel monarcham,

A qui ipſos velit à recto deflecti, aut abiici inhoneſtè ad rem ſua profeſſione & libertate filiorum Dei indignam, aut metuunt videlicet, aut reuerentur. Et quidem horum Dei iuſſis obtemperatio ſatis fuerat in hac chorea verſ. 1. illis verbis ſignificata: *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia.* nam monilis comparationem ad obedientiæ perfectionem referri, vidimus ad illa primi capitis: *Collum tuum ſicut monile.* Hîc autem monilis in collo mentio non fit: nunc itaque non de ſubiectione, ſed de libertate potiùs tractatur.

In collo erecto.

Iam verò ad hanc dominatricem libertatem denotandam, neſcio equidem quid elegantius ea pulcherrima erectione, qua quis in ſaltitando ad numerum graphicè peritus collum tenet. Fa-
B cilè porrò eſt animaduerſu, eſſe fundatam in ſacra Scriptura hanc ſignificationem. Licèt enim erigere collum capi ſoleat in malam partem, vt Iob 15. 28. ſicut illud non curuare Ierem. 27. liquet tamen per hoc ſignificari, liberè ſe gerere, nec velle ſubiici. Cùm autem hoc ſymbolum transfertur accommodatione ad Chriſti ſponſam conceptam coram ſuo ſponſo ſaltitantem, collúmque vt eidem placeat nec inflectere, nec deprimere volentem; tunc fit planum id ad ſpiritualem parrheſiam, eam nimirum, quæ libertas in Chriſto nuncupatur, referendum.

Libertatis huius cuſtodes fidi duo.

Ac deinde colli albentis & nudi cogitatio nata fuit prorſus ad hanc rem. Enimuerò nobilis huiuſmodi libertas continenter munitur à dupli-
C ci cuſtode. Vnus eſt culpam totopere & metuere & fugere quaſi à facie colubri: quam munditiem conſcientiæ probè ſignificat albens eximiè color, iuxta illud: *Byſſinum ſunt iuſtificationes Sanctorum.* Alter, nihil aliud, quod euenire queat, formidare; ſed gladio hilariter oſtentare iugulum. Ad id verò quæſo quid collo nudo magis appoſitum? Nam planum eſt eburneæ turris comparatione coërceri vtrumque, album ſcilicet impenſè, & purum collum, atque idem quoque nudum: quod tyranni cuiuſlibet gladium videtur expetere, vt ne ſponſa vlli ſe rei ſubiiciat, cui eam ſponſus ſubiectam nolit.

Expreſſa oculorum in ſaltitante ſerenitas.

Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in
D *porta filiæ multitudinis.* Sulamitis ſaltitantis cogitatio progreditur vlterius. Apparet autem facilè, eam decorum ſeruare ſaltationis, quæ illam exercet magna cum oculorum ſerenitate. Hæc verò animæ tranquillitatem bellè repræſentat. Iam comparationis ad duas illas piſcinas, quæ erant in Heſebon reſpectus, eò videtur eſſe proculdubiò, quod in illis pellucida maximè ac tranquilla lympha permaneret. Proficit item locus vbi erant, in porta ſcilicet filiæ multitudinis; vt ſignificetur in tranquillitate ſpiritus & animæ quiete, ſumma dignum animaduerſione, illud eſſe quod intra quamcumque turbationis occaſionem & coram infinita multitudine, vbi alij ſe proterunt, rixantur alij,
E alij nutant, nictant, annuunt, interea ſponſæ Chriſti oculi ſummam teneant ſerenitatem. Porrò, quòd libertatis ſpiritualis ſymbolum cum hoc tranquillitatis animæ coniunctum fuerit, quantum habeat politi, ſtatim perſpicitur.

Symbolum ſerenæ animæ.

Relatum ad Religioſos.

Perſpicuitas demum & tranquillitas harum piſcinarum denotant graphicè illud donum, quo Deus afficit Religioſos, quorum mentes ſplendore magno, magna item ſerenitate ac ſatisfactione animas componit. Nec verò deſignatum videtur abs myſterio, quòd ex piſcinis, quas reſpexit, compara

Digitized by Google

paratio fuerint in vrbe Heſebon, & iuxta eam portam, qua Rabatam, dictam poſt Philadelphiam, ibatur.

Gaudij & pacis diſcrimen.

Dicat tamen aliquis, hanc pacem videri iam in illis ſuperioribus: *Vmbilicus tuus,* &c. ſatis incluſam. Reſpondeo, in eo conſiſtere diſcrimen, quòd gaudium verſetur formaliter in expellenda rei cuiuſlibet appetentia; quoniam ſatis deſiderio factum eſt. At verò pax in eo, quòd nulla ſit omnino res, cuius eam viſio vel imaginatio interturbet; quoniam ſibi eſt exploratum nihil eſſe prorſus quod ei queat incommodare. atque hæc proculdubio eſt pacis Euangelicæ pulchritudo. Polite verò in primis vtrumque in Apocalypſ. 7. 16. copulatum eſt, ſed tamen vt formaliter diuerſum. *Non eſurient*, dicitur, *neque ſitient.* en quibus illis fruuntur gaudium & ſatietas. Additur verò poſt hæc: *Neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus.* Non metuunt videlicet ſeu decolorari ſole, ſeu æſtu fatigari. Etenim inferiora iſthæc ſuis officiunt ſubditis. At inferior non eſt, vt inquit S. Auguſt. qui quamuis multa corpore ſuſtineat, corde tamen fixus in cœlo eſt.

Collatio cum Apocalypſ. 11.

Nota præterea oculos ad viſionem ſemper & conſiderationem referri: at pacis animæ effectus eſt, quod nihil videat Chriſti ſponſa, quod eam commotam & inquietam reddat.

Quales, qui turris tronera (Hiſpanicè) reſpiciunt.

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. Qui imaginantur ex foraminibus, quæ turres habẽt propter ænea tormenta, naſum collatum turri, ineptiam producunt ſubtilitatem. Prodeſt enim nihil hęc ſimilitudo neque naſi pulchritudini, neque myſtico ſenſui ab Spiritu diuino ſpectato. Et quidem in hac ſpeculæ comparatione ſagacitatem ac prudentiam per naſum repræſentatam attendi, id eſt ex ſe perſpicuum. Etenim ſpiritualis prudentiæ partes ſunt longè prouidere ac ſubdorari obſtacula, vt illis tempore occurratur. Atque id eſt in quo ſolers Religioſorum prudentia famulatur Eccleſiæ, melius multo quàm populo Iſraëlitico turris in ſuperioribus Libani è regione Damaſci conſtituta.

Reſpecta prudentia ſpiritualis hac cõparatione.

Eccleſiæ pro ſpecula Religioſi.

Quid cum chorea ſagacitas naſi.

Sed iam cuiuis illa ſuccurrerit dubitatio, cùm huius laudationis cogitatio in chorea fundata ſit, videri in hac minimè poſſe notari quod quæ eam exercet, præſtantis ſit odorationis. Reſpondeo ptimum, aptè in eam, quæ tripudiat, conferri poſſe encomium aliquod ob indolem, cuius ibi non dederit ſignificationem. nam ſufficit, fuiſſe notum aliunde illam acutiſſimè odorari. Sed addo, cogitari commodè licere, datam in tripudio ipſo occaſionem, in qua ſe illa ſagaciter olfacientem probauiſſet: cuiuſmodi eſſet dicere, antequam id vllus ex aſtantibus perſentiſceret, quid in illo angulo cremetur. Reſpondeo demum, eſſe fortè ſigna aliquot naturalia, quibus indicet quis olfactus ſui præſtantiam. Nam ſicut eos, qui obtuſè olent, vocant obeſæ naris Latini; ita forſan ſubtilitas naſi odoratum prodit eximium. Atqui pinguem eſſe vel delicatum naſum, id oculis expoſitum eſt. Atque ita vbi concipitur quis ad choream egreſſus, ſuam prodidit olfaciendi facultatem. Et fortaſsè turris, cum qua Sulamitis naſum textus componit, ſubtilis erat.

Carmelus pro ſerto ex floribus Carmeli.

5. *Caput tuum vt Carmelus.* Quemadmodum quinto capite, v. 11. Chriſti caput coronæ aureæ collatum fuit; ita nunc caput Sulamitis cum ſerto, quo ea concipitur redimita, comparatur. Et ſi hoc ex herbis & floribus propriis Carmeli montis

A concinnatum cogitatur; ſtatim apparet dictum amœnè ſatis: *Caput tuum vt Carmelus.* q.d. Bellè in caput tuum quadrat ex huiuſmodi floribus conſtructa corolla, ad repræſentandum ſcilicet Carmelo monti hoc caput eleganter conferri.

Conuenit Sulamiti vt ſponſa.

Atque hæc de ſerto cogitatio ad Sulamitis, quam premimus choream, apta eſt, & præcipuè quia ſertum erat proprius ſponſorum ornatus. Quòd ſi cuipiam pro ſerto floreo arriſerit magis aurea & gemmea corona ſiue cum imitatione florum Carmeli, ſiue cum eiuſdem repræſentatione propter figuram, vel quiduis aliud; rem hîc diuerſam non affert. Sed alterum de herbis, floribus aut fructibus facilius eſt, & in eo, quod notum paſſim,

B fundatum. Sic cùm Cordubæ, v.c. ſpicas audimus, patentis campi prouentũ intelligimus; cùm autem violas, marinum rorem, ſiliquas, & alia id genus, montana, referimus ad montes. Carmelum dicit Theodoretus amœnitate & vinearũ & fructuum omnium copia nobiliſſimũ; ſed eſſent hauddubiè plantę aliquot mõtis illius propriæ; aut certè ipſamet rerũ omnium congeries cum aliqua imitatione cornu copiæ eſſet montis illius repræſentatio.

Carmelus pro Religioſorum patriarchis.

Communis horum verborum expoſitio eſt, vt per caput Sulamitis capiatur Chriſtus. Verùm cùm non de Eccleſia generatim in hac figura, ſed ſpeciatim agatur de ſtatu religioſo; videtur idcircò conueniens, vt in eo, præter id quod eſt toti

C Eccleſiæ commune, aliquid de Religioſo ordine ſpeciale ſignificetur. Quod igitur ſuccurrit mihi huic ſymbolo capitis proprium, eſt ſanè ſingularis illa & admiranda ſanctitudo, qua religioſarum familiarum patriarchæ præluxerunt; nec tantùm illi quidem, ſed generalius reliqui earumdem moderatores, qui ferè homines ſunt præſtanti ſanctitate & perfectione.

Qui Eliæ & Eliſæi doribus effulgent.

Huic verò cogitationi deſeruit mirabiliter Carmelus mons, non modò propter celſitatem illius & copiam bonorum omnium; ſed etiam quia in Carmelo repræſentantur ſtatim Elias & Eliſæus nobiles illius incolæ. Porrò cùm dicitur caput Religioſi ordinis monti Carmelo conferri,

D dicitur hoc etiam conſequenter, præ fulgore illic zelum Eliæ, eius cum Deo familiaritatem, & orationis efficaciam: Eliſæi itidem mirabilia geſta ibidem ſplendere.

Obſeruationes ad rem.

Propter hoc notandum primum, & Eliam & Eliſæum vocari in ſacra Scriptura *currum Iſraël, & aurigam eius.* His enim appoſitis ornatur Elias 4. Reg. 2. 12. iiſdem etiam Eliſæus 4. Reg. 13. 14. Deinde in deſcriptione horum duorum Prophetarum vitæ, & miraculorum deſignari mirabiliter perfectionem, & ſanctimoniam fundatorum vitæ religioſæ. Ac demum obſeruandæ horum duorum Prophetarum cogitationes ſublimes, conatus egregij, & reipublicæ in pri-

E mis ſalutares.

Cuiuſmodi cæſaries imaginanda.

Et coma capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus. Licèt hîc poſſet imaginari quiſpiam purpureum capillorum reticulum, ſed præſtat, vt feratur cogitatio ad cæſariem, quam haberet Sulamitis, maximopere rubram. Atque hoc capillamentum concipiendum eſt bene promiſſum, diſcoopertum ſuper humeros, eximiè ſplendens, vt ſerici coccinei perfectiſſimi congeſta fila referret, nos dicimus: *Parecia a vnas madexas de ſeda de grana finiſſima.* In hoc verò comparationum genere ſęper ſolet eſſe locutionibus hyperbolicis locus; cuiuſmodi eſſe videtur primo aſpectu, quod crines eſſent colore aſſimiles regiæ purpuræ (quæ

Tyria

Digitized by Google

Tyria eſt) cùm colorem habet recentem magis ac viuidum, cùm nimirum in ipſo eſt tinctu, ac natiuo ſanguine videtur eſſe immerſa. Et quidem verba illa, *vincta canalibus*, non ſignificant modò purpuram immiſſam in tincturam, ſed illic retentam, diutius immerſam & illigatam. At enim tota hæc exaggerationis ſpecies neceſſaria fuit, vt ad ſenſum principalem quadraret comparatio.

Infectus purpura.

Vaſa quibus infectores lanam colore purpureo tingunt, à Plin. lib. 9. cap. 38. appellantur cortinæ, quas dicit ex plumbo confectas. apud quem mentio eſſe videtur aliorum vaſorum, quæ *lutra* vocabantur. Et fortaſſe quas nominat Plinius cortinas, eædem ſunt cum noſtris canalibus, dictis ita ab aliqua canalium imitatione: niſi dicamus ingeſtum liquorem in cortinas per canales, hiſque lanam illigari, vt eſſet intra cortinam ſuſpenſa è canale, per quem in illam liquor infundebatur. Hoc tamen vtcumque ſit, quòd verò comparationem ex infectione purpuræ Tyriæ perfectiſſimæ textus noſter deſumpſerit, id videtur planum. vide Plinium citato capite fine. Vbi *Laus*, inquit, *ei ſumma, color ſanguinis concreti ſuſpectu refulgens.* Vnde & Homero *ſanguis purpureus* dicitur.

Comparationis ſcopus.

Atque eo quidẽ ſpectat hæc comparatio, vt repræſentet, pietatem ac deuotionem Religioſorum hominum Ieſu Chriſti ſanguine penitus imbutam eſſe. Ac primùm per comam capitis ſignificari aptiſſimè deuotam obſequio diuino conſecrationem, ſuperiùs c. 4. verſ. 1. vidimus. Deinde verò vt denotaretur hæc deuotio imbuta & immerſa prorſus ſanguine Ieſu Chriſti, quid quæſo ne fingi quidem aptius potuit, quàm quòd dicerentur comæ capitis Tyrio colore refulgentes? Porrò imaginari capillamentum illud, ita vt videatur canalibus purpuræ Tyriæ, quo affatim imbiberet colorem (vti regiæ purpuræ neceſſarium erat) illigatum; oſtendit planè totus hic apparatus, Religioſos conſeruare memoriam ac deuotionem paſſionis Ieſu Chriſti quàm recentiſſimam, ac videri eos illo ſanguine iugiter imbutos: qua illi pientiſſima affectione reſplendent quaſi corona ſuorum capitum.

B alnea Religioſorum.

Hebræa capiunt Vulg. tranſlationẽ.

Hîc autem aduertendum Hebræi textus tranſlationem, quam fecit noſter interpres: *Sicut purpura regis*, &c. eſſe hauddubiè commodam. Potuit enim ita legere, vt regimen oratio repræſentaret. Verùm cùm tunc puncta non eſſent, potuit quoque ſine regimine capi, appoſita ſcilicet diſpunctione in nomine *Purpura*; & quæ ſequuntur abſolutè accepta verti potuerunt: *Rex ligatus in canalibus.* Quo modo reddiderunt Septuaginta, & antiqui Patres allegarunt. Quæ primo aſpectu conſtructio videbatur peregrina; peregrini proinde intellectus ei quæſiti ſunt: vt quod regiæ domus pergulæ ſeu ambulacra canales appellentur, quibus rex videretur quaſi alligatus, quòd oculos à crinibus Sulamitis non auerteret. Verùm enim tranſlationem Septuag. ita interpretari, vt Vulgatæ concilietur, eique explicandæ deſeruiat maximè optandum eſt. Cùm autem de purpuræ tinctura, vt vidimus, ſermo ſit; ducti certè videntur ſacro Spiritu Septuagin. vt Crucis, cui erat Chriſtus Dominus affixus, myſterium indicarent. Dicunt itaque Cæſariem eſſe purpuræ, quæ tingitur, concolorem. Cauſam porrò eſſe coloris iſtius, & quod Rex illigatus ſit affixus, quin etiam clauis ſupra cæſariem Sulamitis, & quod ex vulneribus illius per canales quinque cruor deſluat, atque eorum fluxum totũ Sulamitis ſupra crines excipiat. *Rex ligatus in canalibus*, ſeu *cum canalibus*, nimirum Rex cum quinque ſanguinis canalibus promanantibus ex plagis ſuis ſupra eſt amoris vinculis adſtrictus, & clauis tribus confixus, erumpitque ex plagis omnibus purpura, qua Sulamitis cæſaries eiuſdem, id eſt, religioſæ Eccleſiæ deuotionem repræſentans penitus imbuitur.

& tranſlationem Septuag.

Hæc coherens cum Vulg. pulcherrimè.

Quædã Magdalenæ pictura.

Deſeruit huic conſiderationi mirabiliter pia quædam pictura, quæ ponit D. Magdalenam ad Crucis pedes eam amplexantem, detectam caput, atque ita vt Chriſti defluens ſanguis eius capillamentum inficiat, purpuræ nimirum Tyriæ colore, de quo retuli ſuperius illa Plinij: *Color ſanguinis concreti ſuſpectu refulgens.* Dico ergo hanc picturæ cogitationem non minùs Sulamiti deſeruire, quàm Magdalenæ.

An hæc noua laus?

6. *Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima, in delicijs.* Hoc quoddam eſt epiphonema, quo ſuperiora, ex quibus colligitur, exornantur. atque ita non trãſitur in his verbis ad encomia noua, ſed ad eorum, quæ exprompta ſunt, ponderationem. Facit, verti hæc ex Hebræo: *O quàm pulchruiſti, & quàm dulcuiſti!* q. d. Quàm ô Sulamitis extitiſti bella meis oculis, quantaque iucunditate me affeciſti, iſto ſcilicet bellico tripudio, quod tam peritè & eleganter tantáque oris compoſitione confeciſti, tertio præterea, cæſarie & cæteris.

Deliciæ La ſponſi ſunt.

Hæc porrò nomenclatio: *Chariſſima in delicijs*, vel *amor in delicijs*, hoc affert: Ab ſponſo admodum profectò es amata, & tuo ille aſpectu maximè delectatur. Neque verò id mirãdum. nam ſi ille de ſe ait: *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, quãto magis cum Eccleſia religioſa? ita enim capio τὸ *in delicijs*, ſicut de pumilione quodam, quem animi cauſa habebat Iulia. Plinius lib. 7. c. 16. inquit, in deliciis Iuliæ fuit. ſimiliter conſtruo: *Quàm pulchruiſti, & dulcuiſti in delicijs*, ſponſi nimirum eum oblectãdo.

Spiritualis Religioſorum ſcientia, vnde.

7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* 8. *Dixi: Aſcendam in palmam*, &c. Illud eſt notabile admodum in Religioſis hominibus, vt in quouis eorũ ordine, qua ratione ſanctitas creſcit, creſcat pariter intelligẽtia doctrinæ ſpiritualis ad aliorum inſtitutionem pertinentis. Hæc verò intelligentia non in adhibito dumtaxat ſtudio ſita eſt, ſed multo magis in beneficio Dei, & luce quã ille ordini communicat, & in eo præterea, quòd cum ſcientia Sanctorum (quæ videlicet eſt intelligentia doctrinæ ſpiritualis) egregia ſanctitas maximam habeat connexionem. Atque hæc ſcientia inter Religioſos ab aliis diffunditur ad alios. quæ lectione ſacræ Scripturæ, librorúmque ſpiritualium adiuta maximè perficitur.

Palmæ coniunctio cum vite ad ſpiritualem ſcientiam & ſanctimoniam.

Hæc igitur magnæ ſanctitatis cum magna ſpiritualis doctrinæ intelligentia coniunctio mira, vt ſignificaretur, atque etiam quod ea intelligentia ſanctitati Eccleſiæ religioſæ adhæreſcens accreſcat plurimum; equidem neſcio quid potuerit vnquam excogitari neque politius, neque ſignificantius, quàm maritata vitis quædã admirabilis cum palma, cui illa adiungit ſeſe, ac palmæ adminiculo fulcita aſcendit in ſublime, fértque pulcherrimos botryonas. Ac primùm, nominatus ille Rabbinus Abraham Ezræ filius affirmat, in vſu fuiſſe apud Palæſtinos vites cum palmis maritari. Deinde ſanctitati egregiæ deſignandę palma ob conſiderationes plures, quas alij paſſim proferunt, optimam præbet figuram. Ac demum, cùm vinum ſymbolũ ſit, vt ſuprà vidimus, perfectæ ſapientiæ, vitem fore cœleſtis ſapientiæ

Digitized by Google

Palma præſignis ſanctitatis ſymbolum.

arbotem, palàm eſt. Sic igitur textus: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ.* (& quod in his verbis loquatur ſponſus, ſentit quidem S. Ambroſ. lib. de Iſaac c.8.) His ergo ad excellentem quamdam ſanctitudinem, ſublimem, robuſtam deſignandam, quid quæſo aptius? Siquidem reſpicias inferiorem hominem, nihil ibi eſſe videtur quod magni facias, non diuitiæ, non honores, non ſimiles rerum inſtructus. Quòd ſi verò partem ſuperiorem inſpicias, illic quidem conſpiciuntur dilatatio, victoria, ſuauis fructus, & præſtantia demum, qua hæc eminet inter reliquas arbores. Atque illud etiam non indignum nota, thamar eſſe in Hebræo, quæ vox ſignificat palmam. Quaſi dicat ſponſus: Iſthęc quidem tua proceritas & venuſtas pulcherrimæ illius thamar nomenclationem tibi conciliat.

Vinum doctrinæ præcellentis.

Et vbera tua botris. τῷ *vbera*, reſpondet in hoc loco vocabulum *Sadaim.* Et hauddubiè de vberibus agitur Sulamitis ex ea cogitatione, quòd illa educarura ſit plures filios. Ac deinde vt doctrinæ excellẽtia ſignificaretur, fuit ſanè elegãtiſſimum, racemis vuarum cõferri vbera. q.d. vbera Sulamitis vinum pro lacte ſubminiſtratura. Quorum hic eſt ſenſus: Qui doctrina religioſorum hominum aluntur, hi quidem breui oſtendunt, non eſſe ſe pueros nutritos lacte; ſed pro lacte ſuxiſſe verò ſe præſtantis vinum doctrinæ. Et notum quidem eſt lactis & vini in ſymbolica ſignificatione diſcrimẽ. Lac quippè ad doctrinam, quam pueri hauriunt; vinum autem ad eius pertinet excellentiam doctrinæ, qua qui profecerũt multum in Dei cognitione, potiuntur. Si igitur gratia Dei eſt ac donum perfectis Religioſorum ordinibus elargitum, vt qui illis ſe inſtituendum committit, ab ipſiſmet initiis educetur is cum altiſſima ſapientia, cum magnis & excelſis cogitationibus, cum rerum inanium deſpicientia, cum orationis, mortificationis ſenſuum, virtutúmque ſolidarum exercitio; nónne dictum fuit prudentiſſimè, racemos eſſe vuarum vbera Sulamitis pro lacte vinum porrigentia? Atque hoc quidem ex admirabili Nouitiorum inſtitutione perſpicitur, qui ab ipſomet Religionis ingreſſu videntur eſſe iam tunc prouecti Religioſi. Id quod etiam ad ſæculares, qui in Patres & magiſtros viros aſſumunt ſpirituales ac Religioſos, emanat ſuo modulo. Nã ſimul ac incipiunt vinum doctrinæ excellẽtis deguſtare, informãtur ſtatim, vt viri ſint actionũ, morúmque grauitate maturi.

Quales euadant qui tradunt ſe Religioſis inſtituendos.

Fructus hi, elatæ ſunt, id eſt, dactyli in flore.

8. *Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius.* Hebræa vox, quã noſter reddidit *fructus*, videtur ramos ſignificare, atque ita vertit Symmachus, Aquila vertit *elatas.* Et de elatis quidem dependentibus à cacumine, textum agere, ſentit Delrius. Habent porrò elatæ ramorum figuram; ſic etiam de dactilis palmæ fructibus loquimur *vn ramo de Datiles.* Quod Septuag. vertunt pro fructibus *cacumina*, ad elatas referri poteſt, & ad fructus etiam maturos, nec non ad palmæ ſumma germina. Dactyli florentes dum elatæ ſunt. De his porrò dactylis ſponſum loqui, appoſitum eſt. Tum quia palmarum elatæ miram habent in myſtico intellectu elegantiam, vt propterea de illis ſuprà cap. 5. 11. facta mentio fuerit; tum etiam ob reſpectum Pſalmi 91. 13. *Iuſtus vt palma florebit.*

Verba hæc ſponſi ſunt.

Iam verò quòd ſponſi verba hæc ſint, ita ſentiunt Tertull. lib. 3. contra Marcion. Cyprian. ſermon. de Paſſione, Petrus Damian. ſerm. de inuent. Crucis. Gregor. Iuſtus, Caſſiodorus, Guilielmus, VViller. Angel. Honor. Qui auctores hunc verſum de Cruce Chriſti interpretantur. Cæterùm A cùm verſu præcedente ſponſa comparata fuerit palmæ, in hunc illud quadrat omnino, vt *Aſcendere in palmam velle*, ſit velle iam ſponſa potiri. Atque hoc eſt velle apprehendere fructus eius. Poteſt autem rite eo eſſe alluſio, quòd ipſe iam ad palmam Crucis aſcenderat, haberétque propterea palma hac, id eſt, ſua ſponſa fruendi ius.

Aſcendere in palmam et ſponſa frui.

Neque verò dubito quin ad ſpiritualem matrimonij conſummationem reſpectus ſit in hac phraſi quàm honeſtiſſimè. His itaque ſignificatur, & velle ſacrum ſponſum, vt Religioſus ordo, eius videlicet ſponſa cum ipſo perfectiſſimè vniatur, & velle item hoc reipſa præſtari efficace gratia collata, aliáque id genus.

Per ſpiritualem matrimonij conſummationem.

Et quidẽ ſi hi apprehendẽdi fructus ad eas, quæ B elatæ dicuntur, id eſt, ad florentes dactylos (vt Delrius cum Aquila accepit) referrentur, eſſet tunc quidem ea ſententia, quod ſponſæ deuotione velit ſponſus ipſe ſeorſum perfrui. Ac cum his mirificè cohæret, vt velit idem liquore vitis, id eſt, doctrinæ præſtantia proximos potiri. Quòd autem per elatas deuotio Eccleſiæ ſignificetur aptiſſimè, vidimus ſupra ad illa cap. 5. 11. *Coma eius ſicut elatæ palmarum.* Atque ita in præſenti: *Apprehendam elatas eius*, hoc ſignificat: Equidem, ait ſponſus, deuotione meæ ſponſæ, quam capilli repræſentant, frui volo. Adde, de comis Sulamitis piiſſimam videlicet paſſionis Chriſti Domini meditationem denotantibus factam nuper ſpecialem admodum mentionem. Dicit itaque C ſponſus hac ſe frui velle ſponſæ deuotione, vuis aut vino proximis derelicto.

Fruendo ſcilicet ſponſæ deuotione.

Quod ſi id, *Apprehendam fructus*, non ſit dictum ex metaphora elatarum, ſed fructuum maturorum; hæc quoque allegoria propoſito ſponſi ſua volentis ſponſa frui aptiſſimè deſeruit.

Et erunt vbera (*Sadaim*, non *dodin*) *tua ſicut botri vineæ.* Non ait ſponſus velle ſe vino frui. Licèt enim cap. 5. 1. dixerit, quod vinum propinabatur conuiuis, id ſe quoque bibere, iuxta illud: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*, nunc verò maiore vtitur diſtinctione, ſignificans videlicet, ſe ſibi palmæ fructum ſeponere; at fructum vitis velle ſe conuiuis communicari. Et verò propriè Chriſto non eſt doctrinæ vinum, ſed D ei qui beneficium accipit docendi.

Botri de doctrina vino.

Atque id obſerua, cùm de Eccleſia primitiua fuit actum cap. 1. 12. & 13. ſponſæ vbera ab illius lacte & vino fuiſſe ſeparata. Etenim in vniuerſali Eccleſia ſemper eſt diſtinctio lactentium puerorum, & adultorum bibentium, quos omnes alit Eccleſia doctrina ſua. At verò cùm Religioſus ordo Eccleſia vniuerſalis non ſit, ſed pars illius; rectè poſſunt hunc ordinem eorum, qui vino potandi ſunt, alendorum partes contingere: neque enim deſunt qui aliis quibus adhuc vinum non conducit, lac porrigant. Hoc autem ita habet, iis quæ eueniunt communiter attentis, ſi Religioſus ordo in magna illa ſua perfectione conſideretur.

Huius perſigendi partes cuius ſint.

E *Et odor oris tui ſicut malorum*, Septuag. *Odor naſi tui*, ſed ſenſu eodem. agitur enim de anhelitu: hic verò per os emittitur & per nares. Textus ergo inquit, ſponſæ reſpirationem odoris eſſe ſuauiſſimi, quod nos ita efferremus, *Que le huele la boca a camueſas.*

Oris halitus gratiſſimus.

Hæc porrò phraſis palmæ & vitis allegoriam non continuat; cæterùm rem addit, quæ ei ſignificationi, quam attulit ſponſi in palmam aſcenſus, ei item quam vitis præbuit, aptiſſimè fuit adiicienda.

Pertinens ad odorem boni ſpiritus.

Digitized by Google

Pertinens ad odorem boni ſpiritus.

cienda. Etenim & in ſponſi cum ſponſa coniunctione nihil, vt exprimeretur, oris halitu gratiſſimo fuit commodius: atque etiam in inſtitutione, quam vinum repræſentat, nihil ſanè magis appoſitum, quàm vt vnà cum doctrinæ præſtantia boni odor ſpiritus percipiatur: nimirum vt tam concio, quàm concionator animæ cœleſtis odorem expirent: vt ſermo, conceptiones mentis, & comparationes redoleant ſpiritualem virum. Atque is ſanè odor eſt quî cum moſchus, ambarum & exquiſita quæuis alia odoramenta minimè contendant.

& coniunctionem externa pietatis cum interna.

Præterea in reſpectu ad ſponſum cœleſtem, ducit is quidem maximi, vt in ſua cum ſponſa, id eſt cum anima fideli coniunctione, efflet illa oris ſuauem odorem: nimirum vt in oratione, meditatione & reliqua pietate odor ſpiritus excipiatur, vt reſpirationem ſuauiſſima ſanctitatis interioris fragrantia comitetur. Nam, vt ex interiore corruptione exiſtit graueolentia; ita contra ſuauis fragrantia exhalatur ex interiore non ſano duntaxat, ſed etiam odorato, ex mente videlicet & intentione ſuauiſſima, pectore & interioribus cæteris præclarè affectis. Atque id eſt profectò cauſæ, cur dicat ſponſus, placere ſibi maximè Sulamitem, id eſt, Eccleſiam religioſam. Apparet autem ſtatim horum ſenſum eſſe, quòd exterior deuotio comitata eſſe debeat cum miris affectionibus internis, ſic item cum affectibus miris interioribus externus ſermo. quæ mirum eſt quàm facilè odore prodantur.

9. *Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.* Verſus præſens eſt, qui in eam impulit aliquos imaginationem, hic vti Sulamitem certa illius ſoror natu minor alloquatur. Quod non diceret ſponſus, ſi loqueretur ille, *dignum dilecto meo*, ſed dignum me; eo poſito, quod qui *dilectus meus* dicitur, debeat eſſe ſponſus, ex ſermone huius libri quatuor & viginti locis non minus. Ad hoc tamen reſpondeo, Hebræam vocem eſſe *Dodi*, quæ ſonat *Amor meus*. Per hanc autem Hebraica phraſi ſic loquitur & ſponſa de ſponſo, & ſponſus de ſponſa. nam vbi noſter vertit *dilectam*, in Hebræo eadem eſt dictio. Neque ad ſponſos duntaxat adſtringitur hæc appellatio, ad intimos enim amicos patere eandem, compertum eſt. Atque ita loquens Chriſtus de chariſſimo ſibi Diſcipulo rite eum Hebraica dialecto *dodi*, id eſt, amor meus poteſt appellare. Id in Euangelio apparet, vbi inter reliquos diſcipulos proprium hoc eſt S. Ioannis appoſitum: *Quem diligebat Ieſus.* Conſtat verò ex noſtro Cantico idem omnino eſſe, *Amor meus*, &, *Quem diligit anima mea.* Sic enim loquitur ſponſa quinquies. Huius locutionis ſunt illa Pſalm. 126. 2. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum.* Prouerb. 31. 2. *Quid dilecte mi.* Eccleſ. 45. 1. *Dilectus Deo.* Iſai. 5. 1. *Cantabo dilecto meo.* cap. 21. 4. *Babylon dilecta mea.* Ierem. 11. 15. *Dilectus meus in domo mea.* Baruch 3. 37. *Iſrael dilecto ſuo.* Dan. 3. 35. *Propter Abraham dilectum ſuum.* Inde Paulo dicuntur Chriſtiani ad Roman. 1. 7. *Dilecti Dei.* & ipſe ita de ſuis diſcipulis loqui ſolet: *ſalutate dilectum meum.*

Dilectus meus, ſiue, Amor meus de quibus dicatur.

Vſurpatus ſermo ad filios, ad amicos.

Cùm igitur *dilecti* in ſacra Scriptura hæc ſit acceptio, quid obſecro prohibeat, quin ſponſus, de filiis ſibi dilectiſſimis vel diſcipulis locutione vſus eiuſmodi dicat, rationi eſſe maximè conſentaneum, vt chariſſimus quiſque Chriſto filius vino doctrinæ Sulamiticæ ſuum palatum oblectet?

A Certè & hic eſt ſenſus aptiſſimus, & phraſis in S. Scriptura vſitatiſſima. Atque ita quid in his verbis vſurpata ſit illa appellatio: *Dignum dilecto meo*, minimè efficit, ſponſum non loqui; conſtat ſiquidem ſpõſum & filios & amicos habere quos ornet hac nomenclatura. Quod idem verſioni Septuag. quæ pro noſtris *Dilectus meus*, habet: *fraterno meo* reſpondeo. Atque ita dico hac phraſi, cùm loquitur ſponſa, ſponſum deſignari; cùm autem ſponſus verba facit, conſtare ex Euangelio, quòd is de diſcipulis loquens vocet eos amicos, & cognatos. Denique phraſis hæc, ſeu appellatio non alia pollet maiore vi, quàm noſtræ hæ vernaculæ: *Mi primo, mi amigo, mi pariente.* Cùm autem ſponſæ loquens ſponſus dicit, magnæ ſibi fore voluptati,
B quòd illa certum hominem conuiuio excipiat, quippe ipſius vel amicum, vel cognatum, liquet ſanè has voces abſque vlla improprietate vſurpari.

Ac meo quidem iudicio hoc eſt neutiquam violentum; verùm fingere vel ſponſum non loqui in hac laudatione; vel ſi locutus ſit, proferri ab alia perſona hoc vltimum encomium, id eſt ſanè quàm violentiſſimum. Etenim id eſt valde expeditum, vt verba illa in quæ caput 6. deſiuit: *Reuertere, reuertere Sulamitis*, ſint dicta ab ſponſo: atque itidem vt laudes, quæ conſequuntur, idem expromat: ea enim de cauſa ſponſæ dixit: *Reuertere*, vt eam contemplaretur videlicet, ac deſcri-
C beret. Neque verò alia cauſa fuit, cur in hac laudatione duarum ſororum dialogiſmus fingeretur, quàm reperta difficultas in explicandis his omnibus encomiis vt ab ſponſo pronunciatis. Hæc tamen difficultas, vt vidimus, ſuperatur, &, vt opinor, feliciſſimè: pateſcitque ex adhibita explicatione laudes has omnes Sulamiti accommodatas inter ſe mirabiliter connecti; ac nihil eſſe aliud eas diſparare, quàm diſparare ſententiam, corpúſque ex partibus inter ſe ſimilibus cõſtans diſcerpere.

Cur hic verſus, qui ſponſi eſt, illi ſit abiudicatus?

Dignum dilecto meo ad potandum. Hebræa ſonant, vadens ad dilectum meum ad rectitudinem, ſeu propter bonitatem. Cæterùm ſenſus Hebraiſ-
D mi is eſt, quem noſter Vulgatus expreſſit, neque in hoc eſt vlla difficultas.

Hebraiſmus à noſtro mollitus.

Labiiſque & dentibus illius ad ruminandum. Septuag. magis ad Vulgatum habent, ſufficiens labiis meis & dentibus; cæterùm in componendis his verbis cum eo ſignificatu quam offerunt Hebræa, difficultas eſt neque leuis. ea ſonant: *Faciens loqui labia dormientium.* Dico igitur primùm, *dormientes* poſſe ſumi propriè, vt ſit ſenſus, ſicut is qui in ſomniis loquitur, ſanè non ille loqui videtur, ſed interior vis proferre videtur verba, eo, qui verè loquitur, neſciente; ita accidere in re noſtra, vt effectus admirabiles quorum videntur homines auctores eſſe, cœleſti huic vino ſint tribuendi,
E iuxta illud Chriſti D. *Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Deinde ex Hebræa phraſi *dormientes* pro mortuis accipi poſſunt: atque ita huius hemiſtichij ex Hebraiſmo ſententia eſt, eius eſſe ingenij hoc vinum, vt vitam & vocem vita defuncto queat reſtituere. Neque verò alius eſt hyperbolis huius intellectus, quàm vinum hoc præſtantiſſimum eſſe. quam eandem locutionem vſurpamus Hiſpani. Sed enim quia erat ea Latinis auribus inſolens, cenſuit idcirco prudenter Vulgatus rem eandem diuerſa phraſi exprimere. dicens videlicet vinum hoc dignum eſſe labiis & dentibus ad ruminandum

Explicatio Hebraæ lectionis

Dormientes propriè ſumpti.

Aut tranſlatè pro mortuis.

Digitized by Google

dum. Quod dictum conueniens eſt illi adagio quod egregij potatores vſurpant: *Bonum* ſcilicet *vinum non eſſe trayciendum, ſed mandendum*, vt ſapiat videlicet penitus, & guſtui ſatisfiat. His ita compoſitis & verbis, vt par eſt, ſponſo adiudicatis, ad ſenſum iam principem deueniendum.

Doctrina ſignificata per guttur.

Guttur tuum ſicut vinum optimum. Pro eloquio & oratione aptiſſimè accipitur guttur. Sed equidem reor non eſſe hanc phraſin ab ea diuerſam, qua Hiſpani de femina dicerent: *Tiene marauilloſa garganta*, qua ſignificant canere illam mirificiſſimè. Iam verò minimè nouum eſt vt per allegoriam ſuauiſſimæ muſicæ doctrinæ ſuauitas & efficacia repræſentetur. Hæc enim allegoria vſurpatur ſæpe in Apocal. & multa etiam alia in ſacra Scriptura loca ſunt eiuſdem locutionis. neque aliud veteres per inuolucrum illud muſicæ Orphei & Amphionis ſuauiſſimæ, Horatio in de Arte explicatore, ſignificarunt.

Ab ea eximiè ſponſa cōmendata.

Sponſus igitur ſuæ encomia Sulamitis claudit inquiens, cœleſte quid eſſe illius guttur, neque genus vini aliquod vſpiam reperiri cum eo de ſuauitate contendens, atque illos, quos ipſe ſingulariter amet, eximio ſe mactare munere, cùm ad audiendum amatæ ſuæ Sulamitis muſicam inuitat, vt ſumma animarum conſolatione ac voluptate afficiantur, & ſapore delectentur. Porrò illud affert Hebræa phraſis, quòd hæc muſica ad ipſoſmet ſuſcitādos mortuos, & ab inferis, quemadmodum de Orpheo fingitur, extrahendos potens ſit, quod illa ſignificant Pſalm. 18.8. *Conuertens animas.* Et licèt dictum hoc vino attributum videretur hyperbolicum; verùm enim doctrinæ Euangelicæ accommodatum nullam habet ſuperlationem, ſed puram putam veritatem. Neque item in phraſi vulgati interpretis vlla eſt hyperbole, vt perſpicitur poſtquam fuerit animaduerſum de vino magnorum Religioſorum prædicationis ſermonem eſſe, potentis videlicet ad eximendas flagitiis animas, ſolandóſque maximopere magnos Dei amicos. Fuit porrò ex prudentia ſumma petita comparatio ab excellente vino: hoc enim proprium ſymbolum eſt doctrinæ excellentis. ac præterea quia illa proximè præceſſerant, *Vbera tua ſicut botri vineæ.*

SECTIO ALTERA.

Verba ſponſæ.

Verſ. 10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

11. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

12. *Manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.*

13. *Mandragoræ dederunt odorem. In portis noſtris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.*

Acolvthia.

Hactenus laudata eſt religioſa Eccleſia. Illa verò, quo magis ſe ab ſponſo videt beneficiis obſtrictam, illi ſe ſubdit eò magis.

Ac propterea ad ignotas regiones optat proficiſci; vbi & Chriſto liberiùs fruatur, & nouas ipſi Eccleſias fundet.

A Etenim eiuſmodi exitus fore Chriſto Domino quàm gratiſſimos, viri Apoſtolici confidunt.

Commentarivs.

Plena ſponſæ deditio.

10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Apparet facile ſponſam in his: *Ego dilecto meo*, ſeſe ſponſo ſubiicere ac perfectè dedere, profiſſam videlicet, quidquid in eam laudum ipſe contulerat, id totum in donis ipſius ponendum: agnoſcentem deinde ei ſe perpetuum famulatum, amorémque ex vi tota cordis debere. Sed quid eſt deinde: *Et ad me conuerſio eius?* quomodo vertit cum Septuag. Vulgatus. Aio, hanc itidem phraſin (quam quis fortè acciperet quaſi ex iactatione ſponſæ,

Hanc ſignificat vox conuerſio.

B quod videret ſibi multum ab ſponſo faueri) ad deditionem ſignificandam deſeruire. Etenim, *Ad me conuerſio eius*, idem eſt ac ſi diceret: voluntas illius in me fiat. Hoc vt exponam, noto τὸ *ad me* in præſente; vt conſtat ex Hebræo, eſſe idem, quod, *ſuper me*, & hoc, idem quod *in me.* Sicut in Dominica oratione: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra. Græcè, *& ſuper terram*, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Ad hæc, pro conuerſione Hebraicè eſt תְּשׁוּקָה à themate שוק quod eſt *concupiſcere*, atque ita nomen hoc *theſukah* ſignificat concupiſcentiam. Ac certum quidē eſt ſic accipi nomen idem Gen. 4.7. *Sub te erit appetitus eius.* Porrò quòd concupiſcentia nominetur conuerſio, non eſt admodum violenta nomenclatio: ad id enim quod con-

Eius, id eſt, ſponſi placitū ad me, id eſt, in me fiat.

C cupiſcit anima, videtur ſe conuertere. Atque ita Theologi loquuntur, cùm explicant quid ſit conuerſio ad creaturam, vel conuerſio ad Deum. Affert etiam verbum idem aliquando expletionem deſiderij, vt Pſalm. 64.10. *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam*, eius nimirum auiditatem expleuiſti. Quare in præſente, *ſuper me conuerſio eius*, idem eſt quod, fiat voluntas, ſeu beneplacitum illius in me. id omnino expleatur, nil equidem opto aliud, præter hanc ſponſi in me perfectiſſimam voluntatis expletionem. Ac ſimiliter illa Geneſ. 3. 16. *ſub viri poteſtate eris*, Hebraice ſonant: *ſub viro concupiſcentia tua.* Atque ita noſtra exponit R. Abraham: *Ego dilecto meo. & ſuper me obedientia eius*, id eſt, meum eſt obtemperare illi, vt faciat volunta-

D tem ſuam.

Et reſpondere quidem videntur his illa Apocal. 19. *Et vxor eius præparauit ſe.*

Ad me, id eſt, meum eſt.

Vulgata demum tranſlatio facilè cum eodem ſenſu componitur: *Ad me conuerſio eius*, id eſt, ad me ſpectat, meæ omnino ſunt partes, vt illius beneplacito, nutui quin etiam exſequendo, totam me deſtinem ac deuoueam. Aliter etiam videntur hæc conſtrui poſſe: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius*, id eſt, ſiquidem ego illi protſus obſecundem, ille me viciſſim augebit bonis. Iuxta id Pſalm. 64. *Inebriaſti eam.* Verùm ſenſus prior eſt, quem reputo genuinum. Nam quod demum videtur Delrio, *vt ad me conuerſio eius*, ſit, ſub me erit appetitus eius. Ille ſe totum meæ permittet

E voluntati; minimè placet. nam præpoſitio *ſub* à ſuper planè eſt diuerſæ acceptionis. Neque eſt in hoc loco præpoſitio quæ Geneſ. 3. 16. & c. 4. 7.

11. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* (Hebr. *pernoctemus*, pro commoremur. q. d. figamus illic habitationem, vt ne ea ſit eiuſmodi, quæ itione primo manè, & veſpere reditione finiatur.)

12. *Manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala*

punica:

Digitized by Google

Vnde petita allegoria.

punica: ibi dabo tibi vbera mea. Allegoriam hanc quædam ſponſa præbet poſtulans ab ſponſo, vt concedat vterque ad habitandum ſeu in aliquem vicum, rus, aut fundum; vbi ea à viſitationibus mutuis, aliiſque ciuilibus id genus, rebus prætereà omnibus, quæ vrbem incolentes diſtinent, libera ſuo penitus & ſponſo fruatur, & ſe illi mutuo fruendam exhibeat. Proponit, vt moueat vbi ruri degant, fore vt conſurgant ſimul primo manè, vt ſuam vineam inuiſant, diſpiciantque quando ſe in flores induat, quando in fructus; obſeruent prætereà partus malogranatorum, cytinos videlicet erumpentes. quæ indicant tempus, quo hæc tractantur, vernum eſſe. Adiicit demum ſponſa: *Ibi dabo tibi vbera mea*. q.d. in eo prædio vbi nullæ ſint alienæ curæ, nulla impedimenta importuna, perfectè ſeſe ſponſo dedituram. atque hic quidem litterarius eſt cortex.

Senſus princeps de Religioſorum ad miſſiones ſeceſſu.

Verùm enim ſenſus iuxta meam acoluthiam princeps eò ſpectat, vt deſideret vehementer Religioſa ſponſa, illo cum ſuo ſponſo ſecedere, vbi ſe perfectioni vitæ tam quæ contemplationẽ, quàm quæ actionem reſpicit, niſu viriuni pleniore tradat. Ac verò vſuuenit non rarò, vt clauſtra etiam religioſa ſæculare aliquid ſubierit. Atq; ita videtur quidem eſſe quaſi nouus in ſacrum hunc ordinem ingreſſus communem hanc ſocietatem, & quaſdam, vt ita dicam, ciuilitates, quas religioſis ſæculares vſu affricuerunt, prorſus relinquere, ac longè ſecedere ad Iapones, v.c. vel ad Sinas, ſeu, vt noſtris prouincialibus facilius quid dicamus, ad campum Andeualenſem, ad Alpuxarras, aut ſimilem his deſertum propter difficultates locum. Sanè, inquam, is videtur denuo Religionis ſtatum inire, qui ſe dedicans huiuſmodi miſſionibus mundum aſpernatur prorſus, perfectúmque ſui Chriſto D. ſacrificium offert: ſpe videlicet elatus eo ſe pacto arctiſſima cum eodem Chriſto coniunctione fruiturum, ipſique deditionem ſui omnino perfecturum.

Is ſignificatus per itionẽ ad vicum.

Ad hunc porrò ſenſum appoſita eſt in primis profectio ad vicum incolendum, quæ non eſt, aliud, quàm vrbanarum curarum & ambitionum deſertio, eorúmque remotio impedimentorum, quæ amici, noti, & friuolæ occupationes ſolent apportare quominus ſe quis Deo, & animarum quætendæ ſaluti perfectè tradat.

Quã hoc ex re Pontificii.

Illud hîc obſeruandum ad finem 6. cap. v. 10. & 11. deſcriptum fuiſſe, quemadmodũ Pontifices Eccleſiæ ſummi ex ſæculari pompa, opum, rerúmque aliarum politicarum ſolicitudine plurimum trahant impedimenti, quominus partibus à Deo ſibi demandatis, fructui videlicet Eccleſiarum ſpirituali, flori vineæ myſtico, atque etiam myſticis cytinis plenè incumbant. Quid igitur iam aptius, quàm vt Religioſi viri (quibus Romana Eccleſia vt ſuæ obligationi ſatisfaciat, vtitur adminiſtris) ſe vt Deo ſeruiant perfectius, his miſſionibus deſtinent, curíſque aliis expeditos offerant, ad luſtranda loca quælibet, & regionem quantumuis longinquam, vt myſticæ vineæ, cytinorúmque myſticorum curam gerant.

Verba ſingula adaptantur.

Ea locutio: *Manè ſurgamus*, curam prodit ac ſolicitudinem ingentem; id enim eſt, quod inſomniam affert, lectúmque relinquere vel ante diluculum compellit. *Ad vineas.* ita indigitantur Eccleſiæ, & tunc præcipuè, cùm de prædicatione fit ſermo. *Videamus ſi floruit vinea.* His ſignificatur collata cura in eos qui denuo fidei myſteriis inſtituuntur, ſcholarum puerilium viſitatio, ac reliquorum id genus, quæ perinde ſunt quaſi flores, atque initia myſtici vini, quo ſapientiæ præſtantia deſignatur. *Si flores fructus parturiunt.* Hebræa, *An aperuerit ſe vua puſilla*, hoc eſt, curemus, ecquis nam ex initiis prædicationis fructus exiſtat. Hoc verò ad eam pertinet curam, quam ſpes nouarum Eccleſiarum, in quarum inſtitutione laboratur, importat. Conſtat enim malogranata, vt ſtatuit S. Hieron. cap. 2. 2. laudatus, poni ſemper in ſacra Scriptura, *ſuper Eccleſiarum perſona*. Atque ita incipientium earumdem, vbi Martyrum purpura nunquam ferè deſideratur, cytini principia ſunt. Cum itaque repræſentetur & per vinum excellentia doctrinæ, & per malogranatum Eccleſia iam perfecta; aptè quidem flos vineæ ad ſapientiæ principium refertur, ad ſcholas omnes quæ denuo explicantur ſiue rudimentorum noſtræ fidei, ſiue ſubtilioris Theologiæ, cum primum incipiunt; at verò cytini florentes ad nouas Eccleſias. Atque his quidem perfectio vitæ Apoſtolorum actuoſæ continetur; quæ verò ſequuntur, apicem exhibent vitæ contemplatiuæ.

Ibi dabo tibi vbera mea. Quam allegoriam ſæpe iam in ſuperioribus expoſuimus. Illud obſerua, factum hoc fuiſſe in domo genitricis ſponſæ, quam ipſa cogitatur ruri habuiſſe.

13. *Mandragoræ dederunt odorem. In portis omnia poma: noua & vetera, dilecte mi ſeruaui tibi.* In hoc textu occurrit ſtatim dubitatio, vtrum mandragoræ numerandæ ſint in ſuauibus ac delicatis pomis, quæ ſeruare ſe dicit ſponſa ſponſo ſuo. ait enim: *Mandragoræ dederunt odorem. In portis omnia poma* (Hebr. omnia delicata vel dulcia) *noua & vetera ſeruaui* (Hebr. abſcondi) *tibi.* Quòd ſi mandragoræ inter fructus, quos ſeruat ſponſa ſuo ſponſo ponuntur; tunc videtur ſupponendum, odorem & ſaporem mandragorarum ſacræ Scripturæ præſtantem eſſe. Si verò hoc non ſupponatur, videtur poſſe dici, non ideo factam fuiſſe de mandragoris mentionem, quod æſtimentur, ſed potiùs vt contemnantur. Et ſi deſpicit illas ſponſa, accipi ſic poſſet contextus, *Mandragoræ dederunt odorem*, id eſt, de mandragoris nequiui earum auidos celare: illas enim proditas odoris vehementis indicio receperunt, & ſecum abſtulerunt. Sed parui id quidem eſt, inquit ſponſa. nam prope ianuam, ad manum (*In portis noſtris*, Hebraicè ſuper, id eſt, iuxta portas noſtras, ſic enim accipitur paſſim hæc præpoſitio) pomaria ſunt fructibus iucundiſſimis onuſta. Quòd ſi mandragoras celare non potui, nihili id facio; nec enim dignus meo ſponſo is fructus eſt. Ex delicatis aliis ac pretioſis, equidem optima quæque mala ipſi ſeposui am. Et noua & vetera illi abſcondam. Pro hac loci textura facit, quod ad caput Geneſ. 30. hauddubie fiat hic alluſio. In libro enim ſacro atque ſymbolico, cum mentio eſt de mandragoris, quis non videat ad hiſtoriam, quæ in eo cap. Geneſ. 30. verſ. 14. 15. & 16. narratur, habitum fuiſſe reſpectum? Iam verò poſita ad hiſtoriam Geneſis alluſione perſpicitur continuò, à Lia (quæ ſponſa erat fœcunda) mandragoras celari Rachelæ non potuiſſe, & datas ab eadem eo pacto, vt ſibi per Rachelam frui Iacobo liceret. Qua quidem narratione appoſitè videbatur in primis adumbratum illud, quod viris Apoſtolicis, cùm ſe miſſionibus Iaponicis, Sinicis ac ſimilibus conſecrant, vſuuenit. Enim verò hi ſociis, qui ad commoditates proprias, ad honores & dignitates, religioſas quidem feruntur auidè, relinquunt videlicet

De mandragoris eſſe poteſt fermè in contẽptu vel in pretio.

Si in contemptu, qui textus capiatur?

Religioſi qui propter miſſiones expetibilia relinquunt, quid lucrentur.

delicet miſellos hos fructus, titillantes appetitum A quidem, ſed lethargiæ effectores. At enim harum nugarum verè depoſitio iucundiſſimam cũ Chriſto vnionem ad votum & ad volũtatem apportat, liberámque ad eius obſequium expeditionem.

Qualis fructus mãdragora.

Ac verò iis expenſis, quæ de mandragoris periti rerum naturalium ſcribunt, rationi videtur apprimè conſentaneum, quod ſponſa noluerit ſponſo mandragoras ſeponere: nec enim eum ſoporatum, veternoſum quin etiam reddere illa contendebat. Atqui tres Patres apud Theodoret. fatentur, eos qui per ſenſum mandragoris inhærent, obdormiſcere, & veluti torpore ſtolido teneri. Quare Belgæ, vt refert Delr. poma erroris, & Itali poma fraudis appellant. Et qui mandragoras fructum dicunt delicatiſſimum, ac odoratiſſimum, B Plinium habent repugnantem, qui lib. 25. cap. 13. eas potius dicit graueolentes, neque ad mandendum iucundas, ſed vtiles ad medendum. Et licèt affirmet S. Auguſt. odoris optimi mandragoras ſe vidiſſe; ſed confirmat ſimul, praui eſſe ſaporis. neque reperitur vllus, qui eas numeret inter ſapidos fructus.

Aliquibus neque odoris neque ſaporis boni.

De mandragoris Scripturæ credendũ alia omnia.

Sed nihilominus interpretes huius loci Cant. ad vnum agere intelligunt ſponſum de mandragoris vt de fructu odoratiſſimo, ſponsóque ſuauiſſimo. Quibus equidem me libenter adiungo, atque id Liæ & Rachelæ deferre volo, vt credam fructum hauddubiè magnæ æſtimationis, quem hæc tantopere adamauit, & illa tanti ſe facere C oſtendit. Suſpicor deinde eas, quò nomine Hebræo, quòd hic pomis correſpondet, pomáque ſignificat dulcia vel delicata, comprehendantur, non eſſe tantùm olfactui ſuauiſſimas, ſed guſtui etiam iucundiſſimas. Eo videlicet animum ſponte inclinans, quo inclinat S. Auguſt. vt mandragoræ, de quibus ſacra Scriptura loquitur, ab iis quas Plin. Dioſcor. & Theophr. deſcribunt, & quas ipſe Auguſt. vidit, ſpecie ſint fortaſſe diuerſæ. Immo & intra eandem ſpeciem facit interdum diuerſitas ſoli, vt fructus qui hîc eſt ſapidiſſimus, alibi ingratiſſimus ſit. Exemplo ſunt mala Perſica, de quibus vide Alciatum in emblemate incipiente: D *Quæ dedit hos fructus.*

Non eſt ad id quod abducant à ſenſibus.

Cùm autem dubitet S. Auguſt. quæ ſit ea fructus ſpecies, quam vocat mandragoras ſacra Scriptura, non eſt cur magna illa attributa mandragoris ſoporandi & abalienandi à ſenſibus virtus ad philoſophandum de hoc loco, penſi habeatur. Neque item illa mihi placet interpretum quorundam Philoſophia, eam virtutem ad carnis mortificationem applicantium. Etenim ſi ſponſa ſeruare volebat mandragoras; id exigit ſeries, eas vti eſui ſponſi cuſtodiret. Atqui eum ſopore premunt & torpore mandragoræ, qui illas comedit. Non autem vt ſponſi ſenſum mortificaret, ſponſæ mens erat; neque item Rachela quæritabat remedia ad altum capiendum E ſomnum.

Neque in hoc fundata mortificatio.

Neq; vis ſterilitatis amouenda.

Virtutem etiam curandæ ſterilitatis, quam aliqui mandragoris adiudicant, minimè curandam cenſeo. Nam neque id eſt certum, neque aptum, vt notauit bene S. Auguſt. ad ea quæ narrat ſacra Scriptura. Etenim Sulamitis non eſt imaginanda ſterilis, vt propterea odore mandragorarum caperetur. Multo item morandum minus in humana figura, quàm aliqui in mandragoræ radice contemplantur. Sicut nec in ea æſtimatione, qua veneficæ habent has radices. de quibus hîc expoſitores videndi.

Neque figura humana.

Aut venefica vis.

Sed æſtimata mandragora ob odorem & ſaporem.

Illud igitur reſtat, vt mandragoras æſtimauerint Rachela & Lia perinde quaſi fructum optimi & odoris & ſaporis, vt fructum in eo loco rarum, atque ipſis fortaſſe nouum.

Studium Sulamitis Liæ & Rachelæ diſſimile.

Hoc ita poſito, & loco 30. cap. Geneſ. eum præſente collato, aio in eo conſiſtere alluſionem, quod Sulamitis minimè Rachelam imitetur, quæ ſponſi fecit copiam ob mandragoras; neque item Liam, quæ ſponſo quidem potiri voluit; cæterum non id laborabat, vt quæreret ſponſo mandragoras, quas ei minimè repoſitas volebat, ſed verò ſibi.

In parandis ſuo ſpõſo quibuſlibet delicys.

At enim Sulamitis ſuaues quaſlibet bucceas, iucunditates omnes ſuo percupiebat ſponſo. Hac itaque de cauſa illum ad petendum vicum inuitat, quo poſſit ibi mandragorarum deliciis eum oblectare, (fingitur ver tunc eſſe primum, atque ea tempeſtate odorem & guſtum fructus iſtius percipi) atque adeò fortè delicatus eſt hic fructus, vt tranſmiſſus longè, vel amittat ſuauitatem, vel certè fragrantiam primam. Adiungit Sulamitis, cùm commorentur in vico, habituros ſe ad fores ipſas hortos & pomaria, ac tunc copiam fore ſeligendi & ſeponendi optimos quoſque fructus. Ad hæc, in vico meliùs fructus diu conſeruari, foréque propterea, vt fructus præcedentis anni ſubſequentis conſequantur, vua nimirũ penſilis (quod nunc fit in Eſcuriali) vuam præcoquam, malum conſequatur malum. Atque id quidem videntur hæc ſignificare: *Noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.* id eſt, ſeruabo, vel ſeruare decreui. Vide illud Leuit. 26. 10. *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proycietis.* Aut fortaſſe *vetera* ſunt ea genera fructuum, quibus ante veſci conſueuerant; noua verò alia vt mandragoræ, & fructus prius non comeſi ſignificantur per τὸ *noua.*

Quid ſit noua & vetera.

Relata hæc ad Apoſtolicas miſſiones.

Iam verò quod attinet ad principalem horum intellectum, dico, Apoſtolicos viros (cuiuſmodi tulit præſignes noſtra ætas Xauerium, Barzenam, Barzæum plures) in Miſſionibus ſuperiùs commemoratis, Iaponicis, Sinicis, Cinaloanis & ſimilibus, confidere, quamplures ſeſe ipſis occaſiones daturas, in quibus Deo, fulti quidem eius auxilio, obſequia offerant quamplurima. Sunt videlicet hi odoratiſſimi illi ac iucũdiſſimi fructus, quibus ſe mirificè oblectat Chriſtus Dominus. Facta porrò ſpecialis mandragorarum mentio, eo videtur pertinere, quòd is fortè in ea regione fructus verè haberetur in deliciis.

Quomodo ſeruãt Chriſto religioſi noua & vetera?

Poſſunt autem intelligi hæc omnia non tantùm de heroicis ipſorum religioſorum virtutibus, ſed de animarum etiam conuerſionibus, de harum conſeruatione ac perſeuerantia, déque iam conuerſarum incrementis in virtute. Atque verba duo, *noua & vetera*, in conuerſionum, ac conſecrationum ſignificatione egregiè collocantur. In actibus præterea propriis ipſorum operariorum ſignificandis, in religione ſcilicet antiqua conſeruanda, nouíſque anagogicis. v. c. actibus adiiciendis.

Vetera ſit de præceptis, noua de conſilys.

Ea item horum eſt pulcherrima accommodatio, vt referatur τὸ *vetera* ad mandatorum cuſtodiam, (quam rem ſanctiſſimi quique merito ſuo plurimi ſemper fecerunt.) τὸ verò *noua* ad exactam conſiliorum obſeruationem, & omnia quæ in lege gratiæ noua ſunt. Cuiuſmodi eſt virginitas, paupertas ſpiritus, Sacramentorum frequentia & noua alia. Ac ſummum quidem huic declarationi ſuffragantur illi, qui in Euang Matth. 13. 52. per noua & vetera vetus & nouum Teſtamen-

rum

Digitized by Google

tum intelligunt. Ij ſunt Auguſt. Hilar. Hieron. Chryſoſt. Theophyl. Euthym. Beda hîc à Delrio prolati.

CAPVT VIII.

De ſponſa fœcunda & eius ſorore.

SECTIO I.

Sponſa proſequitur.

Verſ. 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?*

2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.*

3. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

ACOLVTHIA.

EA porrò ratione lucraturos ſe ſperant hi viri religioſi quod ardentiſſimè exoptant: id eſt, vt confirmati ac corroborati à Deo totos ſe Chriſto liberè per actualem nimirum & intimam vnionem tradāt; atque adeò illi complaceant perfectiſſimè.

COMMENTARIVS.

An hic deſideretur Chriſti D. incarnatio? Verſ. 1. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat?* Ad deſiderium incarnationis Chriſti D. hæc trahunt Ambroſ. Philo, Gregor. Honor. Caſſiod. Alcuin. Angelom. VVillar. Sanè quàm ſerò quis dicat id deſiderium ad poſtremum caput venire. *Nō videtur.* Certè totius contextus ſeries alium exigit intellectum.

Neque vltimus Chriſti aduentus. Ad deſiderium porrò vltimi Chriſti aduentus referunt alij, atque vt rapiatur iam ſponſa è mundi huius turbis ad beatam ſedem, id eam putant expetere. Hoc tamen cadit præproperè ad contextum. neque enim cohæret quod ſequitur: *Læua eius ſub capite meo. Adiuro vos,* &c. Adde quòd illa ſimilitudo: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ*, haud conueniat ſatis in ſtatum cœleſtis beatitudinis.

Documētum ſui in ſpōſum amoris liberè exhibere, optat ſponſa. Illud eſt profectò expeditum, vt in hoc verſu oſtendat ſponſa, auere ſe vehementer ingentes ſui aduerſus ſponſum amoris ſignificationes exhibere. Sed illam verò rumuſculi neſcio cuius, quid nimirum dicant alij, qui id videant, metus retardat. atque ait propterea: Vtinam nacta ego fuiſſem ab hoc metu libertatem ſic, vt eximium quoduis dare amicitiæ documentum in omnium conſpectu auderem, perinde quaſi virgo quamlibet pudica fratrem anniculum palàm ſæpiſſimè baſiatur, abs metu videlicet, quod anſam quis inde ſumat obloquendi. Hic meus eſt de loco præſenti conceptus, fauet ei Rupertus, & Honorius præcipuè, qui pertinere vult hæc verba ad animum hominis verè religioſi ſuam & proximorum ſalutem ſedulò procurantis. Ille verò cum præcedente contextu mirificè cohæret. Et- A enim poſtremi capitis proximi verſus illud repræſentarunt deſiderium ardens, quo tenetur religioſa Eccleſia ſui in miſſiones Apoſtolicas impēdendæ. Ad idem igitur propoſitum illa nunc inquit: *Quis mihi det*, &c. q. d. O ſi iam inter Iapones, Sinas, aut Cinaloanos egiſſem. Etenim vbi ego ſemel, quaſi qui in circo pallium tauri cornibus implicat, patentem campum inuenero, vbi me penitus maiori Dei gloriæ conſecrauero; ſpero me tunc diuina ope haudquaquam, quid homines dicant, penſi habituram. Tunc eiuſmodi religioſis nihil erit, cur caueant, quid dicant alij, quod ipſi Ieſu Chriſti amantiſſimo ſe exhibeant.

Verba ſingula expenſa. Huic ſententiæ ſeruit hauddubiè aptiſſimè inducta allegoria, aptiſſima quoque ſunt verba ſin- B gula: *Quis mihi det te fratrem meum.* Hebr. *vt fratrem meum.* Et notam ſimilitudinis Aquila etiam expreſſit. *Sugentem*, id eſt, adhuc lactentem. *Vt inueniam te*, Symmach. *vt cùm inuenero te. Foris*, Hebr. *In platea*, id eſt, palàm. Alia editio *in agro*, alia *in foro. Deſpiciat*, Symmach. *ſubſannet*, ſexta editio *vilipendat.*

An apud religioſos notetur multa pietas? Sed dicat aliquis, religioſam Eccleſiam, vt ſuo deſiderio perfruatur, nempe vt præbeat magna amoris, quo ſponſum ſuum amplectitur, argumenta, abs metu quidem præbendæ ſermonis materiæ, egere nequaquam nouis neque regionibus luſtrandis, nec miſſionibus ſuſcipiendis: hoc enim Religioſum ſtatum à ſæculari differre videri, quòd in ſæculo peregrina ſit interdum multa pie- C tas & cum Chriſto coniunctio, præbeatque nonnullis notæ, offenſionis, & oblocutionis materiam; vt propterea à profeſſione notabilis religionis multi in ſæculo absterreantur: at in religioſo ſtatu quamcumque amoris in Chriſtum demonſtrationem inſignem, non magis nouam eſſe, quàm ſi anniculum virgo fraterculum brachiis implicatum ſæpiſſime exoſculetur.

Id fortè interdum reperitur. Reſpondeo, varios in hac re gradus reperiri: & præter quàm quòd mundani reſpectus noſtro ſe malo in clauſtra religioſa non rarò inſinuāt: quod vt ita non eſſet, certè qui auidiſſima fertur voluntate ſui magis magiſque Chriſto dedendi, præter greſſus communem agendi in religionibus etiam reformatis modum, is quidem mirum non eſt, vt D caueat alios fortaſſe loquendi anſam capturos, ſi ille ea deſiderij placendi Chriſto, cum eóque perfectiſſimè coniungendi vehementia ferri ſe ſinat. At verò qui humana hæc omnia ſemel exuit, miſſionibúſque, vnde tantum Deo exiſtit & obſequij & gloriæ, vel ſimilibus ſe occupationibus dicat; is hauddubiè ſe magis à mundo ſeuocat, & religioſi ordinis interiora penetrat, perinde quaſi ex huius templo ad Sancta Sanctorum euaderet. Nouum præterea, quod de ſe obtulit holocauſtum, ad maiora amoris diuini edenda documenta illum impellit: atque ita non ſolùm à metu ſpargendi ſermonis, ſi ille reſpondeat & ſuæ obligationi, & deſiderij vehementiæ, liber eſt; ſed poſſit timere potiùs, à ſe cauſam ſermonis datum iri, ſi quid- E quam de feruore deuotionis remittat.

His adiungo, indicari item verbis illis: *Et iam nemo me deſpiciat*, ab Eccleſia religioſa ſuum de perfectione proximorum deſiderium. q. d. Vtinam eò pietatis peruenirent homines, vt nulla à me exhibita amoris in Ieſum Chriſtum ſignificatio, illis inſolens eueniret.

Coniunctio noſtra cum Chriſto ſignificata. 2. *Apprehendam te, & ducam te in domum matris meæ.* Hîc addunt Septuag. *& in cubiculum genitricis meæ.* Repræſentat his verbis religioſa Eccleſia ſuum

ſuum in ſupradictis miſſionibus aggrediendis deſiderium & ſpem certam eſſe, vt poſtquam ita ſe maiori Dei gloriæ omnino deuouerit, ſponſum Chriſtum validè ſit apprehenſura, ab eóque prece feruente obtentura, vt eam ipſe vinculo charitatis perfectæ perfectè ſecum dignetur copulare. Phraſis porrò ipſa ſpiritualis matrimonij conſummationem, imitationémque Eccleſiæ primitiuæ perfectam (vt ſuperiùs cap. 3. v. 4. vidimus) reſpicit quàm decentiſſimè.

Obſeruandum hîc tamen, tametſi expreſſus hac locutione in domum genitricis ingreſſus ad vnionem cum Chriſto perfectam deſignandam tendat, formaliter verò eum ingreſſum conſummatione matrimonij priorem eſſe. Cœna autem eam conſummationem præcedit: id quod textus B repræſentat. Dicit enim ſponſa, ſe ſponſum ad interiora receptum optima vini conditura, & ſucco ex punicis malis expreſſo officiosè accepturam. Poſtmodum verò repræſentatur & ſponſa animi patiens deliquium, & eam confirmans ſponſus. Succedunt deinde amplexus artiſſimi, & perfectiſſima vnio. Hic ordo rei geſtæ. Etenim facilè perſpicitur, conditum vinum & ſuccum malogranatorum in cœna fuiſſe propinatum, & defectionem animi cœnæ ſucceſſiſſe, vt ex cap. 2. verſ. 4. 5. & 6. apertiùs conſtat, & poſt defectionem accidiſſe perfectam vnionem. Hæc porrò ſingula cap. 3. & 4. iam enucleaui. Propterea hic tantùm noto, tametſi tendat ad perfectam vnionem ſponſi cum ſponſa in domum genitricis ingreſſio, hanc tamen & cœna priorem C eſſe, & vnione cœnam. Hæc itaque ingreſſionis in domum genitricis ſponſæ allegoria demonſtrationem videtur formaliter ſignificare, quam exhibet ſponſus voluntatis ſuæ, illud nimirum ſponſæ concedendi, quod ipſa tantopere expetebat. Diſponit autem illam, vt tantùm accipiat beneficium manu in domum genitricis ducendo. Eſt autem ea diſpoſitio fortis quædam in primis ac conſtans, quam ab ſponſo ſponſa accepit, deliberatio ſui, videlicet ipſius ſponſo omnino tradendæ, atque ſtatus Eccleſiæ primitiuæ (vt dixi cap. 3.) in ſemet ipſa inſtaurandi. Porrò vbi vterque iam domus interiora tenuiſſent, condito vino nondum deguſtato, aliud inſerit ſponſa, quod D ſic exprimit textus:

Quomodo huius narrationis ordo côcipiendus.

Præiens ad vnionem inſtitutio.

Ibi me docebis. Sed notes, actum in cap. 2. v. 4. de conuiuio, quo ſponſam excipit ſponſus pro vltima ad vnionem perfectam diſpoſitione. Illius verò conuiuij, vt vidimus, ſignificatio eſt, mentium per doctrinam cœleſtem illuſtratio. Idem igitur eſt quod exprimunt in præſens hæc verba: *Ibi me docebis*, in quibus illa docetur ſpecialis in primis inſtitutio, qua à Deo informatur per orationem & meditationem animus, luce nimirum ab Spiritu ſancto impertita. atque ita euadimus *docibiles Dei*, quod promiſſum Ioann. 6. 45. refert ex vetere Scriptura. Neque tamen ad hoc neceſſaria eſt nouarum veritatum reuelatio, ſed E rerum earumdem, quæ tenentur memoria, luce noua adueniente penetratio. Ac verò non idem eſt, ſed diuerſum admodum res illa commendaſſe memoriæ ac radio cœleſtis luminis effulgente penetraſſe, neque ſpeculationem modò, ſed efficacem etiam ponderationem adhibuiſſe.

Significata religioſorum obſequia.

Et dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum. Hîc quoque obſeruandum in eo conuiuio, de quo c. 2. non dici ſponſam vllas ſponſo delicias parauiſſe; ſed eam po- A tiùs ab ſponſo inuitatam. Nunc verò commutatur allegoria, affertúrque ſponſa vino ſuauis & odoris & conditura, liquoréque ex malogranatis expreſſo ſponſum oblectatura. Ac quidem in hac allegoria ea repræſentantur obſequia quibus religioſa Eccleſia ſuum ſponſum proſequitur eo fine, vt illam ſecum ipſe perfectè coniungat. Et licèt vinum quod Eccleſia hoſpitibus à Chriſto inuitatis, & in eis Chriſto ipſi porrigit, ſapientiæ excellentiam ſignificare ſoleat; cæterùm quod vinum ſponſa offert ſponſo, (ſponſo inquam ipſi directè) vt hoc ad ſapientiæ excellentiam reſtringatur, non videtur neceſſe eſſe. Hoc porrò conditum vinum poſſet quidem ad apicem contemplationis in qua cœleſtis ſapientię perfectio optimorum affectuum odore comitata reſplendet, conuenienter referri. Verumtamen hæc conditi vini & muſti malogranatorum coniunctio facit, vt ad adaptanda hæc omnia (pariformiter ſcilicet difformiter) aliam rationem ineamus.

Monaſteria per mala punica.

Ergo aduertendum, hæc Eccleſiæ religioſæ malogranata iis Eccleſiis, quas ipſa in ſuis miſſionibus erigit, Iaponicæ, v. c. aut Sinicæ non rectè accommodari. Hæ enim quoniam principia ſunt Eccleſiarum, iam adultarum, maiori proprietate cytinorum ſymbolo (de quo fusè ſeorſum) deſignantur. Eo propterea valde feror, vt hæc Sulamitis malogranata ſint collegia, domus, ac monaſteria, quæ vbique terrarum habet religioſa Eccleſia. Et verò ea ingens coniunctio, qua religioſi omnes, ac præcipuè qui ſunt eiuſdem familiæ, coaleſcunt, in cauſa eſt, vt Apoſtolici familiæ cuiuſuis religioſæ viri eo ſe tueantur auxilio, nempe vt Deo perinde quaſi rem propriam egregia quæque obſequia vbique præſtita Chriſto in omnibus ſui ordinis domibus, ipſi offerant. Atque id eſt ſuorum malogranatorum muſtum, etenim malogranatorum ſymbolum propriè in Eccleſiis ponitur, ac præcipuè in Religioſis cœtibus & ob ſplendorem virtutum, & ob illum, quem tenent ſtatum ordinem, de quo dixi ſuo loco, atque ita malorum eiuſmodi muſtum offerre Chriſto, non aliud eſt, quàm iucunditatem, qua eum omnia Ordinis monaſteria afficiunt, offerre. Etenim muſtum malogranatorum eſt; quòd ea liquidi habent, deliciæ verò ſummæ ac voluptates per rei liquidæ allegoriam optimè ſignificantur, & egregia quæque voluptas liquidiſſima ſolet nominari.

Eximia quæque illorum officia per bonorum malorũ ſuccum.

Quòd ſi eorum obſequiorum, quæ in Religioſorum monaſteriis Deo præſtantur, oblatio facta Chriſto per huiuſmodi malorum muſtum repræſentatur; apparet continuò per vinum illud obſequium adumbratum iri, quod Deo vniuerſalis Eccleſia, quæ vinea eſt, repræſentat. Cuius merita ius offerendi Deo habent ſpeciale Religioſi, quippe qui ſingularia exiſtunt inſtrumenta, quibus vtitur Deus, vt Eccleſia ſubinde effecta melior ei plurimum ſeruiat. Atque ita Eccleſiæ incrementa videntur ex peculiari nomine tanquam res propria à viris Apoſtolicis Chriſto Domino offerri ac conſecrari. Illam deinde voluptatem eximiam, qua ex meliore vineæ ſuæ proceſſu Chriſtus afficitur, inſtar eſſe vini periti ſſimè conditi, ac liquidiſſimi, quod illi ex hac vinea dedicatur, loquitur planè res ipſa.

Per conditũ vinũ officia totius Eccleſiæ.

3. *Laua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Eadem eſt horum declaratio, quæ verſus 6. cap. 2. éſtque illa præſenti contextui congruens

Digitized by Google

congruens apprimè. Ea verò defectio animi ac cõfirmatio in religioſi ſtatus perfectione ſummam habent veritatem. Cogitatur deinde remanens ſeorſum ſponſa cum ſponſo ſuo, & cum eo ſe perfectè brachiis ſtrictiſſimæ charitatis coniungens. Hîc verò iam intelligitur & conſummatio diuini matrimonij, & myſticus ſomnus contemplationis vnionem cum Chriſto perfectam conſequentis. Sequens autem adiuratio eumdem, quem cap. 2. verſ. 7. hîc habet intellectum.

SECTIO II.

Sponſus.

Verſ. 4. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*

Acolvthia.

Nunc verò in hac etiam Eccleſiæ religioſæ felicitate, monet Chriſtus Eccleſiæ pacem ab ipſiſmet Chriſtianis, aut etiam monachis aliquot ex cucullatis ſchiſmatum & hæreſum pro ſeminatoribus perturbatum iri.

Commentarivs.

Illud duntaxat hîc eſt aduertendum, quanta ſit ex proprietate omiſſa in præſenti illa particula: *Per capreas, ceruóſque camporum.* quod ſatis in loco citato cap. 2. expenſum manet.

SECTIO III.

Sponſus.

Verba chori. Verſ. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*
Verba ſponſi. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.*

6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio. Dura ſicut infernus æmulatio: lampades eius lampades ignis, atque flammarum.*

7. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit homo omnem ſubſtantiam ſuam pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.*

8. *Soror noſtra parua & vbera non habet. quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt.*

9. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.*

Acolvthia.

Verumtamen magna ab hæreticis illata damna bonis multo maioribus compenſat Chriſtus: nam eo ipſo tempore religioſa Eccleſia longè melior & Deo gratior euadit cum euidentiſſimo totius Reipublicæ Chriſtianæ bono. Et quia in religioſos potiſſimum deſæuiet hæreticorum, necnon & Antichriſti perſecutio; hos ideo athletas ſuos ſuauiſſimè Chriſtus alloquitur, eóſque ad patientiã, & amoris, quo eum proſequuntur, egregiã oſtenſionem, ſuo hortatur exemplo, & glorioſiſſimam per eos victoriam ſibi pollicetur. Ex quibus conſtat religioſæ Eccleſiæ præmium futurum in cœlis eximium.

A Sed habet Eccleſia religioſa ſororem, ac de illius etiam gloria ſollicita eſt. Etenim religioſa Eccleſia ſponſa eſt fœcunda, quippe quæ multos Chriſto filios ſpiritualiter pepererit, atque enutrierit. Huius autem ſponſæ ſoror minor cenſentur ij, qui ad ſpiritualem vel generationem vel nutritionem electi non ſunt. Ad pleniorem itaque ſponſæ fœcundæ conſolationem addit ſponſus magnam quoque illos manere gloriam, qui, vocati quamquam non ſint ad ſpiritualem filiorum generationem, doctrinæ quidem Euangelicæ perfectionem, aut Dei certè mandata cuſtodierint.

Commentarivs.

5. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto deliciis af-*
B *fluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Illud exigit contextus, vt agatur in præſens & de eâdem Eccleſia religioſâ, & de bonis quæ ex hæreſibus ac ſchiſmatis excitatis ab apoſtatis aliquot religionis, vt Luthero & aſſeclis illius, elicuit Deus. *Incrementa religioſorum ex apoſtaſiis hæreticis.* Eâ igitur vtilitate ingenti, quæ ex occaſione oppoſitionis hæreticorum acceſſit religioſæ Eccleſiæ, conſiderata, chorus, qui mundi repræſentat admirationem, ſic inquit: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit*, &c. q. d. Et notauiſtíſne, quantum gloria Sulamitis, poſtquam illam hæretici inſectantur, accreuerit? Beneficia ac fauores, quibus eam cumulat Chriſtus, vidiſtis: ingentem præterea pietatem, quæ in Catholicam Eccleſiam ex pietate religioſorum
C redundat? Ita verò rem ſe habere quemadmodum illam textus depingit, res eſt ſine dubitatione. Illa porrò vox *deſertum* tametſi denotet alibi Gentilitatem; verùm quòd in præſenti deſignet ſtatum religioſum, videtur quidem exploratum. *Per deſertũ religioſus ſtatus.* Id quod huc venit planè quàm appoſitè. Etenim nõ aliud videtur eſſe ſæculum relinquere, quàm ſolitudinẽ inire. Verùm enim in iſta ſolitudine Deus parata ſuis habet manna, cœleſtes omnino delicias, diuini fauoris præſidium, excelſos ſpiritus ad res ingentis & moliminis & Dei ipſius gloriæ aggrediendas, eo videlicet auxilio, quod in Ieſu Chriſti fauore eiúſque prouidentia repoſitum habent. *Eius deliciæ & vires.* Atque hoc illa volunt, *Deliciis affluens innixa ſuper*
D *dilectum ſuum.* Neque verò dubium eſt, factam in his alluſionem ad populum Iſraëliticum Dei, nubiſque illius munitum fauore per deſertum gradientem. Illius porrò figuræ comparatio ad facinus, quod religioſi deſignant, expendendum, admirabilis eſt, diſputata quidem à pluribus, & ad hunc locum commodiſſima.

Sub arbore malo ſuſcitaui te. q. d. religioſi ordinis fundatio arboris illius ſalutaris, ſanctæ nempe Crucis fructus eſt. *Fundatio ſtatus religioſi, crucis fructus.* Atque ideſt proprium religioſorum ſtemma, inſignéque, ſuam videlicet crucem ſubire, & Chriſtum ſubſequi. Crucis porrò arbor appellatur malum (*Mançano* aut *Camueſo* nomen ſit) vt denotet arborem eſſe, quæ fructum ferat
E quam ſuauiſſimum.

Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. Hebræa ſonant: *Ibi concepit te mater tua, ibi parturiit te genitrix tua.* *Sub eius vmbra ſtceptus.* Et eſt ſenſus, cuiuſcumque religioſæ familiæ genetricẽ, ſuum nempe fundatorẽ ſub arboris illius vmbra tã ſublimem cogitationẽ concepiſſe, tam illuſtre facinus animo deſignaſſe, atque illud demum tanquã partum feliciſſimũ in lucem protuliſſe. Quæ eò tendunt omnia, vt religioſis, eorúmq; vitæ ratione ſociis in perſecutione, quam aduersùs illos commouent hæretici, & Antichriſtus demũ eſt cõmoturus, addãtur animi. *Crucifixus ſemper religioſis in anima, & actione.*

6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum*

Digitized by Google

culum ſuper brachium tuum. Proprius ſigilli quippe annuli locus, vt ex ſacræ Scripturæ locis & ex omni antiquitate cõſtat, eſt digitus. ſigilli deinde metaphora rebus, quæ maximi habentur, ſolet deſeruire. Vide ergo quid dicat ſpõſus religioſæ Eccleſiæ perſecutionem patienti. Tu quidem ô ſponſa ſub vmbra arboris crucis concepta fuiſti: tu quidquid habes acceptum, huic arbori referre debes. Sit ergo imago crucifixi ſigillum gloriæ tuæ. Neque verò ſi hanc imaginem ac ſigillum geſtes in digito, mihi ſatis feceris: geſtes iubeo in corde, geſtes in brachio. Volo vtique vt hanc portes imaginem iugiter in anima & in actionibus, illam continuo tibi ad meditandum atque imitandum proponens.

Dicat fortè aliquis, geſtari hunc annulũ in digito, quem vocant cordis, id eſſe ſuper cor, & ſuper brachiũ. Sed hoc paulo eſt ſubtilius, quàm oporteat. Pro cortice literario adiungo, ſicut noſtra ætate annuli geſtantur, quos dicunt memoriales, ita fortaſſe olim rerum, quæ magni fierent memorandi gratia, geſtari ſolitũ in pectore monile, aut armillã in brachio. Aut cum monilium & armillarum vſus, licèt non memoriæ cauſa, frequens eſſet, inde poteſt ad hoc conſilium, quod dat ſponſæ ſuæ Chriſtus, deſumpta eſſe comparatio.

Ex veteri vſu petita comparatio.

Quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. Occurrit in his verbis dubitatio, an ſit in eis ſermo de amore quo Chriſtus cõplectitur Eccleſiam, vel de amore, quo illa Chriſtum debeat cõplecti. Reſpondeo, Chriſtum agere de ſuo amore directè: verùm eo intulit hunc ſermonem, vt Eccleſiæ religioſæ meditationem & imitationem obiiceret. Illa porrò coniunctio *quia* iuxta meam C conſtructionẽ non eſt cauſalis, ſed continuatiua. ſic enim cõtextum intelligo. Quod tibi perpetuò ſigillum debes & obiectare, & tuis actionibus imprimere, id enimuerò Ieſus Chriſtus eſt ſuffixus cruci: *Quia fortis eſt vt mors dilectio, que te amò tanto,* ſic te nimirum deamans, vt eũ tui amor ad paſſionẽ & mortem perpulerit, vt ſepulturæ ſubeundæ idẽ tui amor ſubiecerit. Etenim perſonæ illæ duæ, quæ vocãtur in ſacra Scriptura Mors & Infernus (quarum in Apocal. dedi copioſam explicationẽ) haudquaquam afferre Chriſto manus potuiſſent, niſi illum Amor mirè cedentem ac deditum concinnaſſet. D Atque ita non eũ Mors & Infernus ſua potentia oppreſſerunt. Verùm quæ vis illum interimere valuit ac ſepelire, ea nimirum fuit vis charitatis. Vt proinde quod in hominibus aliis Mortis & Inferni vires conficiunt, id planè totum perfecerit in Chriſto potentia ſui amoris.

Meditationis & imitationis religioſorum argumentum.

Amor Chriſti, qui ei fuit pro morte & Inferno.

Illud verò nomen *Æmulatio*, idem poteſt ſignificare, quod dilectio. nam qui diligit vehementer, is frequenter æmulatur; quod in amata te ſocium nolit. Cæterùm ſi capiatur propriè, nempe pro zelo, tunc ea diſtributio fortitudinis amori, zelo verò duritiæ ad eum videtur facta modum, quo loquitur Salomon: *Filius ſapiens lætificat patrem, filius verò ſtultus mæſtitia eſt matris ſuæ,* E eo nimirum in duos, quod vtrique competit, diuiſo. Et eſt ſanè appoſitum maximè, vt non de amore tantùm, quo Chriſtus ſponſam proſequitur, agatur; ſed de zelo itidem, quo flagrauit, vt ne Dæmon & peccatum eſſet particeps illius, ac de myſtica vindicta, qua eãdem eſt vltus, peccato videlicet, quod eam premebat, deſtructo. Quamobrẽ mortem & ſepulchrum obiuit libentiſſimè, vita ſcilicet ob opus ſuſceptum generoſè oblata.

Zelus Chriſti in ſpõſam.

Morti cur datur fortitudo, zelus Inferno.

Hìc verò obſeruandum, inter duos tyrannos, A Mortem nimirum, & Infernum quàm elegante r fieri diſtributionem, vt Morti obueniat fortitudo, durities verò, quæ eſt inexorabilitas, Inferno. Enimuerò eminet fortitudo, in eo, qui minimè cedebat, ſuperando; at inexorabilitas in ei, qui iam ceſſerat, nõ parcendo. Atque ita in eo ſuũ oſtentat robur Mors, vt nemo ſit, qui illius effugiat manus; Infernus autem ibi ſe præbet inexorabilem, quod ex iis, qui iam à Morte fuerãt proſtrati, nulli velit parcere, ſed omnibus quidem abſorbendis ſuam exequatur implacabiliter ſeueritatem. de quibus dixi in Apoc. At enim cum Chriſto illius ſe amor perinde quaſi mors robuſtum exhibùit, atque itidem velut Infernus implacabilem; quandoquidẽ eum adegit, & vt ſepulchro conderetur, & inferos B ſubiret. Vbi aduertendum æmulationi, ideſt, zelo ineluctabili videri ſpeciatim attribui deſcenſionẽ ad inferos. Dici tamen rectè queat, vt iam notaui, fortitudinem & duritiam, quæ in amorem & zelum videntur diſpertiri, non ideo ſeparari, vt fiat partitio: ſed vt vtraque vtique attribuatur. Hoc igitur eſt quod probi religioſi meditari perpetuò debent, & totopere imitari, fortémque reputare perquam felicem, quod Chriſti amore viciſſim iacturam faciant ſuæ vitæ, corpora item terra penitus obruantur, ac ferant contemptum qualemcumque.

Vtriuſque effectum exercuit in Chriſto.

Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Hebr. *Prunæ eius flammæ Domini.* Amor Chriſti Domini fuit videlicèt ignis validiſſimus, quo ille C prorſus exarſit. Vt verò id imitemur religioſi, cedamus omnino neceſſe eſt huic diuinæ flammæ fulminis inſtar vincenti omnia, exurenti & conſumenti. Quod non eſt aliud, quam vitam, honorem & omnia Chriſti cauſa habere ſuſque dèque. Ac verò ſequentis verſus contextus poſtulat, vt hæc verba fornacem vehementiſſimè accenſam repræſentent, atque eius quidem rationis incendium, vt ingentia flumina in illud infuſa id quidem efficiant, quod aſperſus flagranti camino exiguus latex.

Exæſtuat ſine modo.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illam. Neutiquam Chriſti Domini extinxerunt charitatem ærumnæ ingentes, non vtique illata à Iudæis inſana perſecutio, non omnium flagitia mortalium in eundem facto agmine D coacta; igne quin potiùs illius ardebant hæ aquę. Et facit ad rem quod ait S. Ioan. *Aquæ multæ ſunt populi multi.* Quòd verò ſibi Chriſtus de viris Apoſtolicis hunc illi amorem ingenuè rependere enitentibus pollicetur, illud eſt, vt ex ipſius imitatione mundus licèt vniuerſus aduerſus illos vna concitetur, licèt prementes anguſtiæ inſtar ſint fluminum copioſiſſimorum, vincant illi tamen magno animo hæc omnia, non ſecus ac ardens vehementer fornax infuſas aquæ guttulas, quæ illam accendunt magis.

& ſuperans quæuis impedimenta.

Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Senſus eſt, quod E meretur æſtimationẽ, ideſt, videlicet, vt afflictiones & vexationes quælibet immenſæ minimè cõtra charitatẽ præualeſcant. nã cedere facultatibus cunctis, id quidẽ verè amantis iudicio exigua æſtimatione dignũ eſt. Porrò in omnibus quæ hactenus dicta ſunt, hinc Chriſtus ſuos exhortatur, exẽplo ſuo; illinc de eis ſibi promittit ipſius exemplo & amore deuicturos ſtrenuè vitæ huius procellas omnes, vitamq; eiuſdẽ gratia alacriter oblaturos. atque in hac ſuorum victoria ac triompho exultat ipſe Chriſtus mirificè triumphátque.

Veri amoris examen.

S. Ser-

Digitized by Google

Verba hæc cur ſponſi.

8. *Soror noſtra parua,& vbera non habet.* Huc vſ- A
que de perfectione Eccleſiæ religioſæ. Sed verò probotum religioſorum charitas patet latè,vt ſatagat videlicet de ſuorum proximorum ſalute. Sponſus igitur pro huius ſollicitudinis conſolatione ſic inquit: *Soror noſtra parua,*&c.Equidē verba hæc ſponſo adiudico;nec enim diceret ſponſa: ſoror noſtra,ſed mea:quòd verò ſponſus de ſponſæ ſuæ ſorore ita loquatur, decorum eſt. De his autem eiuſmodi eſt cogitatio: vt religioſa Eccleſia ea ſit ſponſa, quæ pollet fœcunditate, eique paruula ſoror ſit,cui ob ætatis defectum nec vbera intumuerint, nec ſit adeò filiis concipiendis & alendis idonea. Quæ figura eſt admirabilis ad deſignandos Chriſtianos plures, qui ad gignendos Chriſto filios vocati non ſunt, ſed vt contenti de animæ ſuæ agere vel ſalute, vel perfectione ibi ſiſtant.

Ecqua nam parua hæc ſoror.

B

Et licèt hęc figura ad laicos religioſos,& ad reliquos, quales ſunt etiam ſanctimoniales, quibus vbera doctrinæ pro nutriendis paruulis non ſuppetunt, poſſet accommodari;verùm eò propēdeo magis,vt totum religionis corpus quaſi ſponſam vnam fœcundam concipiam:ſororiſque paruæ figuram multis adaptem ſæcularibus, quorum vocatio non eſt, gignere Chriſto ſpirituales filios. Intereſt autem fœcundæ ſponſæ non de ſua modò ſalute ac perfectione, ſed de proximorum etiam ſollicitam eſſe. Atque ita conſideratur conuenienter,fœcundæ ſponſæ ſororem natu minorem, curæ eſſe: atque ea propter ait Chriſtus: *Soror noſtra parua,& vbera non habet.* q.d.ea vt filios generet ſpirituales, vocata non eſt.

An religioſi quibus non eſt, commiſſa doctrinæ cura.

Vel ſæculares,qui patres ſpirituales non ſunt.

C

Quid faciemus ſorori noſtræ in die quādo alloquēda eſt. q.d.viſne cognoſcere quā illā ratione ad nuptiarū diē ſimus exornaturi: Ego verò tibi indicabo. ita hæc mihi videntur ſuperioribus attexēda.Dies porrò nuptiarum paruulæ huic ſorori deſtinatus eſt fauſtus ille, quo in cœleſtem beatitudinem ea recipiatur. Nam quamuis in hac vita non omnes vnione Dei perfecta perfruantur;at eam in beatorū ſede omnes perfectè conſequuntur.Soror ergo parua illo die tandē alloquenda eſt,ideſt,deſponſanda.Sic enim plerique eam phraſin intelligunt.

Dies hic deſponſationis futurus in cœlis.

9. *Si murus eſt,ædificemus ſuper eum propugnacula argentea:ſi oſtium eſt,compingamus illud tabulis cedrinis.*Imperatiua hæc: Ædificemus,compingamus, D
pro futuris, quod ſæpe in ſacra Scriptura vſuuenit,accipio. Ac deinde verſus iſtius ſenſus, meo quidem iudicio,is eſt,vt dicatur,ſororem, de qua erat ſermo,minorem natu, licèt ea filios ſpiritualiter non pariat, manere tamen in cœlis ingens gloria, ſiquidem inſeruiat Deo,iuxta ipſius vocationem, fideliter. Porrò diſcrimen præmij diſcrimini meritorum correſpondet.Etenim eorū præmium,qui doctrinæ Euangelicæ perfectionem in caſtitate,paupertate, aliiſque id genus cuſtodiūt, liquet eſſe præmio aliorum longè maius, qui mādata ſeruant duntaxat. Illi autem, qui inſiſtunt perfectioni, ſymbolicè repræſentantur per murum; ſicut per portam alij,qui mandatorum obſeruantia contenti ſunt. Præmij verò cœleſtis E
ſymbolum eſt ſuper murum argentea propugnacula;at ſuper portam inſculpta cedrus.nunc opus ſingulorum explicatione.

Præmij cœleſtis differentia repræſentata.

Perfectos deſignat murus.
Alios bonos porta.
Differens præmium vtrorumque.

Obſeruo propterea primò, quod Latini hîc *oſtium*, Hebraicè eſſe *deleth*, qua voce propriè ſignificatur lignea ianua parietis aperturam, quod propriè eſt oſtium, concludens. atque ita in præſente oſtium ponitur pro valuis.

Oſtium quid.

Noto deinde, & muri & ianuæ partes eſſe,vrbē ab acceſſu hoſtiū cuſtodire, ſed verò validiorē eſſe muri cuſtodiam.Quę differētia vt noſtro inſtituto accōmodetur,obſerua,deliberationē ſeruandi conſilia Euangelica eſſe inſtar muri; eſſe verò inſtar portæ deliberationē ſeruandi pręcepta,non tamen conſilia.Etenim qui præcepta ſeruare,non tamen cōſilia,certus eſt:is quidem ſuis appetitionibus non occludit fores omnino; ſed iis tantùm qui peccatum apportant,imò ne peccatis quidem omnibus. Ille verò cui ſtat firmiter conſilia etiam Euangelica cuſtodire;is planè vniuerſis cordis affectionibus, ſancta nimirum mortificatione fores obſtruit prævalidè,quod eſt,apud Senecā, deſiderium claudere; is nullum relinquit aditū affectui cuicumque inordinato. Et hoc nónne eſt murum eſſe quàm firmiſſimum: Certè in hoc eodem ſenſu aiunt ſpirituales viri paupertatē prævalidum eſſe ſtatus religioſi murum. ſignificantiſſime igitur pronunciatur, Euangelicā amplexari perfectionē murum eſſe ciuitatis Dei,grauæque ipſius oppido quàm robuſtū;at verò conſtantē animum ſeruādi mandata Dei,nullúmque lethale flagitium admittendi,portā certè quidem eſſe hoſtibus occluſam, iis licèt relinquatur rimula, qua diuitiarum, honorum,ſimiliumq; deſiderium interdū excipitur.

Differentia perfectorum à bonis aliis, ex muro & porta.

Tertiò noto,in ſymbolis diſtinctionem non eſſe abſtractorum ſignificatorum à cōcretis;Leo enim & fortitudinis,& fortis ſymbolum eſt. Atque ita murus, qui conſiliorum obſeruantiam deſignat, eorum itidem qui perfectionem amplectuntur,eſt ſymbolum. Sic item ſymbolum ianuæ clauſæ, quod pertinet ad mandatorum cuſtodiam, debetur etiam illa cuſtodienti.

Diſtinctio abſtracti à concreto in ſymbolis non eſt.

Quartò noto, muri ſymbolum obſeruationi mandatorum fuiſſe ab Horatio accommodatum, vbi cecinit:

Quid ſit murus aheneus.

———— *Hic murus aheneus eſto:*
Nil conſcire ſibi,nulla palleſcere culpa.

Verùm hoc ſymbolū aptius eſt,vt vidimus,ad obſeruantiā cōſiliorum. Aut,ſi placet,hoc ad ea quæ diſſeruimus,ita poteſt adaptari; vt propoſitū non admittēdi grauis flagitij,id ſit obſerata ianua. Qui verò ne venialiter quidē,ex ſcientia videlicet,delinquere,apud ſe ſtatuit, is verè habeat rationem muri. Quo poteſt vocari ritè Horatiana vox:
*Nil conſcire ſibi,nulla palleſcere culpa,*nulla,inquit, ſiue magna ſiue parua,mortali aut veniali.

Noto denique illud apparere ſtatim inter præmiorum ſymbola,nempe vt ea denotaretur eximia gloria, quam is accipiet, qui muri munia probè exercuerit,hunc argenteis propugnaculis decorari,ſymbolum aptiſſimum eſſe.Vt autem repræſentaretur gloria ei,qui portæ muneri cumulatè ſatisfacit,impertienda, ecquod nam ſymbolum aptius quàm eam portam cedrinis tabulis graphicè ſculptis conueſtiri. Ac deinde præmij illius, quò is afficitur, qui geſſit officium muri, excellentia manifeſta eſt. Nam licèt immortalitatem & incorruptionem deſignet cedrus; ſed enim ea gloria quam argentea propugnacula ſeu pinnæ repræſentant, facile perſpicitur longè eſſe præſtantior.

Significatio ornamentorū muri & oſtij.

SECTIO IV.

Verba ſponſæ.

Verſ. 10. *Ego murus:& vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo,quaſi pacem reperiens.*

11. *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.*

12. *Vinea mea corã me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.*

Acolvthia.

Ad hæc autẽ reſpondet religioſa Eccleſia, perfectiſſimam doctrinæ Chriſti cuſtodiã ad ſe præcipuè ſpectare, & ad Euangelij miniſtros multo magis quàm ad alios. atque præter ſalutis propriæ curam, in proximorum etiam ſalute procuranda, religioſis ad Apoſtolorum exemplar ſtrenuè laborandum eſſe.

Commentarivs.

Murus religioſa Eccleſia.

10. *Ego murus: & vbera mea turris.* Iam verò quid aptius ad præcedentia, quàm vt ſponſa reſpõdeat: *Ego murus.* q.d. hoc quod eſt muri partes exercere, deſideriis cordis fores obſerare, atque illa quãuis lethalia non ſint, imò etſi licita haudquaquam excipere, hæ enimuerò meæ ſunt partes, atque equidẽ tuo videlicet præſidio adiuta inſtar muri prævalidi futura ſum, & in amplexanda Euangelica perfectione me firmiſſimè geſtura. *Et vbera mea,* Hebraicè *Sadaim,* qua voce & ſymbolo Euangelij miniſtri deſignantur, *ſicut turres.* Atque ita id eſt quod in ſe recipit religioſa Eccleſia, murum ſe robuſtum futuram, & concionatores ſuos, qui ſunt præcones Euangelij, ſibi neutiquam eo ſatisfacturos, quod vtcumque murus ſint, ſed etiam turriũ, quæ firmior eſt muri pars, munia præſtituros. Horum itaque ſententia eſt: Ego ſane in obſeruantia perfectionis murus ero; huius verò præcipua pars, in apice perfectionis exactiſſimo amplectendo, futuri mei concionatores.

Concionatores illius turres.

Quæ ſit ratio vera aſſequendæ pacis.

Ex quo facta ſum corã eo quaſi pacem reperiens. Hebraicè, *Tunc facta ſum,* &c. Quorum eſt ſenſus, officium muri, turriũmque vrbis præſidium continẽtium in obſeruatione exacta perfectionis exequi, hanc nimirum viam eſſe vnicam ad pacem animæ veram obtinendam. Repeto auream illam Senecæ vocem: *Qui deſiderium clauſit, mehercle cum Ioue de felicitate contendit.* Expende id Pſal. 118. verſ. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Et verò hæc in eo teſtata prorſus & perfecta probantur, qui perfectionem amplexus oppilat fortiter appetitionibus fores hic ad eos pertinet, de quibus cap. 32. 18. Iſaias, *ſedebit populus in pulchritudine pacis.*

Cur murus cum pace coniungitur.

Eſt autem aptiſſima cõiunctio pacis cum muri ſymbolo. nam murus propterea extruitur, vt obſtet quominus pacem ciuitatis hoſtes interturbẽt. Si igitur pacis fruendæ cauſa fit murus, mirificè ſponſa inquit, ex quo apud ſe conſtituit muri officium explere, iam tunc ſe admiranda animæ pace perfruitam fuiſſe.

Comparationis expoſitio

11. *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vel affert pro fructu eius mille argenteos.* 12. *Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius.* Cõparatio petitur ex certa vinea, quam habebat Salomon in Bagal Hamon, vineto (noſtratibus pago) vt apparet, in paucis fertili. Eam Salomon conductoribus locabat, certo cuique numero vitiũ aſſignato, reddebátque vnuſquiſque ex ſua particula (v.g. *de cada arançada* vt nos loquimur) ſiclos ex conuentione mille, ſibíque ducentos lucrabatur.

Hæc cõparatio eſt, pro cuius explicatione noto

A primùm, plures vineas à Salomone, vt ex 2. Eccl. 4. conſtat, fuiſſe conſitas; huius tamen, quæ erat in Bagal Hamon, factam mentionem, quippe quæ præſenti inſtituto magis congrueret. Porrò præter eius fertilitatem nomen etiam vineti ad rem admodum fuit: cuius ſignificationem noſter interpres, vt adhiberet myſterio lucem aliquam, exhibuit, exponens vinetum populorum. Eſt autem myſterium, ea vinea repræſentatam Eccleſiam, quam ſeuit Chriſtus Dominus in Gentilitate, quæ magnam coërcet populorum vim. Vel in Gentilitate & ſynagoga, vt populum vtrumque contineret. Atque ob id item noſter interpres nominis Salomon declarationem appoſuit, vice nominis proprij reddens appellatiuum *Pacificus.*

Cur nomina propria Bagal Hamon, & Salomon expoſita.

B Rurſus aduertendum; ea quæ præceſſerunt proximè verba, eſſe: *Pacem reperiens,* & ſubſequi ſtatim: vinea fuit *le ſcelomoh.* Fuit autem, quo paronomaſia notaretur, conueniens, vt nominis Salomon ſignificatio exprimeretur; ſed præcipuè quoniã myſterio, quod vineæ illius ſignificatio claudebat, maximè appoſitum fuit, vt qui eam plantauit, pacificus vocaretur. Etenim in eo ſe maximè pacificũ oſtendit Chriſtus Dominus, quòd vineã in Gentilitate cõſeuit. Atque ideſt quod ſæpè ponderat Apoſtolus. Vide illud ad Epheſ. 2. 11. *Memores eſtote, quod vos Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumciſio, eratis alienati a conuerſione Iſraël, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem vos qui aliquãdo eratis longè,* C *facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.* Et ad Coloſſ. 1. 19. *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt.*

Chriſtus maximè pacificus.

Numerus millenarius pro maximo.

Secundum noto, non vt exiguum aliquem aut mediocrem redditum, verùm vt maximũ deſignari, quòd ex qualibet huius vineæ particula mille ſicli Salomoni redderentur. nam millenarius numerus plenus eſt, magnæque epitaſis ad ſignificãdam plenitudinem. Atque id narratur, meo iudicio, vt quid admodum notabile, vt tanti eſſet prouentus illa vinea, poſſet vti conductor quiuis expenſione annua pro ſua particula ſiclos mille Sa- D lomoni repræſentare, & præterea ducentos alios expenſis deductis ſibi lucro apponere. Huius autẽ comparationis germanus intellectus, vt ego ſentio, hic eſt: Primos agricolas, quibus cõmiſit Chriſtus Dominus vineam ſuam, nempe Eccleſiam, quam in Gentilitate plantauit, qui Apoſtoli fuerunt, & reliqui eiuſdem inſtituti, mirificè in eius vineæ cultura profeciſſe. Enimuerò quem vineæ Domino, Deo fructum ex animarum conuerſione, fide ac religione perceperunt, cumulatus planè ac perfectus fuit: præter eum item egregium propriorum meritorum, qui ex eius vineæ cultu eiſdem obuenit.

Vineæ conductores Apoſtoli.

Eorũ in hoc opere vicarij Religioſi.

Tertiũ noto, quod ait Sulamitis: *Vinea mea corã me eſt.* &c. huius eſſe ſignificationis, nempe quòd eadẽ illa vinea, de qua verſu præcedente agebatur, E iam eſſet curæ Sulamitis commendata. Hoc autem ſententiam habet pulcherrimam, hanc nimirum, quod vinea, quæ concredita fuit Apoſtolis principio, eadem nunc religioſis concredatur, excolenda videlicet, vt inde fructũ conuerſionis, pietatíſque cõplurium animarũ Chriſto D. copioſum decerpãt, & ſibi item ingens meritorum emolumẽtum.

Sed opponas, licèt hæc cogitatio cum veritate & acoluthia cohæreat apprimè, eam tamen ad contextum videri aptam neutiquam. Nam quid huic

Digitized by Google

A huic intellectui: Eadem vinea curæ eſt Sulamitis cum iis verbis: *Vinea mea coram me eſt?* Reſpondeo textum potius in explicationem adhibitam perquam appoſitè meo iudicio conuenire. Nam quod Latinè habemus: *Vinea mea*, Hebraicè ad verbum ſonat: *Vinea mea, quæ mihi.* q. d. Vinea mea quæ mihi cuſtodienda ſcilicet traditur, atque colenda. Cùm autem præcedente verſu comparatio vineæ Salomonicæ fuerit poſita, cùm in hoc dicitur: *Vinea mea, quæ mihi, coram me eſt*, quis non videat planum eſſe exponere in hunc modum: Hæc videlicet vinea eſt, quam commiſſam habeo meæ curæ, in quam ſedulum laborem ſtudiúmque meum & induſtriam omninò conferam. Etenim ſuſceptum mihi facinus hoc

Expenduntur Hebræa: Vinea mea, quæ mihi.

B eſt, vt ex Apoſtolorum, aliorúmque ſimilis ſpiritus imitatione fructus conuerſionis animarum plenè ac perfectè Chriſto cedat; merces verò ex labore promerita ſit item agricolis cumulatiſſima, mihi ſcilicet & meæ familiæ, meis videlicet Religioſis. Atque hoc eſt: *Mille tui pacifici.* Quod ita ſumi poteſt, vel vt ſecum loquatur ſponſa, dicátque: Fructus, qui proprius eſt tui pacifici, maximus debet eſſe ac perfectiſſimus; vel conuerſo ad ipſum ſermone, dicat: Mille tui, ideſt fructus, ô mi pacifice, qui ad te pertinet, *mille*, ideſt, cumulatiſſimus futurus eſt. Ea item menſura fructus mei, merces videlicet meritorum, quæ me manet, erit etiam diuino tuo auxilio exaggeratiſſima.

& Mille tui pacifici.

C Quartum demum noto, eſſe elegans in primis, vt ſicut initio primi cap. dicta fuit ſponſa vineam, cuius cuſtodiæ eam fratres adigere volebant, cuſtodire nolle; nunc ad finem cap. 8. dicatur, quam vineam cuſtodire ac excolere ſponſæ partium eſt, eſſe illam quam Chriſtus Dominus ipſi commendauit. Et quidem locutio illa tranſlatitia, qua ad ſignificandum Religioſorum erga proximos officium, dicitur: In vinea Domini laborant, vſitatiſſima eſt.

Huius vineæ cum altera primi cap. collatio.

SECTIO V.

Verba ſponſi.

D Verſ. 13. *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.*

ACOLVTHIA.

Tunc verò ſponſus eam, quæ Euangelij doctrinam, & proximorum ſalutem adeò diligit, exire iubet à contemplationis receſſu, eamque doctrinam euulgare.

COMMENTARIVS.

E Cùm ergo vidiſſet Chriſtus religioſam Eccleſiam ad amplectendã perfectionẽ egregiè animatam, egregiè item ad laborandum in vinea Domini, ſaluti ſque animarum rationes procurandas, eã ſic alloquitur: O tu, quæ hortos incolis, eos ſcilicet, qui mihi maximè ſunt in deliciis, colens in receſſu tuo virtutum germina; Amici auſcultant: fac me audire vocem tuã. Metaphora deſumitur ex cantu ab ſponſo petito, quoniam illam audire auerent amici, atque muſicæ eiuſdem auditio foret item ipſi ſponſo quam gratiſſima. Iam verò facile intelligitur his verbis, Amici auſcultant, aptè ſignificari, parata eſſe auditoria deſiderio elata prædicationis excipiendæ.

Vnde Religioſus hortis.

Excitatur ad prædicationẽ.

SECTIO VLTIMA.

Verba ſponſæ.

Verſ. 14. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatũ.*

ACOLVTHIA.

Atque illa quidem amplectens prædicandi munus, præuidet perſecutiones illius occaſione excitandas; quas cum gaudio & expectat & exoptat: memor videlicet verborum ſponſi: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

COMMENTARIVS.

Imperatiua hęc: *Fuge, aſſimilare* pro futuris, vt in ſacra Scriptura paſſim moris eſt, accipio. Quod ſi ſumantur optariuè, id quoque ſatis eſt commodũ. Eſt autem huiuſmodi contextus. Et tu mi ſponſe nónne exercere me iubes prædicationem? fiat ita. Sed verò prædicationem Euangelicam, vt facto opus eſt, exercitã ſequetur hauddubiè perſecutio, atque eris in tuis præconibus tu ipſe perſequẽdus. Fiat itaque res, vt iubes. nam ego aſſociata tibi, nutúmque tuæ voluntatis ſecuta non tantùm non fugio perſecutionem, illam expeto quin potiùs. Hæc itaque dicta videntur per exultationem. Eſt autem appoſitiſſimum, vt liber hic qui de Chriſtianæ Eccleſiæ perfectione tractat, hac repræſentatione finiatur, nimirum quod Eccleſia religioſa in sũma ponat felicitate pro Chriſto ſe pati. Certè inſignem illum de beatitudinibus Euangelicis tractatum Chriſtus ſimiliter abſoluit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

Perſecutio pro felicitate reputata finis eſt huius libri.

Quòd verò caprearum atque ceruorum ſimilitudo perſecutionum ſignificationi deſeruiat aptiſſimè, multis in ſuperioribus cap. 2. diſſeruimus.

Poſtrema demum verba, *ſuper montes aromatum*, optimè cum noſtra explicatione cohæret. Etenim contextus hic eſt: Tu quidem ô ſponſe perſecutione premeris, ac profugus rapies te de monte in montem. Verum eſt tamen hos, qui percurrendi ſunt, montes aromatum odoratiſſimorum fragrantia plenos eſſe: propter eum videlicet ſuauiſſimum odorem, qui in huiuſmodi perſecutionibus ſufferendis, arduíſque difficultatibus ſuperandis reciprocatur: eo enim & attracto recreatur patientis anima, & foras edito complures ſpiritualiter reficiuntur.

Cur montes perſecutionũ appellentur aromatici.

DE MALIS MEDICIS TRACTATVS.

QVONIAM de diuerſis arborum fructibus, pomis ſiue malis delicatioribus in hoc ſuauiſſimo Cãtico crebra mẽtio eſt; viſum fuit operę pretiũ futurũ, ſi erudita Auctoris noſtri de malis Medicis diſſertatio huic operi quaſi appendix adnecteretur. Vnde nõ cõſtiterit modò, ſitne in hoc Cantico de malis huiuſmodi ſermo, ſed aliis etiam Scripturæ locis affundetur lux. nã quàm è re ſit literaturæ amœnioris, cuius erat guſtus optimus Ludouico, quiuis facilè exiſtimet.

Ponuntur varia malorum Medicorum nomina.

§. I.

Res eſt, quæ ſtatim cuilibet occurrit, mala hæc

Digitized by Google

omnia; nimirum citreum, limonium, limium, toroniium, naraniium, Hiſpanicè *cidra*, *limon*, *lima*, *toronja*, *naranja*, multam habere inter ſe cognationem, conuenire quin imò ſpecie, vt Logici loquuntur, ſubalterna, eáque ab aliis fructibus & arboribus differre. Verùm non eſt in vulgari ſermone nomen aliquod rationem illam conueniētiæ omnibus his pomis communem ſignificans. Latinè autem multa dicuntur reperiri nomina, quæ ſpecies omnes prædictas communiter denotent.

Primum eſt, *Malum Medicum*, quoniam eorum natiuum ſolum Media eſt.

Secundum, *Malum Aſſyrium*, quam illis Plinius nomenclationem attribuit.

Tertium, *Malum Perſicum*. ita enim nominantur à Theophraſto, Macrobio, & Dioſcoride mox citandis. & Plinius item affirmat, hæc mala in Perſide etiam prouenire.

Quartum, *Malum aureum*, à colore videlicet.

Quintum, *Malum Heſperium*, deſumptum ex quadam fabula, vt inquit Athenæus.

Sextum, *Malum thyum*. Sic enim appellari ab Homero, teſtatur Macrobius. Suſpicatur item Dalecampius, arborem thyam (de qua Plinius) eſſe malum Medicam.

Septimum, *Malum citreum*. nam licèt hoc nomen deſignare queat peculiarem horum malorum ſpeciem, quam vocamus Hiſpani *cidra*; ſed in communi pro malo quocumque Medico illud accipi frequenter, ex vſu ſcriptorum multi rectè colligunt, vt dicam paulo pòſt.

Octauum, *Cedromelum*. hoc enim nomen in Dioſcoride reperitur: niſi fortè menda irrepſerit in Græcum, & cedromela habet pro citromela.

Nonum denique nomen eſt *Cedrus*. nam cedrū pro mala citrea non deſunt qui ſumant, & D. Hieronymum ad id firmandum accerſunt, ſed hoc poſtea diſcutiemus.

Malum Perſicum polyſemon eſt.

Illud tamen aduertendum, quòd malum Perſicum pro Medico interdum accipiatur, non ideo de hoc intelligendum vbicumque malum Perſicum legatur, quòd huiuſmodi varias habeant ſignificationes. Id quod demonſtrat nomen Citreum, quod in alia longè ſignificatione vſurpatur. quod etiam de adiuncto hoc *Aureum* perſpicuum eſt.

Mala hæc non niſi in Media & Perſide nata olim.

§. II.

Affirmauit hoc Virgilius 2. Georgic. vbi ita cecinit:

Primum argumentum.

Diuiſa arboribus patria: ſola India nigrum
Fert ebenum: ſolis eſt thurea virga Sabæis. & poſt alia exempla ſubdit:
Media fert triſtes ſuccos, tardùmque ſaporem
Felicis mali.

Solinus item cap. 59. ita loquitur: *Vſurpare ſibi nemora iſta optauerunt & aliæ nationes, per induſtriam tranſlati germinis & inſerti. Sed beneficium ſoli Mediæ datum, natura reſiſtente, terra alia non potuit mutuari.* Hæc Solinus. Plinius lib. 12. cap. 3. *Tentauere*, ait, *gentes eam* (Medicam malum) *ad ſe transferre propter remedij præſtantiam: ſed niſi apud Medos & in Perſide naſci noluit.* Hoc item conſtat euidenter ex eodem Plinio lib. 16. cap. 20. & 21. vbi agit de A arboribus quibus folia non decidunt; ibi enumerat omnes, quæ in orbe Romano inueniebantur, nullam tamen Medicæ arboris, nec aliarum eius generis mentionem facit. Quis autem ambigat, eum, qui modo de arboribus, quibus non decidunt folia, ſcriberet, primo in loco malum Medicā poſiturum? Theophraſtus item de hiſtor. plant. lib. 4. cap. 4. vbi latè deſcribit malum Medicam, de ea loquitur vt de arbore, quæ ſolùm reperiebatur in Media & Perſide: propterea addit, eam Perſicam etiam nominari, vt videre eſt in Athenæo lib. 3. cap. 5. Plutarchus item apud citatum Athenæum probat, Hegeſandrum Delphum nullam feciſſe mentionem citreorum. Ad id verò quod affirmabat quidam, à Iuba Mauritaniæ rege B dictum, naſci in Libya mala citrea, vnde illa in Græciam Hercules tranſtulerit, Democritus reſpondit: ſi hæc ſcripſit Iuba, valeat cum ſuis ſcriptis Libycis, & Annonis erroribus. Dictum id videlicet quòd in Libya aut Heſperia citrea naſcerentur, quaſi fabuloſum irridens.

Citrea Libyca aut Heſperia fabuloſa ſunt.

Illud obiter ſciendum, dubitatum à peritis, ſitne eadem arbor citrea malus, quæ Medica? nam Apuleius in libris quos de arboribus ſcripſit, (vt Seruius 2. Georgic. refert) negauit. Alij tamen eandem omnino eſſe, merito affirmant. Macrobius 3. Saturnal. vſus Oppij & aliorum auctoritate. Idem fit euidens ex Dioſcoridis verbis, qui lib. 1. cap. 176. (aliàs 131.) *Nota ſunt*, inquit, *omnibus Medica, quæ alij cedro mala, alij Perſica,* C *Romani citrea appellant.* videndus ad hoc caput Hermolaus. Idem ſcripſit Palladius lib. 11. cap. 4. Auicena tract. 7. canone 5. & tract. 2. lib. de viribus cordis. vt properea eadem putetur iam vulgo malus eſſe Medica, Perſica, Aſſyria, Heſperia, citrea, cedria & aurea. Redeo ad noſtram diſputationem.

Citrea malus eadem quæ Medica.

2. Ex tenui apud priſcos horum malorum notitia.

Apparet præterea, tenuem de his arboribus apud antiquos notitiam extitiſſe. non enim diſtinguere reperiuntur mala citrea, limonia, limia, narania, toronia; cùm tamen de aliis fructibus tam diſtinctè tractauerint. Sanè Plinius in quinque differentias ſecernit mala Punica, nimirum acria, dulcia, miſta, acida, vinoſa. De malis verò Medicis hoc dicit tantùm, habere illa ſaporem tardum ſeu amarum. quod ideo dixit, quia in citreis, D præſertim quæ pridem collecta ſunt, aliqua percipitur acerbitas.

3. Probatur in Palæſtina ſpeciatim nō fuiſſe.

Sed ſpeciatim vt efficiatur in Palæſtina arbores huiuſmodi non fuiſſe, cap. 24. Eccleſiaſtici efficax ſuppeditat argumentum. Vbi cùm ſapientia præcipuis quibuſque regionis illius arboribus compareretur cedro, cypariſſo, palmæ, oliuæ, balſamo, & inſignioribus reliquis, nulla tamen illic planta tam nobilis, qualis eſt citrus, ſeu Medica malus, mentio fit. neque item in aliis Scripturæ locis, vbi deſumuntur ab arboribus comparationes, cùm ab oliua & ab aliis tam frequentes ſint. (nam quæ ſint mala aurea Scripturæ, inferiùs explicabo.) Adde item omnino de his tacentem Plinium lib. 13. vbi de his cap. 5. inſtituit, & E de Syriæ arboribus inſcribit.

Teſtimonia & argumenta pro citro, aut malo Medica in Europa, Ægypto, & Palæſtina olim reperta.

§. III.

Primò obiicitur Dioſcoridis teſtimoniū lib. 1. cap. 176.

Digitized by Google

Quomodo nota omnibus mala Medica.

cap.176.(aliàs 131.) ſic aientis: *Nota ſunt omnibus mala Medica, quæ Romani citrea appellant.* Quòd ſi poma illa omnibus nota, non vtique erant illa tã, vt nos dicimus, peregrina. Reſpondeo facilè, piper & aromata alia nobis omnibus in Europa notiſſima, cùm tamen ex orbe remotiſſimo, vbi naſcuntur, ad noſtrum conuehantur. ſic itidem citrea quippe tam pretioſa poma ex Perſide portari ſolita, veri ſimile eſt. Adiunge videri Dioſcoridem in Ægypto (fuit enim Cleopatræ & Antonio familiaris) ſcripſiſſe. Quod autem pretioſæ quæque Perſidis merces in Ægyptum deferrentur, dubium non eſt.

Præterea Macrobius lib.3.cap.19. ex Oppio antiquo ſcriptore refert hæc verba: *Citrea malus & Perſica altera generatur in Italia, & in Media altera*, quæ videntur apertè teſtificari aliquam horum malorum ſpeciem naſci tunc in Italia. Reſpondeo indubitatum videri Macrobium & Oppium ſcriptores eſſe ſeculum Plinij ſubſecutos. Cùm autem ſpecies, quæ ſub malo Medico ſiue citreo continentur, tot ſint; earum aliqua videtur Oppij æuo in Italiam iam tranſlata, limium videlicet aut naranium malum; illud verò minimè, quod propriè citreum appellatur. Ac propterea inquit: *altera generatur in Italia, & in Media altera*: nimirum, quoniam citreum adhuc ex Perſide afferretur, nec in Italia prouenirer.

Quando hæc mala in Italiã transferri cœpta.

Tertiò Athenęus non affirmat modò, hoc tunc arborum genere potiri Græciam; ſed vltrà progrediens efficere conatur ex comicis poëtis, illud in Græciam multò ante ex regionibus ſuperioribus, nimirum ex Media & Perſide fuiſſe delatum. ait enim: *Quod verò ipſa planta ex ea regione ſuperiore in Græciam deuenerit, facile eſt apud Comicos poetas fidem occupari, qui citreorum mentionem facere videntur.* Citat deinde Antiphanem ita canentem:

Eſt ſemen hoc nuper relatum ad Atticos
A rege, per Venerem puto Heſperidum genus.
Tria eſſe ſola mala dicunt aurea hæc:
Rarum bonum eſt vbique.

Mala citrea apud Græcos qua viá.

His ſimilia ibidem ex Comico Eripho refert idẽ Athenęus. Sed occurro conſtare potiùs ex his locis, loqui de huiuſcemodi pomis auctores, quos allegat Athenæus, vt de re in Græcia non niſi rariſſima conſpecta. Indicant enim hanc plantam non alibi quàm in hortis aliquibus accuratiſſimè conſitis, regiis videlicet inuentam; atque ibi cum labore magno conſeruatam, ac poma rara vix ferentem. Hic demum notandum, Athenæum Augusti tempore ſcripſiſſe: vnde quod refert actum ſua ætate in Ægypto, vt latrones quidam hauſtũ euaſerint peſtiferi veneni, veſcentes citreum malum; id minimè conuincit, proferre tunc Ægyptũ hunc fructum. Quemadmodũ ſi quis dicat, viſum à ſe in Hiſpania quemdam mandentem cum Indicum fructum, quem appellant *coco*, ex eo minimè probatur, naſci eum fructum in Hiſpania.

Quartò, quòd temporibus etiam antiquiſſimis, Homeri videlicet, citrea habuerint propria Græci, certum videatur, ſiquidem citreæ mali ſub arboris thyæ nomine meminit, vt antè vidimus, idẽ Homerus. Reſpondeo, thyam arborem (quod bona Macrobij venia dictum velim) fortaſſe apud Homerum non eſſe citream, ſed verò citreum lignum, ex quo fiebant menſæ pretioſæ. Vide Plinium lib.13. cap. 16. vbi ait, thyam arborem (de qua Homerus, & Theophraſtus) eſſe eam, ex qua veterum templorum contignationes fiebant propter odorem & immortalitatem materiæ: cuius

Thya arbor, quæ.

A radice nihil criſpius, nec aliunde pretioſiora opera. Et eſt fortè hæc arbor ea cedri ſpecies, quæ Hiſpanicè vocatur *alerze*, cuius præcipuè radices maximi habitas ad menſas conficiendas, ſuſpicio mihi eſt. ſubdit præterea Plinius, aliam eſſe arborem eodem nomine (thyam etiam) malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans; nec dicenda verboſius. Hæc Plinius. Intelligit autem hæc poſtrema Dalecampius de citreis, quod tamen mihi non eſt admodum veri ſimile. Rediens verò ad Homerum, haud equidem diſpicio vnde fiat, illum de citreis tractare, quaſi de fructu, qui in Gręcia naſceretur.

Videtur cedri ſpecies.

B Quintò obiicitur Ioſephus 3. Antiquit. cap.10. affirmans, eos, qui Ieroſolymam in feſto tabernaculorum adirent, iuſſos manibus geſtare ramos myrti, ſalicis & palmæ, ex quibus mala Perſica dependerent. Malum autem Perſicum hoc capiẽdum pro citreo ex Leuiti. 23.40. probant. vbi ſic textus: *ſumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ.* (הדר reſpondet Hebraicè τῷ *pulcherrimæ*) contendunt autem citream eſſe hác pulcherrimam arborem. Atque ita multi exponunt, Lyra, Vatab. Dionyſ. Oleaſt. Paraphraſis item Chaldaica tranſlatio, quæ in Complut. & Regiis Bibliis circumfertur. Ei propterea intellectui ſe adiunxit S.

Citrea mala in feſto tabernaculorũ geſtata, quidam putant.

C Thom. 1. 2. quæſt.102. artic. 4. ad 10. & noſter Ioannes Fernandius verbo *arbor*. vbi R. Moyſem Ægyptium citat. Videtur quin etiam fauere S.Hieron. Zachar. 14. nam quod de eo pulcherrimo ligno feſti tabernaculorum dicitur, ipſe illic exponit de ea arbore, quam Iudæi vocãt cedrum. Hæc autem eſſe videtur certa arbor, quæ propriè cedrus non appelletur, tametſi Iudæi eam appellent cedrum. Et facit, mala Medica appellara à Dioſcoride cedromela, quaſi dicas cedri mela. Factam item à Plinio. lib. 13. cap. 5. mentionem certi liquoris, qui apud Syros cedrion nominatur. Firmat hoc citatus Fernãdius, quod hæc citrea mala in feſto tabernaculorum geſtata memoriam eorũ refricarent, quę portare contra ſerpẽtes in deſerto populus iubebatur. nam credunt

D egreſſos ex Ægyptò Iſraëlitas citreis onuſtos. Et adiiciunt, quod hæc mala olim in Ægypto non eſſent, incredibile videri. Plutarchus enim lib. de Iſide & Oſiride fol. 63. ſcribit malum Perſicam fuiſſe ſacram Iſidi, quod pomum eius humani cordis figuram, folium verò linguam præ ſe ferat. Hoc autem verum eſſe conſtat de citreis, id quod refert etiam Pierius lib. 54. vbi de malo Perſico.

& filios Iſraël ex Ægypto contra ſerpentes eduxiſſe.

Quoniam multa continet hoc argumentum, dico primò, minimè eſſe inter peritos cõſtitutum, lignum illud *hadar* (de quo Leuit.23.40.) arborem certam eſſe. non enim ſonat aliud Hebræa vox, quàm lignum decoris, idque voluit noſter interpres, cùm tranſtulit arborem pulcherrimam. Sub

E hoc autem nomine contineri poteſt oliua: & pulchra alia arbor quæcumque. Et hoc quidem ex 2. Eſdr. cap.8.15. conſtat euidenter. ibi enim ita habetur: *Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula ſicut ſcriptum eſt.* Notandum verò quod dicitur: *Egredimini in montes, & afferte frondes oliuæ, &c. Vt fiant tabernacula, ſicut ſcriptum eſt.* Locus autem, qui citatur, vbi hic ritus ſcripturæ mãdatus ſit, non alius eſt, quam ille Leuit.23.40. quem inculcamus. In eo tamen minimè exprimuntur oliuę

Sub arboris pulcherrimæ nomine comprehenſa oliua.

Digitized by Google

rami. Relinquitur ergo vt oliua comprehenſa ſit ſub nomine *hadar*, quod vulgatus arborem pulcherrimam interpretatus eſt. ſic apud Ierem. 11, 16. oliua appellatur pulchra & ſpecioſa arbor. & cùm Daniel 4.9. deſcribit arborem quamdam pulcherrimam, Medicam nequaquam intelligit.

Ad hæc, circa locum Eſdræ 2. cap. 8. quem protuli aduertendum, quæ ibi appellatur arbor pulcherrima, Hebraicè non eſſe הָדָר *hadar*, ſed שֶׁמֶן *ſemen*: vnde coniicio, duo arborum genera, nimirum *oliuam* & *ſemen* in hoc loco Eſdræ indicata fuiſſe, quaſi per vocem *hadar* ſignificata. Et quidem Hebræum *ſemen*, in oliuam, ex Iſai. 41.19. conſtat cõuenire. Verum patet illud latiùs, vt denotet lignũ pinguedinis. quę nomenclatio communis eſt cuilibet arbori reſinam, aut quamcumque aliam olei ſpeciem ferenti, abieti nimirum, balſamo, cedro, pinui. Propterea R. Dauid & cum eo Pagninus Eſdram de pinu intellexerunt. Lignum olei reddidit Montanus: neque verò ſic oliuam, vt patet ex contextu, in quo illa iam expreſſa fuerat, deſignare voluit; ſed quamcumque ex illis arborem, quæ liquidam ferunt reſinam. Cùm autem compertum ſit, & in Syria reſinam eſſe, quæ Syriacè, vt Plinius teſtatur, cedrion appellatur, atque itidem affirmare S. Hieronymum, lignum *hadar* arborem eſſe, ex Iudæorum intelligentia, quam illi cedrum nominant: ac demum cogere Eſdræ locum, vt per arborem pulcherrimam aliqua ex iis intelligatur, quæ reſinam ferunt. His inquam ex dictis proximè conſtitutis, colligo demum minimè congruere, vt per nomen *hadar* intelligatur in Leuitici citato loco citrea malus, aut limonia, quam vt vidimus, Palæſtinæ ſolum nondum protulerat.

In feſto tabernaculorũ non geſtabãtur mala citrea.

Ei verò qui nos vrgeat ex Athenæo ſuperiùs cit. disertè aiente, cedrion minimè dictũ à cedro, reſpõdemus, illud tantum dicere velle ſophiſtam, quod cedrion non colligatur ex ea arbore, quam Græci & Latini cedrum vocare ſolent: ſed non ideo negare, colligi ex arbore quam cedron nominãt Syri. Conſtat enim ex Plinio lib. 13. c. 5. in Syria præter communes cedros, ſpeciales alias & proprias eius regionis reperiri, quaſdam quæ florem, non fructum, quaſdam quæ fructum, non florem ferunt.

Cedrorum multa genera.

Deinde conſequenter ad ſuperiora mihi aſſerendum eſt, eorum opinationem, qui citato Leuitici loco mala citrea inuexerunt, eo fuiſſe nixam, quod crederent, huiuſmodi poma in eo iam olim ſolo proueniſſe. Verùm vbi fuerit animaduerſum, id non ita eſſe, ex conſequenti neceſſe eſt, illam opinionem deſerere. Neque verò auctoritati S. Thomæ derogatur quidquam: quippe ſolum proferentis eorum opinionem qui de citreis interpretabãtur. Et quidem in rebus huiuſmodi videmus frequẽter graues Scriptores nõ anxiè diſcutere eius opinionis quam ſequũtur, veritatem. Plano eſt exemplo idem S. Doctor qui torrentem cedron Ioan. 18. de torrente cedrorum intelligit. Cùm tamen re gnauiter inueſtigata compertum ſit, nomine cedron obſcuritatem denotari, neque in eo loco cedros aut citreas arbores vnquam repertas fuiſſe. quod S. Hieronymus & periti reliqui Hebraicorum teſtificantur. Idem propterea de Lyra & aliis qui pro illa opinione citantur, dicendum, ab his non aſſertam explanationem de citreis, ſed relatam. Solus in Leuiticum Serranus rem diſſeruit, atque his cogi ſe profectò vidit, vt affirmaret, haud eſſe poſſe malum citream, quam ibi tranſtulit noſter interpres arborem pulcherrimam. Idque firmat denique feſti illius tempus: Septembri enim celebrabatur feſtum tabernaculorum: atqui ea tempeſtas eſt, ſi quæ alia, in qua minimè matura ſunt citrea, aut alia mala Medica. Oleę quidem eo tempore ſunt in arboribus, ac de his Eſdras locum interpretatur. Quid ergo certiùs pronuncietur.

Torrens cedron. i. obſcurus.

At enim mala citrea habet paraphraſis Chaldaica? Quaſi maximæ ſit auctoritatis, qui eã Latinis donauit. Reſpondeo, cum longè minor habeatur notitia Chaldaicæ linguæ quàm Hebrææ, eius paraphraſis interpretem Latinum multo minoris eſſe auctoritatis, quàm alios, qui pulcherrimam arborem pro citrea habuerunt. Proinde non eſt cur moretur quis valdè, quod in ea legantur mala citrea, Eſdræ præcipuè loco, vt vidimus, aduerſante.

Paraphraſis Chaldaæ interpres Latinus quo in habendus.

Ioſephi teſtimonio allegato ita occurrendum: licet mala citrea interdum Perſica appellentur, certum eſſe nihilominus diuerſum valde pomum indigitari frequentiùs per malum Perſicum, illud nimirum multiplex malorum genus, quod Hiſpani vocamus *melocoton*, *durazno*, *alberchigo*, *albarcoque*, & ſimiles ſpecies. Fructus porrò huiuſmodi eos eſſe, quos dicatos Iſidi Plutarchus & Pierius referunt, euidens quidem eſt. Id conſtiterit Pierium perlegenti. nam addit: *Nullum eſt pomum fugacius*, hocque illud eſſe, quod cùm erat in Perſide necdum ad prouincias alias tranſlatum inſito veneno infame dicebatur. Cordis præterea in pomo, & in folio linguæ figura in hæc mala, in melocotonũ ſc. & reliqua quadrat melius haud dubiè. Medicæ enim mali & citreæ folia magis acuminata ſunt, & fructus multiformes. Plinius denique lib. 13. c. 12. diſceptat omnino hãc litẽ cùm inquit: *Perſica foris corpore, intus ligno conſtant*. Quæ deſcriptio cùm ſit plana melocotoni & ſimilium, nequit prorſus in malum Medicum conuenire. Adhęc Galenus, Eſt, ait, quædam arbor Perſea, vel Perſæa dicta, quam fuiſſe dicit noxiam in Perſide, veſcam in Ægypto. Hanc disertè ſecernit Plinius lib. 15. cap. 13. à Medica, quam dicit habere ſemper folia, & poma ſubnaſcentibus aliis. vbi adiungit, Perſica mala falsò dictitari venenata fuiſſe in Perſide. Vt iudicem propterea ſcienter eum velle cæcutire, qui ex Plutarchi & Ioſephi verbis colligat, nata olim in Ægypto, & Palæſtina mala citrea. Ex Ioſepho quidem rectè colligitur, comprehendiſſe Iudæos ſub nomine *hadar* arborem quamcunque pulcherrimam, qualis omnino eſt malus Perſica, in communi accepta ſignificatu, per Septembrem, cum tabernaculorum feſtum peragebatur.

Quæ mala Iſidi dicarint Ægyptij.

Ad Hieronymi demum auctoritatem reſpondeo, quod inquit hîc S. Pater, *quam Iudæi cedrum vocant*, intelligendum ita vocatam Syriaca videlicet lingua qua loquebantur Hieronymi ætate Iudæi. Quod potiùs aptum eſt ad illud, quod ex loco Eſdrę colligitur confirmandum, nempe arbores quaſcunque oleagineas ſub nomine *hadar* cõtineri. Nam Plinius item teſtatur vocatam Syriacè cedrion certam ſpeciem olei, aut liquidæ reſinæ. Iam verò leuiſſimum præbet locus Dioſcoridis fundamentum, vt credatur malus citrea cedrus appellata. Nam cùm de fructibus peregrinis tractatur, facile corrumpuntur & accommodantur nomina. Ac ſicut Hiſpani non citreum dicimus, ſed *cidro*, potuit quoque Dioſcorides cedrũ Gręcè indigitare. Niſi fortè vitium fuerit typi, quo ducit

Cedrion olei vel reſinæ genus.

Cedrus nuſquam ſumpta pro malo citrea.

Digitized by Google

ducit, à nullo alio cedrum poſitam pro citrea. Neque verò eſt quod quiſpiam adhæreat tam infirmæ coniecturæ, vt adſtruat, quod liquet falſum eſſe. nam in ſumma mala citrea olim minimè produxit Iudæa regio.

Quod excidit non nemini, cedrion Græcè idem eſſe quod odoratum, atque ideo potuiſſe aptari nomẽ ad citrea, ridiculum eſt ſcienti Græcè. Plinij etiam cedrelæum quod affertur, eſt ſaltare extra chorum. Atque ea demum imaginatio, quæ Iudæos ſolitudinem adeuntes malis citreis onerat, riſu excipienda.

Sextum denique argumentum ex aliquorum incredulitate conficitur. ſunt enim qui ſibi nequeunt perſuadere, nunc omnia malotum Medicorum genera tam facilè ac feliciter extra Mediã ac Perſidem prouenire; olim autem extra eas prouincias harum plantarum inſitionem ſummo labore ac induſtria, quod Plinius & Solinus teſtantur, procuratã minimè proceſſiſſe. Sed enim huic incredulorũ interrogationi ſatisfieri poteſt multipliciter. Primò, nondum fuiſſe electum ſolum his plantis à temperie cœli, aliiſque circumſtantiis neceſſariis opportunum. Nã de Perſicis malis ait Plinius, trecentos dumtaxat annos fluxiſſe, ex quo fuerant in Italiam tranſlata. Quid ergo mirum, ſi delicatiores fructus, & qui temperiem requirunt meliorem poſt alios etiam annos trecentos Italiæ & Græciæ fuerint communicati? Certè hæc prior malorum Perſicorum ad alias regiones tranſlatio in cauſa fuit, cur ea poma nomen Perſici mali vendicarẽt ſibi, aliudque citreis & malis Medicis quęreretur. Dici pręterea poteſt, quòd hoc tempore, non verò alio fructum aliquẽ procreet idem ſolum, pendere fortaſſe à naturali diſpoſitione. Demum reſpondeo, ita proculdubio diuina prouidentia moderatum, quæ cauſarum variarum interuentu dirigit ac diſponit omnia ſic, vt res aliquæ certo tempore communicẽtur, alio verò non item: quædam pereant, aliæ inducantur denuò. Apparet autem conuenientiſſimum, vt ad felix vſque Gratiæ tempus orbi Romano Chriſti fidem complexo hæc in primis nobilis planta tanta cum varietate ac pulchritudine fruenda reſeruaretur. Ea maximè, quæ propria figura ac germanum ſymbolum illius videtur arboris, quæ Apocal. 22. deſcribitur, fructus in anno duodecies, & per menſes quidem ſingulos producens: vt nimirum ſignificaretur arbor illa fructum (eum quidem valde Medicum) habere ſemper, nec filiotum defluuium pati.

Cur Medica mala tranſlata ad Europam poſt tot annos.

Malum citreum, & limonium ſub mali Medici nomine ab antiquis intellectum.

§. IV.

Pontanus noſter in ſuis ad Virgilium eruditiſſimis ſymbolis putauit Georgicor. 2. Virgilium, Plinium, & Solinum in iis quæ de malo Medico dixerunt de noſtro citreo & limonio minimè loqui. Aduocat pro hac opinione Macrobium lib. 3. Saturn. cap. 19. & Oppium à Macrobio citatum. Secutus eamdem in libris, quos de arboribus ſcripſit, vt refert Seruius 2. Georgicorum, Apuleius. Pontani fundamentum eſt, habere ſe pro explorato, hos fructus iam ante Solini, Plinij, & Virgilij tempora fuiſſe in Europam allatos, cum tamen confirment omnes non niſi in Media malum Medicum naſci. Adiungit idem confirmationem ex antiquitate huius quæſtionis. nã, vt innuit Athenæus, & exprimit Macrobius, iam olim dubitatũ fuit, an malum Medicum, de quo Theophraſtus agit, de quo eodem Virgilius, Plinius, & Solinus ſunt locuti) ab eo diuerſum eſſet, nec ne, quod modo Græcia & Eutopa producunt. Eadem opinio affirmari videbitur alicui ex ipſamet huius mali apud citatos authores deſcriptione. nam illi attribuunt amarum ſaporem mirè etiam amarum, inquit Solinus. Plinius autem & Theophraſtus faciunt minimè veſcum. in eo præterea admirabile eſſe remedium contra venenum, & contra ſerpentum & aſpidum morſus. Quæ quidem omnia de vlla noſtrorum malorum Medicorum ſpecie minimè videntur verè poſſe prædicari.

Contraria opinionis fundamenta.

Nihilo tamen minus mihi videtur euidens, de noſtris citreis & reliquis mali Medici formis tractare Solinum, Plinium, Virgilium, Theophraſtum. Hoc latè probauit Athenæus, & nuper Fr. Ioannes Camers in commentario ad Solinum. qui plurimos citat, in eis Palladium, & Hermolaum. quod idem efficit Iulius Scaliger de plantis, & reliqui huius materiæ Scriptores. Neque verò Macrobius ab aduerſariis citatur iure, is enim lib. 3. cap. 19. ita loquitur: Vt nemo dubitet hæc de citreo dixiſſe Virgilium, accipe quæ Oppius in lib. de ſylueſtribus arboribus dicat: *Citrea item malus & Perſica altera generatur in Italia, & in Media altera.* Paulo item poſt hæc ponit de citreo: *Eſt autem odoratiſſimum, ex quo interiectum veſti tineas necat.* Fertur autem venenis cõtrarium, quod tritum cum vino purgatione virium ſuarum bibentes ſeruat. Generãtur autem in Perſide omni tempore mala citrea. Et ſubdit: Vides hîc & citreum nominari, & omnia ſigna poni, quę de eo Virgilius dixit: licet nomen citrei ille non dixerit. Nam & Homerus qui citreum [illegible] appellat, oſtendit eſſe odoratum pomum, & inter veſtem poni ſignificat. & Næuius poëta ait citroſam veſtem. Hæc Macrobius. ex cuius verbis ſuperiùs colligebã aliquam horum malorum ſpeciem eius tempore in Italia naſci. Vtriſque verò eaſdem proprietates attribuit, adeóque pro iiſdẽ habet, atque ea quæ ante oppoſita ſunt, ex parte ſoluit. Eſt enim in citreis contra venena remediũ.

Vera adſtruitur.

Citrea tineas venena amoliuntur.

Argumenta porrò, quibus hæc ſententia probatur, manifeſta exiſtimo. Primũ, Solini & Scriptorum ſuperiorum ætatibus non fuiſſe in Romano orbe hos fructus, quod abundè ſuperiùs demonſtrauimus, fuiſſe autem in Perſide. Secundũ, quoniam ex Theophraſti & Plinij deſcriptione his pomis aſſignata perſpicitur, ea vel eſſe eadem, vel certe maximè cognata. Dicunt enim habere arborẽ folia lauri, ea non decidere, & eſſe veneni amuletum. illud præterea quod dicit de floribus illius Theophraſtus, quoſdam vanos eſſe. Nam quod amarum vocant ſaporem, acrem, aut aridũ ſignificant, immo & in citreis amarus eſt. Ea denique, quæ videntur aduerſari, ex eo facilè conciliantur, quod ſint horum malorum diuerſæ ſpecies, ex quibus prius quædam, aliæ verò poſt ad has regiones fuerunt deportatæ.

Probatur vera ſententia.

Ad illud verò quod Theophraſtus & Plinius dixerunt, mali Medicæ fructum veſcum non eſſe, fit ſatis ex Plutarcho in quæſtionibus conuiualibus lib. 8. quæſt. 9. aiente: *Malum Medicum non comedebant veteres.*

Malum Medicum veteres non comedebant.

LIBER QVARTVS

(qui & totius operis nonus) in partes aliquot Prophetarum maiorum.

A MOrtis importunitatem iam non ſemel in hoc opere conqueſti ſumus ;ſed eſt hic maximè liber, qui cogit nos querelam inſtaurare. Etenim ſublime quid noſtrum meditantem Ludouicum & ingenij illius ſingularis proprium & argumento Apocalypſeos mirificè adnexum oppreſſit(heu) nobis importuna mors. id abundè argumenta ſingulorum Iſaiæ capitum teſtabuntur.Hæc nuda licèt,vt in Pſalmis fecimus,apponemus ; quod nonnullis ad filum producendum, vtilitatis fore non exiguæ exiſtimemus. Sunt & alia fortaſſe,quæ ſiue probanda, ſiue ornanda cuipiam videbuntur;ſed verò nihil eiuſmodi tentatum,quod alienum quidpiam huic auctori appingere nefas duximus.

B

Breuia quædam ad capita omnia Iſaiæ vatis illuſtriſſimi argumenta:

Cap. 1. HAbet primum caput, quoniam ſummam coërcet, totius prophetiæ pro titulo : *Viſio Iſaiæ filij Amos,quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem in diebus Ozea, Ioathan , Achaz , & Ezechiæ regum Iuda.* In hoc ſub comparatione Ieroſolymæ à Nabuchodonoſore(ſeruatis à Deo reliquiis)deſtruēdę,prędicitur reprobatio Iudaici populi vna cum Eccleſiæ renouatione. Et quidem huius populi reprobationem hic afferri in præcipuo ſenſu,capitis ſequenti continuatione demonſtratur.

Cap. 2. Propheria eſt de vocatione Gentium, Iudæorum reprobationi & humiliationi ſuperborum annexa. C

Cap. 3. Iterum de reprobatione Iudæorum, ac Ieroſolymæ ruina.Ex cap.4. ſequenti adſtruitur hoc argumentum.

Cap. 4. Paucos ex prædicta ruina,velut reliquias ſaluatum iri : horum verò ſumma felicitas, & gloria prædicatur.

Cap. 5. Iterum de reprobatione Iudæorum ſub eximia vineæ comparatione.

Cap. 6. De excelſo ac magnifico throno, quem Deus in Chriſtiana Eccleſia habiturus erat : de nouis, item ſeraphinis Euangelium Chriſti publicaturis.Sed prædicitur,ſolam de Iudæis partem decimam tanto licet præconio audituram : reliquis propterea reprobatis, Gentes eorum loco ſubrogandas. D

Cap. 7. Sub comparatione coniurationis Damaſci, & Samariæ aduerſus Ieroſolymam, ſub altera item comparatione muſcarum Ægypti, & apum Aſſyriæ agitur de perſecutione duplici Iudæorum & Gentium contra primitiuam Eccleſiam , & de vtriuſque fructu.

Cap. 8. Iterum de magnitudine duplicis iſtius perſecutionis, ac de miſero quorumdam lapſu & glorioſa fidelium cæterorum victoria.

B De Apoſtolorum Chriſti gloria in Euangelij prædicatione ; per quam innotuit planè, quam perfectus generis humani Saluator ſit Chriſtus D. & cuiuſmodi ſupplicium de Iudæis ac Gentibus exegerit. Cap. 9.

De origine reprobationis Iudæorum , ac de conuerſione Romani Imperij ſub comparatione vindictæ de Aſſyriis ſumptæ. Subditur ita eſſe reprobandos Iudæos, vt tamen ſeruentur reliquiæ, & conſummatio abbreuiata inundet iuſtitiam. Inducitur iterum vindicta myſtica de Romanis ſumenda, ſicut in vindicta Gedeonis & Madian id facinoris fuerat figuratum. Cap. 10.

De ſplendore ſeptem Chriſti ſpirituum in victoriis Eccleſiæ, & terrore omnino ſublato, de C mira fidelium pace, déque myſticis Iſraëlitis in vnum congregandis, & hoſtibus prorſus ſubiiciendis. Cap. 11.

Canticum Eccleſiæ poſt deuictum Romanum imperium. Cap. 12

Myſtica veteris Romæ deſtructio per alluſionem ad ſubiugatam à Medis Babylonem. Cap. 13.

Felicitas Eccleſiæ poſt triumphatam Romam veterem:& inſultatio aduerſus Romanos Imperatores ethnicos in Nabuchodonoſore adūbratos: exultatio præterea in ſempiterna Occidentalis Babylonis ruina : quam ruinam Iudęi,quibus nomen Philiſtęorum attribuitur,ſibi quoque ſalutarem futuram,fruſtra ſperabunt. Cap. 14.

Sub allegoria vindictæ propriæ de Moabitis ſumendæ ea deſcribitur myſtica vindicta, quam D erat olim de ſpiritualibus Moabitis ſumpturus Deus:hoc eſt de iis Gentilibus, quos propriæ cōcupiſcentiæ ad impediendam fidei Chriſtianæ dilatationem inflammabant. Cap. 15.

Chriſti virtute prædictam vindictam de myſticis Moabitis eſſe ſumendam : nec carnis conſilia aduersùs Deum præualitura ; quin verò illam ab Euangelij miniſtris feliciſſimè exequendam. Cap. 16.

Sub allegoria vaſtationis Damaſcenæ depingitur Chriſtianæ fidei victoria aduersùs illos Ethnicos,qui eam eximia potentia inſectabantur. At Cap.17.& 18.

ſub

Digitized by Google

ſub allegoria belli illis, qui erant trans flumina Æthiopię inferendi de dilatatione fidei in inſulis maximè diſſitis & nationibus barbaris tractatur. A

Cap. 19. Prophetia de bello Euangelico myſticis Ægyptiis, hoc eſt, Iudæis rebellibus inferendo, ac de pudefacienda ſapientia illorum, & aliqua eorum parte fidei Chriſtianæ ſubiicienda, populóque vniuerſo à Romanis debellando. Alluditur autem in quinque vrbibus ad Pentapolin, quæ pars quædam nobilis eſt. Quod dicitur v. 18. *Ciuitas Solis vocabitur vna*, id eſt, vnaquæque, ad Hierapolin habet alluſionem.

Explicatus Iſaias.

Cap. 20. Sub comparatione Ægyptiorum & Æthiopum in captiuitatem ab Aſſyriis abducendorum Iudæorum deuaſtatio per Titum, atque eorumdem reprobatio deſcribitur.

Cap. 21. Sub comparatione Babylonis à Cyro, & Dario debellandæ de myſtica agitur Babylone, hoc eſt, de Roma ethnica fidei Chriſtianæ ſubiicienda, ac de Petri & Pauli gloria in eo pulchro facinore. Quod verò de Iſmaëlitis & Arabibus diſiectis adiungitur, ad eos pertinet, qui partes Romanorum in Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutione ſequebantur. Iſmaëlitæ & Arabes Chaldæis contra Iudæos militabant.

Cap. 22. Sub comparatione Iudicij profundi Dei in ſupplicio de Ieroſolyma ſumpto per Chaldæos & in Sobnę humiliatione, & exaltatione Helcię agitur de Iudæis reprobandis à Deo, ac de eorum Pontificibus abiiciendis; Chriſto autem mirifice extollendo.

Cap. 23. Sub comparatione Tyri primum diruendæ funditus, deinde verò reficiendæ, de myſtica agitur Romæ ethnicæ ruina, ac de fideli Roma eodem loco ædificanda.

Cap. 24. Felicitati Gentium opponitur reprobatio Iudæorum, reliquiis tamen exceptis. Reditur iterũ ad Gentium conuerſionẽ: & ſubditur ligatio Dæmonis per annos mille, deſcribiturque gloria, qua per id tempus erat fruitura Chriſtiana Eccleſia. Secretum illud quod repetit in hoc capite Propheta, eſt reprobatio Iudęorum & electio Gentiũ. Et quidem *τῷ excelſo* v. 21. in Hebr. reſpondet nomen *Roma*, atque illud inculcatur. Gigantes verò ſunt Romani Imperatores.

Explicatus Iſaias.

Cap. 25. 26. & 27. Exultatio Eccleſiæ Chriſtianæ, de Romæ ac Romani imperij conuerſione.

Cap. 28. Lamentatio de Iudæorum (quibus datur nomen Ephraim) ruina & de Ieroſolymæ reprobatione: additur tamen reliquiarum illius populi felicitas ingens.

Cap. 29. Prophetia de perſecutione contra myſticam Ieroſolymam (id eſt, contra Eccleſiam Chriſtianam, quæ nomine Arielis indigitatur) ab omnibus Gentibus excitanda. Apponitur admirabilis perſecutionis finis, exaltatio nimirum Chriſtianæ Eccleſiæ & Iudæorum reprobatio.

Cap. 30. & 31. Sub comparatione Iudæorum in Ægyptiorum fauore confidentium de Iudæis agitur ſuis lege templo & Repub. fretis, atque ob id cauſæ Euangelio reſiſtentibus: de eorum item ærumnis, ac de patientia Dei illorum conuerſionem expectantis: ad hæc, de felicitate veræ Ieroſolymæ; ac de Gentibus ab illa triumpharis, de Romanis præſertim, qui nomine Aſſur intelliguntur.

Cap. 32. Exaltatio myſticæ Ieroſolymæ, ruina terrenæ, reprobatis Iudæis, Gentibus electis.

Cap. 33. Triumphus Eccleſiæ Chriſtianæ de Roma ethnica: myſticæ Ieroſolymæ, id eſt, Romæ fidelis felicitas, & ſempiternus Dei cultus.

Cap. 34. Myſtica Dei ira contra gentes, maxime contra Romam ethnicam (nominantur Boſra) & æterna eius deſtructio.

Cap. 35. Felicitas fidelis Romæ ſub figura nouæ Ieroſolymæ in deſerto fundatæ.

Cap. 36. & 37. Hiſtoria ſuperbiæ Sẽnacherib & miniſtrorum eius contra Ieroſolymam pugnantium, & pœnæ, quas Omnipotenti dederunt; omnino vt ſignificaretur, de cœlo pugnandum ſimiliter contra ſuperbiam Romanorum Eccleſiam Chriſti oppugnantium. Porrò de vindicta myſtica, hoc eſt de ira nouiſſima ſermo eſt.

Cap. 38. Hiſtoria morbi Ezechiæ lethalis, & ſanationis miraculoſæ, eo ſpectantis, nimirum, vt adumbraretur, ſimiliter populo fideli euenturum, in maximis perſecutionis diſcriminibus, quæ diuina potentia erat mirabiliter euaſurus. B

Cap. 39. Atque vt populus fidelis (de quo ſub perſona Ezechiæ agebatur) non accipiatur carnaliter, de populo nempe Iudaico, adiicitur prophetia altera Ezechiæ denunciata, ſub qua intelligebatur, vniuerſa quæ Ieroſolyma pretioſa habebat, verum ſcilicet Dei cultum, veram ſapientiam, Pontificatum ſummum & cætera ad Babylonem myſticam fore transferenda.

Cap. 40. Mirabilis Gentium conuerſio, verus Dei cultus poſt Eccleſiæ primitiuæ perſecutionem.

Cap. 41. Mira efficacia Dei, & Chriſti eius in Gentibus ad fidem ſacram perductis: conſideratio præterea ſtatus earum miſeri præcedentis; vt conſtaret videlicet, neque merita, neque cõſilia ipſarum contuliſſe aliquid ad gratiam & vocationem Dei. C

Cap. 42. Propter Chriſti merita Gentes à Deo vocatas fuiſſe Iudæis reprobatis.

Cap. 43. Eximia Dei prouidentia & fauor erga nouum Iſraëlem ex Gentibus, abſque vllis tamen præcedentibus meritis, in locum reprobati Iſraëlis carnalis electum; ac de Occidentali Babylone myſticè inuadenda.

Cap. 44. Ingens Eccleſiæ ex Gentibus, reprobato Iſraële, multiplicatio, ac de immani diſcrimine inter idola priſca amota, & verum numen ſuſceptum. Et iterum de Babylonis Occidentalis inuaſione, ſicut in inuaſione per Cyrum exſiccato Euphrate Babylonis antiquæ figurandum erat. D

Cap. 45. Cyrum futurum eſſe figuram Chriſti: eáque Cyri prædictione illós qui idola colebant, à quibus futura prædici nequirent, pudore completum iri. Veri autem Cyri, Chriſti D. ſcilicet opera Gẽtes ad verum Deum, reprobatis Iudæis, pertrahendas.

Cap. 46. Sub comparatione idolorum Babylonis, de quibus triumphaturus erat Cyrus, initur ſermo de idololatria per Chriſti virtutem ab orbe releganda, Roma ſcilicet fidei Chriſtianæ ſubiecta. Gentes dein admonentur, vt ab idolorum ſeruitute liberatæ expendant diuini beneficij magnitudinẽ, & operibus ſe veri Dei cultores oſtendãt.

Cap. 47. Sub comparatione vindictæ de Babylone, quæ oppreſſura erat tyrannide Iudæos à Deo repetendæ, de myſtica altera fit ſermo, quam Deus de Roma ethnica multò poſt ſumpturus erat; illique inſultatur quam elegantiſſimè. E

Cap. 48. Erga Hebræos quoque rebelles Deum tempore legis Gratiæ eximia patientiæ & benignitatis documenta exhibiturum: illis vtique inuitandis, vt captiuitati Diaboli figuratæ per Babylonicam ſe ſubtraherent, confugientes videlicet ad Chriſtum, myſtici gratiam Cyri agnoſcentes & recipientes.

Chriſtus

Digitized by Google

Cap. 49. Chriſtus Dominus(is nominatur Iſraël)teſtificans inducitur,ſe primum ad ſaluandos Iſraëlitas à Deo fuiſſe miſſum: eorum verò pertinaciam in cauſa fuiſſe,vt ipſe ad Gentes ſe conuertiſſet,extitiſſeque ea ratione filios Eccleſiæ innumerabiles, & Eccleſiam valde à Deo protectam.

Cap. 50. Cauſam reprobationis Iudæorum docet Chriſtus, illam quam iuſtiſſimam fuiſſe demonſtrans.

Cap. 51. Introducitur Deus primitiuam Eccleſiam conſolans filiorum innumerabilium ſpe: atque illa etiam in mediis ſe procellis Dei implorato fauore conſolatur: ab eoque felicitatem ingentem & ſpiritualis Ieroſolymæ reædificationem ſibi pollicetur.

Cap. 52. Conſilium Dei fuiſſe, vt Eccleſia Chriſtiana magnopere primum affligeretur cum à Iudæis, tum à Gentibus per Ægyptum & Aſſur ſignificatis;deinde verò ſumma pace ac proſperitate perfrueretur: ad Chriſti ſcilicet imitationem, qui primum depreſſus fuit vehementer; at poſt glorioſiſſimè triumphat.

Cap. 53. Immenſa paſſionis Chriſti magnitudo: eius paſſionis vera cauſſa,fructus eximius.

Cap. 54. Conſimiliter ſperandum Eccleſiæ in mediis perſecutionum fluctibus egregiam inde ipſius gloriam ac tranquillitatem extituram.

Cap. 55. Ad id verò conſequendum viam, ac rationem eſſe ingentem confidentiam in Deum,ac de flagitiis admiſſis pœnitentiam. Enim verò Dei conſilium eſſe,vt per afflictiones excoquatur Eccleſia, ac de ærumnis per captiuitatem Babylonicam adumbratis egrediatur glorioſior.

Cap. 56. Iuſtè ac piè viuentibus prope eſſe ſalutem Domini: neque ſperandos eſſe aduenarum filios ab indigenis in Eccleſia Chriſtiana: in qua ingens tum martyrum, tum virginum numerus futurus eſſet. Quòd verò Iudæi fuerint reprobati, id eorum ſceleribus accidiſſe.

Cap. 57. Reditur ad eos quos ſæua perſecutionis tempeſtas ſuſtuliſſet: agitur & de illorum præmio,& de perſequentium ſupplicio.

Cap. 58. Fit ſatis conquerentibus Iudæis, cur obſeruatione legum ac ieiuniorum nihil proficiant,vt reſpiciantur à Deo.

Cap. 59. Reprobationis Iudæorum cauſam fuiſſe eorum peccata:propterea ſe ad Gentes Deum conuertiſſe,nouo cum illis vindictę genere vtendo:deſtructis ſcilicet earum peccatis, & ipſis Gentibus in locum Iudæorum ſuffectis:ac tum eum ſpirituali Sione, & ſpiritualibus item Abrahæ filiis ſempiternum Dei fœdus ſtabilitum eſſe.

Cap. 60. Admirandum ex prædicto fœdere magnitudinem ac gloriã Ieroſolymæ,id eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ prouenturam.Sermo autem eſt non ſolum de ſplendore & gloria,quam erat in terris habitura,ſed etiam in patria cœleſti.

Cap. 61. Prædictam felicitatem à Chriſto eſſe annunciandam & afferendam, quippe Spiritum S. qui beatos facit homines in terris communicaturo.

Cap. 62. Cur in Chriſtum ferrentur prophetarum vota, quod eo adueniente ingens,& æterna futura fuiſſet Eccleſiæ felicitas.

Cap. 63. Chriſtus autem per necem à Iudæis importatam redempturus erat humanum genus. Id quod ſub figura veſtis in prælio cum Idumæis inquinatæ prophericè annunciatur. Expenditur ad hæc magnitudo triumphi, quem Chriſtus de ſuis retuexit inimicis:renouatio præterea miraculorum, quæ, cum Dominus Iſraëlem ex Ægypto extraxit,patrata ſunt. Deploratur item reprobatio populi Iudaici.

Iterum de magnitudine facinoris à Chriſto D. exequendi,ac de ſecreto Dei conſilio,& reprobatione populi Iudaici, vaſtationeque Ieroſolymæ per Titum. Cap. 64.

De vocatione Gentium ac de reprobatione & myſtica idololatria populi Iudaici:reliquias tamẽ eius populi ſaluaturum Deum, ac de harum felicitate,paceque admirabili. Cap. 65.

Iterum de reprobatione populi Iudaici,& conſolatione ingenti myſticæ Ieroſolymæ ex admiranda filij maſculi,filiorumque aliorum innumerabilium procreatione,id eſt, ex conuerſione Romæ & Gentium:atque in hac oſtendendam iram Dei myſticam cum ſumma & Eccleſię Dei felicitate;& Iſraëlis reprobati miſeria.Et notandum ad verſ. 6. & 7. prophetiam de vocatione Gentium proponi tanquam vocem Domini retribuentis retributionem inimicis ſuis, quod hæc vocatio populi Iudaici reprobationi annexa foret. Cap. 66.

Ad Prophetam Ieremiam.

Non licuit auctori dare nobis in hunc Prophetam poſteriores curas. Breues ille quidem dictauit quondam, cùm ſcholas haberet, in omnes Ieremiæ pophetias,commentarios.Quos cum aliis in Oſee, in Prouerb. in aliquot Euangelij Ioannis capita,& epiſt. Pauli ad Romanos, propter nobiliſſimam, quam ſemper tenuit Ludouicus, explicandi rationem, efflagitant viri aliquot limatioris iudicij in commune proponi.Fortaſſe fiet ſatis illorum votis. Nunc verò, nè ſolus Ieremias è Prophetis maioribus,relinquatur ſine linea,celebrem illius locum è cap. 31. *Femina circumdabit virum*,exhibemus.Piam enim æquè atque elegantem inuenit explicationem Ludouicus, quam & in Apoc.& in Cant.intulit non ſemel.hic ex ſerie capitis & proprietate verborum ſeriò adſtruetur.

Quid ſignificet Ierem. 31. 22. *Femina circumdabit virum.*

Argumentum capitis 31.cum argumento capitis ſuperioris cõtinuatur.eius ſumma eſt,progreſſus illius deſcriptio,quę Chriſtiana Eccleſia poſt ingentes perſecutionum & anguſtiarum procellis eſſet habitura.Idque ſub comparatione liberationis à captiuitate Iudęis Dei beneficio conceſſę. *Summa capitis.*

Iſraël quocum loquitur Deus v. 1. idem planè ſignificat quod in cap. ſuperiore,Eccleſiam nimirum Chriſtianam. Id patet ex continuatione capitis vtriuſque. Propterea dicitur initio huius cap. 31. *In tempore illo dicit Dominus*,&c. Argumẽto deinde ſunt manifeſto illa verſ. 33. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Quod itaque dicit Propheta v. 2. populum, qui remanſerat à gladio, inueniſſe gratiam in deſerto, ſignificat omnino, Eccleſiam Chriſtianam poſt illam, quam in ſpirituali deſerto ſuſtulerat perſecutionem immaniſſimam gladij, adeóque vaſtationem vehementem, expertam fuiſſe præſentiſſimum ſuperni numinis auxilium:vel, in eo etiam deſerto exilij & fugæ,quam ea crudeli tempeſtate ſuſcipere cogebantur fideles. Quod additur hoc ſecundo verſu: *Vadet ad requiem ſuam Iſraël*,conuenienter ſuperioribus eſt: qui agebant diſperſi hac illac, vitæ ſuæ quietæ ac tranquillæ reſtituentur. *Verſ. 1.* *Iſraël pro Chriſtiana Eccleſia.* *Verſ. 2.* *Sacrorũ Deo quàm pauberum.*

Longe

Digitized by Google

Dialogus inter Eccleſiā & Deum.

3. *Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate* A *perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miſerans.* Liquet hunc dialogum eſſe inter Eccleſiam, & Deum. At quid ea ſignificat, inquiens: Longè ſibi Dominum apparuiſſe? Sanè, vt ego quidem ſentio, aliquot ſe beneuolentiæ indicia poſt horribilem perſecutionem à Deo accepiſſe. q. d. Eminus quidem, ſed Deum mihi iam videre videor. A me receſſerat, ſeu abſconderat ille ſe, dum ego opprimebar. Sed appetit iam à tempeſtate ſerenitas, affulget tranquillitatis ſpes. longo quamlibet interuallo reuenientem diſpicio. Ad hæc tamen Deus perpetua ſe dilectione proſecutum Eccleſiam confirmat, ab eáque minimè diſceſſiſſe Eccleſiam, quin verò per flagitia multorum feciſſe ab eo diſceſſionem, atque ex intima Dei ipſius erga illam charitate B ortum eſſe, vt eam perſecutionibus & ærumnis exerceri ſiuiſſet Deus, quo vel ſic ad eum redire ipſa quodámodo cogeretur, quaſi dicat Deus: Ego quidem à te diſceſſi nunquam: à me quin potius ipſa diſceſſiſti. Te ego ſic amaui, vt ad me reuerti coëgerim, tui me deſerentis miſertus. atque ideo factum, vt te calamitatibus exercerem, quo te illæ ad me reducerēt, ac reductá vlnis obuiis exciperē.

4. *Rurſumq́; ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſraël.* Non eſt cauſæ, cur magnopere doleas ob ea, quorum in hac procella feciſti iacturam: erunt illa tibi omnia ſarta tecta, reſtituam & cum fœnore quæ perdidiſti. Agit porrò Deus cum Eccleſia, & quaſi cum vrbe, & quaſi cum ſponſa. Hæc enim vtraque metaphora in huiuſmodi ſermone coniungi C ſolet. quale illud Eccleſiaſtici hymni: *Vrbs Ieruſalem beata.* & ſtatim: *Præparata vt ſponſata.* ex Apocalypſi nimirum, vbi cum fuiſſet dictum cap. 21. 9. *Veni, & oſtendam tibi ſponſam, & vxorem agni,* additur verſ. 10. *Et oſtendit mihi ciuitatem.*

Appellatio vrbis & ſponſe in Eccleſiam.

Neque mirum eſt has duas metaphoras commiſceri: accommodat enim ſe ſacra Scriptura noſtræ loquendi conſuetudini, qua nos ſolemus reſpublicas & quaſi vrbes, & quaſi matronas ſignificare. Hæc præterea coniunctio metaphoræ vrbis facit, vt in altera ſponſæ metaphora carnale nihil ſuſpicemur. Quòd verò Eccleſia & virgo & ſponſa indigitetur, hoc ſcilicet habet ſignificationis, quod ſit matrimonium in cœlis conſummandum; interim autem haberi potius promiſſiones, quàm D fruitionem Dei.

Addit Deus: *Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.* id eſt: Nec crede lætitias tibi iam & hilaritates ſic abiiſſe, vt nunquam ſint reditura. Quamuis enim tantiſper dum viget perſecutio, ab huiuſcemodi aliena maximè videaris; ſed illas repetes ac cum fœnore quidem.

5. *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ.* Quoad oppreſſio durat, deſtructæ prorſus videbuntur tuæ vineæ ſic, vt nihil ſuperſit omnino, vnde vinum, quod cordibus iucunditatem apportat, haberi queat. Sed tamen & vites panges, & ex illis maturum fructum decerpes, vt ſignificetur tempus ei reſtituendum, in quo cum alacritate ſe accingat operi, & fructus maturitatem ſecure E operiatur.

Plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt. q. d. non vt alias fructus ad maturitatem non pertinget, (*no ſe ira en agraz*) nec fiet intempeſtiuè vindemia ſic, vt vinum peſſum eat.

Samaria mōtes pro vberibus.

Quod vero dicitur de plantatione in montibus Samariæ vel Ephraim, (vt mox) perinde eſt ac in iugis ac terrenis fertilibus. Nam licèt cum Eccleſia Chriſtiana ſermo ſit, ſed cùm illa appelletur Iſraël, conſequens fuit, ea deſignare loca, in quibus vineas optimas habebant Iſraëlitæ. Illud deinde poſitum, cum tympanis copulatum vinum. Etenim duo ſunt muſica & vinum, quæ lætificant humanum cor.

Tympanorū & vini apta coniunctio.

6. *Quia erit dies, in qua clamabunt cuſtodes in monte Ephraim: Surgite & aſcendamus in Sion ad Dominum Deum noſtrum.* Cauſale aduerbium *quia* deſignat præfatam lætitiam tympanis, choris & legitima vindemia ſignificatam ex eo fore orituram, quod ſequenti verſu continetur, in quo ſtudium & ardor veræ religionis exprimitur. Enim verò ſi cuſtodes montium Eccleſiæ, id eſt qui in ea præſulum munere funguntur, concionatores, principes, atque ij denique omnes, quorum partes ſunt quaſi ſpeculatores eſſe, reliquis præeant ad veram religionem; tunc certè Eccleſia ex victoria de ſuis hoſtibus ingenti lætitia perfundetur. Porrò Deum eſſe, à quo primum eiuſmodi ſtudium excitetur, ſeries indicat manifeſtè, cum proponit principes aut cuſtodes inflammandos eſſe & operi accingendos. habet enim,

Quāti ſit ſuperiorū exēplum.

7. *Quia hæc dicit Dominus: Exultate in lætitia Iacob.* q. d. ex cœleſti beneplacito ac virtute eorum exiſtere alacritatem; neque ab alio niſi à Domino Eccleſiæ principes excitare. Adiicitur: *Et hinnite contra caput Gentium: perſonate, & canite, & dicite: Salua Domine populum tuum reliquias Iſraël.* Vbi notanda phraſis: Hinnire contra caput Gentium, ea quidem ſignificantiſſima, ex equorum ſcilicet imitatione, qui ad belli ſignum hinnitu ſe efferunt acerrimi ad congreſſum. Sic ergo dicuntur Principes Eccleſiæ ſumma alacritate quaſi ſigno aliquo ad confligendum commoti ſuos hoſtes Dei inuocato nomine adorturi, inclamantes videlicet: *Salua Domine populum tuum reliquias Iſraël.* Exere dextram, ſaluti conſule vnicus ſoter tuæ Eccleſiæ, ſic vtique acciſæ, vt iam vix in illa, niſi fidelium reliquiæ ſupereſſe videantur.

Hinnire quid in hoc loco.

8. *Ecce adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & pariens ſimul, cœtus magnus reuertentium huc.* Hæc, quod verba ſonare videntur, nequeunt, vt conſtat, de decem tribubus intelligi. Quare per harum tribuum congregationem ea altera ſpiritualis eſt ad literam capienda, quam ex diſperſa ac lacerata Eccleſia ad vnam fidem ac religionem veram perficit Deus, nimirum poſt ſchiſmata, hæreſes, & grauiſſimas alias oppreſſiones. Quod verò affirmatur de cæco & claudo, prægnante & pariente, eò ſpectat, vt ſignificentur eodem concordiæ ac veræ religionis beneficio illi perfruituri etiam, qui maximè rebus aliis videbantur implicati: Deo nimirum ad miraculum vſque rem adiuuante ac prouehente.

Decē tribus ſpiritualiter accipienda.

Claudus & cæcus, quid.

In fletu venient. quem vel cieat vera pœnitentia, vel interius gaudium. Hanc porro viam non facilem futuram modò, ſed verò, quoniam Deus feliciter omnia diſponet, ſuauem quoque ac iucundā, hæc ſignificant: *Et in miſericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarū in via recta, & non impingent in ea.* Cuius tantæ benignitatis apponitur efficax cauſa: *Quia factus ſū Iſraëli pater, & Ephraim primogenitus meus eſt.* Ex quibus primò perſpicitur per Iſraëlē & Ephraim Eccleſiā Chriſtianā ſignificari. Deinde populum eundē vtroque hoc nomine denotatum. Sed cur Ephraim primogenitus nominetur, optimè ad hunc locum explicuit Capella.

Per Iſraël & Ephraim qui intelligendi.

Verſ. 10. 11. 12. 13. 14. præfatæ felicitatis continent admirabilem hypotypoſin.

Digitized by Google

15. *Hæc dicit Dominus : Vox in excelſo audita eſt lamentationis , luctus , & fletus Rachel plorantis filios ſuos , & nolentis conſolari ſuper eis , quia non ſunt.* Ex Euangeliſtæ auctoritate Matth. 2. cui refragrari non licet , habent hæc de nece infantium Bethlemiticorum ab Herode patrata explicationem: verùm ad hanc tantùm calamitatem adſtringi præſentem locum , neceſſe eſſe , haud equidem ita reor. Etenim rectè potuit affirmare Euangeliſta , impletum in illa prima Eccleſiæ perſecutione illud fuiſſe , quod vniuerſum de Eccleſiæ perſecutionibus ſcriptum erat. Quare multo erit faciliùs eam expedire difficultatem , quæ ex nomine Rachelis exiſtit. Neque verò in eo ſatis acquieſcit animus , ideo internecionem filiorum ſuorum dici deplorare Rachelem , quòd ea in Bethleem ſepulta fuerit. Aptius profectò eſt & expeditius per Rachelem accipi Chriſtianam Eccleſiam ; quippe quæ ætate poſterior ſit, quam Synagoga , ſed verò pulchritudine ſine controuerſia prior.

Rachel pro Eccleſia Chriſtiana.

Sed cur repentè triſtia miſcentur lætis ? Quia ingens Eccleſiæ gaudium de Chriſti natiuitate conceptum nex illa infantium importuna interpellauit. Sed ad inſtitutum, de latiſſima poſt perſecutiones quiete,ſermonem reſpódeo generalius: quoniam is , qui ſuccedentem aduerſitati proſperitatem deſcribit , aptiſſimè reſpectat , & repetit præteritas anguſtias : nòn quod ſignificet has redituras iterum ; ſed vt intelligatur melius , quàm grata ſit ſerenitas poſt tempeſtatem horribilem.

Iuuans aduerſorum in proſperitate mentio.

16. *Quieſcat vox tua à ploratu,& oculi tui à lacrymis:quia eſt merces operi tuo, ait Dominus.* Opus Eccleſiæ nominatur aptiſſimè, ſiue ingens patientia illa , quam inter acerbiſſimas perſecutiones exhibuit : ſiue exprompta oblatio , qua ſuos filios necibus horrendis Chriſti cauſa ſubeundis deuouit. Etenim Eccleſiæ opus compellatur ſuo merito martyrium , quod fecerunt ipſius filij. hi enim veluti membra ſunt corporis Eccleſiæ. atque ipſa in Martyribus effundere videtur ſuum ſanguinem , quem Deus beneficiis cumulatiſſimè compenſat In iis , quæ ſequuntur : *& reuertentur de terra inimici*, alluſio fit ad Iudæos in captiuitatem Babylonicam abductos. q.d.eos, qui Babylonem, id eſt ad vincula & mortes pertrahuntur,de ea regione,in qua dominatur inimica mors,ad amicam vitam,ſiue ad terram viuentium certiſſimè reuerſuros. Quo facit illud Pſalmi : *Euntes ibant,& flebant : venientes autem venient cum exultatione.*

Opus Eccleſiæ patientia & Martyres.

17. *Et eſt ſpes nouiſſimis tuis,ait Dominus:& reuertentur filij ad terminos ſuos.*q.d. Eſt quòd ſperes poſteriora omnia læta atque tranquilla.

18. *Audiens audiui Ephraim tranſmigrantem.* Iam ſuperiùs admonui per Ephraim intelligi meritò Eccleſiam Chriſtianam. cuius perſecutiones ideo ſignificantur deſignata trāſmigratione Ephraim, quia calamitatibus,quas ſuſtinuit populus Iſraëliticus,locutio accommodatur. Iam tranſmigrans Ephraim idem eſt, ac dum tranſmigrabat, in ipſo exilio ac perſecutione. atque is vſus huius participij frequens eſt.

Illud porrò eſt quod dicebat : *Caſtigaſti me , & eruditus ſum.* Quod ſequitur : *Quaſi iuuenculus indomitus*, ſi adiungas ſupplicio & eruditioni, ſignificabit : qui antea iuuenculi inſtar indomiti efferus eram, caſtigatione coërcitus ſum. Sed meliùs ita ſeorſum accipiatur : atqui hac ratione edomantur petulantes iuuenci : ſic iugo ſummittunt erectas ceruices. Quæ ſequuntur : *Conuerte me, & conuertar : quia tu Dominus Deus meus.* verba ſunt ex animo exoptantis Eccleſiæ ſuam ad Deum conuerſionem, & reſtaurationem morum , adeóque auxilium efficaciſſimum eā causā efflagitantis. Agnoſcit verò ſe exauditam,atque ex illo Dei auxilio eam,quam pœnitentiam agebat, ortam eſſe, atque indidem ſibi affulſiſſe lucem , vt flagitia agnoſceret , pudoréque ac deteſtatione proſequeretur. quod ſignificat, adiiciens:

A cognitione ſui incipitur reſtauratio hominis.

19. *Poſtquam enim conuertiſti me,egi pœnitentiam: & poſtquam oſtendiſti mihi , percuſſi femur meum.* (percuſſio femoris geſtus eſt hominis erratum ſuum cum pœnitentia agnoſcentis) *confuſus ſum & erubui , quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.* Quas in perſecutione acerbiſſima opprobrationes ſuſtinebat , iis ſeſe obnoxiam reddidiſſe ignorante , vana & proterua iuuentute , ingenuè confitetur.

Femur percutere quid.

20. *Si filius honorabilis mihi Ephraim , ſi puer delicatus.* Verba Dei ſunt , qui quaſi Eccleſiæ lacrymis commoueatur,atque ex eius calamitate commiſeratione vehementer afficiatur , ſic loquitur: *ſi filius honorabilis mihi Ephraim.*hoc eſt:Illum æſtimo quaſi natum chariſſimum videlicet.Hiſpanicè efferes, *Mira ſi lo eſtimo como a hijo muy amado.* Si puer delicatus. Vt illi dolenti quaſi tenello puero condoleo ! *Mira ſi me compadeſco de ſu dolor como de hijo tierno. Quia ex quo locutus ſum de eo , adhuc recordabor eius.* nimirum ex hora illa , qua illum punitioni permittere,certus fui ; eius imago mihi nunquam non recurſat. Omnino vt loqui videatur matris more amantiſſimæ , quæ puellum paruulum , eúmque vnicè dilectum verberari iuſſit à pædagogo.Sed enim tantopere afficitur interea,vt ex ea iuſſione reſtet maximè ſollicita,ſicque interius commota,vt ſibi haudquaquam liceat mētem & cogitationem à pueri fletu ac dolore ſeuocare.

Qui ſe gerat Deus in puniendis ſuis.

21. *Statue tibi ſpeculam,* vnde tua infortunia deſpicias ac contempleris. *Pone tibi amaritudines*; ac de ſceleribus cognitis dolore cordis intimo compungere. *Dirige cor tuum in viam rectam,in qua ambulaſti* : id eſt, in vitam priorem.q.d.cor tuum reuocare ac reformare ad mores priſtinos quàm maximè contende.felici illi Eccleſiæ primitiuæ tempori te reſtitue. *Reuertere virgo Iſraël, reuertere ad ciuitates tuas iſtas.* Hoc eſt, ac tunc equidem antiquam tibi faciem ac ſpeciem,illámque in qua degebas ſecuritatem, reſtaurabo.

Ratio reuertēdi ad Deū.

22. *Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga ? quia creauit Dominus nouum ſuper terram : Femina circumdabit virum.* Propter verba hæc caput hoc à capite ipſo contexuimus , ea ergo ſeriò diſcutiemus. Ex quibus Doctores aliquot ex ſcholaſticis præcipuè adſtruunt Chriſtum D. ab ipſo incarnationis inſtanti rationis vſu perfectè , perfectáque intelligentia fuiſſe functum.ſic accipiunt : *Femina circumdabit virum* , Chriſtum videlicet abſolutè virum ; non vtique ætate , ſed ſapientia. Sic exponit in hoc cap. S. Hieron. ídque homil. 1. ſuper Miſſus eſt. S. Bernard. perſequitur eleganter. Quòd ſi in hac explicatione nexum cum ſuperioribus quæras,reſpondetur,Eccleſiam ad pœnitentiam inuitari , ac conſequenter infrænari efficaciſſimè licentiam morum , & à flagiriis ex eo validiſſimè abſterreri , quòd nouo eóque tam prodigioſo Incarnationis beneficio ad id fuerit obſtricta , atque etiam vt terreſtres dein curas penitus abiiciat.

Explicatio de Chriſti D. incarnatione abſtruitur.

Scio hanc interpretationem illis minimè ſapere , qui palatum habent Rabbinorum commentis aſſuetum.

Rabbinorum ſenſus.

Digitized by Google

A ... aſſuetum. Placet tamen iſtis ea phraſi: *Femina circumdabit virum*, indicari feminæ amorem virum depereuntis, ita vt *circumdare* ſit quod noſtratibus *Rondar le*, idque meritò rem nouam appellari. Eſt enim in more poſitum, & ab ipſamet natura acceptum, à viris feminas eâ ratione ambiri, non contrà à feminis viros. Si fuiſſet probanda hæc interpretatio, equidem per illam metaphoram intelligerem, nouam de cœlis charitatem Chriſtianæ Eccleſiæ promitti, indéque excitari illam ad nouos & cœleſtes mores induendos, exuendóſque veteres liberiores: quod futurum certè fuiſſet, vt ea deinceps nouo cœlitus ardore tacta virum, id eſt, ſupremum Dominum ardenter expeteret, cuius illa circumiret fores & pulſaret aſſiduè; neque tamen dilectum, vt ea ſic ſuperiorem vtique lueret deſidiam, ita facilè inueniret.

Trahitur ad veram intelligentiam.

B Alij tamen ſunt, quibus placet, hac locutione, *femina circumdabit virum*, comminationem illi ſimilem afferri, quam Iſai. cap. 4. ibi, *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum*, denunciat. quaſi ſignificetur, feminas difficilè ſibi maritos reperturas, quippe maribus bellorum ſtrage conſumptis. Verùm haud puto conuenire in contextum hæc interpretamenta, & quia de Eccleſia Chriſtiana ſermo eſt, atque etiam quia quod ſtatim adiungitur, affert potius magnam gentis multiplicationem. Accedit, in eo minimè quid portentoſum ac ſupra naturam reperiri, quòd femina, vt iſti exponunt, C circumdet virum. Neque enim miraculum eſt, aut quid inauditum, ſiue quòd virum ambiat & ſollicitet femina, ſiue quòd bello mares abſumantur. Atqui ſeries rem exigit, quæ naturæ fines prorſus egrediatur, adeóque effici queat dumtaxat à Deo, cùm dicatur: *Creauit Deus nouum ſuper terram.*

Sed abſolutè improbatur.

Propter hæc ea interpretatio, quæ eſt de Chriſti D. incarnatione, præſtat hauddubiè. At ſi de Eccleſia Chriſtiana, vt diximus, in hoc cap. ſermo eſt, quæ ortum ſuum habuit poſt Incarnationem, de ea qua ratione per futurum dicatur: *Femina circumdabit virum?* Verùm hoc parum difficultatis, cùm ſatis indicet Propheta, non iubere ſe, vt Eccleſia Chriſti ſperet, ſed potiùs vt perfruatur, cùm per præteritum dicat: *Creauit Dominus*, &c. Nam D quòd adiiciat: *Femina circumdabit virum*, cauſa eſt tempus, cùm hoc vaticinatur, multo ſcilicet ante id myſterium. Quaſi dixiſſet: Fruatur quidē Chriſtiana Eccleſia ingenti illo beneficio, quod deſignauit Deus, illi cupiens quàm amantiſſimè: eſt autem hoc Incarnationis admirabile myſterium, quod ille mille abhinc annos perficiet. Atque hæc explicatio ad temporum futuri pro præterito commutationem confugere, non eget.

Cohæret de Incarnatione ſenſus cum explicatione vaticinij de Eccleſia.

Sed adiiciam demum explicationem aliam, in qua ſumatur commodiſſimè prior pars *creauit Dominus* per præteritum clara, & altera, *Fœmina circumdabit virum*, per futurum. ea eſt de ſacro Altaris E myſterio: in quo perfecit iam Deus rem non nouam modò, atque omnino admirabilem, ſed etiam mirabilium ſuorum memoriam, ſeu memoriale. Vnde exiſtit, vt poſſit iam fœmina circumdare virum: id eſt, vt poſſit ſponſa Chriſti quæcumque intra pectus recondere virum ſuum: virum, inquā, non tantum ſapientia, ſed ætate quoque prorſus perfectum: ſuum deinde virum, id eſt, chariſſimum ſponſum. Quo incitamento nullum eſt aliud ad eam, quam premit Propheta, exhortationem potentius.

Exponitur item de ſacra Euchariſtia.

Ea igitur fœmina, de qua in hoc loco Ieremias, deſignat primùm Eccleſiam, quæ hîc inducitur, quod ſæpe aliàs fit, vt ſupremi Domini ſponſa. Atque in præſenti erat eum eâdem quaſi cum muliere ſermo, vt ex iis perſpicitur: *Vſquequo delicijs diſſolueris filia*, &c. Deinde quod ad Eccleſiam tanquam ad ſponſam ſpectat, ſpectat item ad ſingulas eiuſdem Eccleſiæ perſonas. nam ſingulas illius fideles animas ſibi Chriſtus deſponſauit in fide. Neque verò ſolùm circumdari rectè dicitur Chriſtus cū eum fideles in ſuū pectus concludunt; ſed verò circumdatur etiam quoad in Altaris Sacramento perſiſtit. Qua ratione verè ſemper nobiſcum eſt, & in medio noſtri vſque ad conſummationem ſæculi. Illum autem ſingularis perſona propriè circumdat, cùm ſacramentaliter recipit. Hæc magis ex verborum diſcuſſione aſtruemus.

Femina notat primum Eccleſiam.

Singulas etiā animas.

B *Vſquequo delicijs diſſolueris.* Illud eſt, quod animaduertatur, digniſſimum, vt per terreſtres delicias diſſoluitur ac diſtrahitur animus, ita contrahi illum ac colligi per cœleſtes. Atque eo facit quod ex Hebræo reddit Arias: *Vſquequo vertis te huc illuc?* Nec minoris eſt energiæ quod habet noſtra verſio, *filia vaga*. Quæ vox appoſite illorum animum exprimit, qui Deo non adhærent. iuxta illud S. Auguſt. *Creaſti nos Domine ad te: & inquietum eſt cor noſtrum donec perueniamus ad te.*

Cœleſtiū & terreſtrium deliciarum diſcrimen.

Quia creauit Dominus nouum ſuper terram. Nomen creatio nō eam in hoc loco, vt conſtat, actionem denotat, quæ rem ex nihilo producit. Verùm emphaſin habet egregiam: deſignat quippe fuiſſe C eiuſmodi hoc beneficium, quod non alia niſi infinita Dei potentia effectum dare poſſet. Præterea ſi illud moraliter reputetur, ſic quidem factum verè ex nihilo, id eſt nullis hominum præſtitutis meritis, nullam ad id facti nobis conferentibus vim; ſed Deo tantùm ex infinito ſuo theſauro illud depromente. Atque ita appoſitum illud *nouum* non deſignat modo nouitatem, ſed etiam beneficentiam prodigioſam.

Qui nā creata dicatur ſacra hoſtia?

Femina circumdabit virum. Sunt qui opponant, ne per hanc feminam ſignificetur B. Virgo, in eam minimè conuenire, quod præceſſit: *filia vaga*. Ridiculum id planè. Quaſi verò τὸ *filia vaga* de diuerſa femina quàm de Maria dictum eſſe ne- D quiret. Verùm quia in noſtra de ſacra Euchariſtia explicatione eadem Eccleſia per feminā & filiam vagam indicatur; inde eſt dubitatio, an hæc appellatio de illa poſſit capi, quæ alibi tota pulchra, aliiſque honorificentiſſimis nominibus compellatur. Cæterùm hæc non repugnant. nam hæc reſpublica in ſe conſiderata propter complurium, quos ipſa coërcet, flagitia commeritam ſæpe reprehēſionem ſubit, nunc Dei, nunc Prophetarum. Eadem autē conſiderata vt ablura eſt Chriſti ſanguine, legibúſq; & ſacramentis ſanctiſſimis ornata optimo, merito poteſt pulcherrima nominari.

Qui nūc vaga filia quæ alias tota pulchra vocatur?

At propter proprietatem tum temporis, tum vocis *circumdabit*, aduertendum familiare eſſe, vt E futurum ſeruiat pro modo potentiali. Vt cùm dicitur: Iſtud iam faciet quicumque, id eſt, poterit facere. De verbi verò *circumdo* ſignificatione dicat quis nullum eſſe indicium, vt id ad myſterium trahatur ſiue Incarnationis, ſiue Euchariſtiæ: quod eius acceptio alibi obuia ſit paſſim in ſenſu ſimplici, non autem in hoc arcano. Nam *circumdare* vſurpatur aliquando aut pro complecti, amplexari: aut, quod eſt frequentius, pro circumdeambulare. vt in Pſalm. *circumdabo altare tuum.* & in Cantic. *Surgam & circuibo ciuitatem.* Et quamuis in præſenti per *virum*, neceſſarium ſit intelligere Dominum; id tamen nihil vrget,

Futurum pro potentiali.

De ſignificatione verbi circumdo, obiectio dimouetur.

cum inueniatur alibi, & Eccleſiam circundari à Deo, per prouidentiam ſcilicet, & Deum ab Eccleſia per religionem & cultum circumdari. Vt cùm dicitur in Pſal. *Synagoga populorum circumdabit te.* Vt noſtrum, *Fœmina circumdabit virum*, ſenſus eiuſdem eſſe videatur. Verum aio omnino non eſſe. cogit enim contextus, vt verbum *circumdo* de re planè prodigioſa, & quæ Dei potentiam infinitam requirat, in præſentia exponatur. alioquin enim quorſum fuiſſet dictum: *Creauit Dominus nouum ſuper terram?* Affirmandum, patere latiùs verbi *circumdo* ſignificationem, atque hîc idem eſſe quod intra ſe continere, aut circumcirca tenere, ad eum modum, quo dicitur Ionæ 2. *Flumen circumdedit me*; id eſt, vndique cingor aquis & contegor.

Vir pro quo ſumatur ex Hebræo.

B Illud etiam notandum circa nomen *virum*, quem dicitur femina circumdatura, quod Hebraicè eſt גֶּבֶר ac propriè maritum denotat, eo quòd ipſe dominus ſit domus. Vnde non ſexum virilem vtcumque, nec ſolam item ſapientiæ perfectionem, ſed ætatem etiam & matrimonium videtur importare.

Septuag. lectio admodũ ſpecie diuerſa.

Ac denique circa hunc locum conſiderandum eſt, videri illum multo aliter à Sept. interpretibus intellectum. nam pro noſtris, *Femina circumdabit virum*, illi reddiderunt: *Circuibunt homines in ſalute.* Verùm huic etiam lectioni poſſe noſtram explicationem aptè accõmodari, ego quidem ſuſpicor. Nã in primis quod Sept. pro *femina* cõuerterint *homines*, ſi hi pro hominibus fidelibus, vt exigit cõtextus, accipiantur; tunc nõ ſolùm nihil inferunt alienũ, ſed rem magis explanãt. Deinde in circuire & circumdare diſcrimen non eſt. Ac præterea ſalutis nomen de Chriſto D. ſpeciatim ac propriè dici, perſpicuum eſt. Solùm reſtabat, vt in ſalute circumdare, ſit idem quod circumdare ſalutem. atqui hoc oſtendi alias ad Hebraiſmũ pertinere, in quo pro accuſatiuo ablatiuus præpoſitioni *in* adiũctus collocatur. quod notauit Gueuara ad illud Habac. 2. *Aſpicite in gentibus*. eſſéque eiuſdem guſtus in Pſal. 8 *Hereditabis in gentibus*, id eſt, gentes. & in Paul. ad Galat. 6. *Qui ſeminat in carne*. &c.

C

Sed enim quod præceſſit etiam eſt in Sept. diuerſum, habent enim: *Creauit Dominus ſalutem in plantationem*, pro noſtris: *Creauit Dominus nouum ſuper terram*. atqui tanti hæc diuerſitas ad indagandum arcani aliquid inuitat. Equidem totam hanc Sept. lectionem: *Creauit Dominus ſalutem in plantationem: circuibunt homines in ſalute*, ita reor commodè accipi poſſe. Salutem ſuam noua quadam & admirabili ratione Deus inſeuit, conſtituens nimirum ſacram Eucharistiam, per quam fidelis homo recipiat intra ſe ſalutem: ſicque ipſi in Chriſti D. viua ac vitali carne ſalus inſeratur. Vnde flores & fructus huius arboris non iam ex antiquo trunco, ſed quemadmodum in ſurculis inſertis fit, ex ſalute plantata proueniant. En igitur in noſtra interpretatione Septuag. tranſlationem cum Latina, quod erat maximè optandum, copulatam. cum alioqui videantur minimè poſſe coniungi. Quæ ſequuntur, conſonant huic intellectui. nam ſubdit Propheta,

Eadem etiã de Euchariſtia explicata Latinæ conformis.

D

E

Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. Quam vim habeat particula *adhuc*, expoſui verſ. 5. ſuperiore. Hæc capio vt epitheta ſeu elogia terræ, cui fauſta omnia ſint petenda, Chriſtianæ ſcilicet Eccleſiæ.

A q.d. Te ô ſolum promiſſionis germanum; vbi copioſè proueniunt pulcherrimi iuſtitiæ fructus, te ô mons ſanctitudinis ſublimis ſua Deus mactet benedictione. His ita conſtructis, fluunt optimè ſequentia.

24. *Et habitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ & minantes greges.* Quibus ſignificantur ſpirituales Iudæi in eo monte habitaturi. Qua verò ratione vitam illi inſtituant, illa oſtendunt, *Agricolæ, & minantes greges*. Hiſpanè, *Dando ſe a la labrança, y criança*. q.d. non otio & paupertate torpeſcent; induſtrij erunt quin potiùs, atque ita ſe & alios locupletantes: non oppreſſi metu, ſed quiete ac pace perfruentes. Prædictio ergo hæc eſt pacis ac proſperitatis ab Eccleſia nanciſcendæ. Illis enim qui bellis impetuntur, nec licet agros colere, nec greges paſcere. Hæc porrò agricultura ad eum peculiariter laborem referri poteſt, quem in ſuis agris, id eſt, animis ſuis excolendis ſinguli ponunt. Officium verò paſtorale ad eam curam, quæ reſpicit ſpirituale proximorum bonum.

Agricolæ & Paſtores ſpirituales.

25. *Quia inebriaui animam laſſam, & omnem animam eſurientem ſaturaui.*

26. *Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum: & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi.* Verſu hoc vtroque ſententia abſoluitur, pertinétque ad eandem perſonam hæc tria ebrietas, ſaturitas, & ſomnũ. Neque enim τὸ *inebriaui* ad aliorum ebrietatem referendum, ſed ad propriam ſuimet ſaturitatem, item & ſomnum. Sic enim hæc ordinanda: quia inebriaui animam, &c. ideo ſomnus meus, &c. q.d. Quia eſu me expleui potúque; ideo ſomnus meus dulcis mihi. Atque is horum eſt ſenſus: quia inebriaui animam laſſam, meam ſcilicet, & ſaturaui animam ſitientem omnem, id eſt totam. nam ita ſumi τὸ *omnis*, paſſim occurrit. Suſpicor autem verba hæc eſſe omnia ſpiritualis Iudæ, hoc eſt, populi fidelis, eius nimirum, qui modò colere agros & greges paſcere dictus eſt. Hic ergo cùm vires ſuas omnes & fructum ſui laboris prouenire cognoſceret ex ſanguine Chriſti D. ac carne, quibus ſe ſaginatum ſummopere experiebatur, eo myſterio vel in ſacra Euchariſtia, de qua proximè, vel per veram fidem communicato; idcirco gratulabundus inquit: *Quia inebriaui animam laſſam*, calice nimirum ſanguinis Dominici (vide inferius *inebriabo animam Sacerdotis*.) Et quia eiuſdem Chriſti carne ſatiaui totam meam animam, ideo de ſomno ſuſcitatus ſum, id eſt, propterea expergefactus ſum tam vegetus ac robuſtus, quaſi potens crapulatus à vino, & planè ſomno dulciſſimo potitus ſum. Porrò vel ſermo eſt de ſuauiſſimo contemplationis ſomno: aut etiam de perſecutionibus, quibus diuexata ac ferme iam conſumpta Eccleſia in dormientium modum, qui mortis imaginem repræſentant, proſtrata iacebat. Sed verò illi tantopere afflictæ eiuſmodi vires ſuggeſſit Chriſtus, vt grauiſſima quæque perſecutio dulciſſima illi fuerit, ex eáque velut ex crapula multo potentior exurrexerit.

Vigor & alacritas ex ſacra Euchariſtia.

In eas partes Ezechielis, quas reſpicit Apocalypſis.

De Ezechielis arcano in primis curru ad caput 1. & 10. huius Prophetæ.

Ex iis, quæ ad horum capitum planè difficillimorum explanationem ſpectant, multa iam Auctori

Digitized by Google

Auctori ad c.4.Apocal.v.6.7.& 8. dicta ſunt. quæ illinc hîc petere neceſſarium fuerit,petentur; ſed ſine legentium tædio : apponetur enim ſumma tantùm cum allegatione.

Collectio eorum quæ textus de animalibus & curru pronunciat.

De animalibus.

Facies.

Humana facies illis attribuitur.nã c.1.5.dicitur: *Similitudo hominis in eis.* (hoc latè expoſitum de humana totius corporis figura Apoc.4. v.6.commentario 1.ſect.2.§. Nihilominus) cap.1.10. *Similitudo vultus eorum : facies hominis.*

B Tribuitur iiſdem , *facies Aquilæ deſuper ipſorum quattuor.* cap.1.10. & cap.10. 14. *In quarto facies aquilæ.*

Facies leonis à dextris ipſorum quattuor , dicitur cap.1.10.& cap.10.14. *in tertio facies leonis.*

Denique,*Facies bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor,* cap.1.10. & cap.10.14. pro hac facie dicitur : *Facies vna facies Cherub.*

Quare dicitur cap.1. 6. *Quattuor facies vni* , & v.8. *Facies per quattuor partes habebant.* cap.10. 14. *Quattuor facies habebat vnum.* verſ. 21. *Quattuor vultus vni.*vbi Chald. *Erant cuique facies quaternæ.* Sic Pagn. & Vatab. *Facies eorum ad quattuor partes eorum erant.* Additur autem eo verſ.12. *Ipſum eſt animal quod vidi iuxta fluuium Chobar.*& v.22.*Et* C *ſimilitudo vultuum eorum , ipſi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar.* Dicuntur autem hæ facies cap.1,11. *extentæ deſuper.*

Pennæ.

Iunctæ erant pennæ eorum alterius ad alteram. c.1.9. Septuag. *Coniunctæ altera alteri.* verſ. 11. *Duæ pennæ ſingulorum iungebantur.* Septuag. *coniunctæ ad inuicem.* Chald. *vna è regione alterius.* &, *vna ex aduerſo alterius.* Pagn. *Duæ iunctæ vniuſcuiuſque.* ita Tigur. Vatab. *vnicuique erant duæ alæ correſpondentes vnaquaque ad alteram.* Eodem verſ.11. *Extentæ deſuper.* verſ. 23. *Pennæ eorum rectæ alterius ad alterum.* In eo etiam verſ.11. dicitur : *Duæ pennæ tegebant corpora eorum.*& verſ.23.*Vnumquodque duabus alis velabat corpus ſuum.*cap.1.6. *Quattuor pennæ vni.* & verſ. 8 dicuntur eſſe pennæ : *In quattuor partibus.* & , *Per quattuor partes.* cap.10. D 21. *Quattuor alæ vni.* Septuag. *octo alæ vni,* (ita habent Sixtiana Biblia , in Complut.autem : *Quattuor alæ* , vt in Vulg. tunc duæ erunt ad femora.) Ad hæc, Septuag.cap.1.7. pro illis, *Et planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli,*ſingulariter transferunt : *Et pennati pedes eorum.* atque ita eſt apud Dionyſ.de cœleſti Hier.cap.15.

Manus.

Manus quattuor tribuuntur vnicuique.*in quattuor partibus.* c.1.8. *Et ſubtus pennas eorum.* c.10.8. n.21.*ſub alis.*Septuag. *In quattuor partibus ipſorum.* Chald. *Ad quattuor latera eorum.* Vatab. *in quattuor quadraturis eorum.*

Pedes.

Pedes eorum recti. cap.1.7. Septuag. *Crura eorum recta.* ibidem, *Planta pedis quaſi planta pedis vituli.* Chald. *Quaſi planta pedum rotundorum.* Vatab. E *Pedes eorum , pes planus.* Sed Hebraicè eſt , quaſi planta pedis vituli.

De rotis.

Rota quattuor facies habebat. c.1. 15. *Et vna ſimilitudo ipſarum quattuor.* v.16. ſimiliter c.10.16. Chald. *Rota vna poſita erat ad quattuor facies eius. Rota in medio rotæ.* c.1.16. & c.10.10. Neque aliter A Septuag.Pagn.Vatab.*Omne corpus earum,& colla,& manus,& pennæ,& circuli plena erant oculis in circuitu quattuor rotarum.* c.10.12.& c.1.18. Situs rotarum iuxta animalia c.1.19.& c.10.9. & 16. ſubtus animalia c.10.2.& v.6. inter animalia.

De igne, & ſplendore, & prunario.

*In medio animalium ſplendor ignis , & de igne fulgur egrediens.*c.1.13.v.5. in medio ignis ſimilitudo quattuor animalium. atque hic ignis eſt, qui circumdabat currum. *Scintillæ quaſi aſpectus æris candentis* dicitur cap.1.7. Hoc autem erat in pedibus; neque verò ignis eſt, ſed ſplendor. At quid haberent facies,exponitur c.1.13. *Aſpectus eorum quaſi* B *carbonum ignis ardentium , & quaſi aſpectus lampadarum.* Et de eodem hoc ſplendore intelligenda ſunt verba illa c.1.13. *In medio animalium ſplendor ignis,& de igne fulgur egrediens.*Niſi pertineant hæc fortaſſe ad prunarium. Etenim prunarium quod ex cap.10.verſ.2.6. & 7. perſpicitur , ſubtus Cherubim erat, & inter Cherubim.

De ea , quam vidit Ezechiel , currus imagine.

Quadam generatim pro toto curru.

Ac primò hæc currus imago ſiue idea non ita à cõmuni curruum modo cogitanda eſt aliena, vt cum ſolo currus nomine relinquatur. Neque tamen alienum videatur alicui,vt inter hunc & vſi- C tatos currus diſcrimen aliquod interſit. Illud ſanè compertum , ipſa currus nomenclatura obligari nos,vt quoad fieri poſſit,cogitationem ad figuram currus antiquam adaptemus; neque plura , quàm quæ textus cogit,diſcrimina adhibeamus. Eſt hic Cherubinorũ currus,quia iſti pro bubus,ſeu equis præcedunt. Cherubinos ſequuntur rotæ:has interfertur currus ipſius pauimentum cryſtallinum illud , (quod appellatur firmamentum) altius aliquanto rotis & animalibus , ita vt hæc volare queant ſubtus,curru non attacto. atque ſupra firmamentum Princeps in ſuo throno,ſella nimirum curuli , ſeu auguſta. Cœlum autem ſiue tegimen non habet hic currus.niſi ſi iridem pro cœlo currui & throno ſeruientem cogitemus.

Venti & nubis actiones & inſtitutũ.

D Flamen illud turbulentum,de quo Vates cap.1.4.non ſic, quaſi flaret, currum concipiendum eſt; ſed currui potius & comitans , & ſeſe itineri , vt vt illud agit currus , attemperans. Neque enim impelllit currum , ſed vehit , quæ illum præcedit , nubem. Verum eſt tamen , quod , iter curru recta faciente , poſſunt tam ventus quàm nubes viæ comites moliri inter eumdum turbines, vt expeditionis huius terrorem ac ferociam obiectent animis. Concipi item poſſunt eamdem repræſentationem edentes , cùm ſubſiſtit currus, ſemper cum eodem curru ſiue ingredientes ſiue ſubſiſtentes. Vt canis videlicet, qui herum comitatur,& varios efficit gyros;neque ſubſiſtente hero,ille ſiſtit omnino,tametſi nihil procedit.Nubes E cogitanda eſt ex claritate & obſcuritate coaleſcẽs:illa enim atra cum ſit, eſt ſubinde interſecanda non fulguribus dumtaxat , ſed etiam igneis flammis. Neque tamen exiſtimanda eſt tota hæc ferocitatis repræſentatio ſemper comitari hunc currum,ſed tantùm cum bella denunciat.Propterea in cap. 43. vbi pacificus eſt neque ventus furens illi eſt adiungendus,neque obſcuritas. Adeſt quidem tunc nubes , ſed ſplendens & pulchra ſupra modum.

Digitized by Google

Cherubinorum deſcriptio. Cherubini quatuor omnino ſunt: neque verò illi ponendi bini, ſed ante currum omnes quattuor ſimul. Non illi trahebant rotas, ſed ducebant dumtaxat. neque enim aliter currum vehebant, quàm comitatum præſtantes eo in loco, quem ſolent tenere curules equi. propterea non ſunt ij concipiendi capitibus aut manibus currum ſuſtinentes. Tametſi habent alas; ſed iter ſuum non faciunt ſemper volando. currunt illi per terram aliquando, nempe cùm tenent plana. Ac ſemper ocyſſimè ingrediuntur, ſemper item recta via, ab ea ne minimum quidem ad ambages aut diuerticula deflectentes. quod haud eſt mirum, cùm poſſent obſtacula quæuis volatu ſuperare. Et Principis quidem throni illius magnifici inſeſſoris voluntas illis vel itionem, vel reditionem moderabatur. B & cùm reuerſuri erant, faciebant gyrum. Quodlibet ex his animalibus corporis conformationem habebat humanam. Ad hæc, facies quattuor in vno tantùm humano capite; ea ſcilicet poſitione vt in vtroque latere humanæ faciei, ad aures videlicet ſint duæ aliæ facies leonina ad dexteram, ad ſiniſtram vitulina, laruis nimirum duabus repræſentatæ. Supra caput demum, quod caſſide ad Dei in hoc curru inſtitutum appoſitè obarmo, vultus emineat aquilinus. Pectus item pro bellica repræſentatione maiore armatum cogitandum eſt. Alas habent ſinguli Cherubini quattuor, in humeris duas, duas paulo inferiùs. Alas quatuor totidem brachia comitantur; hæc C licèt abſconſa partim, ſed expedita omnia, vt cùm Cherubim ad conflictum ſui Domini cauſa deuenirent, ignitas ſiue prunas ſiue pilas iacere queant. Oculos præterquam in facie, diuerſi nimirum ab animalibus quæ Ioannes Euangeliſta vidit, non habent hi Cherubini. Ponendi prorſus inflammati ſinguli, igneaſque ſcintillas expirantes. Ingens tamen hæc terroris ſignificatio, quod ſemper duret, credenda non eſt; ſed eatenus ſolùm quoad datur iræ ac vindictæ repræſentatio: nec enim congruit eos formidinem & horrorem incutere, cùm potius ſit hilaritatis ac beneplaciti demonſtratio. Genua, quæ flectant, non habent, ſed, cuiuſmodi eſſe dicunt elephantum, ſine D vertebris. Pedes bini tantùm ſingulis. His vngula non fiſſa modò, verùm ſunt ij prorſus vitulini.

Deſcriptio rotarum. Rotæ quattuor erant, omnes excelſæ admodum: duas tamen conſtituebant dumtaxat, quia vna inſerta erat vni in crucis formam ad angulos rectos. Earum is erat locus, quem tenere ſolent rotæ in eo curru, qui Hiſpanis *carreta* nominatur. In his rotis imaginari debet nemo proprias neque facies, neque alas, nec colla, aut manus; ſed ea tantùm quæ vocari poſſunt tranſlate in rota facies (*baz* dicitur noſtratibus) volatus, brachia & colla. Rotarum quæuis veris oculis (non iis quidem quos oſtentat cauda ſua E pauus) ſparſa erat. Sunt hi tamen concipiendi ea ratione collocati, vt terram inter rotandũ non contingant: ſiue quia ſunt ſinguli introrſum aliquantum in ſua veluti concha depreſſi: aut quia non ſunt in ea rotæ facie, quæ ſolùm contingit, ſed ad latera & in parte interiori. Materies rotarum cogitari debet ex chryſolitho, qui lapis eſt colore aureo atque inflammato ac pellucido. Rotæ nunquam non animalia ſequebantur, ſiue illa graderentur humo, ſiue volando eleuarentur. Ac cùm animalia rectam viæ lineam inſiſterent, rotæ quoque eamdem inſiſtebant abſque vlla prorſus in hoc ſiue illud latus inclinatione: cùm tamen neque dirigerentur axe, neque funibus aut inter ſe vel cum animalibus necterentur. Gyrantibus præterea animalibus, vt rotæ etiam gyros ſemper facerent, neceſſe non erat. Cùm enim vnaquæque coaleſceret ex duabus inuicem conſertis, erat illis ventos omnes quatuor verſus rotandi facultas.

Firmamenti ſeu pauimẽti currus. Currus iſtius pauimentum *Firmamentum* appellatur, non quòd ſtellis variegatum eſſet, ſed quòd id ſoli inſtar eſſet firmum, & throni quaſi hypopodium, & tapes. Erat illud cryſtallinum totum, & animalium capitibus ſitu altius, ſed ad amuſſim inter rotas locatum, non tamen ſuper illas. Se quidem ipſo, eius, qui ſella vehebatur, virtute ſuſtinebatur; cùm neque rotis eſſet affixum, neque capitibus aut palmis animalium inniteretur. Peragebat autem ſuum iter animantibus & rotis comitatum, quaſi ab ipſis traheretur: hiſque conficientibus ſuos circulos, cryſtallum quoque & thronus illi inſidens gyrabat.

Throni. Thronus ſapphirinus erat: inter quem & eam, de qua nuper cryſtallum non erat area, nec quiduis aliud.

Principis. Princeps, qui vehebatur curru, ſic concipiendus eſt, quaſi ſimulachrum quoddam, quod à medio corpore ſurſum conflatum videatur ex auro illo quod electrum nominatur. Simulachrum autem non ſolidum, ſed cauum. in cuius interna ſiue media parte hinc inde ardere conſpiciatur ingens quædam lux. Deorſum verò à medio corpore figura hæc apparet ex igne viuo ſic, vt materies nequeat diſtingui. Neque verò hæc figura ita fingenda eſt induta, vt neque appareat, neque diſtinguatur pars illa, quæ flagrat intus, & lucem claudit, foris tamen non ardet. Cæterùm bene poteſt concipi figura quædam veſtita, quæ tota tam corpore, quàm veſte diuiſa ſit in mediam partem ex electro, in mediam ex igne.

Iridis. Iris non ſurſum habet acumina, ſed deorſum. colores habet quemadmodum, quæ videri ſolent, irides aliæ; non ſicut illa, quam Apoc. fuit conſpecta tota ſmaragdina. Hæc non ita ponitur, vt deſeruiat tantum vel Principi pro throno, vel vt illius medium corpus inferius circumdet; ſed verò vt toti currui pro cœlo ſit.

Prunarij. Prunarium illic ferebatur vbi habere ſolent currus arculas, nempe inter equos, non ſuper firmamentum, ſed paulo inferius. Extendebatur autem eius flamma, & circumcirca diſcurrebat vento commota. Eius porrò rationis erant prunæ vt coniectæ fulminum gererent vices, ac quidquid hæc efficiunt, illæ effectum darent.

Quædam ad literam annotationes.

Verſ. 1. *Et factum eſt.* Quòd τὸ *&* abundet ex Hebraica phraſi, latè Prad. Ego dicerem emphaticam eſſe locutionem illi Hiſpanæ *coſas y ay* non diſſimilem. atque ita fortaſſe intelligendi SS. Auguſt. & Gregor. Niſi fortè ſit continuatio cum prophetia Ieremiæ, adeóque huius cum libro præcedente connexio. *Vi cõiunctionis &.*

In trigeſimo anno. Annus hic trigeſimus Chaldaicæ eſt ſupputationis. Nã Chaldæi æram ſuam inierunt ab anno, quo ſuum exorſus eſt imperium Nabopallaſar (annos hic regnauit vndeuiginti) Nabuchodonoſori pater. Æræ porrò illius *Anni hi Chaldaicæ monarchiæ.*

26.

26. (qui erat regni Nabuchodonoſori octauus) A is eſt, in quo fuit comprehenſus Ioachin. Annos verò quatuor poſt (cum trigeſimus numeratus fuit illius ætæ & Nabuchodonoſori duodecimus) annus à capto Ioachino quintus fuit. Hęc ſententia eſt quā Prad. ſequitur à Ioſepho Scalig. de emēdat. lib. 5. fol. 218. vbi de initio Nabuchodonoſori, mutuatus. Eſt autem hic annus ſextus ante euerſam Ieroſolymam. Contigit enim viſio, vt notaui, anno quinto à tranſmigratione regis Ioachin. Porrò Ioachino ſucceſſit Sedecias: hic annos vndecim regnauit, licèt nono per Nabuchodonoſorum obſeſſa fuerit Ieroſolyma. vide 4. Reg. 24. & 25. Conſtat autem Deum in hac viſione appatuiſſe currui bellico inequitans, nimirum quaſi qui pergebat Ieroſolymam euerſurus. Vide B Ezech. 43. 3.

Currum, de quo in cap. 1. videt Ezechiel ſæpe alias.

Prima viſio.

Illud eſt hîc animaduertendum, quem currum in primo capite teſtatur Ezechiel à ſe ſpectatum, eumdem ipſi aliàs ſæpè apparuiſſe. Etenim cap. 3. 12. loquens de viſione prima facta anno quinto, inquit: *Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ.* & verſ. 13. *Vocem alarum,* & mox *vocem rotarum.* & verſ. 15. *Veni ad aceruum nouarum frugum.* Et ſtatim, *Et manſi ibi ſeptem diebus.*

Secūda viſio.

In eodem cap. 3. 23. narrat ſecundam viſionem, quam habuit à prima ſeptem poſt dies. Ita ait: *Surgens egreſſus ſum in campum: & ecce ibi gloria Domini ſtabat quaſi gloria, quam vidi iuxta fluuium Chobar.* Adiungit hic Vates, à Domino præceptum ſibi vt conclaue domus penetraret, & clauſus ibi permaneret: vbi quæ ſequuntur omnia, ad octauum caput audiuit.

Tertia viſio.

Capite autem octauo in principio narrat, iterum ſe, quatuordecim poſt menſes, anno ſcilicet ſexto, Principem magnifici illius throni inſeſſorem conſpexiſſe. (conſpexit autem, vt notat Theodoretus ſine Cherubinis. Iuſto enim apparet non terribilis, ſed amicus, vt Eliæ quondam in ſibilo auræ tenuis.) *Ecce,* inquit, verſ. 2. *ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum eius & deorſum ignis: & à lumbis eius, & ſurſum, quaſi aſpectus ſplendoris & viſio electri. Et emiſſa ſimilitudo: manus apprehendit me in cincinno capitis mei.* ſtatim: *Et adduxit me in Ieruſalem in viſione.* verſ. deinde 4. *Et ecce* D *ibi gloria Dei Iſraël ſecundùm viſionem, quam videram in campo.* Illic ei oſtenſa ſunt quæ patrabantur in templo execrabilia, quantóque merito illinc abiret Deus, & procul à Sanctuario recederet. cap. 9. 3. *Gloria Domini aſſumpta eſt de Cherub ad limen domus.* atque ibi iubet Deus, cædem exerceri in ciuitate, iis dumtaxat exceptis, qui ſigno thau eſſent communiti. Capite 10. currus iterum & prunarium deſcribuntur. Huius porrò initiò narratur, iuſſum eum fuiſſe, qui Dei ſeruos thau ſigillauerat, ſuper ciuitatem poſt ſtragem ſuperiorem prunas effundere. & verſ. 4. *Eleuata eſt gloria Domini deſuper Cherub ad limen domus.* Vbi Cherubinorum vnus prunas ei, qui in ciuitatem erat coniecturus, miniſtrauit. verſ. 18. *Egreſſa eſt gloria Domini à li-* E *mine templi, & ſtetit ſuper Cherubin.* ac demum Cherubini & currus volatu egrediuntur. Cap. 11. poſt vaticinium quoddam ad ſupplicium ſpectās, & alterum magnæ ſpei plenum, tandem verſ. 22. *Eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis,* v. 23. *Et aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis, ſtetitque ſupra montem, qui eſt ad Orientem vrbis.* Et ſublata eſt viſio à propheta, & locutus eſt ad tranſmigrationem omnia quæ ei Dominus oſtenderat.

Subſequuntur dein conciones variæ & prophetiæ, è quibus euidenter perſpicitur, non ſeruari temporis ordinem. nam c. 26. 1. dicitur: *In vndecimo anno prima menſis.* cap. verò 29. 1. *In anno decimo, decimo menſe, vndecima die menſis.* Aliquot prætetea prophetiæ & conciones præcedunt Ieroſolymæ vaſtationem, aliæ ſubſequuntur. Ex his illa eſt cap. 32. incipiens: *Et factum eſt duodecimo anno, in menſe duodecimo.* Ac tandem cap. 40. 1. *In vigeſimo,* inquit, *quinto anno tranſmigrationis,* &c. *poſtquam percuſſa eſt ciuitas,* vidit per viſionem propheta *in exordio anni,* nouum templum, quod effusè capitibus 40. 41. & 42. deſcribit. Poſt factam verò deſcriptionem longiſſimam, cap. 43. 2. de quarta currus viſione, qua incidit in annum 25. ſic loquitur: *Ecce gloria Dei Iſraël ingrediebatur per viam Orientalem.* verſ. 3. *Et vidi viſionem ſecundùm ſpeciem, quam videram, quando venit, vt diſperderet ciuitatem.* mox, *Secundum aſpectum, quem videram iuxta fluuium Chobar.* v. 4. *Et maieſtas Domini ingreſſa eſt templum per viam portæ, quæ reſpiciebat ad Orientem.* v. 5. *Introduxit me ſpiritus in atrium interius: & ecce repleta erat gloria Domini domus.* cap. porrò 44. 1. adductus ad portam Sanctuarij Orientalem propheta, eam clauſam reperit: *Quoniam Dominus ingreſſus erat per eam.* Dicit autem v. 4. *Et adduxit me per viam portæ Aquilonis,* &c. ac ſubiicit ibidem, *Et ecce impleuit gloria Domini domum Domini.*

Quarta viſio.

2. *Aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei.* Cùm Ioan. Apocal. 4. 1. ſimilem habuit viſionem, dicit: *Ecce* C *oſtium apertum in cœlo,* nimirum vt ſpectaret viſum, atque ideò ei dictum: *Aſcende huc,* quia in cœlis agebatur. At hæc viſio Ezechielis, vt ex v. 15. & 19. perſpicitur, in terris exercetur. Atque ita hæc cœlorum apertio vel eſt, vt vult Prad. apparens in aëre ingens quædam claritas; vel vt è cœlis deſcenderet luminis vis grandis, quæ prophetæ oculos aperiret.

In terra oblatum Ezechieli viſum.

2. *Ipſe eſt annus quintus tranſmigrationis regni Ioachin.* Conſtat ex his factam fuiſſe hanc reuelationem ſex annos ante Ieroſolymam euerſam. Et ante quidem fuiſſe factam, liquet omnino; quoniam in hac prima viſione oſtenſum fuit Prophetæ, ire Deum Ieroſolymam deuaſtaturum. Vt Ezechiel idem cap. 43. 3. declarat.

Ante ruinam Ieroſolymæ ſex annis.

3. *Secus flumen Chobar,* in Chaldæa, id eſt, ad viam qua Babylone Ieroſolymam itur. & latet quidem arcanum aliquod in eo flumine: nec enim ſine cauſa illud ſemel & iterum nominatur.

In via ad Ieroſolymam.

4. *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone.* Flabri iſtius vehementia Ieroſolymam impetit, vt euertat. Ac valdè quidem ſuſpicor, locum illum iuxta fluuium Chobar, vbi erat Propheta, reſpectu Babylonis auſtralem eſſe. Atque ita quod ab Aquilone ingruere dicitur hîc turbo, illum ingruentem à Babylone intelligo. Et irruit quidem à Babylone, quoniam Babylonicum bellum repræſentat. Etenim reſpectu Ieroſolymæ Babylon in ſacra Scriptura dicitur Aquilonaris. hoc tamen non, quia illa perfectè ſit ad Septentrionem; non enim ita eſt, ſed inter hunc & Orientem. Quo ita poſito, exiſtimo, eum locum iuxta fluuium Chobar, vbi erat Propheta, in via eſſe, quæ Babylone Ieroſolymam ducit, & fortaſsè, licèt in Chaldæa eſſet, Ieroſolymæ quam Babyloni propiorem. Poſito prætetea, Dei in eo curru euntis inſtitutum eſſe, Ieroſolymam, vt cap. 43. v. 3. dicitur, excindere; hauddubiè ventus, & currus, ſicut & in Pſ. 17. vt mox videbimus, idem appetebant. Non eſt tamen concipiendum, à vento currum impelli, ſed

Ab Aquilone venit, id eſt, Babylone.

Vētus currui obſecundans.

Digitized by Google

ventum potiùs obtemperãtem eſſe, ac deſeruientem Principi, qui curru vehebatur, præſtantem ſcilicet famulatum, vel pro anteambulone ſe gerentem, qua ratione Habac. 3.5. dicitur: *Ante faciem eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius:* vel quòd circumdaret currum, & nubem, quæ in circuitu illius erat, deportaret. Hoc enim pacto dicetur ſignificanter, ingredi in vento Deum, ſicut aliàs ſuper pennas ventorum. Nam licèt 3.Reg.19.11. perhibeatur: *Non in commotione Dominus*; cauſa eſt, quoniam tunc non veniebat Deus ad vrbem aliquam deſolandam, ad conſolandam quin potiùs, & inſtruendum ſeruum ſuum: atque eius rei gratia ad rem non erat, vt veniret Deus inequitans vento furibundo, ſed in ſibilo auræ tenuis appareret. Et hanc quidem eandem lenis auræ lecticam Ezech.8.2. legimus in Theodotione (ex quo eam S.Hieron. inſeruit Græcæ verſioni) vbi Princeps ſine curru Ezechieli conſpectus eſt. At verò noſtro huic loco, qui totus eſt in vrbis Ieroſolymitanæ ruina, nihil aptiùs profectò, quàm ventus turbinis. vide Iſai. 28.2.

Cur Deus hic in turbine, alias in aura.

Qui eat redeátque ventus idem.

Cùm itaque res, vt poſui, habuerit, notandum ideò, cùm ventus obſequentem currui ſe præbeat, non propellentem; currui ventum adaptare ſe, non contrà. atque ita ſubſiſtit ventus, curru ſubſiſtente, hoc in gyrum circumacto, idem ille facit, ac demum perinde quaſi miniſter currus vertitur, reuertitúrque. Neque obſtat argumentum illud, quòd hic ventus Aquilonaris ſit, ſuúmque proinde curſum tenere ſemper debeat. Nam quantum ad hoc ventus hic Aquilo non eſt, ſed flans ab Aquilone, quoniam inde currus egreſſus fuit. Sed nihilominus tot efficere circuitiones debet, quot effecerit currus, & pergere, aut tenere ſe, quemadmodum fuerit imperatum. Enimuerò animalia ſunt quæ ducunt currum, non ventus, & animalia quidẽ Dei ſpiritus, vt inferius videbimus, regebat. Porrò vbi fuerit ſatis animaduerſum, bellum in hoc loco vento furibundo repræſentari, tunc quidem facilè, quæ diximus, omnia adaptantur.

Turbinis acceptio.

Hoc nomen *turbo* ſæpè pro circumacto vento, *remolino* Hiſpanis, accipitur. atque ita quò vehementiſſima repræſentetur vis, conueniens admodum eſt, vt ventus & nubes præcedant colluctantes & turbines efficientes. Neque tamen opus eſt vt idem efficiat currus; hic enim, vt dixi, non accipit à vento impulſum, ſed obſequium. Et poteſt quidem anteambulo ingredi coram hero, eique, vt obſequatur, vertere ac conuertere corpus, quin tamen deflectat à ſua via.

Nubes magna, atra ſcilicet vehementer, vt ſcilicet tempeſtatem deſignaret vehementem. neque verò obſtat, ſed iuuat potiùs hanc repræſentationem, vt nubem ſubinde non ſolùm fulgura, ſed etiam igneæ flammæ interſcinderent. Hoc ſignificat quod ſubditur, *& ignis inuoluens*, Hebr. *reciprocans ſe*, quod terroris ſignificationem adauget. Sequitur: *Et ſplendor in circuitu eius*, ille ſcilicet, quem emittebat ignis, & circumcirca latè diffundebatur. Quibus non ſplendor quicumque, ſed adauctus valdè ſignificatur. Et quidem ex ipſomet furore belli coaptat nubem Deus, qua ſuam occulit prouidentiam. Venit autem nubes igneis flammis inuoluta, quoniam licèt carnei oculi non videant prouidentiam Dei, ſed pro ea obſcuritatem ac nubem; verùm in hac ipſa obſcuritate grauioris belli ac grauioris ignem intuentur. Atque in ipſomet igne diuina ira ac vindicta, quam parat ſumere, iuxta illud Deuteronom.4.24. *Deus* A *ignis conſumens eſt*, ſatis denotatur. Quòd verò nubem atram depingam, idcircò facio, vt eam maiori repræſentationi tempeſtatis adaptem. Id verò quod ſequitur, *ſplendor in circuitu eius*, nihil obeſt. Etenim ſplendor fulgurum, & quidem indicia effugientia ſubitò diuinæ prouidentiæ, quin adhuc nubes obſcura ſit, minimè tollunt. Vide illud Pſalm. 17.9. *Ignis à facie eius exarſit.* mox: *& caligo ſub pedibus eius. Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit: volauit ſuper pennas ventorum. Et poſuit tenebras latibulum ſuum.* & v.13. *Præ fulgore in conſpectu eius.* nimirum vlturus in hoſtes Dauidis deſcendebat.

Nubes cur atra & micans.

An viſum Ezechieli electrum duplex.

Et de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt, *de medio ignis*. Ingens illa obſcuritas diſciſſa fuit, vt B quod intus claudebatur, ſpectaret Propheta. Claritas tunc ignea apparuit grandis admodum: ſed intra hanc maior alius ſplendor dabat ſeſe, ex ea vtique electri imagine, quæ in curru ferebatur. Id verò quod primum rapuit oculos Ezechieli, ea fuit fulgentiſſima longè ac pulcherrima electri ſpecies, quæ propter ſplendorem ſuum eximium in perſona Principis illic venientis deſpiciebatur. Hoc igitur electrum, de quo nunc loquitur Propheta, haud dubie illud idem eſt, ad quod in fine capitis reuertitur, cùm dicitur ſuper thronum ſpectatus, *Quaſi aſpectus hominis deſuper*. Ac ſtatim, *& vidi quaſi ſpeciem electri*. Electrum hoc duplex minimè diuerſum eſſe, equidem planum puto. Apparet autem ſtatim quàm fuerit C ſeruatum decorum, vt, vbi primùm aperta nubes fuit, oculi continuò in perſonam Principis conijcerentur, atque vt è veſtigio attingeretur ſaltem, quòd ſeriò poſt, vbi currus in quo vehebatur, fuiſſet deſcriptus, depingendum erat.

Principis, qui in curru ferebatur, deſcriptio.

Figura hæc poteſt quidem cogitari tota ex electro; ſed illud tantùm eſt certum, ſuperiorem partem referre electri ſimilitudinem. Et eius quidem dimidia pars à lumbis ad pedes extrinſecus ardebat; & inſtar erat accenſi ignis, quæ licèt ex ære fingi queat, ſed tamen æs diſcerni nequibat. non item ardebat extrinſecus pars ſuperior ex electro. Aſſero autem electrum metallum eſſe, cinnum videlicet, ſeu concretionem ex quatuor auri partibus, & vna argenti. Foras autem emi- D nebat ex electro lux per foramina, vt concipio, in modum ſcilicet laternæ perforatæ. Quæ vero ſpectant ad hanc Principis perſonam latiùs ad c.4. Apocal. verſ.3. notat.4. expoſui. Vnde tranſcripta ferè ſunt hæc pauca.

5. *Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium.* non quidem in medio electri, ſed in medio ignis, ſeu in medio nubis igne inuolutæ. Etenim quòd animalia & rotæ in medio electri moueantur, imaginatio eſt, meo iudicio, violentiſſima. Et firmatur hinc etiam haud eſſe diuerſum hoc electrum ab eo, de quo agit Propheta ad finem capitis.

Et in medio eius (ſcilicet) *ſimilitudo quatuor animalium.* Tam itaque animalia, quàm currus E totus igne cingebantur. Eſt autem argumento, non bina pergere animalia, ſed quatuor omnia pariter ante currum, iuxta priſcum quadrigarum vſum; quòd Propheta dixerit, animalia à ſe quatuor ſpectata fuiſſe.

6. *Quatuor facies vni*, id eſt, vnicuique. Harum principem eſſe humanam, totiúſque corporis ſimilitudinem, tres alias facies laruis eſſe repræſentandas, ſatis in Apocal. aſtruxi, expreſſa typis Cherubinorum figura, ibi notat. 12. ad cap. 4. noſtri

Pradi

Digitized by Google

Pradi cogitationem reieci. Hic tantum pro textus explicatione addendum, cap. 10. 14. dici: *Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies Cherub: & facies ſecunda, facies hominis*, &c. Quod ita verti volunt quidam: Facies primi, facies ſecundi, facies tertij, facies quarti, vt numeralia hæc nomina non ad facies, ſed ad animalia referantur. Atque ita videtur adſtrui hic ſenſus, quòd τὸ facies Hebraicè ſit in numero maiore; at numeralia nomina in minore, adeóque non aptè copulentur. Deinde, quia nomen *facies* habet Hebræum regimen, indicans nimirum in genitiuo eſſe illa numeralia. Quod etiam argui videtur ex litera ה, quæ nota eſt genitiui, his quatuor numeralibus præfixa. Sic enim in eodem verſu, vbi dicitur: Facies prima, facies Cherub, τῷ *Cherub* poſito in genitiuo præponitur hæc notula ה. Reſpondeo, Hebraicæ linguæ peritis nouum non eſſe quòd τὸ *facies*, quod plurale eſt, comitetur adiectiuum in ſingulari vt diſtributio denotetur, ita vt τὸ *prima* facies omnes primas ſignificet, ac ſimiliter ſecunda, tertia, & quarta. Atque iuxta hanc Grammaticam tranſtulit Ar. Mont. facies ſecundæ, facies tertiæ, facies quartæ. Solùm in prima dixit: *facies vnius*, quod vertiſſet cõſequentiùs *facies primæ*. Qui ſenſus eſt vulgati *facies vna, facies ſecunda*. nam quod hîc addit: *in tertio facies Leonis: & in quarto facies Aquilæ*, exponendum, in tertio ſcilicet loco, & in quarto loco; non vt tertio tribuat tantùm faciem leonis, & quarto aquilæ, cùm hoc proximis repugnet. Quod verò regimen habeat τὸ facies, non id habet reſpectu numeralium; ſed illorum, quæ ſubſequuntur: Hominis, Leonis, Aquilæ. Quod adiungitur de ה, momenti non eſt. nam hæc nota caſibus reliquis communis eſt. imò communis Hebræorum fert vſus, vt genitiuus minimè habeat hanc notam cùm ille ex nomine vnde regitur affecto alia nota, quam regimen appellant, ſatis cognoſcitur eſſe genitiuus. Quod perſpicitur hoc eodem verſu, vbi ſunt illi quatuor genitiui Leonis, Hominis, Aquilæ, Cherub. atqui tres primi nota ה carent. Quòd ſi genitiuo Cherub fuit adiecta, id quidem ex myſterio fuit. Ac demum huic noſtræ locutioni: *Facies prima*, vel *vna*, *facies ſecunda*, prorſus gemina eſt illa Geneſ. 2. 14. *Fluuius quartus*. & 2. Reg. 3. 4. *Quartus Adonias*. nam in vtroque loco ſicut in noſtro habet notam ה nomen numerale.

Aduerſus facies qua. nir, ebriedio.

Dimouetur.

7. *Pedes eorum, pedes recti*. Quòd crura & femora intelligantur Hebræa phraſi per pedes, vel conſtat inde, quòd ſtatim de planta pedis ſeorſum agatur. Licèt autem per rectos hos pedes credere quis poſſet deſignatum ſtantem hominem; in quo ſtatu recta habet crura, flexa verò cùm ſedet; ſed præſtat de crutibus accipere, quæ vertebris carerent, ac proinde, quæ nec flecterentur vnquam, nec poſſent flecti.

Quid pedes recti.

Planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli. Non ſunt hæ plantæ ad formam humani pedis cum vngula vitulina, tota quin verò forma referunt vituli pedem. de quo Apocal. 4. v. 6. ſect. 6. Neque pro ſolea calceamenti genere exiſtimo plantam accipi poſſe.

Quid planta pedis vituli.

Et ſcintillæ quaſi aſpectus æris candentis. Ad fulgorem oculorum trahit has ſcintillas Nicolaus. Aptius eſt tamen intelligere de toto corpore ſcintillante. Quia ſimilitudo animalium (inferiùs verſ. 13.) *quaſi carbonum ignis ardentium*. Et oportet aduerti, quòd cum animalia hæc tota flagrarent igne prunarum inſtar ardentium, præterea horribiles identidem ſcintillas quaſi ferrum candens emittebant. Qua nihil imagine efficacius ad denotandam tum iram contra hoſtes conceptam, tum vehementem ad nocendum potentiam. Pro τῷ *candentis* transfert Arias *politi*. Verùm Hebræa dictio non hîc tantùm, ſed alibi etiam (vt in figura Danielis, quæ prima Apocalypſeos correſpondet) manifeſtè accipitur pro candenti ære.

Scintillæ hæ vnde.

8. *Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus*. Non ſingulis animalibus manus affingit P. Pradus, ſed ponit in quatuor partibus currus. Equidem textum capio ſimpliciter, hic tribuit vnicuique ſub pennis manus, ego quoque, cum ſuis brachiis, infra alas ſcilicet.

9. *Non reuertebantur cum incederent*. & v. 12. *Nec reuertebantur cùm ambularent*. Cui dicto repugnare videtur verſ. 14. *Animalia ibant, & reuertebantur*. Hanc in ſpecie quidem repugnantiam Apocal. 4. verſ. 7. & 8. notat. 12. verſaui, & ex vocum Hebraicarum proprietate expediui. Nam cùm dicitur verſ. 14. animalia *reuertebantur*, in Hebr. eſt verbum שוב quod propriè ſignificat *redire*: cùm autem dicitur, *non reuertebantur*, eſt aliud verbum, ſcilicet סבב, idque propriè ſignificat *circumire*. Ex hac obſeruatione ſenſum & concordiam elicui. vt ſcilicet animalia ſiue progrederentur, ſiue etiam regrederentur, id exequerentur quàm citiſſimè, numquam circumeundo, ſed via ſemper recta: quoniam alarum præſidio quæcumque obſtacula viæ nullo negotio vincebant.

Qui animalia reuertebantur, & non reuertebantur.

10 In mea cogitatione plana eſt facies leonis à dextris, & à ſiniſtris facies bouis & facies aquilæ deſuper: hoc aduerbio *deſuper*, pro eo, ac debet, retento, nec per iniuriam dimoto. de hoc egi ea notat. 12.

11. Quòd facies eorum dicantur *extentæ deſuper*, eius ibidem intellectus eſſe dixi, quod facies omnes ita eſſent inter ſe diſcretæ ac collocatæ, vt nulla eſſet alteri, quo minus cerneretur, impedimento. Quidquid aliud eſt in litera difficultatis, manet iam ex ſuperioribus expeditum.

Expenditur, an in Salomonis templo quadriga fuerit huic ſimilis, quam Ezechiel ſpectauit.

Noſter Pradus in ſuo ad Ezechiel. commentario ſect. 4. probare contendit, hanc currus figuram cum rotis quatuor & quatuor Cherubinis Ezechieli oſtenſam, fuiſſe quidem eadem prorſus ratione in templo Salomonico intra Sancta Sanctorum. Producit argumenta plura.

Pradi argumenta pro omnimoda ſimilitudine.

1. Quod Ezech. 2. 1. dicitur: *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini*. Credit autem per gloriam Dei ſignificari arcam Teſtamenti in ſuo curru collocatam. Atque ita etiam, cùm deſcribit Vates idem cap. 10. & 11. gloriam Dei iam egredi è templo, iam ſtare in limine, iam conſiſtere in atrio, iam regredi in Sancta Sanctorum, deſignari arcam Teſtamenti in quadriga ſua equitantem. Adiungit, eſſe ex ſacræ Scripturæ phraſi, poni pro eâ areâ gloriam Domini.

2. Quòd eſſent quatuor in Templo Cherubini, duo primum à Moſe facti, duo poſt, vt lectica in quadrigam mutaretur, à Salomone adiuncti. Quod firmatur ex 1. Paral. 28. 18. vbi dicitur Dauid aurum dediſſe Salomoni, *vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, &*

velantium

Digitized by Google

velantium arcam fœderis Domini. Vnde colligi videtur, factos a Salomone non ſolùm Cherubinos, ſed plauſtrum etiam, cui pro pedibus eſſent rotæ aut globi.

3. Poſitam à Moſe arcam ſuper rotas quatuor aut pedes ſiue globos, videtur poſſe colligi ex Exod. 25. 12. vbi habet Vulg. Quatuor angulos arcæ.

4. Quòd nomen Cherub iuxta veriſſimam etymologiam non aliud ſit quàm animal curule, aut currum vehens, nimirum ex themate *racab* (per metatheſim literarum) quod ſignificat equitare, aut curru vehi. Inuenit hoc etymon Forſterus, vt multa alia eius rationis, ex eóque tranſcripſit, vt ferè omnia, ſuppreſſo nomine, Mercerus. Atque ea iuuatur opinatio, quod idem Ezech. cap. 10. nomen Cherub pro vitulo poſuerit. nam verſ. 14. eſt facies Cherub pro facie vituli. quoniam plauſtrum agere ſoleant vituli aut boues. Sic 1. Reg. 6. 10. vexerunt arcam vaccæ duæ. vide 1. Paralip. 13. 7. & plauſtra ſex, quæ data ſunt Leuitis Numer. 7.

5. Demum quoniam obſeruauit Ezechiel, ferri inter animalia prunarium, reſpondens id quidem altari incenſi, quod erat ante fores oraculi, atque adeò propè arcam: quod proinde vehi ſimul cum arca voluerit Dominus. Vnde conſuetudinem illam Chaldæorum & Perſarum ignis ante regem, & ante exercitum præferendi, natam credunt.

Arcam Ezechiel non vidit.

Sed exiſtimo nihilominus probabilius eſſe, figuram arcæ ab Ezechiele conſpectam non fuiſſe. Etenim quæ conſpexit ille, ſingillatim deſcribit omnia, in cuius deſcriptione ſunt quatuor animalia, quatuor rotæ, tabula cryſtallina, ſapphirina ſedes, eíque inſidens Princeps iride circumdatus. atqui arcam quoque numeraſſet inter alia haud dubiè, ſi illam vidiſſet. Ad hæc, ſi fuiſſet in hac viſione, arca illa vtique ferretur ſuper currum, id eſt, ſuper tabulam cryſtallinam ſub Dei throno. Hoc autem loco patens eſſet omnino ſic, vt Prophetæ aſpectum non fugeret, atque illam proinde deſignaret. Addo, arcam tegi non potuiſſe ab animalibus. nam horum locus eſt infra tabulam cryſtallinam. qui quidem currus ipſius pauimento inferior eſt. Si verò comitarentur arcam, id eſſet, vt illam ſuis alis (vt exprimitur 1. Paralip. 28. 18.) obuelarent. Ac demum arca in hoc loco ſignificationi non deſeruit; arca enim erat pactum Dei: at pacti loco vidit Ezechiel iridem, quæ fœdus eſt cœleſte.

Currus appellatur gloria Domini.

Reſpondeo igitur ad oppoſita argumenta. ac primò haud eſt verum Arcam vocati gloriam Domini propter ſe, ſed quoniam ipſi Deus inſidebat. Propterea id nomen *Gloria Domini* aptius multò conuenit in currum, vbi Deus tam glorioſè aſpectabilis ferebatur. nam liquet hanc nomenclationem non Arcæ dumtaxat in ſacra Scriptura attribui.

Currus Salomonici templi ex quibus coaleſceret.

Ad 2. reſpondi Apocal. 4. verſ. 6. parte 2. ſect. 2. duos paruos Cherubinos, qui ſupra Arcam erant, minimè eſſe aptum, vt quadrigam conflarent cum pari altero Cherubinorum, quos Salomon adiecit, hos quidem prægrandes corpore, & ſtantes humi. Neque verò quos Moſes fecit, vehebant Arcam, cùm eſſent ſupra illam. *Superque eam* (Paulus inquit ad Hebr. 9. 5.) *erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium.* In eo verò loco Paralip. quadriga ponitur pro biga, ad vtrumque enim indifferens eſt Hebraica vox. Et ſanè de A duobus tantùm Cherubinis illic agi conſtat apertè. Vide Caietan. & Vatabl. ibi: & nota, conſtare ex Hebraico textu euidenter de ipſis Cherubinis, non de alio curru ſermonem eſſe. Sic etenim redditur ad verbum ex Hebræo: *exemplari currus Cherubim, expandentibus & tegentibus ſuper arcam.* Vbi datiuus ille, *expandentibus & tegentibus* apponitur *τῷ exemplari currus*, atque ideò currus ille conficiendus haud eſt alius, quàm Cherubini. nam alioqui currus non expandit alas, vt tegat arcam.

Quid de Arca cum de veris rotis currus.

Ad 3. non nego apparere veroſimile, quod haberet Arca pedes quatuor, aut globos: ſed immane quantum globi aut pedes arcæ diſtant à rotis currus. Quòd ſi eiuſmodi globi ſatis ſunt B P. Prado, vnde is quæſo colligat, quæ ſpectauit omnia in ſua viſione Ezechiel, eadem eſſe prorſus, quæ apud Sancta Sanctorum ſeruabantur? Certè mihi paradoxon eſt parum probandum, intra Sancta Sanctorum rotas currus veras imaginari.

Ad 4. de etymologia nominis Cherub & literarum tranſpoſitione multa dixi cap. 4. Apocalypſ. verſ. 7. & 8. notat. 7. vbi illam efficaciter meo iudicio reieci. Quod verò additur de facie Cherub pro facie vituli, nihil probat omnino, niſi ea ſignificatio ſupponatur, quæ nomini Cherub à Forſtero attribuitur, quæ quidem prorſus eſt fictitia præterquam quòd equi ſunt, vt ex multis ſacræ Scripturæ locis colligitur, qui cur- C rus vehunt. Et verbum item רכב equitare ſignificat. Sentio igitur diuerſam rationem debere inquiri, cur in eo loco facies Cherub ponatur pro facie vituli. Et ea quidem vera ratio eſt, quam illic aſſignat ſanctus Hieronymus, ex eo ſcilicet quòd facies Cherubinorum templi forent vitulinæ. Hieronymo inſiſto Apocalypſ. verſ. 7. notat. 7. §. 3. Ad Ioſephi auctoritatem reſpondeo ibidem part. 2. ſectione 2. Et certè quidem Pradi accipientis faciem primam pro plantis pedum coacta expoſitio eſt.

Cherub cur vocetur vitulus.

Quale prunarium vidit Ezech.

Ad 5. fateor fuiſſe prunarium in Templo, & item in Ezechielis viſione; inde tamen haudquaquam elicitur, reſpondere omnino viſionem illis, quæ habebant Sancta Sanctorum. Etenim D præter eximia alia in animalibus, in rotis, arca, iride & propitiatorio diſcrimina, illud quoque eſt in prunario ipſo, quod hoc in viſione Ezechielis eſt inter animalia; at in Templo non erat in altari incenſi inter Cherubim, ſed extra Sancta Sanctorum. Nota ergo quaſi pro prunario fuiſſe currum ipſum, ſupra quem erat grandis illa tabula ex cryſtallo.

Ex his tandem concludo conuenire quidem maximè viſionem Ezechielis & Sancta Sanctorum, ſed maximè etiam differre. P. verò Pradus ne differentiarum rationem cogatur exhibere, ſolùm conſiderat conuenientias, eáſque nimium extollit verbis. Sed cùm conſtet, vt notauimus, magna quoque diſcrimina inue- E niri, atque id non caſu, ſed conſilio magno contigiſſe; tunc verò vtrumque ſolerter expendere, omniúmque præbere rationem, longè profectò eſt optabilius.

***

In

In quibus congruat Ezechielis viſio cum ea, quam Ioannes habuit Apocal.4. *& in quibus differat. vbi de Iſaiæ viſione, & deſcriptione Moſaica.*

Conuenientia. Conuenientias quidem noto quinque. Prima eſt, quòd vtraque viſio ab apertione cœli inchoetur. Ezechiel inquit, *Aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei.* & Ioannes, *Ecce oſtium apertum in cœlo.* Secunda, cernitur in vtraque Princeps quidam throno cœleſti inſidens. nam in Ioanne: *Ecce ſedes* (Græcè *thronus*) *poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens.* in Ezechiele: *Similitudo firmamenti quaſi aſpectus cryſtalli extenti; & ſuper firmamentum quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.* Tertia, in vtraque extenditur ſupra thronum iris. apud Ioan. *Iris erat in circuitu ſedis.* & apud Ezech. verſ.28. *Velut aſpectum arcus cùm fuerit in nube, in die pluuiæ, hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.* Quarta, fulgura & tonitrua ſunt in vtraque. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua*, ait Ioan. & Ezech. *De igne fulgur egrediens.* & poſt verſ. 24. *Audiebam ſonum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi thronum ſublimis Dei.* vide etiam verſ.4. Quinta, vidit vterque arcana valdè quatuor animalia, in quibus ſimilitudo erat leonis, vituli, hominis & aquilæ, & alæ multæ.

Differentiæ. Sed quas noto differentias in his viſionibus inſignes, duodecim ſunt. Prima, licèt apertum fuerit vtrique cœlum; at illò Ioannes aſcendit, quámque actionem ſpectauit, illic data fuit. Ezechiel autem haud videtur adſcendiſſe; ſed ideò reſerata in cœlo porta, vt inde currus deſcenderet. cui verò actioni interfuit Ezechiel, ea fuit, quæ in terra data eſt. Atque hoc diſcrimen inde adſtruitur, quod Ioanni dicitur: *Aſcende huc*, & aſcendit ſtatim in ſpiritu. *& ecce ſedes poſita erat in cœlo*, &c. At humi currum fuiſſe in viſione Ezechielis manifeſtum eſt. ait enim verſ. 15. Apparuit rota ſuper rotam iuxta animalia, ambulabant & rotæ iuxta ea; & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Secunda. Habet quidem viſio vtraque in throno principem: at thronus vnius eſt triumphalis currus iter faciens. de quo Eccleſiaſt.49.10. *Ezechiel vidit conſpectum gloriæ in curru Cherubim.* Thronus autem alterius eſt in comitio, *en cortes*, ſeu *in conſiſtorio* diceremus Hiſpani. Quocirca quatuor animalia in Ezechiele curulia ſunt: at in Apocal. quaſi reges armorum. Præterea, in eo curru, quo vehitur princeps, rotas quatuor videt Ezechiel, & currum progredientem. Ioannes verò non aſpicit rotas, ſed circum thronum principis, & quatuor animalium, ſubſellia viginti quatuor. Tertia, de throno principis non aliud exprimit Ioannes, quàm quòd eſſet in cœlo thronus: at Ezechiel vidit hypopodium illius cryſtallinum eſſe & ſellam ſapphirinam. Quarta, in coloribus, quos habebat Princeps, inſigniter videntur differre duæ hæ viſiones. nam Ioannes, *Qui ſedebat*, inquit, *ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis.* Ezechiel autem verſ.27. *Vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum: à lumbis eius deſuper, & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.* & Arias transfert: *Tanquam oculum crepitantis flammæ.* vbi noſter interpres cum Septuag. habet: *Quaſi ſpeciem electri.*

A Quinta, quam iridem Ioannes vidit, erat tota vnicolor, *ſimilis viſioni ſmaragdinæ*: at ea quæ apparuit Ezechieli, habebat, vt videtur, colorum varietatem illi ſimilem, quæ in arcu cœleſti conſpici ſolet. nam ait ſe vidiſſe *velut aſpectum arcus, cùm fuerit in nube in die pluuiæ.* Sexta, neque nubis neque venti meminit Ioannes expreſsè: vtrumque expreſſit Ezechiel: *Ecce ventus turbinis & nubes magna.* Septima, in viſione Ezechielis non ſunt eæ ſeptem facies, quæ Templi candelabro correſpondent, neque mare vitreum reſpondens æneo mari. Octaua, animalium, quæ apparuerunt Ezechieli, inerant ſingulis quatuor facies, leonis, vituli, hominis & aquilæ: iis verò quæ Ioannes vidit, non item. nam hic diſertè B affirmat, faciem leonis ineſſe primo, bouis ſecundo, &c. Nona, quatuor alas & manus totidem habebant animalia Ezechielis ſingula; Ioannis autem ſenas alas, manus verò nonniſi binas. nam cap.5.8. videtur illis ſicut ſenioribus, attribuere citharas, manuum verò plurium non meminit. Decima, animalia, quæ vidit Ioannes, quaſi Argos alter, vndique erant oculata, *in circuitu & intus*; ſed quæ vidit Ezechiel non item. hic enim intuitum ſe dicit in rotis plures oculos; id tamen de animalibus non dicit. Vndecima, ſonitum ingentem alis animalium attribuit Ezechiel; eum verò exire è throno Principis, ait Ioannes. Duodecima, denique eſt, animalium cantus, nimirum Sanctus, Sanctus, Sanctus, C quem à ſe auditum, narrat Ioannes; Ezechiel autem ſtrepitum dumtaxat audiuit quemdam, eúmque confuſum, quippè alarum percuſſione concitum.

Conſtat denique tã ex his, quàm ex ſuperioribus quàm nõ rectè collinearint Pradus & Villalpãdus contendentes à viſione Ioannis hanc Ezechielis non differre, idémque eſſe ſpectaculum illud, quod Sancta Sanctorum claudebant; addúntque, & quod vidit Iſaias cum hac Ezechielis viſione. Quæ opinatio à veritate vt ego ſentio, aliena eſt. *Ezechielis viſionem ab ea quam habuere Iſaias & Ioannes, à repræſentatione quæ erat in templo diuerſam eſſe.* Etenim ſi hæc omnia eamdem rationem tenuiſſent, locus non relinquitur diſtinctæ ac diuerſæ ſignificationum elegantiæ: & videretur quadantenus non neceſſariò, ſed ſuperflue potius, quod D iam optimè dixerat Iſaias, ab Ezechiele repetitum. Eſt ergo multò conuenientius viſiones eſſe diuerſas, & conuenire partim, partim differre: vt in conuenientiis ac differentiis elegantiæ admirabiles arcanorum complurium, cœleſtiúmque doctrinarum emineant.

Ad eius porrò veritatis confirmationem notandum, ipſoſmet Pradum & Villalpandum conſtrictos neceſſitate, aliter hæc quatuor myſtica animalia in interiore facie templi, aliter in exteriore, & diuersè item in altari vel holocauſti vel incenſi, & in mari æneo deſcripſiſſe. nunc ſingulis facies quatuor, nunc ſingulas affigunt. nunc forma omnium humana eſt; nunc vni corpus leoninum, aquilinum alij, aut bouinum. Si E ergo illi moti dumtaxat architecturæ elegantis varietate picturam animalium ſic variare coacti ſunt; quanto eſt quæſo credibilius ſacram Scripturam in prophetiis diuerſis hanc animalium, quæ aſſiſtunt Deo, repræſentationem ex myſteriorum profunditate variaſſe? Certè circa eademmet ſtemmata aut inſignia inuenire ſolent homines in variatione politi multum; propterea illa nunc hoc, nunc illo modo depingunt. Cur ergo tam arctiſſimam ſacro Spiritui obligationem

Digitized by Google

tionem iniungamus, is vti hæc quatuor animalia, quæ ſuorum armorum Reges ſunt, ſemper vnica prorſus ratione deſcribat? Sanè vbi modum loquendi ſacræ Scripturæ conſulimus, vt apparet euidentiſſima differentia, ita concordia eſt violentiſſima.

Obiectio diluitur.

Sed clamant, graues eſſe ſcriptores complures, qui ponant vt rem notam, viſiones Iſaiæ, Ezechielis, & Ioannis, & quæ erat in templo, deſcriptionem, rem prorſus eamdem eſſe. Reſpondeo in rebus, quæ etſi differunt, etiam conueniunt, reſpecta ſolùm conuenientiæ facie, affirmari verè, illas non differre. Hac tamen affirmatione omnis prorſus differentia minimè denegatur. Hoc quidem ex eo colligo euidenter, quòd qui conuenientiam inter Iſaiæ Seraphinos & Cherubinos Ezechielis ſupponunt, poſt ad cap. 10. Ezech. iidemmet perſuadent ſibi, ab ipſo etiam Ezechiele prius vno, altero poſtmodo conſpectos fuiſſe. Et certè Ezechiel poſtmodum in templo ſuo Cherubinos inſpexit iis, quos prius viderat in curru, valdè diſſimiles. Suos præterea vidit Iſaias planè accenſos, verùm haud vidit corpus eorum animalium ex metallo eſſe. At ex metallo Ezechiel vidit, non tamen accenſa corpora, ſed quòd illis reſplenderent facies. Ioannes autem neque vidit ex metallo, neque, vt apparet, accenſa eſſe.

Tot denique diſcrimina ſunt, támque euidentia, vt poſſibile non ſit, Pradum aut Villalpandum inducere animum, vt credant Moſis, Iſaiæ, Ezechielis ac Ioannis viſionem eamdem eſſe; ſed quia cùm ob conuenientiam aliquam, vt ſuperiùs dicebam, verè ſoleat affirmari, diuerſa idem eſſe; ne compellantur reddere differentiarum rationem, ſeſe tuentur abſolutè confirmantes, omnia idem eſſe, conſiderantes nimirum conuenientias, differentias omittentes. Quod ſi tamen illos argumentis torqueas, extorquebis ab illis vel inuitis differentiarum plurium confeſſionem. Nam ſi quatuor animalia vidit Moſes, cur duo tantùm deſcripſit? Et ſi in Templo erant rotæ curruum oculatæ, cur eas nemo ita, neque in Iſaia, neque in Ioannis viſione depingit? Præoccupant dicentes illic eſſe Arcam, qui pro pedibus fuiſſent quatuor globi. Ego tamen ſic reſiſto, primùm. Vnde illis notum vel Iſaiam in 6. & Ioannem in 4. Arcam vidiſſe? vel hanc pro pedibus habuiſſe globos? Præterea, nónne ex culice confinget elephantum, qui tueri velit, eos globos rotas eſſe ſublimis ſtaturæ, quas Ezechiel conſpexit? Ac denique Pradus ipſe confitetur ab Iſaia non quatuor dumtaxat animalia, ſed exercitum eorum conſpectum fuiſſe. Quod diſcrimen licèt exploratum non ſit, alia tamen ſunt exploratiſſima. Cùm autem ſemel fuerit admiſſum, differentias plures futuras eſſe, non eſt cur ſe quiſpiam fatiget in concordandis omnibus ſic, vt nihil eſſe appareat, in quo differant. Certè multò tum vtilius, tum doctius eſt, ductum, quem oſtendit ſacer textus, ſequendo, differentias conſiderare, earúmque quippè tam inſignium myſterium inueſtigare.

Inueſtigatur quid viſione currus magnifica ſignificatum voluerit Deus.

Duo celebrantur de hac viſione.

De ſacræ huius viſionis myſterio duo ſunt quæ prædicat ſacra Scriptura. Primum, eam fuiſſe
A quandam diuinæ gloriæ repræſentationem, ita cap. 1. 1. cap. 43. 1. & Eccleſiaſt. 49. 10. Alterum, repræſentari in illa Deum ad deſolandam Ieroſolymam pergentem. Sic noſter Ezechiel cap. 43. 3. *Et vidi viſionem ſecundùm ſpeciem, quam videram, quando veni vt diſperderet ciuitatem.* Atque hîc repeto, quod ſuperiùs tetigi, annum, quo fuit ſpectatus hic currus, fuiſſe à tranſmigratione Ioachini quintum, quintum ſcilicet regni Sedechiæ: ac nono huius tranſmigrationis & regni Sedechiæ, obſeſſam per Nabuchodonoſor fuiſſe Ieroſolymam, eámque vt 4. Reg. 24. & 25. narratur, biennio poſt expugnatam & euerſam omnino.

In Ieroſolymæ deſtructione quid ſit glorioſum Deo.

B Sed habere videtur nouitatis non parum, glorioſum ſeſe oſtentare Deum cùm pergit amatam ſibi vrbem deſtructurus. Ac ſatisfacere quidem haud videtur omnino dictum illud quod flagitioſorum punitio ſit è Dei gloria, illámque demonſtret. Enimuerò potius, qua pollet pietate Deus, videtur is, ſi tamen eſſet fas, eum foret ſententiam mortis pronunciaturus, atratis ſe, quemadmodum Luſitani Reges faciebant olim, induturus.

Pius Regum Luſitanorum mos.

Equidem ſic exiſtimo, Deum Prophetæ tam glorioſum apparuiſſe, primùm, vt intelligamus nos, de diuina gloria ne minimum noſtris ſceleribus detrahi poſſe. *Si peccaueris*, ait Iob 35. 6.
C *quid ei nocebis?* Ac deinde, ingentem eſſe Dei gloriam, quam ipſe elicit ex flagitiis noſtris. Nam quoſdam ſupplicio proſequitur, quoſdam indulgentia, in vtroque ſe glorioſiſſimum exhibens. Sic ergo ex noſtris ſceleribus ingentem ſibi gloriam elicit. Rei huius documento eſt maniſeſto humani primum generis redemptio, reprobatio deinde populi Iudaici, & electio Gentilici. Ac verò ſumptas de Ieroſolyma pœnas per Nabuchodonoſor manus ceſſiſſe Deo in ingentem gloriam, ſpeciatim exprimit ſacra Scriptura. quod ponderat Eccleſiaſtic. 49. 10. *Ezechiel*, ait, *vidit conſpectum gloriæ, quam oſtendit illi in curru Cherubim. Nam commemoratus* (id eſt,
D recordatus) *eſt inimicorum in imbre, benefacere illis, qui oſtenderunt rectas vias.* Vbi verba ſapientis ſolerter ſunt expendenda, ait enim oſtenſam à Deo Ezechieli ſuam gloriam. *nam commemoratus*, &c. quaſi dicat, ideò ſe Deum in eo curru glorioſum exhibuiſſe; quoniam ei veluti venit in memoriam, turbines horrendos, & immenſæ pluuiæ diluuium in capita ſuorum inimicorum præcipitare; idque vt inde digniſſimam ingenio ſuo materiem eliceret benignitatis exercendæ. Ac demum declarauit Deus ſuam in hoc curru ad rebelles exſcindendos cùm potentiam, tum erga alios, quos pœnituit reipſa delictorum, miſericordiam: iuxta illud Pſalm. 61. 12.
E *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt: & tibi Domine miſericordia*, &c. Atqui hoc cedere in magnam Dei gloriam perſpicuum eſt. Diuinæ itaque gloriæ repræſentatio appoſita admodum fuit huic expeditioni delendæ Ieroſolymæ.

Enumeratio rerum ab Ezechiele conſpectarum.

Verum enimuerò explicanda iam & expendenda rerum admirabilium coniunctio, quæ Dei gloriam in hac viſione repræſentant: atque id eſt, quo pacto eiuſmodi repræſentationi res ab Ezechiele conſpectæ deſeruiant. Eæ ſunt ventus, nubes, ignis, animalia, rotæ, firmamentum, thronus Sapphirinus, cui Princeps inſidebat, cuius corpus electri & ignis ſpeciem præferebat, ſuper firmamen

Digitized by Google

firmamentum vociferatio, prunarium ſiue altare.

Electri & ignis myſterium.

Ac primùm electri & ignis, quæ apparebant in principe myſterium pro viridi mea Apoc. 4. 3. notat. 4. rimatus fui. Summa eſt, id eſſe per electrum ſignificatum, quòd in eo Ieroſolymitano excidio altiora ſpectaret diuina mens, conſilia impensè arcana meditaretur, de reprobatione nimirum Iudaici populi, & Gentilici electione. Hoc autem vt denotaretur appoſitiſſimū fuit, vt vbi intuliſſet Vates de igne mētionem, adiiceret ſtatim ibidem electrum diſpici. Splendor autem qui erat in circuitu eius ſimulacri, ab eóque ſeſe quaquauerſus diffundebat, claritas quidem eſt prouidentiæ Dei, & iuſtitiæ ipſius. Nunc verò priuſquam alia omnia ſigillatim diſcutio, præſtituere neceſſe eſt, quidnam excogitari queat conſilij ac propoſiti, vt res tam prima certè fronte diuerſæ copularentur.

Maieſtas Dei choris, Angelorum comitata Ezechieli obiicitur.

Meus in hac re ſenſus eſt eò totam hanc repræſentationem arcaniſſimam ſpectaſſe, vt ſuprema Dei maieſtas obiiceretur Ezechieli, cui chori Angelorum, omnes quidem nouem, comitatum ac famulatum præſtarent in ea expeditione, quam ad puniendam Ieroſolymam ſuſcipiebat. Expediens propterea fuit, choris vti ſingulis denotandis ſingula ſymbola diſpertirentur. Quod ſi mihi ſuccedit, vt ſpero, hæc cogitatio, rem omnibus quidem maximè optatam perficiam, nimirum vt aliquis proferatur ſacræ Scripturæ locus, qui omnes Angelorum choros coërceat, nam quos alios vocant ad hoc colligendum Scholaſtici non nouem chororum diſtinctionem efficiunt, vt ſit potiùs, vt ego cenſeo, euidens, Thronorum, & Principatuum vſurpari nomina ſic, vt ad Cherubinos quoque ac Seraphinos pertineant. quod ad cap. 4. Apoc. verſ. 4. notat. 6. accuratè expendi.

Chororū Angelicorū diſtributio docta.

Vt autem huic meo ſenſui firmitudinem ac ſtabilitatem conciliem, ſupponendum mihi eſt, primùm, ex Dionyſio de cœleſti hierarch. cap. 6. Angelorum in nouem choros diſtributionem doctrinam eſſe D. Pauli, ab Eccleſiæ proinde Doctoribus ſumma conſenſione receptam. Videndus Sanctus Thomas 1. p. qu. 108. eiuſque ad hunc locum enarratores. Illud interim notandum, Pauli apud Dionyſium non eſſe expreſſum nomen, ſed has periphraſes: *diuinus noſter ſacrorum initiator, & clariſſimus præceptor noſter.* quibus Apoſtolum deſignari, affirmat Gabr. Vaſq.; ſignatum verò Hierotheum putat Valentia in 1. parte diſp. 4. punct. 3.

Vel à Paulo.

Vel ac Hierotheo.

Iterum, ex eodem Dionyſio cap. 15. ſuppono, huius viſionis non animalia duntaxat, & rotas ſymbola eſſe, quibus exhibita ab Angelis officia & miniſteria deſignentur; ſed ventum etiam, nubem & ignem pro eorumdem ſymbolis adhiberi. Quo poſito, ſit ſtatim compertū, ſymbolis diuerſis ſignificatum iri miniſteria diuerſa: ac præterea, ſi nouem in hac viſione ſymbola choris nouem indicandis apta reperiſſemus, iturum quemcumque pedibus ac manibus in hanc ſignificationem. nam vt Paulus in ea quæ ad Hebr. 1. 14. teſtatur: *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus.* Quod ſi animalium ac rotarum, quæ conſpexit Ezechiel, ſymbolum in Angelorum ſignificatione aptè collocari, certum eſt; atque itidem ſymbolum nubis, venti, ignis & aliorum appoſitum eſſe ad miniſteria Angelorum deſignanda; quis tunc demum non diſpiciat, rerum iſtarum, quæ ſolent ſymbolum eſſe Angelorum, coniunctione cogi nos, vt omnes

Indicata ab Ezechiele in nouem ſymbolis.

A & ſingulas diſpertiamus in Angelos, ita vt illis diuerſorū miniſteriorū, iuxta diſtinctionē officiorū diſtinctorum, quæ Angelici chori habent, ſignificationē aſſignemus? Accedit, nihil fuiſſe aptiùs in repræſentatione diuinæ gloriæ, quàm choros Angelorum omnes ipſi Deo aſſiſtentes & miniſtrantes coniungere. Atque in animalibus quidē ac rotis, quæ in inferioribus ad ſuperiores eſt, ſubordinationem perſpicuè intuemur. Propterea vt plena omnino & abſoluta foret repræſentatio, expediens prorſus fuit de officio chori vniuſcuiuſque, atque de ea, quæ inter omnes eſt, ſubordinatione meminiſſe.

B Suppono denique ex Dionyſio & Theologis infimam cœleſtium ſpirituum hierarchiam coaleſcere ex Angelis, Archangelis, Principatibus: mediam ex Poteſtatibus, Virtutibus, Dominationibus: ſupremam ex Thronis, Cherubinis, Seraphinis. (collocatio hæc cū diuerſitate apud Patres aliquot inuenitur: quo de notat. illa 6. ad c. 4. Apoc. v. 4. pluribus egi. cōmunis eſt, quam hîc aſſigno.) Iam igitur mea in his ſymbolis appplicatio talis eſt. Cuſtodes Angeli per rotas, per animalia Archangeli, & Principatus per firmamentum deſignantur. Ab infima hierarchia facto ad mediam progreſſū, ſymbolum Poteſtatum eſt ignis, nubes Virtutum, quæ ſunt miraculorum effectrices, & ventus Dominationum. Ac demum in ſuprema

Symbola ſingula ſingulis Angelorum choris aſſignantur.

C hierarchia throno ſignificantur throni, qui obſequij deuotione, (vt ait Dion. de cœleſti hierar. illo cap. 15.) Deum ferunt: vox ſuper firmamentū audita, vox erat Cherubinorum: ac poſtremò prunarium denotat Seraphinos. An hæc probè ſatis adaptata ſint, vel ſecus; arguetur ex apta ſymboli vniuſcuiuſque conuenientia cum choro ſuo.

De infima Angelorum hierarchia.

D Aperta in textu ſatis eſt ea ſubordinatio, quam rotæ animalibus, & animalia ei parti, quam firmamentum vocat, profitentur. nam cap. 10. 2. *Subtus Cherubin collocantur rota.* Ac tametſi rotæ erant viuæ, neque ab animalibus trahebantur, textus nihilominus diſertè inquit: *Rota ſequebantur animalia;* & perinde quaſi traherentur ab animalibus ita his ſubſiſtentibus, ſubſiſtebant illæ; peragebant verò, animalibus progredientibus. Vide cap. 10. 16. & 17. & cap. 1. 19. 20. & 21. Subordinationem verò firmamento ab animalibus exhibitam textus cap. 1. 22. apponit. *Similitudo,* inquit, *firmamenti ſuper capita animalium.* & ſtatim, *Extenti ſuper capita eorum deſuper.* & verſ. 23. *Sub firmamento autem pennæ eorum.* Apparet igitur qua ratione rotæ viuæ erant, firmamento quoque (quod, vt dixi ſuperiùs, quaſi pauimentum erat currus, quo ferebatur princeps) vitam ineſſe. Ne-

Huius ſubordinatio repræſentata.

E que illud axi rotarum ſuper medium earum diametrum innitebatur; ferebat ſe quin potiùs, & ſuſtinebat ſeipſo ſumma cum maieſtatis repræſentatione ſuper totum rotarum ambitum: neque item hoc firmamentum trahebant animalia, ſed incedebant iuxta voluntatem Principis ſeipſo: animalia verò & rotę iuxta firmamenti motum ſubter ingrediebantur.

Rotis cuſtodes Angelos deſignari.

Perfectio huius ſymboli ex aliquibus obſerua-

tioni

Digitized by Google

tionibus (ſuppoſita S. Dionyſij & aliorum doctrina, his ſymbolis Angelos denotari) comperietur. Obſeruatio prima ſit. Rotarum partes eſſe, perpetuum quoddam aſcendendi, deſcēdendique exercitium. Et verò munus hoc illud, eſt quod iugiter exercent Angeli cuſtodes, aſcendentes ſcilicet vt & alumnis ſuis fauores à Deo & beneficia efflagitent, eorúmque preces & vota ei præſentent; deſcendentes deinde eorumdem vti cauſæ opitulentur & faueant. Præterea hoc cuſtodiendi officium ad eas partes redigit Angelos, quæ niſi diuino obſequio ſuſciperentur, viderentur fortaſſe, quid depreſſionis nimiæ continere; eæ ſunt videlicet humi volutari. Nam licèt vt abſolutæ omnino rotæ terrā punčto duntaxat, vt dicitur (quia nimirū terreſtre nihil illis adhęreſcit) cōtingant; ſed certè vel per terram volui eorum videbatur nobilitate indignum; niſi id præſtarent, vt ſe pro curru gerant, quo triumphet Deus; ac deinde vt ſalutis animarum negotium prouehant, quæ item eſſe poteſt currus ſignificatio, iuxta illud: *Currus Iſraël & auriga eius.*

Sunt rotæ quia aſcendunt cōtinuò ac deſcendūt.

Cur ... hoc non dedeceat.

Secunda obſeruatio, Deum Angelorum cuſtodum in deſtructione Ieroſolymæ miniſterio vti, id eſt quidem, quod planè certos ac ſecuros nos reddit, dirigi deſtructionem illam ad animarum bonum. Etenim hoc in Eccleſiaſtico ſignificat: *Benefacere illis qui oſtendunt vias rectas*, quaſi dicat oſtenſionem inſignem exhibuit Deus ſuæ gloriæ, quia aduerſariorum meminit, vt eos procella ſæuiſſima obrueret: quod eo pertinuit, vt eorum cōtra cauſa optimè cuperet, qui ſceleratam vitā execrati ad bonam dein frugem cœpiſſent rationem reuocare. Quæ omnino Eccleſiaſtici ſententia eſt, in quo *benefacere* græciſmus eſt, pro *ad benefaciendum.* Propterea enim ad deſolandā Ieroſolymā ſe contulit Deus, vt è veſtigio illos augeret donis, qui ſua crimina agnouiſſent, retexentéſque priorem perditionis telam, nouam morum bonorum eſſent exorſi. nam hoc eſt oſtendere vias rectas.

Cuſtodes Angeli cur Deū comitentur ad excidium.

Tertia. Rotæ factæ apparebant ex chryſolitho, eum adeò colorem præferebāt, quem haberet aurum pellucidum, ſignificantes videlicet, qua fruūtur Angeli, gloriæ perfectionem. Huc illud Pſ. 67. referendum: *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætātium.* nam quod indicat chryſolithus in Ezechiele, hoc in Pſ. participiū *lætātium*, declarat.

Quid ſignificet chryſolithus rotarū.

Quarta. Sic conformabantur rotæ, vt eſſet *rota in medio rotæ*, in eam figuram nimirum, quam exhibent rotæ duæ, altera inſerta alteri ad angulos rectos. Atque ita Angelorū exprimitur animus ſummè ad Dei nutum exequendum expromptus; ſiue eos volui velit ad Orientem, ad Septentrionem, ſiue ad plagas oppoſitas reuolui. hoc nimirum eſt quoquo verſus pergere ſic, vt ne expectare quidē ſit neceſſe, vt ſe conuertant. atque ideò vocantur *volubiles.* vide cap. 10. v. 11. & 13.

Quid rota in medio rotæ?

Quinta. Quod ſpectat ad rotarum facies, ſingulis Pradus in idæa ſua binas apponit; verum vbi conceptum ſit, quod nuper dixi, figuram vniuſcuiuſque eſſe rotam in medio rotę; meliùs ſanè conuenit, facies quattuor ſingulis attribuere, imò & capita quatuor è collis exeuntia: capita verò ſingula cum duabus alis, & manum ſub harum vnaquaque. Sic rectè intelligitur id quod habet textus cap. 1. 15. *Apparuit rota habens quattuor facies.* & mox, *vna ſimilitudo ipſarum quattuor.* & c. 10. 12. rotis dantur *colla manus & pennæ.* Et certè Pradus idem cap. 1. ſect. 12. fol. 54. quaternas facies tribuit

Quattuor facies cuilibet rotæ.

A rotis idem ſignificantes omnino quod facies animalium quaternæ. Porrò has rotarum facies Apocalypſ. 4. v. 6. part. 2. ſect... dixi cogitari poſſe, vt facies quattuor primæ rotæ vitulinæ ſint omnes, humanæ item omnes rotæ ſecundæ, tertiæ verò leoninæ, aquilinæ demum quartæ. Quòd ſi dentur ſingulis facies quattuor diuerſæ, nec id erit ineptum. Atque hoc eſt cauſæ, cur cap. 1. 18. dicatur *aſpectus rotarum horribilis.* Sanè quas Pradus pingit, horribiles non ſunt; incutiunt autem horrorem rotæ quatuor facies, manus octo & pennas habentes. Hanc ad rem obſeruo quod dicitur cap. 10. v. 14. *Quattuor facies habebat vnum* (Hebræa quattuor facies vni, id eſt, vt ſentio, vnicuique rotæ) *facies vna facies cherub, facies ſecunda facies hominis: & in tertio* (ſcilicet loco, aut facies tertia) *facies leonis.* De animalibus exponunt interpretes, propterea ordinis cap. 1. adhibiti mutatio negotium illis faceſſit. Verùm enim contextus meo iudicio de rotis eſt. Porrò ſicut rotis ſingulis facies duas appingit Pradus; poſtquam vna inſeratur alteri, illud quadrat omnino, vt facies quattuor habeat vnaquæque. Horum autem ſignificatio illi non eſt diſſimilis, quam facies animalium quattuor includunt. Ex illis itidem quæ de animalibus dicemus, intelligetur facilè quid denotēt manus & alæ.

Qua ratione?

Quo myſterio?

Sexta. Subordinatio, quæ in Angelis eſt reſpectu ſuperiorum per rotæ figuram appoſitè indicatur: tunc verò cum Angelis cuſtodibus munus ſit, in cuſtodiam demandatæ ſibi animæ incumbere; in eos quadrat aptiſſimè oculorum plurium deſcriptio: ea ſignificatione videlicet, quam habent oculi à poëtis Argo ſuo attributi, nempe quod is delicias Iouis Io cuſtodiret. Cùm autem Dei deliciæ ſint hominum animæ, iuxta illud: *Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.* Quid tūc aptius, quàm ſymbolo cuſtodis Angeli oculos appingere plures, vt ij attentiſſimi oculatiſſimique in animarum cuſtodia, *que miran por ellas con mil ojos* ſignificentur? vbi notandum, conuenientiſſimum eſſe, vt in ſymbolorum ſacræ Scripturæ ſignificatione illi nos accommodemus, quam in ſuis Ethnicorum ſapiētes vſurpabant: nam vel hoc iſti à Iudæo populo didicerunt; vel ſacer Spiritus iis ſymbolis adaptauit locutionem, quibus tunc cum ſacra Scriptura ſcribebatur, vtebantur ſapientes.

Significatio plurium oculorum.

Atque hos quidem oculos plures (bona Liræ & Pradi venia) Ezechiel non in animalibus, ſed in rotis conſpexit. In animalibus autem oculorum multitudinem vidit quidem Ioannes, qui tamen rotas non vidit. Huius autem diſcriminis ratio petenda ex diuerſa vtrorumque animalium ſignificatione. Quæ vidit Ioannes animalia, pertinent illa ad Eccleſiaſticam hierarchiam: quæ licet Epiſcopos deſignent; expediens tamen fuit, illa oculis plena eſſe, quoniam Epiſcopis maximè eſt propria animarum cuſtodia in Eccleſiaſtica hierarchia. At verò in cæleſti oculos non habent animalia ab Ezechiele viſa, cū hęc Archangelos repræſentent, quorum non eſt, communiter certè, animas cuſtodire. videnda quæ dixi Apocalypſ. 4. verſ. 6. parte 2. ſect. 3. & ibidem comment. 2. ſect. 1. ad finem.

Ratio differētia oculorum inter animalia Ezechielis & Ioannis.

Septima denique obſeruatio. Has rotas ſublimes admodum proponit ſacra Scriptura, nam c. 1. 18. *ſtatura quoque*, ait, *erat rotis, & altitudo.* Eius verò ratio ſublimitatis ſignificatio, cùm de ſpiritibus agitur altiſſimo Deo coniunctiſſimis, non eſt cur prematur.

Significatur celſitas Angelorum.

Archan

Digitized by Google

Archangelorum ſymbola eſſe quatuor animalia.

Cùm ſtatuerimus iam, deſignatos per rotas,vt per ſymbolum inprimis appoſitum cuſtodes Angelos,fatendum eſt conſequēter,animalia eſſe debere ſymbolum Archangelorū. Etenim Angelos ſubordinati proximè Archangelis , explorata res eſt.Ac textus quidē exprimit,rotas proxime fuiſſe animalibus ſubordinatas.Obſeruandum porrò, animalia & rotas duntaxat ex tota copia ſymbolorum,quæ præbet hic currus,ſolum eſſe,quę terram contingant.Ita quidem ſignificat textus c.1. 15. *Apparuit rota ſuper rotā*,& v.19.*Cúmque ambularent animalia,ambulabant pariter & rota.* Ambulare autem eſt ſuper terram progredi , hoc efficitur ex ſubſequentibus.nā additur:*Et cùm eleuarentur animalia de terra,eleuabantur ſimul & rota.* Eſt itaque compertum omnino , quod animalia & rotæ deſcenderent ad terram,quodque in terra has & illa conſpiceret Ezechiel.Eſt hoc illi cōueniens receptæ Theologiæ;quæ docet tātùm Angelos cuſtodes & Archangelos ex omnibus nouem Angelorum Choris in terram deſcendere. Ac de principatibus quidem videntur,id quoque aliquot Doctores aſſerere. Verum non ita certa res eſt.

Cur ſolùm animalia & rota terram tangunt.

Putat S.Thom.eos,qui prouinciis pręfecti ſunt, Archāgelos eſſe,atqui,vt his ſubordinati ſint Angeli cuſtodes,congruū eſſe,facilè apparet. Neque tamen repugnat huic veritati,vt aliquando ad res maioris momenti legentur Archangeli, vt ex legationibus à Gabriele & Michaële, & ſiquæ aliæ ſunt, obitis ſtatuitur.Eſt autem notandum,quòd, cùm ſacri hi ſpiritus militiæ rationem tenere cogitantur,corpus totius exercitus videatur ab Angelis quaſi à particularibus militibus componi; eius autē præfecti ac duces ſint Archangeli. Porrò cùm hæc tota cogitatio ad currum quemdam bellicum veluti ad ſymbolū reuocatur ; tunc ſanè nihil cōmodiùs,quā vt illi per rotas currus iſtius, hi verò per animalia,quæ rotas cum ductu & moderamine præcedunt,repræſententur.

Cur in hoc curru animalia Archangelos deſignent.

Iam verò ad ſtatuendum, quid ſignificent quatuor facies:nihil reor aptiùs , quàm vt illæ ea ratione accipiantur , qua in ſtemmatibus ac hieroglyphicis accipi ſolent ac debent.Quis autem neſciat in eiuſmodi inſignibus per leonem robur, commune commodum ac beneficentiam per bouem,per aquilam prudentiam attentiſſimam , per hominem rationem & æquitatē deſignari?Atque hæc quidē ſignificatio diuinum habet patronum, nēpe Dionyſium de cœleſti Hierar.c.15. Nec erit, puto,quiſpiā, qui inficietur:collocari ſic optimè hęc ſymbola;cùm nihil ſit ita proprietatibus horū quattuor animalium proportione reſpondens.

Quid per quattuor facies ſignificatum?

Porrò vbi hæc rectè perpēduntur,illud eſt ſtatim maximè admirationis , tam appoſita & quæſita & inuenta fuiſſe quattuor ſymbola ad virtutes illas quattuor deſignandas:in his enim perfectio diuinæ prouidentiæ eſſentialiter continetur. Angeli porrò & Archangeli ex ea , quam habent illarum quattuor virtutum , participatione ſunt adminiſtri(iuxta illud : *Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus*)abſoluti quidem ipſius diuinæ prouidentiæ.Atque ita & ſunt armorum diuinæ prouidentiæ Reges , & miniſtri ſimul, quibus ea vtitur ad opera deſignanda, in quibus eæ diuinæ virtutes, Robur , Beneficentia , Æquitas & Sapientia elucent. Verum quæ hic alia poſſent requiri, copioſè perſecutus ſum in Apoc.vide c. 4.v. 7.& 8.ſect.2.

Quid in earum ſymbolis pōderandum?

A Hæc ergo præcedens declaratio,oſtendit ſatis, expediiſſe, vt quattuor facies non modo animalibus , ſed rotis etiam affigerentur : etenim Angeli miniſtri quoque ſunt & cooperatores diuinæ prouidentiæ.Quod ſi contenderet quiſpiam quattuor illas facies non rotis,ſed animalibus tantùm debere attribui; is ſic tueri poſſet ſuam ſententiā, datas fuiſſe quattuor facies Archangelorum miniſterio; quoniam horum ſit proprium,ad ea immediatè attendere,quæ conducunt vniuerſali adminiſtrationi, cuius perfectio illis cōtinetur perfectionibus quattuor , quas facies quattuor deſignāt.Vt verò intelligeretur,Angelis quoque eſſe propoſitum,perfectionibus eiſdem deſeruire; ſa-
B tis quidem fuiſſe,vt dicerentur rotæ ea ſequi animalia,quibus inerant quattuor facies.

An in rotis quoque quattuor facies?

Verùm contendat quis,reliquis etiam ſpirituū aliorum ſymbolis apponi debere quattuor facies ex æquo,aut verò præcipuè illis , quæ ſuperiores choros repræſentant. Nam ſi hæc ea ſignificant attributa,in quibus perfectio diuinæ prouidentię conſiſtit , eius adminiſtri & cooperatores nonne præcipuè ſunt ſuperiores chori ? Cui difficultati ſit ſatis primò , quod quattuor perfectiones per hæc ſymbola ſignificatæ,vel in commodis ſingularium perſonarum , vel prouinciarum proximè collocentur;ac propterea expediens fuit ea ſym-
C bola in rotis & in animalibus ponere:neque tamē neceſſe fuit illa in ſymbolis,quæ choros alios repræſentabant, repetere. tum quod iſti neque ſingularium , neque prouinciarum bonū tam immediatè procurent tum quod omnium nouem chororum vnio in toto corpore huius ſupremæ viſionis mirabiliter ſignificetur.Atque ideo cùm omnes ſuperiores chori vnà cum Angelis & Archangelis tendant;ſat quidem intelligitur, incumbere omnes , vt miniſtri ſint & cooperatores illarum quattuor perfectionum diuinarum,quibus proximè Angeli,& Archangeli deſeruiunt. Deinde reſpondeo,cùm appareat , neceſſe non fuiſſe, quattuor illarum virtutum ſymbola in ſingulis choris iterare , ſuffeciſſeque illa in terra viſionis totius
D parte collocare;aptiorem in quattuor animalibus & in rotis viuis ſedem habuiſſe.Etenim expediebat , quattuor eas virtutes ac perfectiones in re quadam viua , quippe quæ actiones ſunt vitales, repræſentari. Expediebat item eos,qui trahebant (vt ſic loquamur) rotas , animalium formam habuiſſe.Sic itaque cohærēt aptè omnia, vt & quattuor prouidentiæ virtutibus ſignificandis adhibita ſint ſymbola vitalia , & capita animalium iis, qui præ ſe ferunt ſpiritum vitæ,fuerint attributa.

& cur hæ nō in aliis ſymbolis?

In reliquis ſymbolis,aut nihil auctor fuit commentatus ; aut certè ſi quid fuit diſſolutæ chartæ, quibus multa committebat,perierunt.

Duo alia Ezechielis capita ſunt,38.nēpe & 39. ad quorum conſiderationem Apoc.c.20. nos vocat. Ac de quibus dicta ibi quædam ſunt propria
E huius loci, ea tangentur ſolum.Pluribus alia proſequi neceſſe eſt.Id iam præſtandum.

Contextus capitis 38.Ezechielis.

Textus Prophetæ.	*Series Vaticinij.*
Verſ. 1. *Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:* 2. *Fili hominis pone faciem tuam contra Gog terram Magog, principē capitis Mo-*	Propoſuit mihi Deus ob oculos Dominum Hierapolis (qui Syriæ Rex eſt,) cuius imperium ad Armeniam, & Aſiaticam Iberiam (atque adeo ad Aquilonē) patet latiſſimè:iuſſitque,vt

Z 2 hæc

Digitized by Google

ſoch, & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ad eum:

hæc de illo propheticis verbis prædicarem.

3. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Moſoch & Thubal.

4. Et circumagam te, & ponam frenum in maxillis tuis: & educam te, & omnẽ exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis vniuerſos, multitudinem magnam, haſtam & clypeum arripientium, & gladium.

Ego quidem (ait Deus) te in gyrum huc illuc flectam, ac reflectam. Tuis enim peſtiferis conatibus & technis diabolicis mea prouidentia vtetur, bellúmque à te contra meum populum mouendum ita moderabitur, vt tandem ſuam mea conſilia finem abſolutiſſimè cõſequantur. Et quemadmodũ peritus eques nũc laxatis habenis, equum admotis calcaribus in curſum incitat, nunc frenum premens incitatum retardat, aliàs in gyrum circumducit, & ſuæ omnino volũtati patentem effingit: ſic adeo tuus iſte numeroſus exercitus, cuius potentia turges, citra meam voluntatem ne moueri quidem poteſt, ac velis nolis, tua tamẽ molimina & conatus in bello iſto ad meæ prouidentię executionẽ conferent. Ego, ego inquam innumeris te & cohortibus peditum, & turmis equitum ſtipatum, atque omni armorum genere tam ad depellendam, quàm ad inferendam iniuriam idoneorum inſtructum ex tuæ regionis finibus extraham.

5. Perſæ, Æthiopes, & Libyes cũ eis; omnes ſcutati & galeati.

Ipſe ego militum tuorũ numerũ recenſui, ac diſpoſui. Quos innumerabiles Perſas ab Oriente, quos ab Auſtro, Arabia, & Libya ſis deducturus, quibus armis inſtructos, omnes enumeraui.

6. Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus Thogorma, latera Aquilonis, & totum robur eius, populique multi tecum.

Idque eo, vt te licet potentiſſimum totũ Aſiæ robur comitetur.

7. Præpara, & inſtrue te, & omnem multitudinem tuam, quæ coaceruata eſt ad te: & eſto eis in præceptum.

Vtque obſecundent tibi omnes ad nutum.

8. Poſt dies multos viſitaberis: (perficere eſt Hebraica phraſi viſitare) *in nouiſſimo annorũ venies ad terram, quæ reuerſa eſt à gladio, & congregata eſt de populis multis ad montes Iſraël, qui fuerũt deſerti iugiter: hæc de populis educta eſt, & habitabunt in ea cõfidẽter vniuerſi.*

Multi tamẽ prius abierint anni (plures trecenti) quàm tuũ hoc bellum inferri patiar. Exacto tamẽ tempore præſtituto meæ prouidentiæ cõſilia perficiãtur oportet. Tunc acerrimũ iis hominibus bellũ facies, quos à Babylonis captiuitate, aliiſque ærumnis vindicatos patria Iſraëlis terra in otio & lætitia degentes continebit.

9. Aſcendens autem quaſi tẽpeſtas venies, & quaſi nubes, vt operias terram tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum.

Tuus exercitus Iſraëliticam regionem vndique ſic teget, vt imminens quædam tempeſtatis nubes.

10. Hæc dicit Dominus Deus: in die illa aſcendẽt ſermones ſuper cor tuum, & cogitabis cogitationẽ peſſimam, & dices:

Quam gentem incautam adoriri, & inopinãtem opprimere, nulliſque munimentis obuallatam euertere credes, vel nullo vel facili negotio, præcipuè cùm

A *11. Aſcendam ad terram abſque muro: veniam ad quieſcentes, habitanteſque securè: hi omnes habitant ſine muro, vectes & portæ non ſunt eis.*

12. Vt diripias ſpolia, & inuadas prædã, vt inferas manũ tuã ſuper eos qui deſerti fuerant, & poſtea reſtituti, & ſuper populũ, qui eſt cõgregatus ex Gẽtibus, qui poſſidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terræ.

ea gens vndique tuæ ditionis regionibus intercipiatur media. (Etenim vt medium corpus tenet vmbilicus, ſic media erat Iudęa inter regna Antiochi, cum is Syriæ, Ægypto, & Orienti, vt videbimus imperaret.)

13. Saba & Dedan, & negotiatores Tharſis, & B *omnes leones eius dicẽt tibi: Nunquid ad ſumendã ſpolia tu venis? Ecce ad diripiendam prædam congregaſti multitudinem tuam vt tollas argentum: & aurum, & auferas ſupellectilem atque ſubſtantiam, & diripias manubias infinitas.*

Confluent ad te vndique diuitum mercatorũ agmina mancipiorũ emendi cauſa. Credent nimirũ innumera Iudæorũ millia tuis viribus proſtrata abductũ iri in ſeruitutẽ: aurũ & argentũ affatim porrigent, pretioſã ſupellectilẽ mancipiis cõmutabũt (notandũ eos mercatores qui copioſiſſimi ſunt, appellari leones, Valientes mercaderes. vt in Pſ. 31. 11. *diuites eguerunt.* nã eſt vtrobique Hebræa vox כְּפִרִים, leunculi.

14. Propterea vaticinare C *fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit Dominus Deus: Nũquid nõ in die illo, cũ habitauerit populus meus Iſraël confidenter, ſcies?*

Quamobrem, vt & tibi ſpeciatim, & cũctis vniuerſè, notum ſit nullũ eſſe robur, quamlibet appareat inſuperabile, quod diuinis conſiliis ne minimum quidẽ obſiſtat, adeoque illi minimè innitendum, Hæc dicit Dominus: Ipſe perſpicies, quam populus meus ab omni apparatu futurus ſit nudus, & omni alio munimento deſtitutus.

15. Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecum, aſcenſores equorum vniuerſi, D *& cœtus magnus, & exercitus vehemens.*

Te verò veniẽtẽ vis fortiſſimorum militum innumera, atque adeo cingent terribiles copiæ.

16. Et aſcendes ſuper populum meum Iſraël, quaſi nubes vt operias terram. In nouiſſimis diebus eris, & adducã te ſuper terrã meã: vt ſciãt Gentes me, cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum Gog.

Sed demũ in te meæ cõſilia prouidẽtię omnino perficiẽtur. Et verò innoteſcet omnibus te ideo in hanc terram, quæ mihi propria eſt, meæ prouidentiæ conſilio fuiſſe delatũ; vt cognoſcerent Gentes, quiſnam & qualis ſit Deus Iſraël. Cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorũ, nimirum cum viderint, qua ratione meum ipſe honorem tutatus ſim, populum meum defẽſauerim, & ab ipſius hoſtibus vindictam ſumpſerim.

E *17. Hæc dicit Dominus Deus: Tu ergo ille es de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorũ prophetarũ Iſraël, qui prophetauerũt in diebus illorum temporum, vt adducerem te ſuper eos.*

Atque hoc vaticinio prorſus cõpleto, eãdẽ, quã de te Deus ſumet, vindictã, non verbo, ſed verbere & opere tecum loquetur, tibique liquidò probabit, eũ te eſſe hoſtem, quẽ ipſius prophetæ tã multis ante annis prædixerũt. (qui prophetæ ſunt hic Ezechiel his c. 38. & 39. Dan. c. 8. & 11.

Digitized by Google

18. *Et erit in die illa: in die aduentus Gog ſuper terram Iſraël, ait Dominus Deus, aſcendet indignatio mea in furore meo.*

19. *Et in zelo meo, in igne ira mea locutus ſum.*

20. *Quia in die illa erit commotio magna ſuper terrã Iſraël: & commouebũtur à facie mea piſces maris, & volucres cœli & beſtia agri, & omne reptile. quod mouetur ſuper humum, cunctique homines, qui ſunt ſuper faciem terræ: & ſubuertentur montes, & cadent ſepes, & omnis murus corruet in terram.*

Te aduenienre, primum Deus iræ ſuæ ſpecimen dabit, eiuſque zeli, quo contra Iſraëliticum populum flagrat. Tuis enim militibus vtetur tortoribus in populi ſui caſtigatione vehementi. Tantáque erit ſuppliciorum grauitas, (ſubeſt autem huic loco non nihil hyperboles, nonnihil etiam allegoriæ) vt piſces in mari, volucres in aëre, in campis animantia, reptilia, homines, montes, mœnia diuinam ſentiant iram.

21. *Et conuocabo aduerſus eum in cunctis mõtibus meis gladiũ, ait Dominus Deus: gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum dirigetur.*

22. *Et iudicabo eum peſte & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis: ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo.*

23. *Et magnificabor, & ſãctificabor: & notus ero in oculis multarũ gentium, & ſciẽt quia ego Dominus.*

Nec tamen poſtea mihi ad hoſtilem exercitum puniendum, gladiorum copia deerit: ſuis enim ipſorum armis miram in eis ſtragem edam: efficiam, vt gladius vniuſcuiuſque in fratrem ſuum adigatur. Ad bellum peſtilentiam addam, è cœlo grandinem lapidum horribili magnitudine eiaculabor, ignem & ſulphur impluam. (his dum cum Antiocho agitur hyperbole continetur; at in præcipuo ſenſu ænigma, vt in Apoc. expoſui, admirabile.) Quæ facinora meã cum magnificentiam, tum ſanctitatem, atque etiam tremendum apud nationes vniuerſas numen demonſtrabunt.

Contextus capitis 39.

Textus.	*Series.*

Verſ. 1. *Tu autem fili hominis vaticinare aduerſum Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuper te Gog principẽ capitis Moſoch & Thubal:*

2. *Et circumagam te, & educam te, & aſcẽdere te faciam de lateribus Aquilonis, & adducam te ſuper montes Iſraël.*

3. *Et percutiam arcũ tuũ in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.*

Meo numine ex tuis regionibus (quæ ad Aquilonẽ pertinẽt) venis bellum meo Iſraëlitico populo illaturus. Is verò in iſto aduentu tuo mihi eſt animus vt te omnino deiiciam, exercitumque tuum tanta militũ internecione proſternam, vt feris animantibus, rapacibuſque volucribus (notãda hæc in ſermone cũ Antiocho hyperbole, ſed mirabilis ad ſenſum principẽ figura) longo tempore cadauerum acerui operientes campos ſuppetant, diſcerpendi, & in eſcam laniandi.

4. *Super montes Iſraël cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui ſunt tecum: feris, auibus, omnique volatili, & beſtiis terræ dedi te ad deuorandum.*

5. *Super faciem agri cades: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.*

A 6. *Et immittam ignẽ in Magog, & in his qui habitat in inſulis confidenter: & ſcient, quia ego Dominus.*

Ignem etiam è cœlo deiiciã (nã ignẽ veni mittere in terram) quo Hierapolis, & innumera eius templa in cineres, & fauillas reſoluãtur. Cuius flãmæ vis ad remotas etiam prouincias (inſulas vocat ſacra Scriptura) pertinebit: & ſic tandem me verum eſſe Deum agnoſcent.

7. *Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſraël, & non polluam nomen ſanctum*
B *meum amplius: & ſcient Gentes quia ego Dominus ſanctus Iſraël.*

8. *Ecce venit & factũ eſt, ait Dominus Deus: hæc eſt dies, de qua locutus ſum.*

Hinc fiet, vt populo meo iam ſim notior, nec ipſi amplius idola venerentur, ac propterea non polluetur nomen meum, quod antea idololatriæ ſordibus pollui videbatur. & innoteſcet Gentibus quod ego Dominus ſim.

Neque verò eſt, cur quis de dicta victoria ambigendum putet. veniet tandem, atque aderit illa dies: & res ipſa ingentis clamoribus dicet: Hæc eſt dies de qua locutus eſt Deus: & maximè quia tunc Deus apertam huius prophetiæ notitiam ſeruis ſuis dabit.

9. *Et egredientur habitatores de ciui-*
C *tatibus Iſraël, & ſuccendent, & comburent arma, clypeum, & haſtas, & arcum, & ſagittas, & baculos manuum, & contos: & ſuccendent ea igni ſeptem annis.*

Tantáque erit hoſtilium armorum multitudo, vt per multos annos ſufficiẽs igni materia ſit futura. (Hyperbole hæc in primo ſenſu, at in præcipuo pulchra figura.)

10. *Et non portabunt ligna de regionibus, nec ſuccident de ſaltibus: quoniam arma ſuccẽdent igni, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & decipient vaſtatores ſuos, ait Dominus Deus.*

11. *Et erit in die illa: dabo Gog locũ nominatum ſepulchrum in*
D *Iſraël: vallem viatorũ ad oriẽtem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes: & ſepelient ibi Gog, & omnẽ multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.*

Sepelieturq; Gog & ipſius exercitus in illa valle quæ viſitur in itinere ad mare mortuũ ducente: eaque vallis multitudinis (Heb. hamõ vt infr. v. 17.) Gog indigitabitur. vbi notãdũ occiſorũ cadauera in via qua ad mare mortuum itur, eo ſepeliri iuberi, vt qui retia ſua in mortuũ mare iactare parauerint, (de quo infra) huius diuini operis recordentur, quo in memoriam reuocato, confidant, dicantque; Domine in nomine tuo laxabo rete: & qui è mari mortuo viui & incolumes emerſerunt, gentilitatis reliquias in itinere abiiciant.

12. *Et ſepelient eos domus Iſraël, vt emũ-*
E *dent terram ſeptem menſibus.*

13. *Sepeliet autem eũ omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus ſum, ait Dominus Deus.*

14. *Et viros iugiter conſtituent luſtrantes terram, qui ſepeliant & requirant eos qui*

Et ſeptem vſque menſes (nec ignauiter ſeu imprudenter) in expedienda cadaueribus regione collocabuntur, & mortuorum oſſibus ad dictum ſepulchrum deportandis. Quibus menſibus exactis, deſignabuntur, qui terram luſtrent, inhumata vbique oſſa conquirentes, vt ea cum reliquis ſepulturæ mandent: & quicumque Iſraëlitica terra faciens iter in os ali-

Digitized by Google

remanſerant ſuper faciem terræ, vt emundent eam: poſt menſes autem ſeptem quærere incipient.

quod demortui hominis inciderit, ſignum ibi figet, quod à pollinctoribus, & cõquiſitoribus oſſium cerni poſſit, vt tandem ſepulchro cum reliquis condatur.

15. *Et circuibũt peragrãtes terram: cũmque viderint os homini, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſepeliant illud pollinctores (id eſt, curatores cadauerum, vel funerum) in valle multitudinis Gog.*

16. *Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram.*

Amona eſt ciuitas multitudinis. Vnde videtur in ſupradicto ſepulchri ſitu ciuitas extruenda.

17. *Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: dic omni volucri, & vniuerſis auibus, cunctiſque beſtiis agri: conuenite, properate, concurrite vndique ad victimã meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſrael: vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.*

18. *Carnes fortium comedetis, & ſanguinem Principum terræ bibetis: arietum, & agnorum & hircorũ, taurorum, & altilium & pinguium omniũ.*

Cùm ergo tanta futura ſit hoſtium cædes & laniena, præcipit Deus prophetæ, vt omnes cœli voucres, & feras montium ad lautiſſimas epulas inuitet, parandas ſcilicet in montibus Iſraël ex carnibus & ſãguine principum terræ, arietibus, agnis, hircis, tauris, auibus, & pinguium omnium genere. ita prædictatum omnium carnium pinguedo deſignatur, ac pollicetur, inuitatos omnes adipẽ ad ſanctitatem vſque comeſuros, & ſanguinem in ebrietatẽ bibituros de equo & equite forti ac de vniuerſis bellatoribus.

19. *Et comedetis adipem in ſaturitatem, & bibetis ſanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolabo vobis.*

20. *Et ſaturabimini ſuper menſam meam de equo, & equite forti, & de vniuerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.*

21. *Et ponam gloriam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam poſuerim ſuper eos.*

22. *Et ſcient domus Iſrael, quia ego Dominus Deus eorum a die illa & deinceps.* prouidentia ſcilicet admodum ſingulari.

23. *Et ſcient gentes quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſraël, eo quod dereliquerint me, & abſcõderint faciem meam ab eis: & tradiderim eos in manus hoſtium, & ceciderint in gladio vniuerſi.*

Fiet itaque notum Gentibus, cum populum meum ſuppliciis corripui, eoſque in hoſtium manus tradidi, & abſcondi faciem meam ab eis contigiſſe, nimirum ea omnia in ſuorum peccatorum pœnas: quibus ſceleribus in Babylonis captiuitatem ſunt abducti.

24. *Iuxta immunditiam eorum, & ſcelus fui eis, & abſcondi faciem meam ab illis.*

Nunc iam dignis affecti ſuppliciis.

25. *Propterea hæc dicit Dominus Deus: nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis domus Iſrael: & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo.* Vt ſcilicet extraham meos ex Babylonica ſeruitute.

26. *Et portabunt confuſionem ſuam & omnem præuaricationem qua præuaricati ſunt*
A *in me, cum habitauerint in terra ſua confidenter neminem formidantes.*

Ac quando libertate ſimul & pace in patriis regionibus fruentur, nec vllo hoſtium metu terrebuntur; eorum tamen animis obuerſabitur antiquæ præuaricationis imago ac pudor.

27. *Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum ſuorum, & ſanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum.*

28. *Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, eo quod tranſtulerim eos in nationes, & congregauerim eos ſuper terram ſuam*, id eſt, tam quod eos punierim, quam in priſtinam libertatem aſſeruerim, ne vno quidem Babylone relicto, *& non dereliquerim quenquam ex eis ibi.*

29. *Et non abſcondã vltra faciem meam ab eis, eo quod*
B *effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſrael, ait Dominus Deus.* Expendendi verò ſunt verſus hi duo vltimi ſollerter.

Spiritus horum duorum Ezechielis capitum 38. *&* 39.

Copioſus exercitus Gog perſecutiones Eccle- A num. 1.
ſiæ Chriſtianæ repræſentat; videlicet non ea bel- vſque ad
la quæ vel de finibus, vel de imperij dilatatione 12.
moueri ſolent; ſed eas tantum perſecutiones, quæ
ad veram religionem delendam excitantur. qua-
les olim à Romanis Imperatoribus, & tandem
ab Antichriſto excitandas nouimus. Aduertitur
C autem, omnes has perſecutiones diuina proui-
dentia permitti, cuius nutu cuncta gubernantur.

Pingues mercatores ſunt, qui perſecutiones vr- Verſ. 13.
gebant ob peculiaria emolumenta.

Quæ tandem perſecutiones omnes, in amplio- Verſ. 14.
rem Dei gloriam cedunr. 15.16.

Atque illis præterea fit liquidum, reipſa per- Verſ. 17.
ficiſ diuinæ prouidentiæ conſilia. vide caput
39.8.

Et prius quidem his perſecutionibus populi Verſ. 18.
tui ſcelera punit ſeueriſſime Deus. 19.20.

Sed tandem perſecutio terminatur euerſione Verſ. 21.
idololatriæ, tum multorum ex ipſis perſecutori- 22. 23.
bus conuerſione. Cedit etiam in maiorem obſti-
natorem condemnationem, ac, verbo, in ruinam
D & reſurrectionem multorum. Quod verò dicitur
de peſte, ſanguine, igne, ſulphure, grandine, im-
menſæ magnitudinis eamdem habet cum plagis
Apocalypſeos ſignificationem.

Iterum aſſeritur, perſecutiones à Deo mitti, & Cap. 39. v.
perſecutores fore ſuperandos. De eo autem quod 1.2.3.4.5.
dicitur: *Feris, auibus, & beſtiis terræ dedite ad deuo-*
randum, vide infrà v. 17.

Idololatriam in Romano imperio funditus 6.7.
euertendam: quo fit, vt debiles Chriſtiani in
idololatriæ periculum non veniant. quod turpiſ-
ſimum erat Chriſtiani nominis dedecus.

Re ipſa apertè cognoſcendum, tunc abſolutè & 8.
perfecte impleri, quod Dauid prædixerat. vide ſu-
cap. 38. 17.

Nota poſt ſepultam idololatriam repræſentari, 9.
hoſtiũ oſſa terræ eſſe madãda, & eorum arma pro
E lignis comburenda. oſſa quidem gentilitatis reli-
quias deſignabãt, quas alte terra obrui neceſſe, ne
totum orbem contagione permanent. Armorum
autem ligna, ante gentilibus & idololatris vſui
erant, nunc in vſum fidelium conuerti poſſunt, nõ
quidem ad pugnãdum, ſed ad alios catholicorum
vſus. Oſſa nullum emolumentum afferunt, ideo
ſepeliantur oportet. Arma verò in ignis ſaltem
materiam conferunt. Quo ſignificatur, facultates,
opes,

Digitized by Google

opes,& copias, ethnicorum, quibus rebus prius catholicis bellum inferebant, nunc in charitatis opera conferri,pulſa toto orbe idololatria: quod eſt igne conſumi. Quod autem materia hæc 7. annos duratura dicitur, hoc annorum ſpatio, id quod ſabbatum vſque ad annum requietis durat, deſignatur; quaſi totum vitæ tempus dixeris. toto enim vitæ curriculo, quæ olim ethnicis in catholicorum perniciem ſarta tecta conſeruabantur, qualia erant aurum & argentum idolorum, nimirum hæc ligna & materies, nunc iam in beneficium fidelium, & hominum vſus inſumuntur.

A 12. ad 16. Quandoquidem oſſa (vt vidimus) gentilitatis reliquiæ ſunt:conſtat,fideles vbi idololatriam abiurarunt, continuo omnes ethnicorum ritus & gentilitatis reliquias ſedulo abieciſſe,ac ſepeliſſe, ne quid peſtiferæ illius tabis eorum animis inſideret. Magnam illam oſſium multitudinem obruerũt, vt memoria poſteris relinqueretur ampliſſimæ illius victoriæ fidelium labore & induſtria ad Dei gloriam reportatæ. memoriam verò excitatus tumulus figurat.

Quamuis autem magnus ille oſſium aceruus ſit ſepultus,alicubi tamen nonnullæ reliquiæ fortè remanſerant, quas vt coaceruarent & terræ mandarent, pollinctores deſignantur, qui ſunt Prælati,inquiſitores,& quos tangit hæc cura. Cauetúrque ne quis in huiuſmodi oſſa incidens præterire audeat, niſi prius ſignum ibi defixerit, quo pollinctores diſperſas reliquias videre poſſint. Hoc eſt,qui aliquod gentilitatis erroris veſtigium olfecerit, continuo rem deferat ad præſides,eoſque quibus id curæ eſſe nouerit, vt emũdetur tellus. Præcipitúrque pollinctoribus, vt ſuum munus poſt ſeptem menſes exerceant:nimirum monentur, eſſe ſibi principio lentius agendum,dum fideles recens conuerſi catholicos ritus abſolutè perdiſcant. tunc enim erunt iam ſignata oſſa. ideſt,erunt ſuperſtitionum delatores. Atqui in menſium hebdomade (quod temporis ſpatium ceremoniis prædiſcendis datur)ad omnia Hebræi populi feſta alluditur,quæ 7. primis menſibus celebrabantur; nec in quinque reliquis vllum erat.

Nec ſine magno acumine, in via quâ ad mare mortuum itur ex Hieroſolyma, publicæ oſſariæ, vel caluariæ collocantur.Etenim (vt cap. 47. manifeſtum eſt) mare mortuum gentilitatem ſignificat: & poſtquam eius maris aquæ reuiuiſcentes perſanatæ ſunt, eſt in eo maris tractu piſcatio frequentiſſima.

Hoc ſuppoſito: oſſaria in medio itinere poſita eos, qui ab Hieroſolyma proficiſcuntur ad mare. ideſt,ad Ethnicorum conuerſionem,excitat atque erigit, reuocatis ſcilicet in memoriam rebus, olim ab Eccleſia contra idololatriam præclariſſimè geſtis: quibus erecti eandem à Deo benignitatem,& auxilium ſperent. Contra verò qui ex mortuo mari ad Hieroſolymam transferunt ſeſe, in caluarias incidentes gentilitatis reliquias protinus abiiciant.

17.18.19.20. Sacrificium atque epulę volucribus propoſitæ, idem hoc loco ſignificat, quod cap. 19. Apocal. illic tamen de militum tantum & equorum ſuorum carnibus mentio fit. hic ſuperadduntur etiam arietum, agnorum,hircorum, taurorum, & altilium,(Hebraicè bubalorum,) & pinguium omnium carnes.nimirum quia exercitui Gog aliquos eſſe arietum greges, aliqua boum armenta, A & cetera eius generis, eſſe oportuit, quibus in bello ſuſtentarentur. Et forſan in tauris ſuperbi ſignificantur; in hircis libidinoſi, in arietibus lanigeris qui diuitiis affluunt, & Angelis (quæ ſunt cœli volucres) horum animalium conuerſione,hoc conuiuium à Deo proponitur.

Ioannes in Apocalypſi non aliorum conuiuarum quàm auium meminit,Ezechiel terræ beſtias addidit: & Hebræum beſtiarum nomen à voce deducitur, quæ vitam ſignificat: nam à חיה quod eſt viuere, fit חיה animal aut beſtia, vnde nihil brutum deſignat ea dictio, ſed idem eſt, habere animam, & vitam,& eſſe animal. Eò autem alluſum videtur,quòd præcipites ferantur in cadauera,& beſtiæ terræ & volucres cœli. Et quidem in B auibus Angeli, & animalibus terræ iuſti viri deſcribuntur,qui mirum in modum conuerſione infidelium delectantur. Ioannes auium tantum meminit,ob illud Chriſti: Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.Sed obiiciet aliquis,in victoria Gog & Magog, vt plures conuerſi ſunt,ſic plures obſtinatè obduruiſſe. Reſpondeo, conuiuium ad guſtatum tantummodo propriæ victoriæ referri,eorum videlicet,qui nouè fidem ſuſcipiebant.

Ethnicorum conuerſio,quâ conuiuij allegoria declaratur. 21.

Eccleſiæ gaudium. 22.

Monemur, vniuerſas Eccleſiæ perſecutiones ob noſtra ſcelera diuinitus immitti. 23.24.

C Cætera patent.

In hæc duo Ezechielis capita 38. & 39.

COMMENTARIVS.

Ribera Apocal. 20. §. 58. probat, prophetiam Gog & Magog apud Ioannem & apud Ezechielem eſſe eandem. Sicut enim Ioannes ait: *Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, vt manducetis carnes regum*, &c. ita & etiam Ezechiel: *Dic omni volucri cœli,conuenite,properate*,&c. Aduertere tamen debuiſſet Ribera, immo hoc argumento oppoſitum effici poſſe: hoc enim conuiuium à Ioanne non deſcribitur in Gogi & Magogi prophetia,ſed mille antè annis,& eo amplius. Quod D latius expoſui Apocal.20.7.

In capitibus hiſce,potentiſſimus ac numeroſiſſimus exercitus deſcribitur, ex variis gentibus collectus, qui ad euertendum Chriſtianum populum aduenturus erat. Huius item belli deſcribitur euentus.

Dubitatur primò de quonam exercitu loquatur Propheta.

Reſpondeo ſeptem eſſe huius prophetiæ explicationes ſibi inuicem diſſimiles. Quarum tres nemini probari poſſunt, cum figuram ad res fabuloſa accommodent. *Opiniones tres improbabiles.* Primò ergo Iudæi expe- E ctant, Prophetiam hanc (vt ſonat) eſſe adimplendam, vbi terrena Ieroſolyma per ſuum Meſſiam reædificabitur. Secundò, Millenarij ſimile quid euenturum ſomniabant, poſt illos mille annos,quos Chriſtum Dominum in terris cum ſanctis ſuis regnaturum credebant. Tertiò. Quidam alij, vt ait Hieronymus, (fortaſſè Origeniſtæ) terrenum ſenſum abiicientes plus nimio ad alta conſcendunt, & multo inaniores effingunt

Digitized by Google

nænias,adeò vt in cœleſti Ieroſolyma Diaboli, & exercitus eius bella deſcribant. Et ſub ſingularum gentium etymologiis ſpiritales in cœleſtibus nequitias interpretentur.

4. De regibus Syriæ.

Ad eos veniamus, qui rebus veris adaptant prophetiam. Prima expoſitio eſt eorum, qui aſſerunt prophetam agere de variis gentibus, quæ ſub regibus Syriæ bellum geſſerunt aduerſus Iudæos ex Babylonica captiuitate reductos: atque adeò, hanc eſſe prophetiam eius hiſtoriæ, quæ in Machabæorum libris refertur. Hanc opinionem ſequitur Pererius tom.2. in Geneſ. lib.15. à §.12. 13.16.17.18.21. Eadem eſt ſententia Theodoreti: licet enim affirmet Gog & Magog gentes eſſe Indicas; ſimul tamen inquit impletam poſt reditum è Babylone hanc Ezechielis prophetiam.

5. De Turcis & Mahometicis.

Secundæ opinionis auctores ſunt, qui Prophetam agere arbitrãtur de Turcis & Mahometicis, qui aduerſus Chriſti Eccleſiam poſt mille annos inſurrexerunt. Hanc expoſitionem tribuit Genebrardus Hebræis Pſalm.52.verſ.2. & ſequitur Fr. Ferdinandus de Caſtillo part. 2.cap. 1. vbi ait, prophetiam hanc in Othomanorum familia adimpletam fuiſſe. Poſtquam enim Conſtantinus Imperator Eccleſiæ defenſionem ſuſcepit, ipſa verſata eſt in pace & tranquillitate, nullis vnquam perſecutionibus agitata, ad annum vſque 1300. qui annus Othomanorum familiæ initium dedit. Et anni medij à Conſtantini vſque tempore interiecti ſunt mille, verã initã ſupputatione. Quo annorum ſpatio Dæmon in vinculis latuiſſe viſus eſt: eo autem exacto, barbaricam induens iſtorum perſonam, erupit violentus & immani feritate ſæuiens in Eccleſiam, vt eius pacem acerrimis bellis perturbaret. Huius quoque opinionis ſunt Ioan. Annius, & Hentenius.

6. De Antichriſto.

Tertia opinio ſentit, Ezechielem de Antichriſto, eiuſque exercitu, & nefaria in Eccleſiam perſecutione commota, ad literam agere. Hanc opinionem ſequuntur Lira & Burgenſis in Ezechielem, & valde ex Apocal.cap.20. videtur confirmari: vbi Ioannes proculdubio Antichriſti perſecutionem nominat, nomine Gog, & Magog, vbi videtur quaſi proferri & exponi Ezechielis locus.

7. Omnes perſecutiones cõplectens.

Quarta denique expoſitio eſt, Ezechielem agere in communi de cunctis perſecutionibus in Eccleſiam vel concitatis vel concitandis, tam à Romanis Imperatoribus primum, quàm deinde ab hæreticis, ac poſtremo ab Antichriſto. Hanc grauiſſimis verbis opinionem ſequitur D. Hieronymus, ait enim; *Iudæi & noſtri Iudaizantes* (millenarios intelligit) *putant Gog eſſe gentes Scythicas: Eccleſiaſtica tamen explanatio eſt, per Gog & Magog intelligi omnem ſuperbiam, & falſi nominis ſcientiam, quæ erigit ſe contra notitiam veritatis.* Et poſtea ſubdit, hanc eſſe viam regiam, à qua declinandum non ſit neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Iam verò, vt quid ſentiam exponam.

Quando ad ſenſum duplicem vocet ſacra Scriptura.

Dico. Primò multis prophetarum locis duplicem ſubeſſe ſenſum; alium qui in ipſo verborum cortice apparet, nec intra ſuperficiem penetrat; alium penitiorem & intime abſtruſum: illum autem nec debere contemni, cum huius fundamentum ſit; nec omnino per ſe ſufficere, cum ſæpe plura exiſtant verba ad præcipuam Prophetæ mentem tantummodo pertinentia. v.g. in cap. 37. Ezechielis proculdubio ſubiicitur pro fundamento. exitus populi Dei à Babylonis captiuitate: ipſum tamen dictionis genus adeò ſublime eſt, vt apertè conſtet, præcipuum de humani generis re-

A demptione, & Eccleſiæ Chriſtianæ erectione eſſe ſermonem. Simile eſt in locis, vbi de euerſione Babylonis agitur, in quibus ipſa verborum & ſententiarum grauitas facile oſtendit, de idololatriæ expulſione, & conuerſione Romani Imperij intelligi debere. De quo ſcribendi genere, conflato ſcilicet ex figura & figurato latè alibi diſputo. Vide interim quæ referat Gueuara in Habac. cap.2. n.58. ex Luiſio Legionenſi in Abdiam.

De regibus Syriæ agit Ezechiel in ſuperficie.

Dico ſecundò in his capitibus 38. & 39. ſuperficiario ſenſu, bellorum prophetiam deſignari, quæ à Syriæ atque Aſiæ regibus Alexandri ſucceſſoribus, præcipuè ab Antiocho Epiphane, inferenda erant Iſraëlitico populo poſt reditum à captiuitate Babylonica. Probatur primò. Nam B præcedente capite omnino de Iſraëlitici populi aſſertione & reditu *in terram promiſſionis*, necnon de inſtauranda collapſæ reipubl. forma, Propheta planè egerat, vt fatetur Lyra & omnes. Quis ergo non videat, quod mox proximo capite bellum deſcribitur, id eſſe debere, quod ſupra memoratam felicitatem excepit? Hæc illa perſecutio eſt, quam à Syriæ regibus in Dei populum excitaram libri Machabæorum referunt. Probatur ſecundò. Nomina enim gentium ferè vniuerſa, quas in exercitu Gog extremum diem obituras, aſſerit textus, gentes Syriis Aſiaticiſque regibus ſubiectas deſignant, ſi modo rem exactius exquiramus. Hoc ſingulatim C explicemus: Magog, Syrum eſt Hierapolis Syræ vrbis nomen, vbi prodigioſa Derceto, facie, femina, cætera piſcis colebatur. vide Plinium lib. 5. cap. 23. Nec prætereundum eſt, Ptolomæum in tabula quarta Aſiæ, ſeptem ſolum inſignes ciuitates Syriæ deſignare; quarum ſecunda Hierapolis eſt, ſic à Græcis à templorum multitudine appellata, cui proprium ipſius nomen eſſet Magog. Oppidum hoc in ea Syriæ parte ſitum eſt, quæ paret gradus 71½. longitudine, 36¾ latitudine ex lib.5. cap. 15.

Magog nomẽ vrbis Hierapolis.

Moſoch, Ioſephus ait, hanc eſſe antiquam Calpadociæ appellationem, & probat ex antiqua ciuitate, cui nomen *Maſeca*. Certè, quod quidam D aiunt, hoc nomine Moſcouiam in Scriptura deſignari, inane prorſus videtur. Mihi certum eſt, ea voce populos Syriis regibus ſubiectos compellari. Namque Syriæ reges etiam Aſiam & Armeniam moderabantur, notandum enim Cappadociam, & Armeniam vicinas eſſe. & Plin.lib.6.cap. 9 ait proximos Armeniis eſſe Moſchenos: & Ptolomæus lib.5. cap. 13. ait montes Armenios Moſchicos appellari. Præterea Plin.lib.10.cap.10. (vbi de Iberia Aſiatica) ait: *Moſchorum tractus vſque ad Iberum amnem.* Vide etiam lib.5.cap.27. deinde Pererius lib.15. §.17. 18. ſuſpicatur Moſoch eſſe populos Syriæ vicinos, quia Pſalm. 120. vbi nos legimus, *incolatus meus prolongatus eſt, habitaui* E *cum habitantibus Cedar*, pro illo, *prolongatus eſt*, Hebraicè legitur, *Moſoch*. Quæritur itaque Dauid ſe procul à patria peregre agere in Moſoch, & in tabernaculis Cedar, conſtat autem Cedarenos eſſe aut Arabes, aut Arabibus vicinos.

Moſoch populi Syriæ.

Thubal, Ioſephus antiquum eſſe putat Iberiæ nomen: quod non ad noſtrã, ſed ad Aſiaticam Armeniæ proximam, referendum fuit: quam Ptolomæus Iberiam appellat lib.5. cap.11. & in tertia Aſiæ tabula Iberiam collocat ab Armenia exiguo disiunctam interuallo: in quinta Syriam & Palæſtinam. Præterea, idcirco Iberiæ nomen inditum eſt Hiſpaniæ, quia (vt refert Plinius ex Varrone

Thubal Iberia Aſiatica.

Digitized by Google

rone lib.3.cap.1.)in Hiſpaniam Iberi Aſiani,ſicut & Perſæ & Phœnices conuenerunt. Rurſus plurima illa nominum Thubal & Moſoch in ſacra pagina repetitio locorum propinquitatem arguit. Vide Ezech.27.& 32.& 38.& 39. Et nota, ſubrilius perſcrutanti perſpectum fore, Scripturam de his populis agere,vt proximis inter ſe, & quibus cum aliquid rei Iſraëliticis intercederet. *Perſa, Æthiopes, & Libyes cum eis.* Perſas fuiſſe in exercitu Antiochi patet 2. Mach.1.11. *Gratias agimus Deo, vt pote qui aduerſus talem regem dimicamus: ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerunt contra nos,& ſanctam ciuitatem.* Porrò Æthiopum nomen in Scriptura ad Arabas extendi conſtat. Hebraicè enim pro Æthiopibus legitur Chus,& tam Chuſij quam Æthiopes in Orientales & Occidentales diuiduntur, vtroſque autem medius dirimit Arabicus Sinus,vt latè docet Perer. lib. 15. in Gen.diſput.1. Quod autem Arabes ſub Antiocho contra Iudæos militauerint,patet 1.Machab. 12.31. vbi dicitur: *Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocantur Zabadai,& percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum.* Quod niſi iniuriis laceſſitus non feciſſet; ergo Arabes pro Antiocho erant contra Iudæos. Vide etiam 2.Machab. 12. 10. vbi Iudas prælium cum Arabibus commiſit, quos vicit, & cum eorum reſiduis pacem fecit.

Perſa cum Antiocho.

Æthiopes patent ad Arabes deſignandos.

Si quis tamen nihilo ſecius putauerit, Arabes ab Æthiopibus diſtingui, non certè dubitari poteſt,quos Ezechiel appellat Æthiopes & Libyes (Hebr. Chus & Phut.) ex horum numero fuiſſe, qui Ægyptiorum partes ſequebantur, vt ex locis Ezechielis probat euidenter Perer. lib. 15. num. 43. & 44. & Antiochus cùm bellum aduerſùs Iudæos ſuſcepit, iam Ægypti & Syriæ rex erat, vt patet 1. Machab. 1.17. *Paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi,& cœpit regnare in terra Ægypti,*&c. cum ergo Ægypti rex eſſet, videtur eos etiam ſecum eductutus fuiſſe, qui Ægyptiis amicitiæ & & ſocietatis fœdere coniuncti erant.

Gomer Galata.

Gomer & vniuerſa agmina eius. Gometitas eſſe Galatas, ſeu Gallo-græcos, qui Phrygiam occuparunt,& Aſiam omnem impleruntt,probat optime Pererius lib.15. num.11. ex Ioſepho & ex cōmuni omnium ſententia; eos autem non defuiſſe in exercitu Antiochi,aſſeret, qui Iuſtinum leget lib.35 ſic de ipſis loquentem: *Tantus terror Gallici nominis,ſiue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter,nec maieſtatem ſuam reges tutam, nec amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur.* Quorum cum Antiochus rex eſſet,eos vtique potius quàm alios delegiſſe par eſt.

Thogorma expectat ad eoſdem.

Domus Thogorma. Satis fuerat dixiſſe *Gomer & vniuerſa agmina eius*, quibus verbis illi etiam includuntur, qui Thogorma nomine appellantur; quoniam Thogormæi inter Gomer filios numerantur, vt patet Geneſis 10.3. Quare non diuerſa natio proponitur,ſed propoſita diſtinctiùs explicatur. Idem enim eſt *Gomer & vniuerſa agmina eius*,quod *domus Thogorma populique multi.*& Thogormæos fuiſſe etiam Syriacos,vel Aſianos, atque adeò ſub Antiocho militaſſe, probat optimè Pererius lib.15. §.21. Præterea ſub illo nomine *populorum multorum* cæteræ omnes nationes comprehenduntur, quæ ſub Antiocho contra Iudæos militarunt: quarum maximus fuit numerus. & ex ſolis Idumæis referunt 60. fuiſſe regulos, de quo vide Serarium in Machabæorum harmoni. 9. 24. fol.805.

Reliquum eſt, explicemus, quæ nam illæ ſint A nationes,quæ cap.38 13. nominantur *Saba & Dodan & negotiatores,Tharſis,& omnes,Leones eius*, vide 1.Machab.3.31.

Qui mercatores appellentur leones.

Nota primò,hos non connumerari ab Ezechiele tanquam milites exercitus Antiochi. Non enim hos (vt ſuperiores) ait Gog comitaturos in prælium, ſed tantùm dicturos Gog, *Numquid venis vt tollas argentum & aurum?* Et confirmat . . , quia textus non *milites*, ſed *negotiatores* appellat,qui nihil norunt minus quàm bellum. vnde vox illa *Leones eius*,ad mercatorum opulentiam & magnanimitatem videtur referenda; qui inter reliquos, Leonum inſtar ſunt,opportunam ſcilicet emptionis commodę occaſionem præripientes. Hebraicè *leunculi eius*, Septuaginta, *villa eius*: & leunculo- B rum nomine phraſi Hebraica copioſi homines & bene nummati deſignantur: vide Pſalm. 33. 11. *diuites eguerunt*, Hebr. leunculi, *chepirim*, ſic in præſenti, Ezech. 38. 13. Nota ſecundò ditiſſima fuiſſe tria illa nationum genera, *Saba, Edam, & negotiatores Tharſis.* de Sabæis id docet Plin. lib. 6. cap. 28. *In vniuerſum* (inquit) *gentes ditiſſima, vt apud quas,opes Romanorum & Parthorum ſubſidant.* De Dadanæis verò,vide Ezech.cap.27.20. de Tyro loquentem. *Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum* Negotiatores autem Tharſis,ipſa nominis & vitæ ratio facile prodit & apertè; ſed apertiùs Ezech. cap. 27. 12. *Carthaginenſes negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum,argento,ferro, ſtanno,repleuerunt nundinas tuas.* Nota tertiò, quid C dicatur 1.Machab.3.41. *Audierunt mercatores, regionum nomen eorum.* (ideſt,famam,quæ de ingenti Antiochi exercitu percrebuerat.) *& acceperunt argentum & aurum multum valde,& venerunt in caſtra, vt acciperent filios Iſraël in ſeruos, & additi ſunt ad eos, exercitus Syriæ & terra alienigenarum.* & 2. Machab.8.10. *conſtituit Nicanor,vt regi tributum, quod Romanis erat dandum duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum,ſuppleret. ſtatimque ad maritimas ciuitates miſit conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens ſe 90. mancipia talento diſtracturum.* &,num. 34. exprimitur,mille negotiātes ad Iudæorum coëmptionem veniſſe: quibus in locis vide Serar.in harmonia fol.638.ex Hieronymo,Dionyſio,& Gorionide.

Acutus intellectus.

Quartò denique nota,ex prædictis inferri,ver- D ba illa, *Numquid venis,vt tollas argentum & aurum?* non ad argentum aurúmque Iudæorum,ſed ipſorum mercatorum eſſe referenda. Tectúmque videtur eſſe adulationis genus; quaſi dicerent.Hæc tanti exercitus potentia Iudæos ne,an aurum & argentum noſtrum parat euertere? Quia enim belli finis erat,innumerabilium captiuorum venditio,adulantur negotiatores Antiocho, innuentes tantam fore captiuorum multitudinem, quorum pretio viliſſimo licèt ſatis futuræ non ſint pingues ipſorum opes: vel timebant mercatores, ne ſibi per vim intruderentur captiui emendi,nimirum præſenti pecunia; quibus omnibus E emendis ampliſſimæ omnium opes exhauriendæ forent.

Ex dictis manifeſtè patet in cortice prophetiæ Ezechielis, deſignari duobus his capitibus hiſtoriam, quam libri Machabæorum retulerant.

Indicatur à Prophet arcanior ſenſus.

Dico tertiò, aliqua eſſe in his capitibus verba, quæ ſenſum omnino ſublimiorem exigunt, qui eſt prophetiæ ſenſus penitior & grauior. patet hoc cap.38.22. *indicabo eum,* (ſcil.exercitum Gog) *peſte, & ſanguine, & lapidibus immenſis, ignem & ſulphur*

Digitized by Google

ſulphur pluam ſuper eum,&c.& cap.39.6. *Immittam ignem in Magog,& in his, qui habitant in inſulis confidenter; & ſcient quia ego Dominus Deus.* Nota,vt dixerit,eos,vbi igne abſumpti fuerint, Deum cogituros,& num.9. ait,ſeptenni ſpatio non aliam ignis fore materiam, quàm hoſtium arma; & num.17. conuiuium refert, quo Deus auibus cœli fauet. Omnia hæc ſubtilius meditanti ſublimiorem ſenſum in hac ratione ſubeſſe perſuadent.

De perſecutionibus Eccleſiæ.

Dico quartò præcipuum huius prophetiæ ſenſum, ad Eccleſiæ perſecutiones pertinere, quotquot à Nerone ad Antichriſtum vſque ſæuierunt: non quidem de iis ſingulatim, ſed de cunctis vniuersè: probatur hæc aſſertio. eam enim fuiſſe oportet Ezechielis mentem, quæ aptiùs in propoſita textus imagine figuratur. Deinde in promtu eſt, per bella in Iſraëliticum populum à Babylonis captiuitate ereptum, excitata, aptiſſimè perſecutiones repræſentari, quæ in Eccleſiam poſt humani generis redemptionem, & Chriſtianæ Eccleſiæ fundationem, ſunt commotæ. Nec verò rationi conſonat primas Romanorum Imperatorum perſecutiones omittere, & vltimam tantùm ab Antichriſto excitandam intelligere. cùm in illas abſolutiſſimè quadret Prophetæ figura. Adde, quòd ſi optio daretur, elaborandum potiùs nobis eſſet, vt nullis (ſi fieri poſſet) limitibus circumſcriberetur figura: quo enim eius ſignificatum pateret latiùs, eiuſdem vtilitas ad plures pertinebit. Cùm igitur ratio perſuadeat, magnas omnes perſecutiones Eccleſiæ in bello Antiochi fuiſſe figuratas, non vtique decet, ſignificationem ad vltimam tantum coarctari.

Explicatus capitis 37. Ezechielis.

Præterea cap. 37. ſub cortice illo exitus populi Iſraël à Babylonis captiuitate, delituerat redempti humani generis, & diuini Spiritus Catholicæ Eccleſiæ communicati, recondita ſignificatio. cúmque de duodecim tribuum adunatione agi videtur, de ſanctorum communicatione, & Catholicæ Eccleſiæ vnitate actum eſſe, non eſt dubium. inquam diſcordes olim, poſtea concordes populi & vnanimes coaleſcunt, eidémque regi Chriſto Domino obtemperant, & terra promiſſionis ſpiritualis ac Hieroſolyma perfruuntur. Igitur ſi prophetiam hanc excipit bellum Gog & Magog, quis non videat, in hoc figurari neceſſariò debere bellum illud, quod ſtatim Chriſtianam Eccleſiam infeſtauit.

Adde, quòd perſecutiones Eccleſiæ in perſequentium conuerſionem euadunt, quod in Romani Imperij perſecutionibus vidimus, cap. 19. Apocalypſeos ſub ſpecie conuiuij lautiſſimi figurari, quo Deus cœleſtes volucres inuitat: figura ſcilicet ab Ezechiele deſumta c.39. vbi de proſpero belli Gog & Magog euentu, ſermo eſt. In hoc ergo bello Romani Imperij perſecutiones deſcribuntur. Cùm enim Apocalypſis finem belli Gog & Magog ad finem perſecutionum Romani Imperij adaptauerit, omnino decuit idem de Ezechielis prophetia iudicium fore, & figuram belli Gog & Magog ab Ezechiele depictam, Imperatorum etiam perſecutiones repræſentare debere. vide Apocal. 20.7.

Nota inſuper, quod de cunctis Eccleſiæ perſecutionibus vniuersè dicitur, id ſingulatim in vnaquaque, ſed præcipuè in omnium grauiſſima (quæ Antichriſti perſecutio erit,) debere confirmari. vnde in Apocalypſi ſignificanter & acutè

A Ioannes Antichriſti bellum deſcripturus, quod poſt millenariam pacem inferendum eſt, aſſerit, decurſo mille annorum ſpatio dæmonem eſſe ſoluendum, exercitúſque Gog & Magog ipſius induſtria ſolicitandos, vt coniunctis copiis in Eccleſiam irruant, eámque (ſi poſſint) funditus euertant. Viderat quidem Ioannes, etiam in Ezechielis prophetia priores perſecutiones comprehendi, atque ideo conuiuij figuram auibus exhibiti ab Ezechiele petiuit, vt priorum perſecutionum euentum deſcriberet; at verò quod Ezechielis figura vniuerſas comprehendat, impedimento non eſt, quo minus figura omnium grauiſſimæ excellenter accommodetur. Cùm autem Gog & Magog inſurrecturus dicitur, horribilis B quidam & acerrimus hoſtis, vehemens quædam perſecutio. quidam denique nouus Antiochus exoriturus prædicitur. Obiter etiam Ioannes, dum figuram vniuerſam ad rem peculiarem accommodat, (id quod meritò fieri poſſe oſtendimus) nos monet, vltimam illam perſecutionem omnium fore vehementiſſimam, reliquáſque omnes leues putandas, ſi modò cum illa conferantur. Sic veriſſimè dicuntur hæreſiarchæ, ipſius eſſe Antichriſti præcurſores: eadémque fuit antiquis patribus loquendi forma, vbi Romani Imperatores in ſermonem incidebant. Huc pertinet illud Pauli 2.ad Theſ.2. *Iam enim operatur myſterium iniquitatis.*

Quem hic Turcarum perſecutio habeat locū.

C Dico quintò, in ſuperficiario huius prophetiæ ſenſu Turcarum perſecutionem nequaquam comprehendi: ſecus, in penitiori & ſublimiori, vt quæ inter grauiſſimas numeretur. Pro huius enunciati explicatione nota, primò nullo modo per Gog & Magog Turcas poſſe intelligi, eo quòd ſint è Scytharum genere. Patet hoc ex iis, quæ ſuperiùs de nationibus Gog & Magog copioſè diximus. quid quòd Hieronymus eorum placitum irridet, qui nomine Gog & Magog, Scythas, Maſſagetas, Gothóſve intelligendos putat, atque Iudaizantium eſſe commentum. Præterea ſi quis attentè contemplari velit horum capitum 38. & 39. cum capite 37. connexionem facile vel nulla alia ratione propoſita, deprehen- D det, non immediatè de hac Eccleſiæ perſecutione, nec de ipſa ſolùm eſſe ſermonem: eſſet enim ineptum, à primis Chriſtianæ Eccleſiæ fundamentis, ad perſecutionem à Turcis excitatam tranſilire, & medias Romani Imperij perſecutiones tranſuolare.

Dubium ſecundum qua in re Gog & Magog diſtinguantur.

Expedita eſt hæc difficultas ad caput 20. Apocalypſ. notat. 7. vbi protuli meam ſuſpicionem, nimirum Gog nomen eſſe excogitatum eleganter, à Propheta ad deſignandum principem Syriæ Antiochum, atque id fictum ex nomine Magog, E quod compoſitum ex præpoſitione מן & Gog ſignificat quod Hiſpanè *lade Gog*, vrbem ſcilicet, vt ſi nomen eſſet vrbi alicui *Deleite*, & ex ea fingeretur nomen eius Domino Leite. Porrò Magog nomen eſſe vrbis Syriæ, quæ aliter vocata eſt Hierapolis, ex ibidem dictis manifeſtum eſt. Vbi etiam quanti faciendæ ſint horum propriorum nominum ſignificationes ad ſenſum prophetiæ eliciendum expendi. Certè quædam aſſeruntur etymologiæ parum firmæ. illud verò ſolidum,

Digitized by Google

ſolidum, in reipſa fundari præcipuum ſenſum, nimirum in Antiochi perſecutione (veram religionem euertere omni ope contendente.

Notæ circa Gog & Magog: pro Ezechielis capitibus 38. & 39.

Reges Syriæ dixi ſuperiùs eſſe etiam Reges Aſiæ. Sed obiicies, Alexandri Imperium in plures partes fuiſſe diuiſum, quarum præcipuæ fuere quatuor ex Danielis prophetia, Macedoniæ ſcilicet, Aſiæ, Syriæ, & Ægypti regnum. docet hæc Pererius in Daniel, fol. 227. & 257. Lira, & communis ex Hieronymo Theodoreto, &c.

Reſpondeo ex Serario fol. 554. quamuis Antigonus Alexandro in Aſiæ regnum ſucceſſerit, (ex Ioſepho.) Sed tamen Reges Syriæ non multo pòſt Aſiam accepiſſe. atque ita Pererius fol. 257. eoſdem facit Reges Syriæ, & minoris Aſiæ, & Orientis. Aſia enim à Syria quondam diuiſa, breuiſſimo temporis ſpatio regnum tenuit, adeò vt Genebrardus fol. 266. ſi. dicat, in Danielis quaternione, non Aſiæ, ſed Ponti, & Thraciæ regem numerari. Nullam eſſe, ait, aliorum Aſiæ regum poſt Alexandri obitum memoriam, ſed eorum tantùm, qui Syriam tenuerunt. & Scipionem Aſiaticum olim appellatum nouimus, quod Antiochum magnum deuicerit: quæ ætas longè Antiochum Epiphanem præceſſit.

Reges etiam Syriæ, Armeniæ reges eſſe dixi: ſed obiicies, Tigranem Armeniæ regem petentibus Syris, ob fratrum regum diſcordiam, Syriæ regem factum eſſe, vt ex Iuſtino refert Genebrardus fol. 278. qui vltimus Syriæ rex eſt. Igitur ante Syria, & Armenia diuerſis dominis dominabantur. Reſpondeo fieri poſſe, vt regulus eſſet aliquis, Syriæ tamen regi, vtpotè ſummo monarchæ vectigalis ac tributarius: atque adeò Armenij abſque dubio, quoties occaſio incideret, ſub Syriæ rege militabant.

Nota, Antiochi Epiphanis bellum tercentis poſt annis ab aſſertis ex Babylonica captiuitate filiis Iſraël, fuiſſe commiſſum. namque à prima Cyri monarchia ad monarchiam vſque Alexandri, anni 150. fluxerunt, hanc idem annorum ſpatium cum Antiochi Epiphanis regno committit, qui Syriæ regno potitus, primus defuncto Alexandro bellum intulit fidelibus. deinde tercentis poſt annis ab excuſſo captiuitatis onere bellum Gog & Magog inferri cœptum eſt. & prius Iudæa à Ptolomæo Lagi fuerat debellata, qui Alexandro Magno ſucceſſit in Ægypto, de quo vide Serar. fol. 555. ex Ioſepho. Quo ſuppoſito, dubitatur, cur Ezechiel ad Gogi & Magogi bellum transferat ſermonem, Ægypti captiuitate ſilentio prætermiſſa, cùm Ptolomeus innumeram captiuorum multitudinem in ſeruitutem abduxit, quamuis poſteà Iudæorum millia 120. ab eiuſdem filio libertate ſint donata.

Reſpondeo, bellum à Ptolomeo illatum eſſe integra & incolumi Iudæorum religione: nec enim eorum quemquam ad Idolorum cultum impellebat. Contrà verò, Syriæ reges veram Dei religionem de medio tollere parabant. Hæc propterea reliquas Eccleſiæ perſecutiones ad

A viuum figurat: ideóque propheta, illo bello prætermiſſo quippe leuiori, ſæuiſſimam hanc perſecutionem enumerat.

Ex dictis elici videtur, bellum ab Othomanis in Catholicos ſuſceptum, inter ea bella numerari non debere, quæ in Antiochi perſecutione figurantur; cùm Turcæ liberam ſuis captiuis poteſtatem faciant colendæ religionis. Reſpondeo, non quidem vniuersè captiuos violenter ad Mahometarum cultum pertrahere; ſed primogenitos infantes à maternis vberibus auulſos ſecum abripere, vt nefariis Turcarum ritibus initientur, Genizaros appellant.

Ab Aquilone pandetur omne malum. Dictum videtur ob bellum Gog & Magog, & Antio-
B chi, &c. quo bello Tyranni non contenti tributa captiuis iniquè imperare, & violenter exigere, Idolorum etiam cultum miſeris extorquebant: quod eſt *omne malum.* Nota, Syriæ reges à Daniele reges Aquilonis appellari, Ægypti verò reges, Auſtri reges: qui leuiora parabant inferre damna: Daniel capit. 11. ordine deſcribit res ab Aſiæ, Syriæ, & Ægypti regibus geſtas, ad Demetrium vſque Soterem & Ptolomæum Euergetem ſecundum. atque ita de Antiocho viſiones proponit, vnam cap. 8. & cap. 11. alteram.

Gog nomine intelligendus videtur non ſolùm Antiochus Epiphanes primus perſecutionis auctor, ſed ipſius etiam ſucceſſores, qui
C cœptam continuarunt: hi fuere Antiochus Eupator, Demetrius Soter, Alexander Bales, Demetrius ſecundus, Antiochus Sedetes, &c. Vide Serar. in lib. Machab fol. 554. vbi regum Syriæ & Ægypti catalogum ponit.

Montanus in ſuo Phaleg. putat Gog nomine intelligendos eſſe Getas, vel Maſſagetas, qui ſupra mare Caſpium habitabant: per Moſoch, Moſcouitas: per Thubal, Hiſpanos: per Gomer, Comaros ſuper Caſpium mare, vel Cymmerios vel Cymbros: & vniuerſa agmina eius, ideſt, eius filios, quos ſic exponit; Thyriat, Thrans ſunt, Aſchenaz, Alemanni; Riphat, Riphæi ſupra Maſſagetas; Thogorma Turci.

Theodoretus Ezechiel 38. ait, Gog & Magog gentes eſſe Scythicas; Moſoch, Cappado-
D ces; Thobel, Iberos. Iuuant L X X. legentes, *extremum Aquilonis*, vbi nos, *latera Aquilonis.*

Thogorma ab Scholiaſte Græco de Armenis & Iberis exponitur; alij, de Cappadocibus & Gallis interpretantur.

Concordantiarum autori viſum è Gog regionis eſſe nomen. Sed Ezechielem attentè, qui leget, eſſe gentis principem cognoſcet.

Quorumdam argumentum, vt Montani. quo adducti nationes has in remotiſſimis orbis partibus anquirant, inde forſan natum eſt, quòd ſibi perſuaſerint, Geneſ. cap. 10. agi de poſteris Noë ad deſignandum quænam ab vnoquoque nationes originem ducant. Reſpondeo, princi-
E pio proximas terras occupaſſe, de quibus agit Scriptura, deinde ſenſim diffuſos extera regna tenuiſſe. Sic Aſiatici Iberi Hiſpaniam primi coluere: idem de reliquis eſto iudicium.

Alterum argumentum, fortè ab illo Ioannis deſumtum eſt Apocal. 20. qui ſunt ſuper angulos terræ: de quo ſatis ſupérque ſuo loco.

Quæ

Digitized by Google

Quænam ſit diſpoſitio ac magnitudo terræ promiſſionis in viſione Ezechielis cap. 48. cum notis ad hoc caput.


Menſura, de qua ſermo, eſt calamus.

Eæ menſuræ, de quibus agitur in hoc capite, cùm dicitur verſ. 9. *Longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus*; calami, videntur eſſe hauddubiè. Atque ita quidem exprimitur in textu Gloſſæ ordinariæ, legit enim verſ.8. *Vigintiquinque millibus calamis.* Ac licèt τὸ *calamis* non habeant libri correctiores; certum eſt tamen id eſſe ſubaudiendum. ita quidem ſupponit Lyra, & notat calamum eſſe menſuram pedum decem. Sed de calamo, de totóque menſurarum negotio actum à me ex profeſſo in libello, quem ad calcem Apocalypſeos reieci. ibi in nona propoſitione adſtruxi ſatis, cubiculum in Scriptura poni pro ſexta parte humanæ ſtaturæ. ac mox in primo corollario ſex cubitos calamo contineri. cúmque calami centum conficiant ſtadium vnum, ſiátque vnum milliare ex octo ſtadiis; vigintiquinque millia calamorum conficiunt ſtadia 250. milliaria verò 31. & quartam milliaris partem.

Calamus, menſura ſex cubitorum.

Sed obiicias, in hoc fortaſſe loco calamum pro cubito adhiberi; quoniam de cubitis ſuperiùs facta fuiſſet mentio. Reſpondeo, minui has menſuras vehementer ſi reducerentur ad cubitos. Solùm enim paterent ſuburbia in latitudinem cubitis 250. quæ nimia eſſet paruitas. Adde, menſuras magnarum rerum debere quoque maximas eſſe, atque ita de calamis eſt ſermo proculdubio. Hoc efficitur vel ex cap. 45. in cuius initio ſimiliter ponuntur vigintiquinque millia. & ſtatim additur ad menſuram ſanctuarij, *Quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum*; hos autem calamos eſſe ex cap. 42. 16. perſpicuum eſt.

Hoc ita conſtituto, notandum eſt, eam partem, quam textus vocat *Primitias*, quadrum eſſe, quod calamorum vigintiquinque millia habeat ab omni latere. hoc porrò quadrum in tres quadrangulos partiri, ſacerdotalem vnum, alterum Leuitarum, ac tertium quem textus profanum nominat. Deſcriptionem exhibeo.



Vrbs habebat in quadrum calamos 4500. quibus coaleſcunt ſtadia 45. & milliaria quinque ac dimidio amplius, in quadrum. Suburbia habent ad latera ſingula calamos 250. de quibus Apocalypſ. 21. 16. differui. Notandum verò, templum non eſſe intra vrbem, ſed ab ea diſtans ferè, vt Eſcuriale à Matrito, per milliaria nimirum circiter duo de viginti.

Haud exponit Ezechiel, quàm latam viderit terram promiſſionis: propterea paruáne ſit, aut magna ea pars, quam attribuit Principi, ortum verſùs & occaſum quadri primitiarum, conſtare nequit. Dicet quis fortaſſe, opus non fuiſſe, vt explicaret Ezechiel terræ promiſſionis latitudinem, quæ inter mare mediterraneum & Oceanum eſt. Conſtare hoc ex recta geographia. Arias quidem Montanus affirmat, quâ maior eſt ea latitudo, tres itineris dies (ſpatium id erit 90. circiter milliarium) non excedere. Continebunt proinde duæ illæ partes, quæ obueniunt principi, milliaria in longitudinem 60. in latitudinem verò 20. Nam cùm ex vigintiquinque millibus calamorum milliaria fiant vnum & triginta; his ex 90. demptis, remaneint 60. nimirum 30. ad partem vnamquamque. Verùm haud ſatis ſcio, poſſítne vera geographia certò docere nos terræ promiſſionis in viſione Ezechielis latitudinem. Etenim vrbem, quæ in circuitum quinque dumtaxat millia, iuxta Salmeronis & aliorum deſcriptionem, protendebatur; Ezechiel protendi vidit in circuitum calamorum millia vndeuiginti: ex quibus iuxta meam ſupputationem, quæ omnium quidem eſt infima, ſtadia conficiuntur 180. milliaria verò vigintiduo cum dimidio. atque

Digitized by Google

atque id quidem abſque ſuburbiorum ſpatio; ſic etiam terrę huius à Septemtrione vſque ad Meridiem vates ſpectauit longitudinem maiorem multo, quàm erat reipſa. Si ergo excreuit longitudo, quidni latitudo etiam excreuiſſet? Equidem longitudinem terræ promiſſionis in hac viſione Ezechielis inde colligo, quòd viginti quinque millia calamorum videantur ſingulis tribubus in quadrum aſſignanda. Quoniam de quadro, quod Primitiarum appellatur, loquens cap. 48. 8. Ezechiel dicat: *viginti quinque millibus latitudinis, & longitudinis, ſicut ſingula partes.* & Lyra quidem diſertè inquit, tribus omnes in hac viſione inter ſe æquales eſſe. In hoc tamen ambigit interlinealis. neque diffiteor textum illum capitis 48. 8. capi cōmodè poſſe non de latitudine, ſed de longitudine tantùm, quā tribuū portiones ab Ortu in Occidentem porrigebantur. Cùm autem 25000. calamorum conficiantur milliaria 31 $\frac{1}{4}$ hæc aucta ter decies conflant milliaria 406 $\frac{1}{4}$. hæc ergo eſt terræ promiſſionis in viſione Ezechielis longitudo. Nam à Septemtrione ad Meridiem locat tredecim portiones, aut quadra, ad latus vnum quadri Primitiarum ſeptem, quinque ad alterum. hoc videlicet ordine:

Oriens, vel *Iordanis.*

								Pars principis.						
Septemtrio.	Dan	Aſſer	Nephtali.	Manaſ.	Ephr.	Ruben	Iuda	Primitiæ	Beniam.	Simeō	Iſacar.	Zabulon	Gad	*Auſter.*
								Pars principis.						

Occidens, ſeu *Mare mediterraneum.*

Atque de latitudine terræ promiſſionis iuxta hanc viſionem vltra citraque quadrum primitiarū plurimum terræ ſupereſt principi; ita quidem videtur in reliquarum tribuum menſura exiſtimandum; vt extra quadrum illud quod ſingulis aſſignari cogitatur 25000. calamorum rectiſſimè dimenſum, ſuperſit ſpatij plurimum, vbi tribus cuiuſque dynaſtę principes, optimates ac locupletes fundos habere queant præſtantiores.

Notabile. Illud ſolerti animaduerſione dignum, quòd quadrum primitiarum medium inter tribus non ſit, ſed inter ſeptem ad latus vnum, & quinque ad alterum: quo fit, vt tribus Dan omnium longiſſimè à templo, & vrbe relinquatur.

In hac partitione Ruben, Iuda, & leui reſpectu vrbis vergunt ad Septemtrionem, quibus tres portæ Septemtrionales obueniunt. Ad Septemtrionem item tendunt Ephraim, & Dan; Benjamin verò ad Auſtrum: ad quas tribus tres portæ Orientales pertinent. ad Auſtrum ſpectant tribus Simeon, Iſachar, & Zabulon, ad caſque tres portæ Auſtrales. Aſſer demum ac Nepthali ad Septemtrionem, & Gad ad Auſtrum. his tres portæ Occidentales obtigere.

Neque verò tribus vlla vltra Iordanem eſt, ſed omnes ſunt intra terram promiſſionis. ſingulę ſortitæ ſunt æquam portionem, ordine tamen non antiquo, ſed planè nouo. olim enim Benjamin, Iſachar, & Zabulon erant reſpectu templi ad Septētrionē: quas tribus Ezechiel ponit vrbis & templi reſpectu ad Auſtrum. Ad Septemtrionem verò locat tribum Iuda, quæ antea ad Auſtrū erat. Linea porrò recta à Septemtrione ad Auſtrum conſtituit omnes; cùm priùs Aſſer & Manaſſes eſſent ad Occaſum, ac ſubter tribū Nephtali, & Zabulō.

Præterea nullæ videntur eſſe in hac diſpoſitione vrbes refugij, etenim Sacerdotibus & Leuitis propria aſſignatur pars, licèt non ea menſura qua reliquis tribubus. illis enim obtigit quadrata portio; at portio tribus Leui manſit diminuta propter partem inde ſubtractam vrbi communi, ſeruientiumque multitudini ex tribubus vniuerſis deligendæ. Quòd ſi partes reliquarum tribuum non quadrum efficerent, ſed quadrangulum, longæ ab ortu ad occaſum calamos 25000. latæ verò à Septemtrione ad Auſtrum 10000. dumtaxat; tunc Leuiticæ tribui melior cederet pars.

Breues ad arcanum horum ſenſum animaduerſiones.

Quòd viderit Ezechiel cap. 40. ſanctuarium vergēs ad Auſtrum, cohæret cum ſitu vrbis ad Auſtrum item vergentis, vt & templum reſpiciat vrbem, & vrbs templum.

Tutum item eſt hoc ſanctuarium ab aquilone. nam ab hoc pandetur omne malum.

Templum item vidit Ezechiel *in monte excelſo nimis*, vrbem S. Ioannes *in monte altiſſimo.* at Ezechiel vrbem non locauit in monte.

Ioannis vrbs nihil habet quod timeat, ideo in colle ſita non eſt, ſed ſuper montem excelſum, in faſtigio, in vertice montium.

Suburbia habet vrbs Ezechielis, non item Ioannis vrbs. Cauſam videtis Apoc. 21. 16. in 2. commentario.

Nouus hic ordo Ezechielis expoſitus videtur à Ioann. Apocal. 21. 5. dicente, *Ecce noua facio omnia.*

Reprę́ſentat hæc Ezechielis deſcriptio Eccleſiam militantem, triūphantem verò Ioānis Apoc. 21. viſio. Ideo hæc Ezechielis antiquam Ieroſolymitanā excedit: longè verò exceditur deſcriptio Ezechielis, Ioannis viſione. vide Apocal. 21. 16.

Quod in Ezéchiele vrbs diſtet à templo, diſtinctio actuoſæ vitæ à contēplatiua deſignatur. Etenim in veteri lege omnibus concedebantur coniugia, ideo inter reliquos agebant ſacerdotes: at in Euangelio Sacerdotes ſeparati viuunt à ceteris.

Situs Iudæ & Beniamini commutati ſunt: vt olim brachia Iacob, ſunt decuſſata. Quoniam Iudas, qui confeſſio eſt, ritè locatur iuxta templum: filius verò dexteræ Beniamin iuxta ciuitatem, cui robore ac dexteritate opus.

Illud eſt poſtremò animaduertendum, ex tribubus nullam ad ortum nec ad occaſum reſpectu vrbis in Ezechiele collocari. Atque ita dixit Matth. 8. 11. Chriſtus: *Venient ab Oriente, & Occidendente.* Lucæ etiam 13. 29. & Malach. 1. 11.

Digitized by Google

Ab ortu Solis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus.

In aliquot Danielis capita commentarij.

Non hîc enarratur tota Danielis prophetia, ſed bona illius pars, eaque difficilior, quam Ioannis Apocalypſis acceſſit. Sed erit operæ pretium, obiicere priùs omnium capitum huius prophetiæ argumenta.

Cap. 1. Quo pacto quatuor pueri, Daniel, Ananias, Miſaël & Azarias regis Babylonici gratiam collegerint.

Cap. 2. Inſomnium de mirabili ſtatua, quod exciderat regi, ei Daniel & commemorat, & interpretatur. Propterea ipſe & ſocij à rege honore afficiuntur.

Cap. 3. Tres Danielis ſocij in ardentem fornacem immiſſi, cùm à Deo liberantur, cum à rege in prouincia honoribus prouehuntur.

Cap. 4. Somnium regis de ipſius ſuperbia ac deiectione, vt à Daniele exponitur, ita impletur. Ac de triũ horum capitum 2.3.& 4. ſenſu & connexione videndus Arias Mont. Iſai. 14. fol. 335. & ſequentibus.

Cap. 5. Exponit item Daniel mirabilem ſcripturam *Mane, Thecel, Phares*, probatque expoſitionem euentus.

Cap. 6. Daniel ſub Dario rege de leonum lacu liberatur.

Cap. 7. Viſio quatuor beſtiarum & interpretatio.

Cap. 8. Viſio arietis & hirci, & interpretatio.

Cap. 9. Reuelatio 70. hebdomadum.

Cap. 10. Angeli cuiuſdam admirabilis viſio.

Cap. 11. Reuelat Danieli prædictus Angelus populi illius afflictam conditionem, ex bellis regum Aquilonis, & Auſtri exortam.

Cap. 12. Magnitudo huius calamitatis, & gloria populi poſt liberationem, additur viſio Angeli ſuper aquas ſtantis.

Cap. 13. Hiſtoria Suſannæ.

Cap. 14. Nex Draconis alteráque Danielis de lacu leonum liberatio. vbi ab Habacuc propheta viſitatur.

De capite 7. Danielis pro 13. & 17. Apocalypſeos.

Deducam priùs expoſitionis meæ filum, deinde diſputationem ordiar.

Quatuor inſignia imperia repræſentata. Daniel igitur verſ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. florentiſſima quatuor imperia deſcribit ante Chriſti D. aduentum in totum terrarum orbem dominatura: primum Chaldæorum; ſecundum Perſarum & Medorum; Græcorum tertium; quartum Romanorũ, de his Peter. fol. 250. conſulendus. Comparat prętera ſingula ſingulis beſtiis. Primum Chaldæorum leęnæ, ſecundum Perſarum & Medorum vrſo, tertiũ Græcorum pardo, qui tigris eſt, vel panthera, vt vidimus Apocal. 13. verſ. 1. §. 3 (vbi ſatis dictum de huius comparationis elegantia.) Quartum denique Romanorum ſimile dicit beſtiæ à tribus prioribus longè diuerſæ. ſita autem in eo diuerſitas eſt, quod decem cornibus armaretur hæc beſtia. Hoc verò cornuum decem ſymbolo adumbratam Romanorum polyarchiam, loco nuper citato ſatis oſtendi.

Significatur Iulius Cæſar. 8. *Et ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum: & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie*
A *eius.* Significatio eſt; Iulium Cæſarem ex Senatorum numero vnum, ab humilibus quidem progreſſum initiis, vindicaſſe ſibi totius imperij gubernationem, exciſſa Senatorum Romanorum bona parte. eos enim extinxit, qui ſe illius conatibus obſiſtentes præbuerunt.

Et ecce oculi, quaſi oculi hominis erant in cornu iſto, & os loquens ingentia. Oculi in cornu ſupremam ſignificant dignitatem; os verò loquens ingentia, ſuperbiam & tyrannidem. Hoc igitur ſymbolo ſignificari credo ſublime, quo euectus eſt Iulius Cæſar, dignitatis faſtigium, atque etiam tyrannidem, quam ipſe & eius ſucceſſores in plurimos ciues, & principes viros exercuerunt. Illud enim
B cornu non Cæſarem tantum, ſed eos etiam deſignat, qui imperatoriam illius dignitatem poſt ipſius obitum acceperunt.

9. & 10. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt.* Vidiſſe ait ſe quartam illam beſtiam (principio polyarchiam, deinde monarchiam, ſimul & polyarchiã) durare continenter, quoad vſque diuina prouidẽtia viſa eſt reipſa in æquitatis throno cõſidere, ad beſtiã eam quartam puniendã. Cúmque maieſtatẽ throni diuinæ prouidẽtiæ deſcripſiſſet, ac ſummi Dei ad ferendam in Romanum imperium ſententiam, ſedẽtis in throno auctoritatem, mox addit: *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*, id eſt, Qui diuinorum conſiliorum ſunt participes, ij omnes ad *Sedet cum Apoſtolis Deus, vt iudicat Romanos.*
C iudicium faciendum ſimul cum Deo ſummo Iudice pro tribunali conſederunt: videlicet Apoſtoli. *& libri aperti ſunt*, id eſt, cauſa expendi, & æqua iudicij lance ponderari cœpta eſt.

11. *Aſpiciebam propter vocem ſermonum grandiũ, quos cornu illud loquebatur.* Illud idem, de quo in iudicio agebatur, erat quod ſpeciatim notabat Propheta: agebatur nimirum de Romanorum Imperatorum tyrannide, (quam cornu illud vndecimum repræſentabat) ac de edictis nominatim quam ſeueris, quæ ad Chriſtianam Eccleſiam perſequendam ferebantur. Et vox quidem ſermonum grãdium propriè ſuperbia eſt. Cui phraſi in Apocalypſis beſtia reſpondet os leonis, & nomen beſtię, *Grandes ſermones ſunt ſuperbia.*
D quod eſt ſuperbia.

Et vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus eius, & traditum eſſet comburendum igni. Sententia denique ab illuſtri illo diuinę prouidentię, & Apoſtolorum conſeſſu lata eſt in beſtiam, quam in flammis præcipitem deiici inibique extingui ſtatutum eſt. id eſt, myſticas ab Romano imperio idola colente, Eccleſiæque adeò perſecutore pœnas exigi, itaut moreretur peccato, & malo dæmoni: ipſoque flammis Chriſtianæ religionis conflagrante idololatriæ incendium, quod totum pene orbem corripuerat, extingueretur. In hoc enim ſenſu agit Apoc. c. 17. & 18. elegantiſſimè de Babylonis euerſione, & conuerſione, extinctione, & incendio. *Ignis hic arcanũ ſupplicium.*

Sed obiiciet aliquis exprimi in textu Danielis,
E beſtiam occiſam priùs, deinde in ignem, vt combureretur, fuiſſe deiectam: & Apocalypſ. 19. 20. eandem hanc beſtiam cum pſeudopropheta ſuo apprehenſam, & ambos in ſtagnum ignis ſulphure ardentis deturbatos fuiſſe. Reſpondeo, in Romano imperio Eccleſiam perſequente, alios propoſitã ſibi Chriſti fidem accepiſſe, alios verò malè obfirmatos obiiſſe infernis ſuppliciis æternum puniendos. Daniel ergo hic de imperij conuerſione, de rebellium verò condemnatione Ioannes agit expreſſiùs. (ſenſum item alterum Ioannes, vide quæ ibi diximus, comprehendit.) Ac propterea *Diluitur obiectio.*

Digitized by Google

pterea alter beſtiam prius occiſam, deinde combuſtam; alter viuam in infernorũ ignes detruſam proponit. vbi expendas, quam firmum ſit in veritate fundamentum ad vtramque repræſentationẽ ſuſtentandam. Qui enim conuertuntur, verè dicuntur peccatis mori, deinde quod corpus antea ſordidæ peccatorum ſeruituti mancipatum erat, vero religionis igne adoletur: at damnati veriſſimè dicuntur in inferorum flammas viui detrubari. Ioannes verò, cùm loquitur de inferorum igne, beſtiæ nomen, quatenus ipſa Eccleſiam perſequebatur, nõ in concreto accepit, ſed exactiſſime, ſeu formaliſſime: conuerſionem verò non in beſtia ſic ſumpta, ſed in Babylone meretrice repræſentauit, quæ capite 17.16. priùs occiditur, & in fruſta diſcerpta deuoratur, igni tandem abſumitur. de his dictum ſatis Apoc. 19.20. & alibi.

12. *Aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet poteſtas, & tempora vitæ conſtituta eſſent eis vſque ad tempus, & tẽpus.* Quartam beſtiam aſſerit Daniel flammis ex ſupremi ſenatus ſententia (digna ea quidem Apoſtolorum iudicio) traditam fuiſſe: tribus reliquiis ademptam potentiam, vbi præſtitutum ſingulis tempus abiit.

Supplicium de Romanis ſũptum & de aliis monarchiis ſubtiliter diſcriminat vates.

Nota, latam in beſtiam quartam ſententiam à Daniele viſam eſſe continuo executioni mandari: quod autem de ceteris affirmat, ſublatam fuiſſe ſingulis poteſtatem, exacto temporis ſpatio vnicuique præfinito; id quidem à Daniele viſum non eſt: accepit autem ab Spiritu ſancto, qui eum de beſtiarum exitio certum fecit. Occiſio enim & combuſtio quartæ beſtiæ in eadem illa beſtia repræſentata eſt: ademtio verò poteſtatis non eſt in reliquis beſtiis oſtenſa; ſed in ipſarum ſignificatis repræſentata, id eſt, in triplici Chaldæorum, & Perſarum, & Græcorum monarchia.

Nota præterea, quem Senatum videt Daniel ad faciendum iudicium conſidere, cùm ait, *Iudicium ſedit*, non tres priores beſtias iudicaſſe, ſed quartam ſolum. De huius enim ſententia directè agitur in hoc capite: & Apoſtoli quidem nondum fuerant nati, cum primis tribus beſtiis ablata eſt potentia. Quoniam verò omnes quatuor beſtiæ Danieli exhibitæ ſunt inſpiciendæ, ne beſtiam quam exuri videret, Chaldæorum imperium eſſe intelligeret, vel quod proximè, aut tertio in eius locum ſufficiendum eſſet, ſed quartum; cum (inquam) quatuor beſtiæ ei oſtenſæ ſint, & ſolum de quarta vindictam ſumi viderit; opus idcirco fuit reuelare ipſi quem finẽ tres reliquæ beſtiæ eſſent habituræ. Ad hoc autẽ ſatis fuit, eum doceri, cùm beſtiæ quartæ incendium immineret, potentiam priorum trium iam tunc minimi exituram. Vnicuique enim certa & ſtata dies ex ordine dicta eſt; quæ ipſarum imperio finẽ eſſet allatura. Vbi aduertenda ſedulo exacta ſacræ Scripturæ ſinceritas, etenim Apoſtolici ſenatus iudicium, ac ſententia, eiuſque per vltrices flammas executio, ad quartam dumtaxat beſtiam pertinuit. At verò de reliquis nihil habetur ſimile. Illæ enim euanuerant iam ante Chriſtianam religionem, nec eum ſortitæ ſunt conuerſionis ad Deum finem, qui in vindicta de Romano imperio ſumpta ſignificatur. Quare textus ipſe declarat ſatis, de alio longe diuerſo ſupplicij genere in eo agi, ac eo quod tribus prioribus imperiis inflictum fuit. Quandoquidem euerſo omnino per Perſas & Medos Chaldæorum imperio, non tamen quidquã aliud de prima beſtia (& ſimiliter de ſecunda & tertia) aſſeritur, quàm ſuam cuique ablatam eſſe poteſtatem, vbi dies ſingulis deſignata primum aduenit.

Singularis exactio ſacræ Scripturæ.

De quarta autem dicitur, quæ terribilis olim fuerat, atque mirabilis, & fortis nimis, & dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans, eam (inquam) tantam toto orbe ſtragem edere ſolitam, terrámque tyrannide opprimere; poſtquam cœlum blaſphemiis & Chriſtiani nominis perſecutione irritauit inſolens; propter eam tandem ſuperbiam, propter vocem ſermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, interfectum fuiſſe, & periiſſe corpus eius, ac igni comburendum fuiſſe traditum. Mirabile nimirum ſupplicij genere Deus beſtiam vltus eſt, ſententiam ferens, qua perfecit, vt beſtia moreretur peccato, & veræ religionis igne conflagraret.

13. *Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit*, &c. Ad literam hæc ſunt de Chriſti D. aſcenſione, cui dictum eſt: *ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum:* ideóque ad litteram de regno, quod traditum eſt, Chriſto, & Vicariis eius, & Eccleſiæ ſtatim poſt glorioſam aſcenſionem. Verum enim hæc non ſic exhibentur, quaſi beſtię quartæ incẽdium conſecuta ſint; ſed prout hæc origo fuit dictæ contra beſtiam quartam ſententiæ. Atque id ſignificatur eo modo dicendi, *aſpiciebam ergo*, quaſi principiũ repetat earum rerum, quas ſummatim comprehenderat. Et quidem conſtat ex contextu ad ea redire vatem, quæ ante quartæ beſtiæ incẽdium geſta ſunt. Decem enim cornua rurſus enumerat, & vndecimi tyrannidem refert v. 21. dicẽs: *aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſãctos, & præualebat eis, donec venit antiquus dierũ, & iudicium dedit ſanctis excelſi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt ſancti.* ac mox v. 26. *Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia.* Chriſti igitur aſcenſio thronus in quo conſedit, & accepta poteſtas humani generis ſanctificandi (Spiritum ſanctificationis appellat Paulus ad Rom. 1.) caput fuerunt, & origo ſententiæ in quartam beſtiam pronunciatæ.

Prædicta Chriſti D. aſcenſio.

Ab ea extincta orta idololatria.

& mundi ſãctificatio.

17. *Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra.* In viſione, aſcendebant beſtiæ de mari: in declaratione, regna conſurgunt de terra. verùm hæc facile cohęrent, vt expoſui Apocal. 13. v. 1. §. 1.

18. *Suſcipient autem regnum ſancti Dei Altiſſimi*, &c. id eſt, Eccleſiæ Catholicæ regnum ſuccedet, & imperiis illis longè erit excellentius. q. d. quatuor regna delebuntur, quibus ſubſtituetur fidelium regnum: huic adeò qui vltro parebunt, ij quidem in æternum regnabunt.

22. *Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit ſanctis*, &c. id eſt, donec Deus aduenit, & regnum detulit Eccleſiæ, poteſtatem videlicet, maieſtatem, & victoriam.

24. *Cornua decem ipſius regni, decem reges erunt.* Ioannes Apocalypſ. 17. oſtendit, decem hæc cornua non ideo reges appellari, quòd propriè reges eſſent; ſed quod potentia ne quidquam à regibus differre viderentur. Et Apocalypſ. 13. latè oſtendimus, per hæc decem cornua Romanorum Senatum deſignati, qui Cyneæ conſeſſus regum viſus eſt.

Romani Senatores cur vocati reges.

Et alius conſurget poſt eos, id eſt, polyarchiam excepit monarchia, vno nimirum ex ipſis imperium affectante, & per vim obtinente (hoc eſt enim, *potentior prioribus.*) & Romanorum

Aa 2 quidem

quidem potentia aucta eſt mirum in modum inducta monarchia.

Deſignati, quos extinxit Cæſar.

Et tres reges humiliabit. Quando denarius cornuum numerus optimum eſt, vt oſtendi in Apocalypſ. multitudinis Senatorum imperij Romani ſymbolum; liquet vtique tribus ex illis decem non trium tantum vniratum ſummam ſignificari; ſed tertiam pene denarij numeri partem. nam,vt denarius totam Senatorum multitudinē, ſic ternarius tertiam fermè illius partem comprehendit. Id quod reipſa contigit.etenim tertia penè principum Senatorum pars, Cæſaris monarchia præualente,extincti ſunt. Quare vox illa *humiliabit*, non modò de ſenatoriæ dignitatis, & amplitudinis imminutione intelligenda eſt, cùm ea imminutio ad vniuerſos fere pertinuerit: hic autem vel alio humiliationis genere grauiori ſermo eſt in figura v.8.ſuperiore ſignificato. dicitur enim: *Tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.* Itaque humiliare hoc loco idem eſt quod ſolo turpiter proſternere. Sed de his egimus Apocal. 13. verſ. 1. §. 3.

Humilio quid?

Iulius Cæſar & ſubſecuti Imperatores deſignati.

25. *Et ſermones contra excelſum loquetur,& ſanctos Altiſſimi conteret.* Rei euentum vlterius prædicit. Et quidem apertum eſt, in cornu vndecimo non ipſum tantummodo Iulium Cæſarem,ſed eos,qui ipſius imperio ſucceſſerunt, ſignificari oportere. Imperatores ergo Romani Eccleſiam Chriſti perſecuti ſunt: id enim eſt, conterere ſanctos Altiſſimi,effuſis in Chriſtum blaſphemiis.

Stulti Imperatorum conatus.

Et putabit quod poſſit mutare tempora,& leges. Nota illud Pauli ad Rom.13.Nox præceſſit,dies autē appropinquauit. Sparſa Euangelij luce,exortus eſt Sol. Et habitātibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. An non igitur qui à Chriſti adoratione auertere Chriſtianos,eoſque ſuis artificiis,idola vti colerent,peruertere connitebantur,ij planè diem clariſſimum in caliginoſiſſimam noctem conuertere parabant?id eſt igitur conari mutare tempora. Nam velle mutare leges, non eſt aliud quàm quod putarent Imperatores, eo ſe potentia proceſſuros, vt legem Euangelicam abrogarent, nullaque videret alia quam, quæ ipſis complaceret.

Et tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Hoc eſt, perſecutio per aliquot annos continuabitur, ſed opportunè finietur tandem, & pax diuturna conſequetur. Huius phraſis explicationem & cauſam reddidi Apocal.11.notat.10.vide item Apocal. 10. v.5.& ſequent. §.Præter hæc.

26. *Et iudicium ſedebit vt auferatur potentia,* &c. Hoc ipſum dixerat ſuperiùs v. 10. *Iudicium ſedit.* nam quòd preſſiùs dixerat priùs, id poſtea explicat fuſiùs,principio paulo altius repetito. Ac redit tandem ad iudicium illud,de quo ſuprà,nempe ad ſententiam ab Apoſtolico conſilio,cui præſidet Chriſtus, contra beſtiam quartam pronunciatam: qua potentiam ipſi auferri, eam conteri deinde,& vſque ad finem perire, præcipitur. quæ omnia de ſpirituali vindicta intelligi debere,alibi oſtendi.

Romana Eccleſia amplitudo.

27. *Regnum autem,& poteſtas,& magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cœlum, detur populo ſanctorum Altiſſimi*, &c. Hæc eſt Romanæ Eccleſiæ magnitudo & poteſtas, de qua elegantiſſimè Stapletonius in ſuo libro. Et cohæret optimè quod ſequitur, regnum illud eſſe regnum ſempiternum, cui omnes reges ſeruient,& obedient.ideſt,reges totius mundi. Neque tamen obſtat, quod mul-

A

ti contumaciter obſtiterint: enimuero dicti ſunt nihilominus veriſſimè reges totius orbis vni Romanæ Eccleſiæ obtemperaturi. Et reges hi terræ fortaſſe Epiſcopos & Sacerdotes deſignant, aut etiam omnes Chriſti fideles veræ virtutis ſtudioſos. vt ſæpe alibi in ſacra Scriptura.

Pro enarratione propoſita diſputatio, ſeu apologia illius.

Obiicitur cornu vndecimum Antichriſtum eſſe.

Primò meæ huic explicationi opponent, videri haudquaquam negandum, quin cornu vndecimum ſignificet Antichriſtum; reliqua verò decem alios totidem reges tunc orbi dominaturos, cùm Antichriſtus adueniat: quorum tres ab illo ſuperandi ſint, nempe Ægypti, Africæ & Æthiopiæ reges,cæteri verò ipſius partes ſint vltro ſecuturi. De hac explicatione ſic Daniel. 7. Hieronymus: *Dicamus ergo quod omnes Scriptores Eccleſiaſtici tradiderunt, nempe in conſummatione mundi, quando regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter ſe diuident: & tunc vndecimum regem ſurrecturum, qui tres reges de illis decē ſuperaturus ſit. id eſt, Ægypti & Africæ & Æthiopiæ reges: quibus interfectis, etiam aliis ſeptem reges victori colla ſubmittent.* Hunc verò regem vndecimum fore ait Antichriſtum. Hieronymi opinionem ſequuntur in Apocalypſ. Beda, Primaſius, Anſbertus, Ricardus, Haimo, Anſelmus, Thomas, Ribera, & Viegas. Præterea Perer. & alij in hoc Danielis ſeptimo. Auguſt. tamen 20. de ciuit. cap. 23. minus diſplicet, vt decem cornua ad eorum referantur multitudinem regum, quos Antichriſtus in terris reperiet. quo ſe magis inclinat Perer. fol. 231. Quod verò additur de tribus Ægypti Africæ & Æthiopiæ regibus ex Daniel. 11. 42. videtur acceptum, vbi *Terra*, inquit, *Ægypti non effugiet, per Libyam quoque & Æthiopiam tranſibit.*

D

Reſpondetur, non eſſe, directo ſaltem.

Multis à me actum Apoc. 13. de hac obiectione,ac nec à Daniele,nec à Ioāne agi de Antichriſto,directè ſaltem cùm de beſtia decem cornuum loquuntur, efficaciter probatum: & opinionem Hieronymi teſtimonio confirmatam,fuiſſe quidē communem,non autem pro certa habitam, imo verò pro dubia;Hieronymúmque(vt eam pro cōmuni valde commendaret) hyperbolicè dixiſſe. *Dicamus ergo, quod omnes Scriptores Eccleſiaſtici*, vt dicitur in Scriptura, *totus mundus poſt eum abit*:& experimento confirmatum eſſe, rectè de hac opinione à S. Auguſtino fuiſſe dubitatum. Etenim iam impoſſibile eſt, vt ea opinio vera ſit: ea enim erat, vt teſtatur Hieronymus, in conſummatione mundi deſtruendum eſſe regnum Romanorum, & in reges decem diuidendum. Atqui multis iam retrò ſæculis funditus euerſum fuit hoc imperium; neque tamen qua illi ratione autumabant. Præterea ex ipſomet Danielis textu manifeſtè colligitur, non eſſe de Antichriſti tempore ſermonem; ſed verò de iis perſecutionibus, quas in Eccleſiam Romani Imperatores commouerunt, antequam Romanum Imperium Chriſti religionem ſuſciperet. Nā Propheta quattuor beſtias ordine enumerat ſermonē à Chaldæorū dominatu ad Perſarū, & Medorū, Græcorū denique imperiū transferens. Quis ergo non videat, peruerſè,nec veroſimiliter ab imperio Græcorū(quæ

Probatio ex ſerie prophetia.

ter

Digitized by Google

tertia beſtia eſt) ad Romanorum imperium tem-
pore Antichriſti futurum tam longo ſæculorum
interiectu Vatem tranſilire?& mediam priſcorum
Romæ imperatorum, potentiam prætervolando,
Eccleſiæ perſecutiones & victorias intactas omit-
tere? Atque vt demus gratis, extare adhuc Roma-
norum imperium, reſtitutúmque ad ſæculorum
finem; quis etiam non diſpiciat, in quarta beſtia
tale repræſentari debere imperium Romanum,
quale tertiæ beſtiæ ſucceſſit,& ſaltũ illum à Græ-
corum imperio ad Antichriſti tempus nimis eſſe
violentum, adeóque diſſimilem veritati? Præterea
cum Propheta tres beſtias recto ordine recenſue-
rit fidelium reipublicæ inimiciſſimas, Chaldæo-
rum ſcilicet, Perſarum & Medorum, ac Græcorum
imperium; ſanè devium valdè eſt, Romanorum
Imperatorum prætermittere perſecutionem, quæ
tanto grauius negotium Eccleſiæ olim faceſſit.

Accedit, noſtram expoſitionem ipſa acoluthia,
& rerum quæ in Apocal. aguntur ſerie mirè fir-
mari, videnda quæ de toto hoc cap. 7. Apocal. 17.
copioſè diximus.

Id autem quod obiiciunt, à plurimis ſanctis
Danielis viſionem de Antichriſto exponi, non
ita vrget. Etenim multi fortaſsè ex iis, quos ait
Hieronymus, de Antichriſto cornu vndecimum
intellexiſſe, ſenſum illum pro myſtico potius,
quàm pro literali adhibuerunt. nam ſæpiſſimè
antiqui Patres myſtico tantum ſenſu aliquos
Scripturæ locos interpretantur. Quibus cùm hac
ratione fiat ſatis, nullus de me iure conqueretur:
nam potius conſtat ex mea declaratione per vn-
decimum cornu quartæ beſtiæ ſenſu quidem my-
ſtico aptiſſimè Antichriſtum deſignari, quemad-
modum eiuſdem Antiochus figura fuit. Quod vt
perſpicuum fiat, noto, complures ab Imperato-
ribus Romanis perſecutiones in Chriſtianam
Eccleſiam fuiſſe excitatas, & conſequenter Ro-
manum imperium inſtar fuiſſe Antichriſti for-
midandi, expreſsámque illius imaginem, qui
Antichriſtos omnes terrendi vi ſuperabit. Si
ergo ſenſus ſpiritualis ſeu myſticus docetur
eſſe res ipſa, quæ per ſenſum literalem figuratur;
cúmque ſenſu literali potentiam ſeu ſuperbiam
Imperatoriam Daniel ſignificauerit: in ſenſu vtri-
que ſpirituali egregiè ac optimè Antichriſtum
vltimum capiemus, cuius faciem quam ſimilli-
mam in Romani imperij potentia expreſſa litera-
liter cernimus. Adde, eadem ab Antichriſto
efficienda certum eſſe, quæ facta nouimus à Iu-
lio Cæſare. Quemadmodum enim hic violenter
hos premens, alios impiè iugulans, permultos
colla ſubdentes in ſocietatem adiungens, toto
potitus eſt orbe; ita & ille, hos proſternet, illos
interimet, alios aliàs ſubiugabit, & vniuerſum
orbis obtinebit imperium. Quid ergo aptius,
quàm vt Daniel primùm Imperatorum perſecu-
tionem ſignificet, (quæ prius futura erat) & in
ea ſecundum de poſtrema Antichriſti perſecutio-
ne ſenſum adumbret? Adhæc, nō eſt cur quis mul-
tum reſiſtat, quod quartam Danielis beſtiam de
Antichriſto Hieronymus interpretetur, cùm de
illius mente conſtet euidenter, eo ſpectante vide-
licet, vt tota Apocalypſis ſpiritualiter intelliga-
tur. quod in eius præfatione & cap. 11. oſtendi.

Rurſus vt efficiatur, beſtiam hanc ad Antichri-
ſti tempus referri primariè non poſſe, illa firma
ratio eſt. Vt de Antichriſto caperetur, opus eſſet
conſiderare, beſtiam eſſe quamdã ab antiquo Ro-
manorum imperio ad tempeſtatem Antichriſti

A perdurantem. quod nullo modo cohæret. Etenim
beſtiæ nomen in Chriſtianum Romanorum im-
perium nullatenus quadrat, cùm illud Eccleſiam
non perſequatur. quare nec θηρία dici poteſt, quo
nomine appellati fuere Imperatores, qui bella &
ſeditiones in Chriſtianos concitarunt. Si dicas
Perſas & Medos non fuiſſe populi fidelis hoſtes,
cum tamen appellentur beſtia. Reſpondeo, immò
verò fuiſſe tempore Aman, vt ex hiſtoria Eſther
facilè patet.

Opponas ſecundò. Vt concedatur in vndecimo
cornu deſignari Iulium Cæſarem, atque item illos
qui ſubſecuti ſunt Imperatores; at decem reliqua
poſſe aliter cōmodè intelligi: nēpè vel de re quo-
rũ imperij Romani (cui explicationi Perer. f. 231.
B fauet) multitudine: vel de decemuiris, vel de variis
exercitibus ac legionibus: aut demum de variis
populi Romani magiſtratibus. Tria item cornua à
cornu vndecimo reuulſa cur non, dicat aliquis,
triumuiratum ſublatũ ab Auguſto ſignificent? vel
Pompeium, & duos filios illius? vel Hiſpaniã, Græ-
ciam, & Ægyptũ à Iulio Cæſare euerſas? aut ſi ma-
uis, exercitus qui in iis prælijs perierunt? Reſpon-
deo me in Apocalypſeos 13. commentariis ma-
nifeſtè oſtendiſſe, decem cornua eſſe multitudinis
Senatorum ſymbolum appoſitiſſimum: quare &
tribus cornibus bonam eorumdem Senatorum
partem ſignificari debere.

Propterea, quæ hîc obiiciuntur, addi poſſet, mo-
narchiarũ origines (vt notat in Dan. f. 223. Perer.)
C maximam orbi terrarum perturbationem impor-
taſſe. Nam exoriens Cyri monarchia commouit,
tremefecit; atque conquaſſauit (ex Iuſtino & He-
rodoto) totam Aſiam. Alexandri item cupiditas
omnem terrarum orbẽ (ex 1. Machab. 1.) concuſſit
& exagitauit. Et ſicut initio Romanæ potẽtiæ im-
perium illud aliorum mũdi regnorum labefactio-
ne ortum firmatúmque eſt; ſic poſtea monarchia
Iulij Cæſaris è ſucceſſorum eius non ſine magna
ſtrage exercituum ac prouinciarum Romani im-
perij ſtabilita fuit: extincta vtrinque magna ho-
minum parte, diminutis æquè victoribus ac vi-
ctis, & vtroque modo cornibus beſtiæ ad pauci-
tatem redactis.

Ad eam obiectionem, quòd Imperij conuerſio
D minimè aptè in cæde ac combuſtione quartæ be-
ſtiæ denotetur, reſpondi pluribus in notationi-
bus quas ad Apocalypſin præmiſi.

Quartò obiicitur, verba illa, *iudicium ſedit*, de ſu-
premo iudicij die intelligi neceſſariò debere: ſicut
etiam explicatur communiter illud Chriſti D. *Se-
debitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël.*
Reſpondeo, multo aptiùs explicari de iudicio ac
poteſtate, quam modò exercent ſancti & precibus
Deũ flectẽtes, & gratia & auctoritate, quibus plu-
rimum valent apud ipſum, vt ſeorſum expono. Ne
autem de iudicij die agi putemus, illud ſuppetit
eſſi axargumentum, quod ſententia præcipiat,
auferri potentiam & magnitudinem regni, quæ
eſt ſubter omne cœlum, & dari populo Sancto-
E rum Altiſſimi. Vbi notanda ac expendenda vis
verborum, *quæ eſt ſubter omne cœlum.* Hæc au-
tem quo referant ad Antichriſti tempus, poſt id
fruituram Eccleſiam in terris diuturna pace &
proſpera felicitate, quidam commenti ſunt. Ve-
rùm enim manifeſtè de ea magnitudine loqui-
tur Propheta, quam iam obtinuit Romana Ec-
cleſia. Quæ licèt poteſtatem habuerit ex quo
tempore ſuam ibi ſedem fixit Diuus Petrus; ea
tamen magnitudo ac dignitatis amplificatio,

 quæ

*Patres vete-
res qui ad
Antichriſtũ
retulere, quo
ſenſu locuti.*

*Quam aptus
Antichriſti
typus ethnici
Romæ Impe-
ratores.*

*Obycitur cor-
nua decem
ad alios quã
ad Senatores
trahenda.*

*Senatoribus
omnino con-
ueniunt.*

*Monarchiarũ
ortus à tu-
multu &
cæde.*

Cur τὸ iudi-
cium ſedit
*ad poſtremũ
iudicium non
referatur.*

quæ vel externis ſenſibus percipitur, ab imperij Romani conuerſione initium auſpicata eſt. Quintò, circa illa verba: *Aſpiciebam donec*, &c. v. 9. diximus ſuprà, ſenſum eſſe, beſtiam tamdiu duraturam, quoad regnum Eccleſiæ traderetur. Iam inſtabit aliquis, Ioannem Apocalyp. 17. aſſerere, beſtiam decem cornuum non exiſtere, *Fuit, & non eſt.* quomodo ergo iſthæc cohærent inter ſe? Reſpondeo, à Ioanne conſiderari beſtiam eatenus dumtaxat, quatenus Eccleſiam perſequebatur: atque in hac conſideratione, beſtia nunc extabat, nunc occultabatur: apparebat modo, modo deliteſcebat. Daniel verò Romanum imperium ab ipſis primordiis idola adorans contemplatur, prius ſcil. quam Chriſtus D. humanam naturam indueret, quo tempore reſpublica fuit, & in monarchiam deinde commutata eſt.

Danielis cum Apocalypſi concordia.

De Pſalmo 149. ad eamdem prophetiam pertinente.

Lege totum Pſalmum ſedulò: videre in eo licebit mirè expreſſum regnum, quod Eccleſię Romanæ traditum eſt, & conſcriptum iudicium ab æterno. i. quod à diuina prouidentia præfinitum erat. *Filij Sion exultent in rege ſuo.* &, *Exaltabit manſuetos in ſalutem. Exultabunt ſancti in gloria*, &c. nimirum cum Chriſtus & Eccleſia regnum capeſſant, ad eorumque pedes prouoluantur humiles hoſtium cateruæ. Sic etiam videtur in hoc Danielis cap. 7. Chriſti in cœlos aſcenſionem, & firmum de Eccleſiæ Chriſtianæ regno decretum Dei, huius denique decreti executionem cum ſumma Chriſti & Eccleſiæ gloria ſignificari.

Qua ratione præciſus hebdomadarum Danielis numerus annorum colligendus ſit, ad caput huius Prophetæ 9. verſ. 25.

Huius difficultatis ſolutionem pendere ex Apocalypſi, oſtendi cap. 11. verſ. 2. notat. 2. in additione, vbi eius diſputationem ſeriam promiſi. præſto fidem.

A dedicatione tabernaculi Moſaici vſque ad Templi Salomonici dedicationem annos præciſè $486\frac{1}{2}$. percurriſſe.

Ad ſubducendam hanc annorum ſummam, ex eo fortaſsè aliqui ſibi ſatisfacient, quod Salomonis templum inchoatum dicatur 3. Reg. 6. 1. quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſraël de terra Ægypti, duraſſeque annos ſeptem, vt eſt in cap. 6. eius libri. v. 38. ſubſtructionem; indéque annorum 487. ſummam confici. Verùm vt coaleſcat is annorum $486\frac{1}{2}$. numerus, exactiore computatione opus eſt. Primùm quoniam idem non eſt, ab egreſſu filiorum Iſraël ex Ægypto, & ab erectione tabernaculi Moyſis, cùm ex cap. Exod. 40. 15. compertum ſit, tabernaculum anno ſecundo prima anni die fuiſſe erectum. Deinde quia, cum dicitur anno 480. ab egreſſione filiorum Iſraël incepta ſtructura, non ideò affirmare vult Scriptura, impletum iam tunc illum 480. annorum numerum, ſed verti iam annum octo-

Reijcitur primus ſupputandi modus.

A geſimum ſupra quadringenteſimum; tunc verò ſecundus eius anni menſis numerabatur. Deducendus ergo eſt ex ſumma hinc annus vnus; inde alter penè integer, qui vſque ad dedicationem tabernaculi reuolutus eſt, atque ita remanent tantùm 478. His additi ſeptem in ædificatione conſumpti, omnes ſimul non amplius quàm 485. annos conficiunt. Relinquitur ergo exactiore opus eſſe computatione ſi annos $486\frac{1}{2}$. percurriſſe, compertum eſt.

Equidem affirmo, ex prædicta nos ſupputandi ratione annos 485. dumtaxat colligere; ſed addo, haberi ex Scriptura annum alterum cum dimidio illis adiiciendum; atque ita ſummam illam annorum $486\frac{1}{2}$. præciſè coaleſcere. Hoc ita probatur, B quoniam conſtat primùm, cœptam fabricam templi anno Salomonis quarto, in menſe Zio. qui Aprilis eſt; fuit autem abſoluta anno vndecimo in menſe Bul, qui eſt October; annos igitur ſeptem & dimidium tenuit ædificatio. atque ita liquidò habemus ab erecto Moſis tabernaculo vſque ad abſolutum Templi Salomonis ædificium annos $485\frac{1}{2}$. & quiddam ampliùs prætertiſſe. Vt autem poſita annorum $48[2]\frac{1}{2}$. annorum ſumma præciſè impleatur, id quod deeſt temporis, ſuggerit exactè elapſum ab ædificatione vſque ad diem dedicationis ſpacium. Perſpicuum enim eſt ex Scriptura 3. Reg. 6. 38. fabricam Tēpli perfectā in Octobri, dedicationem verò in Septembri ſequenti, vt patet 3. Reg. 8. 2. celebratam autem ne C dierum quidem ratio deſideretur, noto: licèt die Martij prima Moſis tabernaculum collocatum fuerit; illud verò ſolemne ſacrificium, quod igne cœleſti conflagrauit, menſis die octaua, vt patet ex Leuitici cap. 9. oblatum fuit. Atque ita licèt nebula tabernaculo circumfuſa à Martij prima die inceperit; dedicatio tamen ab octaua die numeratur, in qua ſacrificia cœleſti igne incendi cœpta ſunt. Porrò Templi dedicationem decima quinta Septembris die celebratam fuiſſe, videtur exploratum. Etenim textus ipſe 3. Reg. 8. 2. exprimit eam peractam *in ſolemni die.* Arqui magna illius menſis ſolemnitas eſt ſcenopegia, nimirum decima quinta menſis, vt habetur Leuit. 23. v. 34. D & 35. quod ita Vatabl. exprimit, & interpretes reliqui dicant idem, neceſſe eſt. Nam præter diſerta textus verba, ratio item poſtulabat; vt cum ad diem illam & populus Iſraëlis vniuerſus Ieroſolymam conuenturus eſſet, & ad eamdem conſtruenda forent tabernacula; hæc item vſui forent ingenti illi multitudini, quæ aliàs ad templi dedicationem erat concurſura.

Exacta ſub-ducēdi ra.

Dies etiam præciſè numerantur.

Sed obiicias, hinc colligi potius, haud videri nimis exactam annorum $486\frac{1}{2}$. ſupputationem; cum dies ſeptem ſuperſint ex medio anno ab octaua 5. Martij ad Septembris decimam quintam numerato. Reſpondeo, dimidio anno ſolari nihil ſupereſſe. Etenim Iudæorum menſes Lunares erant. & primo quidem menſi dabantur E triginta dies, viginti nouem ſecundo, & ſic reliquis. Poſtea verò vndeuiginti annorum ſpacio menſes embolimæi ſeptem inſerebantur. Iuxta hoc verò primi ſex menſes diebus 177. præciſè conſtabant. His, vt medietas anni ſolaris perficiatur, dies quinque cum dimidio deſunt. nam medietas dierum 365. eſt $182\frac{1}{2}$. atque ita numerus ille $486\frac{1}{2}$. exactus eſt. Vide item quæ dicam ad finem huius diſputationis.

Obiectioni reſponſio.

An

Digitized by Google

An totidem præcisè anni $486\frac{1}{2}$*. præterierint à dedicatione Templi per Nehemiam procurata, vel vſque ad paſſionem Chriſti D. vel vſque ad diuini ſuper Apoſtolos ſpiritus aduentum?* A

Annorum, qui ex Danielis hebdomadis componuntur, ſupputationem ab anno quarto Olympiadis 83. inchoant nonnulli: hunc enim eſſe dicunt annum viceſimum Artaxerxis Longimani, qui quidem is eſt, qui expreſsè iuſſit Ieroſolymam ædificari. atqui Scriptura 2. Eſdr. 2. 1. affirmat id ab eo iuſſum anno viceſimo regni ſui. Atque ſcriptores iidem (Pererius ex his eſt & plures alij) B paſſioni Chriſti D. annum quartum Olympiadis 202. aſſignant. Spatium autem inter quartum annum Olympiadis 83. vſque ad quartum item Olympiadis 202. interceptum conficit Olympiadas 119. hæ verò annos 476. Annis verò $486\frac{1}{2}$. qui ex $79\frac{1}{2}$. hebdomadis coaleſcunt, decem cum dimidio deſunt. idque iuxta meam ſupputandi rationem, illi enim deeſſe plures ſibi annos reperiunt. Huius ergo rei cauſa illud ſibi hi auctores effugium inuenerunt, vt in his Danielis hebdomadis numerandis, vnumquemque annorum conſiderent diebus vndecim anno ſolari minorem; itaut contineat vnuſquiſque lunares menſes duodecim præcisè. quo inuento reperiunt ſua ex ſupputatione quem quærebant numerum annorum perfectum. C Cæterùm in hac ſupputatione inconueniēs quadruplex inuenio. Primum, in ea anni aliquot ſuperſunt. Secundum, confugit ad annorum vſum ex duodecim præcisè lunis conſtantium: quibus nec vſa eſt vnquam natio vlla, & Iudæa quidem multo minus, vt ex feſtis quæ peragebat ipſa, conſtat euidenter: atque ideo S. Chryſoſt. reputat pro indubitato, quod anni, de quibus agit Daniel, ſolares ſint. Tertium, hi auctores ſuam ſupputationem ad quartum annum Olympiadis 202. producunt. Atqui liquet omnino, Chriſtum non paſſum eo anno quarto Olympiadis 202. immo verò ſecundo: quod probat euidenter Deckerius. D Quartum denique, ſupputationem ab eo Ieroſolymæ extruendæ mandato inchoari, minimè congruit. Danielis enim textus habet: *Ab exitu ſermonis*. Exitus autem affert rei perfectionem, vt in illo, exitus acta probat. quod idem ſignificant Græcum ἔξοδος & Hebræum מוצא.

Quidam ſumunt annos lunaribus menſibus cōſtantes.

Impugnatur multipliciter.

Hæc igitur omnia vt euitet Deckerius, perſuadet ſibi, hebdomadarum Danielis ſupputandarum initium ab abſoluta Ieroſolymæ ſtructura capi oportere. Hoc autem anno viceſimo octauo à principio regni Xerxis eueniſſe, Ioſephus lib. 11. cap. 5. confirmat. Et conſtat quidem Xerxem anno primo Olympiadis 74. ſuum regnum iniiſſe. Aſſerit enim Iuſtinus, Xerxem anno quinto regni ſui E in Græciam tranſmiſiſſe. Hanc porrò expeditionem obitam primo anno Olympiadis 75. etiam compertum eſt, vt ex Diodoro Pererius lib. 11. ſententia 15. ad libri finem refert. Iuxta hæc igitur annus ab initio regni Xerxis viceſimus octauus in quartum incidit Olympiadis octogeſimæ. atque ideo ab hoc incipi debet hebdomadarum Danielis computatio. Concordia verò cum anno viceſimo tertio Longimani facilis eſt. Supponitur enim, tres ferme annos ab edicto Longimani celebratam fuiſſe dedicationem; quod Ioſephus lib. 11. cap. 5. exprimit.

Vnde inchoanda hæc computatio.

A Illud videamus iam, quo pacto ſupputatio ab anno quarto octogeſimæ Olympiadis inchoata, & in ſecundum Olympiadis 202. in quo paſſus eſt Chriſtus, deſinens, exacta omnino ſit. Ac primum hinc anno quarto Olympiadis 80. illinc etiam anno ſecundo 202. Olympiadis (qui extremi ſunt) nunc prætermiſſis, intercepti anni ſunt Olympiades 121. atque inſuper annus vnus, ex quibus anni 485. præcisè exiſtunt. Hoc conſtituto, adhuc reſiſtit difficultas, ſupputationis ad annos $486\frac{1}{2}$. producendæ. Nam Chriſtus Martij viceſima tertia die paſſus eſt: atque ita ex eo paſſionis anno tres nondum menſes habemus. Ex poſtremo verò Olympiadis octogeſimæ pauci quoque menſes videntur poſſe accipi. nam dedicatio vrbis in Septembri aut Nouembri, vt mox videbimus, facta fuit. atque ita annorum $486\frac{1}{2}$. ſummæ deeſſe videtur annus integer vel paulo minus. B

Sed in eo initio videtur annus deeſſe.

Huius difficultatis reſponſio eſt, in ſupputatione Olympiadum, vbi ſupponatur ſemel, paſſum fuiſſe Martij viceſima tertia die Chriſtum, ſupponendum conſequenter, cum exactis iam menſibus nouem anni ſecundi Olympiadis 202. fuiſſe paſſum. nam Olympiadum anni ab æſtiuali ſolſtitio, nimirum à Iunij die viceſima ſecunda ineunt. à Iunij autem die viceſima ſecunda vſque ad viceſimam ſecundam Martij nouem perfecti menſes numerantur. Quòd ſi dedicatio murorum vrbis facta fuit à Nehemia (vt credunt aliqui) in C die expiationis, quæ fiebat, vt ex Leuit. 23. 27. conſtat, die viceſima Septembris: atque item ſupponitur, id anno quarto Olympiadis 80. eueniſſe: ab hoc anno quarto Olympiadis 80. vſque ad initium Olympiadis 81. reſtabant vt minimum alij nouem menſes. perfecti enim ſunt nouem menſes ab æquinoctio Septembris vſque ad ſolſtitium æſtiuale. Cùm ergo inter medios annos numerauerimus 485. & ab extremorum vnoquoque nouem menſes habeamus, remanet tandem ex annis quadringentis octoginta & ſex cum dimidio præcisa ſupputatio.

Neutiquam deeſt.

Reſtat poſtremò diſcutiendum, quo menſe, & quota illius die fuit ea dedicatio, quam Nehemias D celebrauit. Ioſephus lib. 11. cap. 5. ad finem celebratam dicit menſe nono, hoc eſt in Nouembri putabunt autem aliqui, ſi in Nouembri fuit, viceſima quinta die fuiſſe huius menſis. quod ea foret dies (de quo Machab. 2. cap. 1. 18.) dedicationis, aut purificationis, vel encæniorum. Hæc vero coniectura nihili eſſe debet. nam dedicatio Nehemiæ multis fuit annis ante feſti illius, (de quo 1. Machab. 1. 18.) agitur, inſtitutionem. Quod autem feſtum vtrumque in eamdem diem inciderit, nulla id notitia aut veriſimilitudine cognitum eſt: foret verò, ſi talis feſtorum concurſus accidiſſet. Deckerius in hac annorum $486\frac{1}{2}$. ſupputatione ad diem, in qua ignis Spiritus ſancti E deſcendit ſuper Apoſtolos, attendit. Deſcendit autem ſexta Maij die. Atque ita, ſi Nehemiæ dedicatio fuiſſet ſexta die Nouembris, exacta prorſus hæc ſupputatio fuiſſet. & quidem doceri nos à Ioſepho, eam in Nouembri fuiſſe, haud parum eſt. Si verò aſſeueramus, hanc annorū $486\frac{1}{2}$. ſummam in Chriſti paſſionis tempore impletum fuiſſe; dicere etiam neceſſe eſt, in Septembri fuiſſe Nehemiæ dedicationem. atque ita Ribera lib. 5. de feſtis Iudæorum cap. 17. ſibi perſuadet. id ex eo probat, quod feſtum tabernaculorum ſeu ſcenopegia, ex Leuit. 23. v. 34. & 35. die decima quinta Septembris ageretur, videtur enim cum ſcenopegia

Nehemiæ dedicatio quo menſe?

& quota die?

An in Septēbre, & numerus hebdomadarum in paſſione Chriſti impletus ſit?

gia coniungi ignis Nehemiæ 2.Machab.1.18. vbi dicitur: *Ut agatis diem ſcenopegiæ, & diem ignis, qui datus eſt Nehemiæ*, &c. Et licet eo propendeat Ribera, vt proximè poſt feſtum ſcenopegiæ, acta ſit Nehemiæ dedicatio, quandoquidem ponitur prior ſcenopegia, (vt ſi 23. Septembris celebrata ſit dedicatio, quo ſic annorum 486½. numerus ab ea dedicatione vſque ad diem paſſionis Chriſti exactè omnino ſubducatur) ego tamen nihil obſtare video, quo minus dedicatio aliquot ante dies acta ſit, licet ibi poſterius nominetur. Et facit quod 2.Eſdr.12. agatur de Nehemiæ dedicatione, vt patet v.27. & 42. & ſubditur verſ.44. *Et cuſtodierunt obſeruationem Dei ſui, & obſeruationem expiationis.* Conſtat autem ex Leuit. 23. 37. feſtum quoddam expiationis nomine decima die Septembris fuiſſe celebratum; quamuis non ita conſtet agi in eo 2. Eſdr. 12. 42. de hac expiatione, cùm agatur fortè de encæniis, ſiue Nehemiæ dedicatione.

Ignis quando datus Nehemiæ?

Serarius autem exiſtimat, ignem, quem Deus Nehemiæ miraculo conceſſit, immiſſum in dedicatione ſexto anno Darij Hiſtaſpis celebrata. quæ dedicatio tertio die menſis Adar (qui Februarius eſt) vt habetur 1.Eſdr.cap.6.15. peracta fuit. Atque id iuuat quod 2. Machab. cap. 1. 18. dicitur: *Quando ædificato templo & altari.* poſtea enim non ædificauit templum. Hæc tamen opinio Serarij placere nequit Deckerio, qui reputat pro re in primis explorata, quem ignem admirabilem Deus exhibuit Nehemiæ, eum in dedicatione murorum vrbis exhibitum, quando videlicet computatio hebdomadarum inchoatur. & ſupponit quidem tunc etiam templum & altare Nehemiam reparaſſe. Quoniam dedicationi alteri non interfuit Nehemias. Præter eam, quæ reperitur,

Arcana circa hunc ignem conſideratio.

arcanam veriſimilitudinem, Deum nempe, qui inter tabernaculi Moſaici & templi Salomonici dedicationem, inter ignem & ignem miraculo vtrumque præſtitum hebdomadas ſexaginta nouem cum dimidia præterire voluit, voluiſſe item, vt inter prodigioſum Nehemiæ & Spiritus ſancti ignem hebdomades præcisè totidem elaberentur.

Credit item Serarius ſcenopegiæ nomen in 2. Machab. 1. 18. improprie ſumi, non pro tabernaculorum feſto, ſed pro ſimili alio in expiatione templi poſt Antiochi contaminationem celebrato. Verùm Ribera lib.5.cap.17. pro feſto proprio tabernaculorum ſumit in eo loco ſcenopegiæ nomen. Hoc tamen de Nehemiæ dedicatione vtcunque ſit, quòd acta illa fuerit in Nouembri, mihi videtur habendum pro comperto: quoniam & Ioſephus id aſſerat, & nec Scriptura, nec vllus ſcriptor alius contrarium dicat. Atque ita illud expeditum ac planum eſt, vt annorum 486½. ſumma vel ipſomet die Pentecoſtes, vel certè eo menſe completa ſit. Hic porrò aduerto, licet, attento menſium lunarium Iudaicorum initio, non liqueat, impletum præcisè dimidium annum ipſa Pentecoſtes die; ſatis eſſe tamen, de menſe conſtare. Dimidium enim ſolaris anni non impletur certa die menſis lunaris, ſed potius certa die cœleſtis menſis, cœleſtium nimirum ſignorum.

Nehemiæ dedicatio in Nouembri.

& in Pentecoſte impletus numerus hebdomadarum.

A

Ad eam viſionem Angeli quam Daniel habuit cap. 10. illi, quam narrat Ioann. Apoc. 1. ſe vidiſſe mirè correſpondentem.

Commentarivs.

Textus Prophetæ.

Verſ. 5. *Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo.*

B 6. *Et corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis.*

APertiſſimum Ioannis ad Danielem in multis reſpectum Apocal. 1. notat. 17. oſtendi, hîc iterum oſtendam.

	Ex Dan.	*Ex Apocal.*
C	Leuat oculos Daniel, & ecce vir vnus:	Conuertitur Ioannes, & videt ſimilem filio hominis.
	Veſtitus lineis, ſeu byſſina.	Veſtitum podere.
	Renes eius accincti auro obryzo.	Præcinctum ad mamillas zona aurea.
	Oculi eius vt lampas ardens.	Oculi eius tanquam flamma ignis.
	Brachia eius, & quæ deorſum vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis.	Pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.
	Vox ſermonum eius, vt vox multitudinis.	Vox illius, tanquam vox aquarum multarum.
D	Facies eius velut ſpecies fulguris.	Facies eius ſicut Sol lucet in virtute ſua.
	Conſternatur Daniel (v.9.) & vultus eius hæret terræ.	Ad pedes cadit Ioannes tanquam mortuus.
	Tangitur manu, & erigitur ſuper genua, & ſuper articulos manuū.	Imponitur ſuper eum dextera & mirificè confirmatur.

Animaduerſiones circa literam.

Veſtitus lineis. Hæ lineæ ſignificant poderem ſeu lineam ſtrictam, illam ſcilicet talarem Sacerdotum tunicam, quæ *roquete* Hiſpanicè appellatur. Hoc iam diſſerui Apoc.1.13.

E *Renes eius accincti auro obryzo.* Hebraicè *in maſſa auri obryzi*, vt propterea putare quis poſſet, aurea aliqua lamina Angelum hunc fuiſſe præcinctum. Verùm ego in eo loco Apocal. aſſerui, id ad textum neceſſarium non eſſe; ſed ſufficere vt cingulum ex textili auro cogitetur. nam neri ac texi poſſe aurum purum, notauit Plin. lib.33. cap.3. Cinctus huius Angeli ab illo, de quo Ioannes, eo differt, quod hic erat per renes & vmbilicum, ille verò ad mamillas. Sic etiam Angeli phialarum, de

Cingulū ex auro textili.

Digitized by Google

de quibus Apocal.16.5. erant veſtiti lineo mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

Chryſolithus colore refert aurum pellucidum.

Et corpus eius quaſi chryſolithus. Suppono, chryſolithum, Hebraice tharſis, lapidem eſſe, cui color ineſt auri pellucidi. nam hæc eſt chryſolithi apud Plin definitio, & vel nomen id teſtatur. Porrò hic color debet eſſe auri tam accenſi, vt præ illo aurum degeneret. Aurum albicare cogit quadam argenti ſpecie, Plinius inquit.

Sed obiicias, nomen idem Hebræum tharſis poni Ezech. 1. 16. vbi illud vertit noſter interpres: *Quaſi viſio maris.* & Cant. 5. 14. exponitur ab eodem vulgato Hyacinthus. vnde videtur colligi non eſſe certum, quis ſit is lapis pretioſus, quem ſignificet Hebræum *tharſis.*

Cur tharſis vertitur Chryſolithus, hyacinthus, & viſio maris.

Huic obiectioni reſpondi pluribus Apoc. 21. verſ.20. notat. 21. ſumma eſt, affirmare voluiſſe hauddubiè noſtrum interpretem, eum lapidem, quem chryſolithum vocant Latini, Hebræo *tharſis* ſignificari: cùm ita expoſuerit hoc nomen non in hoc Danielis tantùm, ſed etiam Ezech 10.9. & Exod.28.20. vbi verterunt eodem modo, Septuag. Aquil. Symmach. & Theodot. Præterea, chryſolithi nomine duo quandoque comprehenduntur gemmarum genera, quæ vulgo & Topazij & Hyacinthi nominantur; quoniam hi etiam lapides auri colorem nimis accenſum referunt. quæ ratio eſt verſionis Cant. 5. Cùm autem Ezech.1.10. vertitur: *Quaſi viſio maris,* non fuit ad colorem reſpectus, ſed ad tranſmarina loca, vnde chryſolithi pretioſiores aſportabantur. Aut fortaſſe reſpexit interpres tranſpectum & vndas quas motu rotarum color efficiebat, cùm vertit: *Quaſi viſio maris.* Nam in Ezech. item 10.9. vbi agitur de iiſdem rotis, reddidit noſter interpres eandem vocem: *Quaſi viſio lapidis chryſolithi*: ac propterea τὸ *viſio maris* non videtur ad marinum colorem referendum.

Quid hic ſignificet corpus.

Quod autem dicitur, *& corpus eius quaſi chryſolithus,* non eſt trahendum ad corpus totum. nam brachia & inferiora omnia à medio corpore erãt, vt mox videbimus, ex ære candente. atque ita corporis nomine capienda ea pars, quæ eſt à medio corpore ſurſum.

Quo pacto Danielis obtutus indumenta penetrarit.

Sed roges, quî potuit diſpicere Daniel ex chryſolitho eſſe illius corpus, quem lineis indutum conſpexit? Reſponderet quis, veſtem eſſe ex lino adeò ſubtili, vt non impediretur tranſpectus, atque adeò corpus diſpiceretur, qua ratione de certis veſtimentis loquitur Plinius. Verùm hoc ſubtilius eſt, quàm vt perſuaderi poſſit. Satius proinde mihi eſt, vt dicatur oculi prophetici ea, quæ latebant inacceſſa naturaliter obtutui corporeo, ex diuina reuelatione penetrare. Exẽplum præbet Ioannes Apoc.1. conſpiciens æs illud, quo pedes ſui illius ſimulachri conſtabant, ex ære eſſe montis Libani. Atque ita mihi pro comperto eſt, eodem modo cognouiſſe Danielem ex chryſolitho eſſe corpus huius figuræ; licèt non cernerentur exterius niſi manus & pedes, quæ ex chryſolitho non erant; & collum ac facies, quæ erant ex chryſolitho.

Facies eius velut ſpecies fulguris. nimirum fulguris inſtar facies emicabat.

Oculi eius vt lampas ardens. Hæc ſignificant oculos ignis inſtar accenſos indignationem videlicet (vt vidimus Apoc.1.) vehementem repræſentantes.

A *Brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis.* Pro iſtis: *Quæ deorſum ſunt vſque ad pedes*, ſolùm eſt Hebraicè hæc dictio מַרְגְּלֹתָיו *marghelothau* (vnde fortaſſe veſtis protenſa vſque ad pedes dicta *marlota*) & vox quidem מַרְגְּלוֹת pedes ſignificat, vt conſtat ex Ruth 3.verſ.4.7.& 8. vbi notandum, vocem, quâ pes ſignificatur communiter, eſſe רֶגֶל *regel*, indéque plurale רַגְלַיִם. Hoc nomen ex literæ מ additione eas corporis partes videtur ſignificare, quæ ſunt ad pedes, omnes ſcil. inferiores, ideo tranſtulit noſter interpres: quæ deorſum ſunt vſque ad pedes. Septuaginta crura tranſtulerunt. Verùm cogit Hebræa vox, vt non modò tibiæ & ſuræ intelligantur per crura, ſed femora item & pedes, ac denique inferiora omnia à medio corpore deorſum.

Significatio vocis margheloth.

B Illud etiam aduerto, in hac ſimulachri coagmẽtatione ex chryſolitho & metallo factam ab Spiritu S. alluſionem ad arcanas alias Scripturæ viſiones. ad eam ſcilicet imaginem Dei, quam Ezechiel vidit, & diſtinctè propoſuit cap.1.27. & cap. 8. 2. ex electro eſſe à medio corpore ſurſum, inde verò deorſum ex igne. Alteri item Ioanni Apocal.4. obiectæ hæc figura correſpondet. quæ media ex iaſpide erat, media ex Sarda. Oblectatus itaque eſt Spiritus S. in huiuſmodi viſionibus impensè arcanis obiectando imagines admirabilis iſtius compoſitionis, vt myſterium aliquod inſigne indicaret.

Compoſita ſimulachra ab Spiritu S. ſæpe obiecta.

C *Quaſi ſpecies æris candentis* nomen æs adſtringi ſolet ad cupri ſignificationem, נְחֹשֶׁת itidem, & Græcum χαλκὸς. Communis harum vocum acceptio, & locus Apocalypſ. 1.15. *Pedes eius ſimiles aurichalco*, huic correſpondens firmant hanc ſignificationem.

Æs pro chalybe poſitum.

Mihi tamen valde eſt vero ſimile, nomen æs in præſentia pro chalybe ſumi debere. Hoc vt nemini inſolitum appareat, primum ex Hebræo theſauro noto, pro chalybe ſæpè accipi ſolere noſtrum nehoſeth; ſic vt Kimhi Ioſeph affirmarit, hanc eſſe illius ſignificationem, quoties roboris denotandi cauſa in Scriptura adhibetur. Huius loci ſunt Ierem. 6. 28. illa: *Æs, & ferrum: vniuerſi corrupti ſunt.* & Zachar. 6.1. Ariæ ſunt montes D chalybei, qui ærei Vulgato. Deinde, compedes ex ferro aut chalybe fieri ſolitæ Hebraicè vocantur eadem voce *nehoſeth*. Præterea, adiunctum illud *candens* aptè, vt videbimus, ſumitur pro terſo & ſplendente. Atqui vt in comparationem adducatur metallum expolitura fulgentiſſimum, aptior videtur chalybs quàm cuprum. & myſticæ item ſignificationi melius, vt videbimus, deſeruit. Accedit, & pro ferro & pro chalybe æs Latinis ſumi ſolitum. id videre eſt in theſauro Latino, & in Cœlio Antiquit. lib. 10. cap. 50. & in Parraſio ad lib. 1. Claudiani de raptu, aiente: *Æs pro ferro plerumque ponitur.* idem de Græco χαλκὸς notauit Euſtachius. Noto denique, tunc maximè tam Hebræum *nehoſeth*, quàm Latinum *æs* pro E ferro & chalybe licere ſumi, cùm ratio potius metalli generica, quàm particularis cupri ſpectatur. Sicut enim metalli nomen Hiſpanicè nunc ſumitur genericè pro qualibet ſpecie metalli, nunc pro metallo Campano ſpeciatim; ſic etiam nomen *æs* aliquando ita eſt genericum, vt aurum etiam, quod docet Vlpianus apud Cœlium lib. 6. cap.2. complectatur: aliàs autem ſumitur ſpeciatim pro cupro. Ad rem ergo noſtram, vt ponderaretur rei politæ cum ſplendor, cum robur; haud erat

Digitized by Google

erat idoneum, oculos coniicere ſpeciatim in cuprum, ſed generatim in metallum: atque in illud præſertim, quod hinc capacius eſt politurę, illinc validius eſt. quod vtrumque meliùs conuenit in chalybem. Adiiciendum poſtremò, ſi ex accenſo cupro, quod plerique putant, & præfert Vulgati & Septuaginta tranſlatio, petatur comparatio; differre nihil ardens cuprum ab alio quopiam metallo itidem ardente: atque ita videtur omnino in præſenti nomine æris non deſignari cuprum, ſed vel chalybem, vel certè in genere metallum quodcumque.

Candentis ſignificatio. Iam verò appoſitum illud æris, nimirum *candentis* plerique iure accipiunt de metallo ardēte, & in ignis formam transfigurato. huius enim notionis propriè eſt adiectum *candens*. vt videatur huius ſenſus eſſe noſter interpres cum Septuag. & aliis. Iuuant præterea duo, vnum, hanc viſionem tam eſſe illi reſpondentem, quàm Ezechiel cap. 1.7. habuit, vbi eſt eadem Hebraica vox cum ſcintillis coniuncta, habet enim textus: *Scintillæ quaſi ſpecies æris candentis*. vbi reddit Arias etiam *ſcintillantes* pro *ſcintillæ*, vel certè Pagnini verſionem retinuit. idque firmatur ex verſ. 13. *Similitudo animalium, aſpectus eorum quaſi carbonū ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum.* Eſt alterum, quod iuuat, Apocalypſ. locus citatus præſenti correſpondens. *Pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti.*

Pro terſo ac polito. Sed eſt nihilominus veriſimilis admodum tranſlatio altera, quam prætulit Arias; *ſicut æris politi*, Rabbinos ſecutus, quos citat in theſauro Pagninus. ſic, vt Daniel Angeli brachia & pedes nec ignea viderit, nec igneo colore; ſed eo vibrantia ſplendore, quem metallum habet politum, enſis videlicet apprimè terſus. Ac primùm ea propria eſt ſignificatio, vt Hebræi tradunt, vocis Hebraicæ קלל (vnde fortè fuit Hiſpanica vox *acicalada*.) Neque id alienum eſt à Latino *candere*: hoc quinimo ſæpe non refertur ad ignem, ſed ad ſplendorem. teſtimonia ad manum ſunt in theſauro Latino. Deinde, Angelus Danielem manu tetigit: quare non videtur ad rem hac viſione ſignificatum, vt Angelus accendiſſet quidquid contigiſſet manu, quandoquidem Danielem tetigit, nec tamen accendit. vide verſ. 10. *Ecce manus tetigit me*. ad ſanandum videlicet & confirmādum. Idem præterea affirmo de illo Ezech. c. 1.7. vbi de pedibus animalium ſermo eſt. Et noto dici ibidem verſ. 13. eorum facies inſtar eſſe prunarum ardentium, & lampadum in modum effulgere. De pedibus autem ſolùm dicitur: ſcintillabant ſicut æs politum. Atqui ſcintillare, micare eſt & ſplendere, vt patet iam ex voce Hebraica, quæ aptiſſimè tribuitur gladio fulguranti. & quidem Plauto dicuntur oculi ſcintillare, ideſt, micare & ſplendere. Quòd ſi tam pedes, quàm facies prunas eodem modo referrent, non adhibuiſſet vates diſtinctionem ſeorſum, dicens facies ardere quaſi carbones ignis, pedes autem ſicut metallum effulgens. De Apocal. verò diuerſa eſt ratio, vt dictum ſatis ſuo loco. Sed iam ad ſenſum arcanum.

Arcani ſenſus in prophetia Danielis c. 10. quæ 11. & 12. continuatur inueſtigatio.

Hoc facere neceſſe fuit Apocalypſ. 1. vbi in no-

A tat. 17. demonſtraui, Ioannis viſionem cum hac Danielis debuiſſe comparari, neque alias perfectam vtriuſque intelligentiam potuiſſe haberi. Hoc ideo in eo loco præſtiti; ſed res hic premenda magis, conuenientiæque ac differentiæ etiamnum conſiderandæ.

Quæ ſit in vniuerſum huius figuræ ſignificatio. Illud ergo præmittendum eſt, harum figurarum quamlibet ænigma quoddam eſſe, ſpectaréque ad interpretem ænigmatis, priuſquam ille ad partiū ſingularum applicationem accedat, quid illud vniuerſè includat, deſignare. Et in hac quidem Danielis figura perfectiones Angelorum videntur interpretes vniuerſum reſpicere. Hoc autem haudquaquam, vt ego cenſeo, ſatisfacit. neque enim, cur in hac viſione potius, quàm in alia
B perfectio Angelica ſignificata fuerit, rationem reddunt ſatis congruentem.

Apta repræſentatio ſuæ reuelationis. Equidem exiſtimo, hîc minimè tractari de Angelorum perfectione generatim; ſed quod hæc viſa Danieli figura commodè repræſentet perſonam miniſtri reuelationis iſtius, quam Deus Danieli huius Angeli interuentu communicabat. Hoc ita declaro.

Legat rex Pontifici maximo oratorem, qui ei, vel de creatione gratuletur, vel præſter ſui regis nomine obedientiam: ſi poſſet legatus aptare ſibi eius artificij indumenta, quæ, ipſo tacente, legationi ipſius repræſentandæ mira quadam ratione deſeruirent; quis non id ſcitum maximè ac conducens inuentum reputaret. Hoc
C autem potiore multo iure in Angelis cogitandū eſt, qui puri ſunt ſpiritus, neque ſibi vel adaptant habitum, vel induunt nomina, niſi vt conducunt apportatæ legationis inſtituto.

Ea ergo prima eſt, inter hanc vtramque figuram obiectam Danieli & Ioanni, conuenientia: vt coæquetur vtraque ſuæ reuelationi, ei nimirum legationi, cuius obeundæ gratia miniſter mittitur à Deo. Ac quemadmodum prima illa Apocalypſeos figura coæquari debet toti Apocalypſi; ita hæc Danielis coæquanda fuit ei legationi, aut reuelationi à Deo factæ ad Danielem, quæ cœpta capite 10. in 11. ac 12. continuatur.

Primum reuelationis proxima, & remota. Hoc ita ſtabilito, illud deinde inueſtigandum primò eſt atque ſanciendum, ecquæ nimirum
D iſthæc legatio ſit, quam à Deo huius Angeli interuentu Daniel accepit. Porrò in hac re attentè conſiderare oportet proximum eorum dictorum ſenſum, quæ Danieli Angelus denunciauit. Etenim, licèt habendum pro comperto ſit, præter eum, qui Iudaicum populum attingebat, ſenſum proximum, ſubeſſe alium verbis Angeli, ac præcipuum quidem, ad Chriſtianum populum & Eccleſiæ Chriſti perſecutiones grauiſſimas pertinentem; verùm ſecundus hic intellectus primò innititur hauddubiè. Et habitus quidem, quippe externa res, vt in exteriorem illam reuelationis ſuperficiem quadraret, omnino conueniens erat. Propterea, vt ſuſceptus habitus ab Angelo graphicè conueniat in ſecundum legationis ſenſum;
E non requiritur aliud quàm vt ille in primum ſenſum legationis optimè adaptetur. Habitus enim competens primo ſenſui, neceſſe eſt, vt ſecundo itidem, quippe qui in proportione primi fundetur, conueniens ſit. Iam ſenſum huius reuelationis dictis aliquot comprehendam.

Angeli legatio prædicit libertatem antiquæ gentis. Sit primum. Quam attulit Danieli legationem Angelus ad hæc capita reuocatur. Vnum, tractum reapſe, ac citò Deum ſuum è captiuitate popu

Digitized by Google

populum. vide cap. 10. 20. *Numquid*, dicitur, *ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar vt prælier aduerſum principem Perſarum.* Alterum, monarchiæ Perſarum ſucceſſuram breui Græcorum monarchiam; hanc in anguſtias maximas Dei populum redacturam: ſed eum tandem ex ea procellarum vehementia pacifice à Deo liberatum iri, & non in ſpiritualibus modò, ſed etiam in temporariis auctum. lege cap. 11. & 12.

Dei in ſuos beneuolentiã ſignificat.

Secundum dictum. Quam figuram intuitus eſt Daniel, ea proximè Dei Angelum repræſentat. nam olim Deus ſuum illum populum regebat adminiſtris Angelis. Sed in figura à Ioanne ſpectata Chriſtus repræſentabatur. quoniam proximè per Chriſtum Dominum gubernatur à Deo Chriſtiana gens. Conueniunt autem in eo hæ viſiones, B quòd vtraque Dei erga ſuos beneuolentiam hoc aut illo miniſterio declaratam proponat.

Effectus illius.

Poſtremum dictum. Symbolorum in vtraque viſione ſignificatio ad duo capita reducitur. nimirum quantum placeat Deo, Angelis, & Angelorum Domino, videlicet Chriſto, ſui populi ſanctitudo. Atque etiam quod Deus, Angeli, & Chriſtus eorum rex arma moueant Eccleſiæ cauſa, quippe illi cupientes optimè: vindicarint adeò à furore hoſtium, victoriáque ac triumphis mactarint. Adaptanda ſunt hæc Prophetæ verbis.

Dei fauor quam promptus.

Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus. Nota, auxilium Chriſti ipſius adeſſe nunc Chriſtianis promptius, quàm Iudæis olim Angelorum fauorem. Nam leuat oculos Daniel, & videt Angelum: Ioannes verò conuertitur, & cernit Chriſtum, quippe qui fauendi cauſa aderat à tergo. C

Veſtitus lineis. Veſtis linea indumentum eſt religionis index, vt nunc Clericorum linea vnica, aut ſuperpelliceum. Angeli verò quibus erat cura Iudaicus populus; quod hic caſtè ac purè coleret verum Deum, id pro ornatu proprio reputabant. Chriſtus item D. apparuit Ioanni veſtitus podere. quod item eiuſdem ſignificationis veſtimentum eſt. Verùm enim differt quamplurimum tunica à tunica. Vetus enim religio, pura tunc cum maximè, ornare poterat Angelos populi Iudaici ſatagentes. At religio illa, qua Chriſtiani ſuſpiciunt & adorant Deum, poteſt pollétque D ornamento eſſe vel ipſi Chriſto. Et perſpicuum eſt, quam induit tunicam Angelus, vt ea ſit perfectiſſima, multis partibus debere illi eſſe inferiorem, quam induit Chriſtus ipſe. Accedit, podere veſtem byſſinam, ſplendentem, & candidam (de qua Apocal. 19. 8.) deſignari. Denique τῷ *lineus* non denotatur neceſſariò, licèt poſſit, veſtis talaris: hæc autem expreſsè deſignatur podere. & quo hæc veſtis prolixior maiorem ornatum ac gloriam eius, qui indutus eſt, repræſentat.

Christiana religionis à Iudaica diſcrimen.

Quanti ſit Angelis noſtra diuina legis obſeruatio.

Renes eius accincti auro obryzo. in ſymbolum videlicet, quod magni facerent & amarent vehementer Angeli eam perfectionem, qua Iudæi legem diuinam obſeruabant. Nam lex generatim E aptè ſignificatur cingulo, & diuina ſpeciatim cingulo aureo. Iam quòd magni ducerent Angeli eam obſeruantiam, eaque delectarentur valde; ſignificatur id ſatis, cùm ipſi hac zona præcinguntur. Facit huc illud Ierem. 13. 11. *Sicut lumbare adhæret ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſraël*, &c. Hoc deinde aliam reſpicit ſignificationem quam habere ſolet in Scriptura cinctum eſſe, nimirum paratum omnino exiſtere atque expromptum ad ea quæ deman-

A dantur exequenda. Horum autem ratio eſt: quoniam obſeruari gnauiter ab homine diuina mandata, id enimuerò eſt, quod ſummopere optantes & expeditos facit Angelos ad eiuſdem rationibus fauendum.

Lex charitatis quantum bonum.

Illud porrò diſcriminis intercedit inter cingulum Angeli & cingulum Chriſti, quòd cingulum Chriſti ſit zona aurea circa pectus. Etenim charitatis lex eſt Chriſtiana, quæ non compeſcit modò conſilia aut affectiones, quæ carent debita moderatione, quæque per renes deſignantur; ſed enim quæ cor etiam ipſum valide conſtringit. Atque id cingulum eſt, quod præcingit altiſſimè, quódque ſummo honore Chriſtum afficit. Huius item præcepti obſeruatio promptiſſimum ad nos beneficiis cumulandos Chriſtum reddit.

Quam ſereni iraſcantur & prælientur Angeli.

Corpus eius quaſi chryſolithus. Hic lapis ſymbolum eſt (vt vidimus Apocal. 21. 20.) perfectæ gloriæ. Cùm igitur affirmat Daniel, frui Angelos in ſuo pectore perfectione gloriæ; id duplici veritati ſignificandæ videtur deſeruire. Nam primò innuitur; quòd ſtatim de concepta ab illis contra Dei hoſtes ira pronuncietur, eo facto, ne minimum quidem eorum beatam gloriam interturbari. Oſtendit etiam hæc chryſolithi ſpecies, eos inire prælium omnino liberos metu aut ſuſpicione aduerſi ſucceſſus; ſumma quin potius cum tranquillitate ac pace. poſſunt enim quidquid volunt, quoniam beati ſunt. Propterea in Pſal. 67. 18. vbi de præſidio agitur, quod Dei populus habet ab exercitibus Angelorum, illis datur hoc appoſitum *Lætantes. Millia lætantium.*

Locus Pſalmi 67. explicatus.

Verum quod de Chriſto D. aſſeritur Apocal. 1. in illis, *Facies eius ſicut Sol*, longè maximum eſt. Sed tamen hæc eam gloriam repræſentant, quam Chriſtus poſt certamina habiturus eſt. Videtur ideo exhibenda ratio, cur Angeli, priuſquam eorum depingatur prælium, habitudine fruentes depinguntur; Chriſtus autem non itidem glorioſus demonſtratur, ſed amicus: *ſimilis filio hominis.* Equidem ſic in hac diuerſitate ratiocinor. Quod Angeli fuerint inducti potiẽtes gloria, ad rẽ valde fuit, vt repræſentaretur ſcilicet quã præualidos defenſores habeat Dei populus, quámque libenter fidelibus ij ſuppetiatum veniant, quippe qui nihil ideo de ſua gloria periclitentur. At verò Chriſtum non ſic repræſentari glorioſum, antequam manus cum hoſtibus Eccleſiæ conſereret, ex elegantia fuit admirabili. Etenim acerba Chriſti paſſio, atque adeò ingens illius charitas eſt, quæ in præliis contra infideles ſpiritualibus rem conficit omnino.

Cur Angeli & Chriſti tam diuerſa apparent ſpecie.

Quanto maior ſit Dei in Chriſtianos, atque in Iudæos beneuolentia.

Facies eius velut ſpecies fulguris. ita claritas in media obſcuritate demonſtratur. q. d. immanes quidem ſunt fidelis populi afflictiones & ærumnæ; verùm in ipſiſmet affulget nobis remedij ſpes, quoniam Angeli propitios ſe nobis oſtendunt, & illuminant vultum ſuum ſuper nos, vt miſereantur noſtri. hæc erat ſpes Iudæorum de Angelorum fauore concepta. Verùm enim lucem longè ſplendidiorem de Chriſti beneuolentia ſibi promittebat Eccleſia; propterea Danieli apparet fulgur: Ioanni verò Solis fulgentiſſima facies.

Dei ira duplex.

Oculi eius vt lampas ardens. Idem in Daniele atque in Apocal. ſignificat hoc ſymbolum, nimirum indignationem. Sed interuenit ingens quoddam diſcrimen, quòd in Daniele ſit Angelorum ira, at in Apocal. ira Chriſti. Hic recolendæ duæ illæ ingentes iræ prima & nouiſſima, de quibus in Apoc. fusè dictum.

Et

Digitized by Google

Brachia & crura ex ære, robuſta ſunt ac potentia.

Et brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis. Probauimus ſuperiùs his ſignificari brachia, crura, ac pedes ex effulgenti chalybe. Porrò vt ſignificarentur robur indefeſſum, & potentia ingens ad hoſtes populi Dei extinguendos, nihil omnino aptius hoc meta lo Expendendum ad rem id Luc 1.51. *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos*, &c. Iam quid ſiue efficacius, ſiue elegantius brachium deſignet robuſtum, quam adiectum chalybeum: & robur non fatigabile quid ſic obiiciat oculis, quàm crura item ex chalybe? vide Iob 40. 13. *Oſſa eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi lamina ferrea.* & Cant. 7. 1. *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.* In vtroque enim loco robur nullis laboribus delaſſatum proponi, expoſui, cùm de illis egi. Sceptrum præterea ferreum Pſalm. 2.9. ſummæ potentiæ ad delendos aduerſarios ſignificationem habet. Patientia item, comminatio, ſeueritas, rectitudo, ac beneficentia, quas affert (quo de multa in Apocal.) ſceptrum illud, conueniunt optimè in hunc locum.

Nitor quid, ſignificet in Angelis.

Ad hæc, effulgens ille politi chalybis nitor præter perfectionem denotat etiam roboris Angelici gratiam ac decorem perpetuum. Nam Angeli, cùm non ſint ex agentibus, quæ repatiuntur agendo; ita belligerantur & ſtrages edunt, vt de eorum pulchritudine ac dignitate nihil imminuatur, nihil tetro moribundorum halitu offuſcetur. neque ſunt vt gladij, qui vel ſitum vel rubiginem contrahunt.

In brachiis item robur ad efficiendum, in cruribus ad ſuſtinendum.

Præterea quid aliud in brachiorum ac pedum diſtinctione videtur attingi: & in brachiis quidem vis ingens ad patranda mirabilia, hoſtibus nimirum euertendis: at in cruribus indefeſſa virtus ad quouis diſcurrendum impigrè, & quæcumque loca alacriter obeunda, in brachiis enim demonſtrari ſolet ſtrenua vis; in cruribus eximia ad conficiendum nunc hoc, nunc illud iter ſine laſſitudinis indicio, diligentia ac tolerantia.

Cur Angelus brachia habet chalybea, carnea verò Chriſtus.

Huc facit Pſaltes cùm canit Pſalm. 17.35. *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea*, id eſt, vires ingentes ad offendendum ſuggeſſiſti. Verùm enim aduertendum eſt gnauiter, maiorem eſſe potentiæ demonſtrationem brachiorum vſu non egere; ſed poſſe cum Iulio Cæſare iactare: Veni, vidi, vici. nimirum pedibus dumtaxat, atque oculis. Id enim verò cauſæ eſt, cur Angelo brachia ex chalybe affinxerit Spiritus S. Chriſto verò D. non itidem, ſed carnea; (quorum vſus potius eſt in premendo amanter, quàm in perimendo violenter.) Vt vinceret autem pedes ei ſolùm adhibuit, & oculos: eos tamen oculos quorum nutu tremefecit Olympum: ac pedes, quibus conflagraret tellus.

Expenſa accuratè hæc brachiorum ac crurum diuerſitas.

Hæc ergo pictura admirabilis elegantia notari debet, cur chalybea crura ac brachia oſtentent Angeli, pro iſtis verò geſtet Chriſtus crura ac pedes ex chalcolibano ardente? quid prædicat hæc ſimulachrorum diuerſitas? Nimirum ſi Iudacio populo, & Angelis qui eum adminiſtrabant, glorioſum erat, in ſuorum hoſtium exciſione mirabilia æreis brachiis patrare, de illiſque cum ſumma virtutis ſignificatione triumphum agere; Chriſti tamen & populi Chriſtiani gloriam, haud ſimilis eſſe rationis. Etenim orbis ad Deum conuerſio, facinus videlicet longè pulcherrimum neutiquam brachiorum vi, ſed cruribus ex chalcolibano ardenti perficitur: non cæ-A de & internecione hoſtium, ſed admirabili tolerantia: non brachiis ad offendendum, neque ad defendendum exertis, ſed vſu crurum aſſiduo: patiendo ſcilicet multa, quoquo verſus ſumma cum diligentia diſcurrendo, neque vlli pro ſalute animarum & diuina gloria labori parcendo. Huiuſmodi enim greſſus Chriſti D. virtute confecti, pedes ſunt ex chalcolibano ardente, efficaces quidem ad mundum vniuerſum igne veræ religionis accendendum. Atque ita illud arduum opus, trahendi ſcilicet ad Deum victa corda inimicorum, eaque igne ſacri amoris accendendi, quòd antea chalybeis brachiis & pedibus effectum dari nequibat; nunc iam ſine æreis brachiis, & pedibus aliis perfectum datur, pedibus nempe B diligentiſſimis ac patientiſſimis, & ſine operibus vltionis, ſed veræ charitatis & amicitiæ. Nam eius figuræ, quam vidit S. Ioannes, brachia, carnea erant proculdubio, ad amplexandum videlicet. Erat ſiquidem humana ea figura, cuius pedes dumtaxat ex chalcolibano aſſignantur, & exceptio, ex communi voce, firmat regulam.

Æris in chalcolibanum mutatio.

Politum quoque maximè fuit, chalybem in chalcolibanum commutari, illud vti ſignificaretur, totam modò vim & conatus omnes, vt flagrent omnia igne veræ religionis, adhiberi. quod Apocal. 1. diſputaui.

Efficaciam huius vocis ea, quam edit Chriſtus, multum vincit.

Et vox ſermonum eius, vt vox multitudinis. Vt ſignificaretur fore vt, exactis bellis, in numerum copioſum creſceret Dei populus, magna fuit ſym- C boli energia, vocem turbæ innumerabilis Angelo attribui. Verùm longè fuit elegantius, vt ea figura, quam vidit Ioannes, non populi vnius voce loqueretur; ſed enim ingentem aquarum multarum, hoc eſt, maris immenſi ſonitum ederet: ſignificando videlicet vim linguarum, gentium, ac nationum infinitam, quæ Dei fidem fuerat amplexura. Atque ita haud videntur deſignare potuiſſe ærea brachia facinus illud, quod brachia carnea & pedes ex chalcolibano ardente perfecerunt, triumphate ſcilicet ita de terrarum orbe, ad Chriſtum vti Gentilitas conuerteretur.

Roboris ab Angelo & à Chriſto adhibiti diſcrimen.

Præterea brachiis Angeli, æreis licèt, non ita Daniel confirmatus eſt, ac D. Ioannes. Daniel enim ſtetit ſuper genua, & ſuper articulos manuum; at Ioannes ita Chriſti dextera roboratus eſt, vt ſur- D rexerit ſtatim, & epiſtolas ſcripſerit. quod Apoc. 1. notat. illa 17. ponderaui.

Danieli apparuit Gabriel.

Illud item notandum, Angelum, qui Danieli apparuit, vt affirmant multi, Gabrielem fuiſſe. ita Caſſianus, Theodoretus, Carthuſianus & Pererius fol. 384. vel expreſsè docent. Et ita factum oportuit, quoniam propoſitum erat Dei virtutem ac fortitudinem, Danieli reuelari. vide Daniel. 10.1. *Reuelatum eſt Danieli verbum verum, & fortitudo magna.* Hebr. *militia magna.* quod tantumdem eſt, cùm ſignificetur Dei virtus in bello contra inimicos ſui populi demonſtranda. At enim priſca Dei virtus non eo acceſſit efficacitatis, quo E eiuſdem in Chriſti patientia imbecillitas. nam *quod infirmum eſt Dei* (1. ad Corinth. 1.25.) *fortius eſt hominibus*, Angelis quin etiam. Immo & hæc infirmitas ea, quæ in Deo fortiſſima ſunt, ſuperat fortitudine. nam propterea *infirma mundi elegit Deus*, 1. ad Corinth. 1.27. brachia nimirum carnea. Hæc tamen ſupra pedes ex chacolibano ardente: qui hinc quidem ingentem denotant tolerantiam; illinc autem efficaciam in accendendis & exurendis igne veræ religionis animis ingentem. Huc facit inſignite non minus egregia vis

Exigebat legatio.

Sed quam imbecillum vetus robur præ Chriſti imbecillitate.

Digitized by Google

vis antiqui chalcolibani, quàm quod mundi ſapientibus Ariſtoteli verbi cauſa ea viſa ſuerit incredibilis.

Notandum etiam, in viſione Danielis nihil eſſe, quod ſimulachri Apocalypſeos canis, aut ſtellis, vel gladio ab ore exeunti ancipiti correſpondeat: cuius diſcriminis rationem & exhibui in Apocalypſ. & oſtendunt dicta ſuperiùs.

Clauibus itidem mortis & inferni, quid quod reſponderet, non erat neceſſe quærere. Res enim hæc ex illis non eſt, quas vidit Ioannes, ſed quas audiuit. & in viſis tantum ad viſa inquiritur correſpondens alluſio.

Id magis premitur.

Notandum poſtremò, extitiſſe Danielis ſimulachrum, vt expoſuimus à medio corpore ſurſum, quò etiam ſpectant brachia, ex chryſolithi; inde verò deorſum ex chalybe terſo ac polito. Illud autem, quod vidit Ioannes, brachia & ſuperiora omnia à medio corpore carnea habebat; at inferiora omnia ex ardente chalcolibano. Aptiſſima verò horum proportio conſtat ſatis ex dictis. Etenim infirmitas Chriſti, amor eiuſdem ac charitas in illo eminent: ſubſunt autem patientia & efficacitas. In Angelis verò quod eminet, eſt eorum perfectiſſima gloria; ſubdita autem eſt ea pars, quæ euerſionem populi Dei aduerſariorum repræſentat. Sed verò imaginis Chriſti pars inferior brachiis & pedibus Angelorum quamtumuis chalybeis innumeris partibus potentior & efficacior eſt.

In ſequentia duo capita Danielis 11. & 12.

Viſio cap 10. in his continuatur.

Præmitto, quam habuit Daniel in ſuperiore c. 10. viſionem, in 11. & 12 continuari. hoc bene probat lib. 13. in principio cum Lyrano Pererius; licèt aliter Hieron. Albertus & Carthuſianus exiſtimarint.

Superiùs item adſtruxi, omnia illa ac ſingula, quæ de Angelo, qui Danieli capite 10. apparuit, eíque Dei nomine locutus eſt, adnotantur; valde eſſe appoſita ad eam repræſentandam prouidentiam, quam Deus cum populo Iudaico exercebat. vide quæ ſcripſimus Apocalypſ. 1. Nam quam ibi perſonam Ioannes conſpexit, manifeſtam habet, vt oſtendimus, ad 10. Danielis caput alluſionem.

Quatuor rerum capita capitis 11.

Iam verò in capite 11. ſcribitur, prædictum Angelum hæc, quæ ſequuntur, Danieli patefeciſſe. Primum, & monarchiam Perſarum breui habituram finem, & Græcorum inde auſpicium ſumpturam. Secundum, Græcorum imperium diuiſionem paſſurum, ſæuaque inter Syriæ & Ægypti reges exarſura bella. Tertium, horum bellorum cauſa Iudæam vtrique imperio patentem calamitates ingentes ſubituram. Quartum, Syriæ reges procellam immanem contra Dei populum commoturos, connitentes videlicet veram è mundo religionem (quæ tunc Iudaica erat) exterminare.

An etiam de Antichriſto.

Præterea Sanctus Hieronymus & omnes ferè interpretes Danielis perſuadent ſibi, Danielem ab Antiochi perſecutione ad eam, quam ab A Antichriſto ſuſtinebit Chriſtiana Eccleſia, hîc tranſilire. Tranſitum autem ab Antiocho ad Antichriſtum ab illis huius capitis 11. verſ. 36. *Et eleuabitur, & magnificabitur aduerſus omnem Deum,* &c. Pererius auſpicatur.

An toto cap. de Antichriſto ſermo ſit.

Sed dico nihilominus primò, videri textum manifeſtè perſequi in ſuperficiario ſenſu inſtitutum priùs de rege Syriæ ſermonem, neque id poſſe, meo quidem iudicio, negari ſine illata contextui vi, vt eum attentè conſideranti patebit. Circa propoſitam verò ſententiam, ſciendum, non ſolùm ab indicato verſu, ſed ea etiam, quæ præceſſerunt (quæ ad perſecutionem ab Antiocho contra Iudæos excitatam videntur pertinere) explica- B ri à multis Eccleſiaſticis ſcriptoribus de Antichriſti perſecutione, vt Pererius fol. 446. lit. C. confitetur. Et meo quidem iudicio minus erat violentum, textum totum de Antichriſto continuare, quàm eam diuiſionem, quæ Pererio placuit, efficere: aſſerendo nimirum: Hactenus egit de Antiocho Propheta, deinceps loquitur de Antichriſto.

De eo quidē, & etiam de Antiocho.

Verùm ſecundò dico, mihi multo eſſe potiùs, explicationem vtramque intra literale Vatis propoſitum complecti. Sic vt & præcedentia & ſubſequentia Antiochum proponant in ſenſu ſuperficiario; Antichriſtum verò, cuius Antiochus typus fuit, in præ- C cipuo.

Sed intelligentiæ de Antiocho videntur multa in textu reſiſtere. nam verſ. 36. dicitur: *Magnificabitur aduerſus omnem Deum.* verſ. 37. *Deum patrum ſuorum non reputabit.* mox. *Nec quemquam Deorum curabit: quia aduerſum vniuerſa conſurget.* verſ. 38. *Deum Maozim in loco ſuo venerabitur: & Deum, quem ignorauerunt patres eius, colet auro & argento.* &c. Ac demum verſ. 39. *Et faciet, vt muniat Maozim cum Deo alieno, quem cognouit,* &c. Verum hæc de Antichriſto interpretari, difficile etiam eſt. Ego verò reſpondeo, vel fortaſſe non agi ſolum de Antiocho, ſed etiam de aliquo eius ſucceſſore: vel eſſe vero ſimile, Antiochum fuiſſe interius ex D atheorum grege, & exteriùs aliquid in idololatria renouaſſe.

Immo verò & de aliis perſecutionibus Eccleſiæ.

Sed adiicio tertiò, Antiochum non modò eius perſecutionis geſſiſſe typum, quam poſtremus Antichriſtus exciuit; verùm illarum quoque proximius, quas Romani Imperatores nomini Chriſtiano intulerunt, atque illius etiam, quam priùs intulit Synagoga. Cum ergo ſumatur Antiochus vt figura, ad ea inferenda, quæ ille repræſentabat, equidem exiſtimo conuenientius, vt ſenſus princeps ea complectatur omnia, quæ Antiochus infeſtans Iudæos ſignificabat, Imperatorum ſcilicet Romanorum & Synagogæ etiam perſecutiones. Etenim perſecutio Antiochi extitit contra veram religionem, typus fuit proin- E de aptiſſimus alterius à Gentilitate contra religionem Chriſtianam excitatæ. Et quidem vox ipſa Antiochus ſonat *contra currum,* contra currum videlicet diuinæ prouidentiæ, contra eum, quem Ezechiel vidit currum, quaſi vellet Dei conſiliis obſiſtere. Verùm quia præpoſitionis ἀντὶ in compoſitione obuia eſt ſignificatio contrà, aduerſùs; ideo vbi auditur nomen Antiochus, ex nota alluſione ſtatim

Digitized by Google

occurrit, eum eſſe Antichriſti figuram, propter illam oppoſitionem vtriuſque nomini communem. Cæterum Antichriſti nomen patere etiam ad reliquos, qui bellum inferunt Chriſto, in confeſſo eſt; cùm dicat Ioannes: *Et nunc multi antichriſti facti ſunt.*

Argumentis id efficitur.

Atque inde firmo meum ſenſum, quod videatur nimis à Prophetarum ſollertia alienum, eos omnino prætermiſiſſe & horrendam tempeſtatem in Eccleſiam à Romanis Imperatoribus excitam: & triumphum admirabilem ab Eccleſia de Gentilitate reportandum. Præterea, eoſdem totum ſuum otium ad Antichriſti poſtremi narrationem exponendam contuliſſe. Quod quidem ſi tantum facerent Prophetæ, putarem eos, de ſylua perſecutionum impenſè ſpiſſa nihil aliud, quàm ea quæ eminent excutienda ſuſcepiſſe. Accedit, in perſecutionibus Romanorum collocari quàm certiſſimè has prophetias, quippe in certiſſima re: & ſaltem non ita quidem certum eſt quod fertur de Antichriſto; cùm ſint Catholici ſcriptores non pauci, qui non alium exciturum Antichriſtum Mahomete maiorem confirment.

Vnde nata exiſtimatio: omnia referens ad vnū Antichriſtū.

Propterea noto, multa ex illis quæ antiqui Patres pronunciarunt de Antichriſto, debere accipi vt in communi contra illos dicta omnes, quos S. Ioannes Antichriſtos appellat, nempe contra Imperatores Eccleſiæ maximè infenſos. Illi verò, qui eius ſermonis de vno dumtaxat Antichriſto maximo auctores fuerunt, maiori ex parte fuiſſe videntur millenarij: qui ſibi perſuadebant, breui exiturum Romanum quemdam Imperatorem, qui fuiſſet magnus ille Antichriſtus: deinde verò pacem illam mille annorum ſubſecuturam. Hoc autem non ideo dico, quoniam inſanam illam Antichriſti perſecutionem præteriiſſe iam credam; ſed quod exiſtimem rationi conſentaneum, Scripturam tractari non debere vni dumtaxat veritati, cùm illi dignitatem conciliat maiorem ſenſuum latitudo res comprehendens, quæ poſſunt omnibus maiori eſſe emolumento.

Apadno appellatiuū eſt.

Verſ. 45. Videtur eſſe nomen proprium *Apadno*, cùm ſit appellatiuum, vt paulo antè *Maozim.* nam *tabernaculum Apadno* eſt tabernaculum ſui vel palatij, vel ſolij, vel throni. reliquit autem interpres Hebræam vocem interdum prudenti aliquo reſpectu non conuerſam. interdum etiam pro proprio, vt aperiret etymon, vſus eſt appellatiuo. Sic dixit: *Factus eſt in pace locus eius*, ideſt, in ciuitate pacis, Hieruſalem nimirum.

Poſtrema verba capitis 11. excutiūtur.

Vltima capitis verba ſunt: *Et nemo auxiliabitur ei*, ſiue *& non adiutor ei*, vt eſt Hebraicè. quæ exponuntur communiter vt prophetia de morte magni illius perſecutoris, de quo agebatur, ſiue Antichriſti, ſiue Antiochi. Ego tamen in hac expoſitione non acquieſco. Subditur enim ſtatim in capite ſequenti. *Et veniet tempus* (anguſtiæ ſcilicet, vt exprimitur in Hebræo) *quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt.* Atqui tempus perſecutionis immanis extremæque anguſtiæ neque erit poſt mortem Antichriſti, neque fuit poſt demortuum Antiochum. Cùm itaque de tempeſtate agatur infeſtiſſima; ego quidem dicerem, horum, *Nemo auxiliabitur ei*, ſenſum A eſſe, fore nullum in terris, qui ferat Eccleſiæ ſuppetias. Quare illud relatium *ei* non eſt referendum ad perſecutorem, ſed ad montem inclytum & ſanctum. Verba enim quæ præceſſerunt, hæc ſunt: *Figet tabernaculum ſuum ſuper montem inclytum & ſanctum: & veniet vſque ad ſummitatem eius.* & ſtatim, *& nemo auxiliabitur ei.* Cur ergo τὸ *ei* non referat idem, quod genitiuum *eius?* nam ita remanet contextus impedimentis liber.

Capitis 12. cum præcedentibus nexus.

Initium capitis 12. cum hac intelligentia aptiſſimè connectitur: ſpiritum ſcilicet Ducis cuiuſdam ſtrenui, cui nomen inditur Michael, à Deo in tempore tam calamitoſo excitatum iri, qui ſibi proponat diuini honoris reſtitutionem. B verùm anguſtias fore nihilominus ingentes. Hæc videlicet ſignificant, fore Chriſtum Eccleſiæ ſuæ opitulaturum: ſed tamen futuram in terris perſecutionem opinione hominum maiorem. Atque ego quidem hîc, ſicut & Apocalypſ. 12. Michaelis nomine Chriſtum præcipuè deſignatum exiſtimo. quamuis recuſem minimè, quin de Archangelo etiam Michaele contextus agat, & vel in primo etiam ſenſu de Mathathia. Hæc tamen Apocal. 12. verſ. 7. pluribus diſſerui.

Ex verſ. 1. *In tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro.* τὸ *ſaluabitur* eſt (vt patet ex Hebræo) euadet. ſignificatur nimirum, præfatam calamitatem & anguſtiam veris Iſraëlitis, iis ſcilicet, C qui in diuinis tabulis ſunt conſcripti, minimè nocituram. & alluſio eſt ad omnes accolas vnius oppidi, quorum nomina in album publicum relata eſſe ſolent.

An hoc de reſurrectione generali.

Verſ. 2. *Multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* Series meæ interpretationis haud relinquit locum, vt iuxta illam agatur hîc de generali mortuorum reſurrectione. Immo verò neque textus ipſe, cùm inquit: *Multi de iis qui dormiunt*, &c. nimirum non omnes, ſed multi. Vnde videtur effici, ad literam certè de generali reſurrectione in textu ſermonem non eſſe. Scio, omnes, ſtrictè loquendo, multos eſſe: quare in D illis Chriſti D. *Pro vobis & pro multis effundetur* (licèt hîc fortè *pro multis* ſit quoad efficaciam) pro multis ſignificat pro omnibus. Verùm certè quidem hac locutione, *multi de hominibus*, non ſignificantur omnes homines: ergo ſimiliter cum dicitur, Multi de iis qui dormiunt in terræ puluere, non denotantur omnes mortui.

Diuerſa expoſitio prima.

Hoc itaque dupliciter expono, primò reſurgunt mortui, per imitationem: ſicut Apocalypſ. 13. Vnum (ideſt primum) de capitibus beſtiæ, qui Nero fuit, poſtquam occiſum eſt, dicitur ſurrexiſſe. Et eſt quidem in hoc ſenſu contextus admirabilis. Etenim viris ſanctis, poſtquam hac E vita defuncti ſunt, multos exiſtere, qui eorum virtutes ſuſcitent, illóſque imitentur, glorioſiſſimum eſt. quemadmodum Neroni probroſiſſimum, vt alij propter eius imitationem odio ſint ac dedecori.

Boni & mali mortui reſurgunt, cum eos imitātur alij.

Vel cum hi in cultu, illi in execratione habentur.

Secundò expono (præciſa imitatione) de ſanctorum, qui occubuerant, cultu & veneratione glorioſa; de perſecutorum autem infami deteſtatione. Exacta enim perſecutione, licèt omnium, qui Chriſti cauſa paſſi ſunt, nequeat diſtin

Digitized by Google

diſtincta memoria in terris permanere; plurimorum certè gloria reſurgit; (ſic Apocalypſeos 11. duo illi teſtes reſurgere dicuntur) eorum præſertim, qui exemplo & doctrina complurium ad Deum conuerſionis inſtrumento fuerunt. Huiuſmodi enim reſplendent ſicut ſtella in firmamento. vt habet ſtatim noſter textus: *Quaſi ſtella in perpetuas æternitates.* vbi perſpicitur de eo ſplendore tractari, quem viri illi eximij poſt mortem, ſed ante generalem reſurrectionem, in Eccleſiam conferunt. Ac ſimiliter quidem reuiuiſcit dedecus & opprobratio. ſi non perſecutorum omnium, (nec enim omnium perdurat memoria) certè quidem auctorum ac ducum præcipuorum: in opprobrium nimirum, *vt videant ſemper*, Hebraicè, *Ad contemptum ſæculi*. ideſt, vel vt conſpiciant gentes perpetuò, qua ratione Dei hoſtes deſpicatui ſint; vel ad contemptum eorum ſempiternum.

Fundamentũ glorioſæ in terris honorũ recordationis.

Vbi notandum, in hac reſurrectione, de qua vates agit, ad literam includi, ad eámque præſtitui primam alteram, (quam Apocalypſis commendat) gloriam videlicet, qua in cælis fruuntur ſanctæ animæ. Atque hæc gloria alterius fundamentum eſt, quam illis exhibet in terris Eccleſia. Suo item modo reſurgere dicitur improborum dedecus. his tamen, quoniam ea reſurrectio non glorioſa eſt, ſed execrabilis, denegatur alibi in Scriptura nomen reſurrectionis, & ne primæ quidem duntaxat, ſed etiam ſecundæ.

Ex verſ. 4. *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Cùm dictum fuiſſet Prophetæ: *Claude ſermones*, nimirum vt in obſcuritate relinqueret; aptè ſubiungitur: Lecturos plures hunc locum, ſed eum multos prætervolaturum, extituráſque ea cauſa interpretationes complures. vide Pererium.

Pars altera capitis 12. quæ à Ioanne Apocal. 10. reſpecta eſt.

Sequitur pars altera capitis 12. de duobus qui ſtabant ſuper ripam fluminis, & de alio ſtante ſuper aquas, qui leuauit manus ſuas & iurauit. Huc Ioannes Apocalypſ. 10. reſpexit manifeſtè. Vbi is quem vidit Daniel ſuper aquas fluminis, Ioanni altero pede ſuper terram & altero ſuper mare conſpectus eſt. Vterque manu in cælum leuata iurat. vtrobique trium annorum cum dimidio mentio fit. Propterea ad illud Apocalypſ. 10. notat. 2. & cap. 11. verſ. 2. vbi de menſibus quadraginta duobus hanc Danielis partem ſic explicui, vt addenda modò ſuperſint non multa.

Angelus, qui ſtat ſuper aquas fluminis, eſt vir ille veſtitus lineis.

Dico ergo primò, quem Angelum ſtantem ſuper aquas fluminis vidit Daniel, ab eo diuerſum non eſſe, quem idem cap. 10. viderat, ac de quo dixerat verſ. 5. *Ecce vir vnus veſtitus lineis.* Vt autem loqui de eodem intelligeretur, ſat fuit, vt in præſenti cap. 12 verſ. 6. ita notaret: *Et dixi viro, qui erat indutus lineis.* ac præcipuè cùm viſio eadem ſit. Cùm ergo Angelus cap. 10. vt ſuperiùs vidimus, quam ſe Deus oſtendat admirabilem in Eccleſia ſua, iuxta illud, *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis*, planè repræſentet; tota deinceps hæc viſio ſic exponenda eſt, vt quadret ad idem inſtitutum. nam licèt, qui Danieli apparuit, foret Angelus; verùm perſonam Dei, vt ſæpè alibi, gerebat.

Quando pati dicatur Deus, aut vincere.

Dico ſecundò, Deum, cùm de illis, quæ ille in ſuis efficit, ſermo eſt, dici eleganter perſecutionem pati, quando eam ſuſtinet populus ipſius; ac vincere, cùm vincit populus, & alia id genus. Hoc Apocalypſ. 1. multis diſſerui. Non eſt propterea, cur alicui videatur nouum, ea, quæ de hoc ſtante ſuper aquas ſimulachro proferuntur, oportere, vt in populo Dei veritatem habeant.

Stare ſuper aquas, quid deſignet.

Tertiò dico, conſiſtere in aquis, ſymbolum eſſe quàm appoſitiſſimum, ad repræſentandum tum difficultates & pericula ingentia, tum admirabilem in mediis ipſis perſeuerantiam. nam ſuper aquas conſiſtens quis videtur naturaliter ire ad ſubmergendum. Vide illud Matth. 14. 28. *Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.* & mox: *Ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum; videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit*, &c.

Dico quartò, quod dicitur verſ. 5. *Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabant: vnus hinc ſuper ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis*, ita eſt exponendum, vt duo illi concipiantur obſiſtentes quominus, qui ſuper aquas ſtat, ad litus emergar. Proinde eorum hoc eſt ſymbolum, qui populum Dei perſequentes illum redigebant eo anguſtiarum, vt peſſum iam iam ire videretur. Hi ſunt ad literam, vt ego exiſtimo, duo reges (de quibus latè ſuprà cap. 11. Daniel) Syriæ & Ægypti, à quibus interceptus Dei populus grauia ſuſtinebat. Hæc ſuperficies eſt huius vaticinij: in ſenſu autem penitiore qui ſtat ſuper aquas populus Chriſtianus eſt inter medias hoſtium procellas: qui verò illum premebant hinc & inde quàm vehementiſſimè, ne ad oras tranquillitatis euaderet, Iudæi erant & Gentiles.

Deſignati Iudæi & Gentiles Chriſtianis infeſti.

Dico quintò, eorum verborum verſ. 6. *Vſquequo finis horum mirabilium?* ſententiam eſſe. Vſquequo ſuper aquas non ſubmerſus perſiſtes? Quouſque te iſthic tenebis, ad litus ex tantis laborum vorticibus non exeundo? Cùm autem confirmat, qui ſtat ſuper aquas, permanſionem in eiuſmodi per tres annos cum dimidio; eadem eſt horum intelligentia, ac temporis eiuſdem in Apocalypſi. Ea verò quæ ſequuntur verſ. 7. *Cùm completa fuerit diſperſio manus populi ſancti, complebuntur vniuerſa hæc*, hoc volunt: Cùm labores, perſecutiones, ærumnæ, & vagationes inquietæ populi Dei finem habuerint; tunc ea, quæ ſignificat hæc viſio, prorſus adimplebuntur: ac tunc etiam implebitur ſpatium annorum trium & dimidij. Interim autem illud fructus colliget ex laboribus ſui populi Deus, vt explorentur & emundentur ſui. *Eligentur, & dealbabuntur, & quaſi ignis probabuntur multi.* verſ. 10. Boni creſcent in ſua probitate; improbi fient deteriores. Prudentes intelligent, quid in his omnibus ſpectet Deus, occaſionéque in proprium commodum vtentur.

Tempus & tempora & dimidium temporis, quid.

Sextò tandem dico, hoc idem immanis perſecutionis tempus verbis illis verſ. 11. repræſentari: *Cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem*, &c. Antiochi enim perſecutio ſacrificia templi & ſacros ritus ceſſare fecit. Quod autem Danieli dicitur, vt ab ea tempeſtate dies mille ducentos nonaginta numeret; id quidem eſt, affirmari, calamitatem præfatam tribus annis ac

Dies 1290. qui ponuntur ſtatim.

 dimi

dimidio non ampliùs duraturam. Quoniam verò hi anni (iuxta Chaldæorum ſupputationem , quam vſurpat Daniel) ex diebus mille ducentis ſexaginta præciſè coaleſcunt; cùm Danieli dicitur , vt enumeret dies 1290. id quidem eſt ſpatium ſumere , primum vnius menſis ad operis molitionem : quaſi planè dicat , haud perſtituram ſupra tres annos & dimidium calamitatem : ac mox proſperitatis tempus appariturum. intra menſem verò (hoc eſt, intra paucos dies) incrementum inſigne proſperitatem habituram. Inde porrò ad ſeſqui menſem) nimirum intra exiguum aliud interuallum) tantum extiturum incrementum , vt illud non modò foret eximium , ſed etiam admirabile. Propterea ait verſ. 12. Propheta , *Beatus , qui expectat , & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque.* His omnibus ſignificatur , non permanſuram amplius aduerſitatis tempus,quam tres annos & dimidium : fore verò deinde vt proſperitas per interualla ſua ſic creſceret , vt intra dies paucos eximia foret , mox autem admirabilis.

Clauſula Angeli plena conſolationis. Claudit autem prædictionem ſuam Angelus, inquiens : *Tu autem vade ad præfinitum : & requieſces , & ſtabis in ſorte tua in finem dierum.* Quorum equidem autumo ſenſum eſſe, nimis vtíne angatur Daniel , quoniam ille in hac mortali vita fruiturus non eſſet memorata Eccleſiæ felicitate. Licèt enim , multo priuſquam ea appetat , oppetat ille ſuum diem ; poſſe tamen ac debere propterea latiſſimè ex hac vita decedere , quod in ipſo , quæ Deus præfinierat,compleantur : quódque certò ſciat , ſibi in Dei amicitia decedenti ſuam ex illa Eccleſiæ felicitate partem non deceſſuram : ſed ea quidem multo melius potiturum ipſum , quàm ſi eadem mille annos fuiſſet in hac mortalitate fruiturus.Requieſcet enim , & ſtabit in ſorte ſua (q. d. *ſub ficu ſua , & ſub vite ſua) in finem dierum,*nimirum per omnem vitam,æternam ſcilicet.nam de æternitate ſermo eſt.

Pro confirmatione interpretationis noſtræ primò aduertendum grauiſſimum æquè ac digniſſimum Scripturâ eum eſſe ſenſum , quem amplector : finem item prophetiæ ſic explicatæ in primis eſſe cum ſpiritualem tum vtilem. quorum vtrumque vel alterutrum quis requirat certè in aliis expoſitionibus : in quibus cernere eſt nonnulla minus grauia , minus cohærentia , minus vtilia. Atque ei quidem , quæ tribuit hos annos Antichriſto,quam propter auctorum antiquitatem & grauitatem veneror , opponat aliquis , carere opportuno fine , vt conſignatum relinqui voluerit Spiritus ſanctus ab interitu Antichriſti vſque ad ſupremi iudicij diem , dies reſtare præciſè quinque & quadraginta. id eſſe nullius emolumenti , cùm neſciamus an hoc Propheta velit , ſitne id verum an ſecus, cùm multi aliter opinentur, ac propterea relinqui ſolùm , vt in fine ſeruiat firmandæ fidei. Sed quando firmabit , inquiunt. quoniam ſi id in ipſum reiicitur iudicij diem , cuius tunc erit commodi ? Ego tamen hanc explicationem, vt notaui Apocalypſ. 11. verſ. 2. dimouere ſua probabilitate haudquaquam teneo; ſed enim meum ſenſum quoquo modo poſſum confirmo.

An Propheta de Antichriſto loquatur.

Deinde, tres anni cum dimidio apud Ioannem ſunt præciſè , iuxta explicationem Pere-
A rij, dies mille ducenti ſexaginta : at apud Danielem ex tribus annis cum dimidio ſuperſunt duodecim dies. annos præterea non ſupputat iuxta Chaldæorum rationem , ſed iuxta illam, quam hodie vſurpamus. hoc ergo ecquinam multum proberet ? Ad hæc , in viſione ænigmatica multo eſt conuenientius , vt hi anni myſticè ſumantur, vt in proœmio Apocalypſeos diſputaui.

Cur Angelus Ioannes ſtat ſuper mari, Danielis verò ſuper fluuium. Denique ea , in quibus à viſione Ioannis hæc Danielis differat, myſteriúmque differentiarum Apocalypſ. 10. notat. 2. diſſerui. Summa eſt. quoniam Ioannes in Pathmo inſula verſabatur vicina mari , Daniel autem iuxta fluuium Tigrim ; ideo Ioannis Angelus marinas
B aquas, Danielis verò calcat fluuiales. idque myſterio quàm accommodatè. Quod enim eo grauiores procellæ demonſtratæ Ioanni quam Danieli , quo ſæuit mare fluuio quolibet vehementiùs; idcirco ſupra mare videt Angelum Ioannes , Daniel ſupra fluuium. In eo tamen , quòd maris altitudo propter craſſiores aquas nonnihilo eſt tutior periclitanti , deſignatur diſcrimen Chriſtianæ Eccleſiæ inter ſæuiores perſecutionis vndas non ita graue , quam populi Iudaici inter minores.

Cur hic in aquis pes vterque, illic tantum alter. Quæ deinde cauſa eſt , cur Angelus Ioannis vnum in terra pedem habet , vnum in mari ; vtrumque verò in aquis Angelus Danielis ? atque huic cur ex vtraque ripa duo alij egreſ-
C ſum ab aquis impediunt ? Nimirum quoniam ſynagogam , quæ proximè figuratur in Daniele , ingens Antiochi tempeſtate vtrinque , ab Aquilone ſcilicet & Auſtro infeſtabat procella , quin daretur in terris confugij locus ; opportunè illud ſimulachrum aquis continetur. At enim Chriſtiana Eccleſia in ea perſecutione , de qua Ioannes Apocalypſ. 10. & 11. oppugnabatur quidem à Iudæis , nondum verò à Gentilibus ; idcirco habebat in mari pedem dexterum , ſiniſtrum autem adhuc in terra licebat ponere. Vbi noto ; dextero pede greſſus primæ intentionis diuinæ prouidentiæ deſignari. Hæc autem prima intentio in gratiam populi Iudaici cedebat. Quoniam verò hic pro regno Dei obuiis vlnis, pro eo ac par erat, ex-
D cipiendo , Eccleſiam diuexauit ; ideo in mari pes ſpectatur dexter : ad illud videlicet exhibendum ſymbolum , quod inde vehementer opprimeretur Eccleſia , vnde ei maximè faueri debuiſſet. Tunc autem , quia illam nondum exercebant Ethnici ; propterea ſiniſter pes , qui denotat greſſus ſecundæ intentionis diuinæ prouidentiæ , (ex hac porrò ſecunda intentione Dei regnum Ethnicis prædicandum fuit) poſitus apparet in terra : nimirum quia nondum à Gentilitate Eccleſia oppugnabatur. Denotatur itaque hoc ſymbolo denſam Gentilitatis ſyluam cum conceptturam
E ignem , quem in terram mittere , venit Chriſtus : à qua demum fuerat Eccleſia benignè olim excipienda. Et licèt graue item negotium ab Ethnicis opperiebatur Eccleſiam; hoc autem nec faceſſi cœptum erat in tempore , quod viſio capite 10. Apocalypſeos repræſentat ; nec illud ita erat terminandum , vt expelleretur Eccleſia ; quin potiùs vt eo tandem Gentilitas conflagraret igne, cuius per orbem totum ſpargendi gratia ad nos deſcendit Chriſtus. Quem videlicet ignem ſignifi

Pedis dextri & ſiniſtri ſignificatio.

Digitized by Google

ſignificabat ille ardor, quem figura Apocal. 10. pedibus præferebat. Huic reſponſioni altera aptè adſociatur, quam Apocalypſ. 10. illa notat. 2. adhibui.

Vtriuſque manus, & vnius tantũ attollendæ cauſa.

Tertiò, Danielis Angelus vtramque manum attollit propter duos illos ab Aquilone & Auſtro hoſtes, quorum furorum breui illo annorum definito ſpatio ſopiendum ſanctè-confirmat, adeóque Prophetam ſecurum reddit. In capite verò 10. Apocalypſ. iuramentum illud non populo Gentili interminatur, ſed tantùm Iudaico; ideo inuentum fuit quàm ſcitiſſimum, illic vt Angelus dexteram ſolùm manum attolleret.

Temporis diuerſitas in vtraque viſione.

Circa temporis demum diuerſitatem, quæ in Daniele & Ioanne reperitur, videnda quæ Apocalypſ. 11. diſputaui, vbi adſtruxi ſatis, per tempus & tempora & dimidium temporis apud Danielem non ſignificari amplius quid temporis quàm apud Ioannem per menſes quadraginta duos, nimirum dies, iuxta Chaldæorum & Græcorum ſupputationem, mille ducentos ſexaginta. Propterea triginta alij dies apud Danielem, & ibidem mox alij quadraginta quinque non pertinent ad calamitatis tempus, ſed, vt expoſui, ad augmentum proſperitatis prius quidem notabile, mirum verò maximè deinceps.

FINIS LIBRI QVARTI.

Digitized by Google

LIBER QVINTVS

(qui & decimus totius operis) in partes aliquas Prophetarum minorum.

Explicatio capitis 3. Ioëlis ex 14. Apocalypſeos.

Aliorum argumentum.

IN eo capite 14. Apocal. ſæpe tangi neceſſarium fuit huius capitis explanationem, quam ſeriò nunc exhibebimus. Præſentis igitur capitis argumentum hoc eſſe putat Ribera noſter: De extremo iudicio, & de ſupplicio eorum, qui Sanctos perſecuti ſunt, ac de Sanctorum in cœleſti patria beatitudine. neque Arias Montanus multum hinc abeſt.

Senſus auctoris.

Ego tamen perſuaſus ſum, legitimum huius capitis argumentum eſſe, Ethnicorum ad veritatem conuerſionem, reprobationem item populi Iudaici, ac ſimul felicitatem ingentem, quæ Chriſtianam Eccleſiam ex hoc Dei admirabili conſilio ſubſecuta fuit. quæ ſumma eſt argumenti totius Apocalypſeos.

Aſtruitur primò.

Multa ſunt, quæ me in hanc ſententiam induxere. Primum, quod Apocalypſ. 14. verſ. 14. & ſequentibus, vbi de meſſe & vindemia ſermo eſt, alluſio fiat ad illud manifeſta, quod verſ. 13. huius capitis Ioël inquit: *Mittite falces, quoniam maturauit meſſis: venite & deſcendite, quia plenum eſt torcular, exuberant torcularia.* Cogit autem apta Apocalypſeos conſequentia, vt in meſſe & vindemia tractari intelligatur de myſtica vindicta, quam de Gentilibus Deus ſumpſit, eos ad ſuam fidem alliciendo, elargiendóque gratiam, vt Chriſti gratia paterentur, iuxta illud ad Philip. 1. 29. *Vobis datum eſt, non ſolum vt in Chriſtum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini.* Atque ita eiuſdem omnino intellectus in hoc Ioëlis eſſe debent meſſis & vindemia. Præterea S. Hieronymus in primo, quem aſſignat his verbis Ioëlis, ſenſu à me ſtat hauddubiè, ait enim, primam intelligentiam eſſe, hæc in bonam partem accipere, vt Sancti ſcilicet mittant falces ſuas, vt maturam hoſtium vindemiam demetant.

Secundò.

Secundum eſt, ſeries vaticinij. nam tractari ad finem capitis ſecundi de tempore Eccleſiæ primitiuæ, certiſſimum eſt, vt Ribera & omnes confitentur. Neque tamen obſtat, ibi diei Domini magni & horribilis mentionem fieri. Nam, vt Hieronymus hoc eodem cap. ſuper illa verſ. 4. *Verum quid mihi & vobis Tyrus? Apoſtoli*, inquit, *hæc in reſurrectione Domini interpretantur, quæ Hebræi in futurum iudicij tempus differunt.* Cùm ergo hoc ita ſit, quòd in fine præcedentis capitis de tempore Eccleſiæ

A primitiuæ agatur; agatur etiam neceſſè eſt in cap. 3. de eodem tempore. Sic enim ordiretur: *Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo* & mox: *Congregabo omnes Gentes in vallem Ioſaphat*, &c. Quòd ſi de extremi iudicij die Ioël verba faceret, non videtur cum eius militiæ hominibus ita acturus: *Infirmus dicat: Quia fortis ego ſum*, verſ. 10. Quibus verbis aptiſſimè hortatur & incitat ad arduum meſſoris Euangelici miniſterium, quin propriæ quis infirmitatis conſcientia ab eo deterreatur; ſed potiùs in Dei fauore & præſidio confidat, exiſtiméque ac certiſſimè pronunciet, ſe poſſe omnia in eo, qui ipſum confortat. Porrò quod affirmat Hieronymus, referri ab Apoſtolis capitis 2. finem ad tempus reſurrectionis Chriſti Domini, ideſt, ad Eccleſiæ primitiuæ tempus; hoc ideo affirmat S. Petrus Actu. 2. 19. de Spiritus S. aduentu illa Ioëlis cap.

Vnde quiſq; hortandus ad arduũ euangelizandi miniſterium.

B 2. 28. intelligit: *Poſt hæc: effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri*, &c. nam caput 2. in hoc argumento ad finem vſque continuat. Et Paulus etiam ad Rom. 10. 13. Petri teſtimonio ſuum adiungit.

Tertium argumentum eſt S. Hieronymi locuples auctoritas ad capitis huius ſecundi finem aientis: *Fieri non poſſe, vt ſuperiora in tempore paſſionis, & quæ ſequuntur in die iudicij intelligamus, maximè cùm ſequatur: Quia ecce in diebus illis & in tempore illo: iſte enim verſiculus præcedentibus inferiora connectens, dicit vno tempore cuncta perpetrata.* Deinde verò initio tertij capitis, prius ſe inquit declarationem poſiturum anagogicam, quæ prioribus poſteriora iungit: *Et poſtea, ſi poterimus*, ait, *eadem ad diem iudicij referre tentabimus.* Quare ſecundam hanc interpretationem non ita expeditam & cohærentem arbitratur

Cur litera vocatur anagoge.

C Hieronymus, maximè verò quam anagogicam appellat. Neque tamen illam reuocat ad anagogem, quoniam non cenſeat maximè literalem; ſed enim myſterij, quod claudit, altitudo, ratio fuit nomenclationis.

Communis Prophetarum clauſula.

Quartum, quod in argumento, cui in hoc capite inhæreo, illud aſpiciam, quod aliis prophetis commune eſſe ſolet, myſteriis nimirum temporis legis gratiæ eorum vaticinia terminari. Hoc in Amos & Habacuc apparet. & caput hoc Ioëlis 3. meo ſanè iudicio illud ſtrictiſſimum eſt, neque tertio Habacuci poſtponendum.

Quintum denique eſt, quod ea, quæ in hoc capite Ioël connectit, omnia quidem, & quàm elegantiſſimè, meo animo, argumento quod exhibui, cohæreant.

Etenim

Digitized by Google

Series capitis totius.

Etenim primo verſu de libertate agitur Euangelica, ad quam vocauit Chriſtus filios Iſraëlis, ad quos primum miſſus eſt,& quorum reipſa plures è captiuitate exemit. Huc pertinet caput 14. Apocalypſ. vbi de duplici effectu redemptionis Chriſti.

In verſibus verò vndecim deinceps conſequẽtibus tractatur de Gentilitatis conuerſione:quod facinus omnium,quæ, ſecundùm humani generis redemptionem, Chriſtus deſignauit, præclariſſimum eſt. Illud autem vt ſignificaret,induxit Vates peculiarem allegoriam. ea eſt, Gentes in vallem Ioſaphat,iudicij exercendi cauſa, fore congregãdas. At verò Ioſaphat ſonat *Domini iudicium.* Et hoc quidem iudicium eſt, de quo loquens Chriſtus dixit: *Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Vallis præterea nomen obiicit opportunè conſiderandum iudicium profundum Dei, eiúſque in hoc facinore patrando admirabile conſilium. Connectit autem Propheta ad Tyrum, Sidonem & Philiſtæos ſpeciatim ſermonem: vbi quamquam videatur primo aſpectu alloqui vicinos Ethnicos; verùm in his ſpectauit præcipuè Spiritus S.(vt ſapienter adnotauit Hieronymus)nominũ ſignificationes:innuens videlicet ibi myſticas pœnas, quas Deus in loco de perſecutoribus Eccleſię exacturus erat. Etenim *Tyrus* eos ſignificat, qui coanguſtant, tribulant, ac perſequuntur: *Sidon*,qui venantur in mortem: *Philiſtiim* ſonat bibentes ſanguinem. Quod autem Eccleſia fuiſſet de ſuis hoſtibus triumphatura, id eſt arcanè, quod ſub his nominibus delitescit.

Vallis Ioſaphat pulchrè illata ad ſignificandam Gentiũ conuerſionem.

& Tyrus, Sidon ac Philiſtæi.

Quam præterea belli mentionem Propheta facit vniuerſis nationibus inferendi, id aptiſſimè ad bellum myſticum referri, quod Euangelij prædicatio geſſit, ex locis aliis manifeſtum eſt. Et quoniam ex ipſiſmet perſecutoribus Ethnicis lucrifaciendi erant Deo complures, & ad Euangelium euulgandum in prouincias diſſitas legandi; idcirco Deus ſuum hoc facinus prædicans v.8.inquit: *Vendam filios veſtros,in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus eſt.* Nam quid obſecro dici potuit elegantius,quam in conuerſione Dionyſij,verbi gratia,eiúſque in Galliam ad Euangelium publicandum legatione,Dionyſium factum à Deo germanorum Iudæorum mancipium, illumque ab eis miſſum pro herili iure, vt eius nationis conuerſionem procuraret?

Verſus 8. pulchra expoſitio.

Quod dicitur v.10.*Infirmus dicat: Quia fortis ego ſum*, capiendum etiam de fœminis. nam illæ etiam in primitiua Eccleſia animorum conuerſionem iuuabant,*ſi qui non credunt verbo*,ait S.Petr. in 1.cap 3.1 *per mulierum conuerſationem ſine verbis lucri fiant.*ac proinde illæ etiam in hac militia arma tractabant.

Verſus 13.meſſis ac vindemia eumdem,vt tetigi ſuperiùs atque in Apocal. 14.7.habet explicatum,de Gentium conuerſione nimirum,ac de ſingulari gratia,quam illis Deus impartiuit,vt Chriſti cauſa multa ſuſtinerent.

De Gentium conuerſione vſque ad v. 14.

Ea verò cędes ingens in valle conciſionis exercenda,de qua in verſu 14. nil quidem aliud eſt, quàm altiſſimum Dei in vniuerſali Romani Imperij conuerſione ad ſacram fidem conſilium. Atque hæc conuerſio Apocal. 19. in grandi itidem internecione deſignatur.& hactenus de Gentium conuerſione Propheta.

Lætiſſimo de Gentium conuerſione vaticinio A adiungit Propheta infelicium Iudæorum reprobationem. Nam quod de obſcuratis ſole,luna, & ſt. llis affirmat v.15.conſtat iam tum ex c.6.Apocal.tum ex 8.in plaga quarta,verùm in Iudæorum excæcatione abundè conſtitiſſe. Et cohæret optime, vt poſt conſcriptam de Gentium conuerſione fauſtam prophetiam,repræſentet conſequẽter Vates populi Iudaici miſeriam. Et quia inter ſe connexæ ſunt hæc duo,& quia oppoſitæ res ex collatione magis innoteſcunt.

A verſ 15. de reprobatione Iudæorum.

Hæc tamen reprobatio haud eſt impedimento quo minus veræ Sionis legitimæque Ieroſolymæ, ac Iudææ (quibus nominibus Chriſtiana Eccleſia deſignatur) gloria ac decor magnificen- B tiſſima ſint. Nam potiùs tunc ſe Deus habitatorem Sionis ſtudioſiſſimum demonſtrabit, & ſui veteris tabernaculi ſollicitum inſtauratorem: ex ea videlicet diuina vi, quam verbis ſubdiderit ſuis, tum etiam ex ſanctitate præſigni, qua veros Ieroſolymitanos,qui quidem ſunt Chriſtiani primigenij, exornabit. qui ſenſus eorum eſt, quæ v.16.& 17. perhibentur.

Ea quomodo nil minuat de diuina gloria.

Ad hæc verò appoſitiſſimè ſubditur v.18.ſtillare (Iudæis nimirum germanis) montes dulcedine, & lacte fluere colles: fonte præterea domus Domini torrentem ſpinarum irrigari. nimirum perſecutionũ vehementiam,(quę torrens ſpinarũ appellatur, quoniam inſtar videbatur ſentium & tribulorum inundationis) diuinæ gratiæ fluentis C in irrigationem ſaluberrimam commodiſſimamque conuerti.

Aſperrima quæque vt commutet Dei gratia.

Præterea cum felicitate myſticæ Iudææ coniungit verſ. 19. Propheta myſticæ Ægypti, myſticorum item Idumæorum vaſtationem. Quibus nominibus vindictæ Eccleſiæ duplex, altera de Iudæis, de Gentibus altera ſignificatur. Enimuero compertum eſt, & myſticam Apocalypſeos Ægyptum,Ieroſolymam & Iudæam eſſe;myſticos itẽ Idumęos ex Iſai.34 cõſtat eſſe Romanos. Quod verò dicitur hoc verſu:*Idumæa erit in deſertum perditionis*,intelligendum eſt de Gentilitate idola colente;ad eum vtique modum, quo Apocal. 19. 2. dicitur: *Erit cuſtodia omnis volucris immundæ*, &c. quod ex Prophetis etiam deſumptum eſt. Et D quamquam forte quis eum potiorem indicet huius verſus intellectum, vt vtrumque nomen, Ægyptus ſcilicet & Idumæa ad reprobatos Iudæos referatur, atque eo faciat, quòd in Iacobi lucta Iudaicus populus rebellis, vt ibi explicuimus, in Edom intelligatur; aſſero nihilominus, Ægypti & Idumææ in hoc loco diſtinctionem exigere, vt hæc de Iudæis & Gentilibus capiantur. Qua de re ſermo redibit paulo inferiùs.

Quid per Ægyptum, quid per Idumæã.

Quod verò Iudæorum carnalium reprobatio nihil obſtitura fuiſſet veræ Ieroſolymæ felicitati,abſoluit Propheta caput canens,hanc verè magnam atque etiam æternam futuram, quippe ex ſanctitate admirabili exiſtentem:quoniam Dominus(ex vltimo verſu) mundabit ſanguinem eorũ, quem antea non mundauerat, & Dominus commorabitur in Sion. Efficiunt hæc quæ diſſeruimus, venire quàm appoſitè totius capitis ſeriem ad noſtrum argumentum. Quod ſi velit quiſpiam alteram cum noſtra declaratione copulare; ego quidem haudquaquam reſiſto:ac præſertim cùm legam diſertè aientem S. Hieronymum, ipſius cõſilium & mentem eſſe,hanc interpretationem, quæ Eccleſiæ primitiuę tempus concernit,cum altera de Antichriſto coniungere. E

Caput Eccleſiæ felicitate finitur.

Auctoris de ſua ſententia ſenſus.

Sed vnum ſuccurrit & alterum,quod opponi

queat noſtræ explicationi. Meſſis enim ac vindemia ad ingentem conuerſionem Gentium videntur neutiquam, vt fecimus, trahi poſſe, neque item ad beneficium quo Deus recens conuerſos affecit, vt illius cauſa paterentur: quod accommodari nequeant huic ſenſui verba Prophetæ v. 13. *Exuberant torcularia; quia multiplicata eſt malitia eorum.* Reſpondeo, mirè potiùs politum eſſe, quod in hac myſtica meſſe, & vindemia repræſentetur Deus pœnas de innumeris Ethnicorũ flagitiis expetere. Etenim & conuerſio, & martyrium recenter conuerſorum, vt effectus iræ nouiſſimæ, atque vt ingens quædam vindicta, quemadmodum latè in Apocal. expoſui, proponuntur. Quòd ſi hæc repræſentatio eſt vindictæ cuiuſdam ingentis, (& quidem reipſa talis fuit, licèt in magnum recens conuerſorum & martyrium faciẽtium beneficiũ) grandem vtique vindictam præceſſura fuerant grandia ſcelera, vt horum magnitudini magnitudo quoque illius reſponderet. Notationem 22. prooemialem ad Apocal. vide.

Obiectio vna dimouetur.

& altera.

Ordo etiam ac diſtributio capitis obſiſtere videntur noſtræ explicationi. Etenim ſi eſſent illius argumentum Gentilitatis conuerſio, & populi Iudaici reprobatio, ab hac potiùs fuiſſet inchoandum. nam *Diminutio eorum, diuitiæ Gentium.* Huius reſponſio duplex eſt. Prima, non de reprobatis agi initio capitis, ſed de conuerſis. agi enim primo verſu de eorum cõuerſione Iudæorum, qui Chriſti fidem receperunt; mox verò à verſu ſecundo de Gentilitatis conuerſione: qui effectus ſecundũ conuerſionem primitiarum populi Iudaici ſecũdus fuit. Secunda eſt, quamquam verum ſit ordine executionis à reprobatione Iudæorum ad Gẽtium conuerſionem tranſiri; ordine tamen intentionis priorem eſſe videri Gentium electionem reprobatione Iudæorum. neque obeſt quidquam eum eſſe ordinem in Ioële, qui eſt in intentione diuina. Adiunge, non eſſe hunc ſingularem ſanctę Scripturæ locum, vbi à Gentium felicitate ad Iudæorum miſeriam conſiderandam tranſeatur. Imò verò vbi de earum felicitate ſit ſermo, auolat ſtatim ad horum miſeriam contemplandam cogitatio. Neque tamen ordinis legitimi Ioël oblitus eſt: duplicem enim vindictam de Ethnicis & Iudæis ſumptam à Deo verſu 19. coniungit: & quas dedere pœnas Iudæi, quos appellat Ægypti nomine, præmittit: deinde verò loquitur de ſupplicio Ethnicorum, quos Idumæorum nomine intelligit.

Ecquid porrò fundamenti ſit, propter quod Iudæos, qui Eccleſiam perſecuti ſunt, Ægypti nomine compellet ſacra Scriptura, Idumæa verò Romanum imperium, cùm idola venerabatur, Apoc. 14. notat. 16. fusè diſſerui.

In caput 3. Prophetæ Habacuc

Commentarivs.

Capitis huius argumentum quàm ſimillimum eſt, vt ego quidem ſentio, aliis noſtri huius operis, vt ſæpius in Apocalypſi tetigi. illud à me propterea ſeriò fuit tractandum. accipiet autem non parum lucis ab iis, quæ in Pſalmis & in Canticis diſſerui.

Duplex Cantici huius explicatio.

Sed verò in Cantici huius declaratione extrema duo interpretes ſequuntur. Vnum eorum eſt, A qui affirmant, futurorum, quę Propheta adhibuit, multitudinem pro præteritis ſumi, agique ab eo literaliter de non deferendis à Deo Babylone captiuis iis hominibus, quorum cauſa tanta olim, támque admiranda patrauerit. Alterum eſt aliorum, qui hiſtorias, quę in hoc Cantico tanguntur, prætermittentes illud proximè de Chriſti D. Incarnatione, paſſione, & die ſupremi iudicij interpretantur. Hoc ſummè diſplicet Ariæ Gueuaræ, & Ianſenio, qui extremum primum amplectuntur. Contra verò S. Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus & Ribera extremè reſpuunt extremum prius, & adhæreſcunt poſteriori. Hieronymus quod prophetia ſit, inquit, totus Cantici B textus oſtendit. idque ex eo probat, quòd Vates loquatur per futura. de Incarnatione verò & reliquis in titulo exponit. Theophylactus item quamquam non videatur exponere de Incarnatione, futura pro futuris capit.

Senſus auctoris.

Ego verò ſic ſtatuo, eam in hoc Cantico interpretando, teneri rationem oportere; vt attentè ac ſollerter quæ in eo attinguntur narrationes antiquæ conſiderentur, affirmeturque de earum renouatione vaticinium in præſenti contineri. ſed verò applicatio illud debet reſpicere, quod hiſtoriæ, quas tangit Propheta, figurarunt. Dicendum ea propter, illud ab Spiritus S. aduentu per illa: *Deus ab Auſtro veniet*, &c. inchoari. totúmque C apparatum illum eorum fuiſſe typum, quæ in die Pentecoſtes, quando ſuper Diſcipulos Spiritus S. deſcendit, acta ſunt. Huc acceſſit Ianſenius, qui cùm in argumento dixiſſet, magis eſſe conſentaneum, vt omnia futura huius Cantici accipiantur pro præteritis, ſicut familiare eſt, inquit, linguæ Hebraicæ; adiunxit poſt: Quamquam, & ideo quis rectè dixerit promiſcue poſita verba futura & præterita; quod ſic Propheta narret præterita, vt ſub eis & futura vaticinari velit, quæ vel pro liberatione populi de captiuitate Babylonica, vel pro liberatione humani generis de poteſtate Diaboli erant peragenda.

Capitis huius ſumma.

Summa ergo huius capitis eſt, hæc omnia quæ D ſequuntur mirabilia poſt Chriſti reſurrectionem inſtauratum iri.

Primum, admirabile illud, quod cum Moyſes in monte Sinai legem accepit, viſum fuit.

2. Mira ratio qua Iſraëliticus populus terram promiſſionis expugnauit.

3. Modus admirandus, quo Gedeon debellauit Madianitas.

4. Ingreſſus populi Iſraëlitici in terram promiſſionis admirabilis.

5. Miraculum in Sole, & Luna ſiſtendis patratum.

6. Ægyptiorum primogenitorum cædes.

7. Prodigioſus per mare rubrum tranſitus, quẽ ſuis parauit Deus. Poſt hæc illud exponitur prorſus peregrinum, quod videlicet tantopere Chri-E ſtiani primigenij, ſe morte ipſa oblectarent, eámque tutam reputarent viam, qua & exirent è captiuitate Babylonica, & gaudia promiſſæ regionis inirent.

Hæc tamen vt ſolidè confirmem, ſequens inſtituenda eſt

Diſputatio de Cantici Habacuc argumento.

Illud conueniat neceſſe eſt inter omnes interpre

Digitized by Google

In quo conueniant huius Cantici interpretes.

pretes, per totos nimirum tredecim verſus,à tertio vſque ad decimum quintum facere mentionem Prophetam de effectis prodigioſis,quæ Deus ſaciens ſuo populo quondam deſignauerat:illum Ægypto eximens,per mare rubrum traducens,legem in Sinai monte præbens, in terram promiſſionis per Iordanem introducens: pro ipſo cum Ægyptiis, Chananæis & Madianitis, miraculis editis patentibus,depugnans.

De quo ambigant.

Poſita verò dubitatio in eo eſt,qua ratione has inferat narrationes Propheta.Etenim Gueuara,quod iam dixi, eorum contendit non eſſe alium literalem ſenſum, quam his commemoratis prodigiis,in eo liberando populo olim à Deo deſignatis erigi fortiter eumdem vt confideret, haudquaquam ſe,vti periret prorſus,à Deo Babylone derelictum iri. neque à Gueuara differunt Arias & Ianſenius.

Quot futura vſurpet Propheta.

Verùm contra hanc expoſitionem occurrit ſtatim,hanc præteritorum per futura rationem narrandi videri valde abſurdam: hæc autem futura omnia vſurpat Propheta: Deus ab Auſtro *veniet*: ſplẽdor eius vt lux *erit*:ante faciem eius *ibit* mors: *Egredietur* diabolus ante pedes eius: *Turbabuntur* pelles Madian: *Aſcendes* ſuper equos tuos: *ſuſcitabis* arcum:in luce ſagittarum tuarum *ibunt: conculcabis* terram:*obſtupefacies* gentem.

An pro præterito ſumat.

Ad hoc Gueuara phraſim ait Hebræis eſſe maximè familiarem & vſitatã; futuris pro præteritis vti,idque exemplis à ſe manifeſtis adſtrui contendit. Adiungit præterea in ſuis phraſibus Sa noſter,vt conuincat hanc futurorum pro præteritis, acceptionem ſacræ Scripturæ in vſu eſſe,exempla alia quatuor & viginti.

Aſſtruitur pars negans.

Verum enim verò haudquaquam ea turba exẽplorum iſtum motem concludit, quippe quibus reſpondeatur affatim aliis rationibus,nimirum in rebus quæ fieri aut ſolent,aut debent,futura poni in ſacra Scriptura, non verò propriè pro præteritis.Et quidem vt efficiatur,falli Gueuaram aientẽ phraſim eſſe familiarẽ ac protritam Hebrææ linguæ futuris pro præteritis vti; vel ea,meo iudicio, fortiſſima ratio eſt, quod neque talis ſit locutio in annalibus ſacræ Scripturæ, qui res præteritas narrant, neque etiam apud Prophetas in ea ſuorũ ſcriptorum parte,vbi hiſtoriographos agunt, cuiuſmodi eſt Iſaias in capitibus 36.37.38.& 39.Nã ſi tam familiaris eſt ac protrita ea phraſis,cur nuſquam legimus; Ægrotabit Ezechias, pro ægrotauit:Morietur Moyſes,pro mortuus eſt?

Ratio item prævalida eſt,diſtinctio,quam exiſtere neceſſe eſt in temporum ſignificatione.Nam commiſcere omnia eo dumtaxat dicto, quòd linguæ illius phraſis ſit; velle quidem eſt,vt ſint omnia protinus alba.

Sed obiicias,vſum præteritorum apud Prophetas pro futuris haud poſſe negari: ac proinde vt abſonum non eſt,præteritum ſumi pro futuro;ita contra futurum pro præterito abſonum minimè reputari debere.Occurro nõ ideo præterita vſurpare pro futuris Prophetas, quòd ea ſit linguæ Hebrææ phraſis;ſed quoniam in lingua alia quacumque eius quod viſione prophetica cognitum fuit,narrandi modus per verba præteriti quam ſignificantiſſimus ſit.

Cur præterita pro futuris ponant Prophetæ?

Nam ſic, cùm certiſſimè effertur prophetia: tum ſit, quia quod futurum, quia iam præuiſum eſt, aliquatenus ſpectat ad præteritum. Atque id cauſæ eſt cur Prophetæ cum æquali elegantia & energia præteritis & præſentibus mixtim vtãtur cum futuris. Vt & ex his intelligatur, eos de

A rebus, quæ nondum actæ ſunt, loqui: & tamen eas præſentes illis eſſe, ac tam pro certis habere, vt reputent pro iam geſtis,ex verbis præſentis, & præteriti, quibus vtuntur, compertum fiat, quæ mira] quidem ratio eſt vſus præteritorum apud Prophetas pro futuris. Vſus autem alterius futurorum pro præteritis nullam omnino video rationem exhiberi. Neque enim credere queat quiſpiam tantam admittere confuſionem in ratione loquendi ſine conuenienti cauſa ſacram Scripturam;ſiquidem ne apicem quidem in ea vacare elegantia ac myſterio, nobis debet eſſe exploratum.

Et quidem ſi Habacuc in hoc capite vnum dumtaxat futurum pro præterito vſurpaſſet,conniterer ego eius locutionis vtcumque rationem exhibere: at verò decem non minus futuris quis ſatisfacere par ſit. Et mihi quidem perſuaſiſſimũ eſt, maximè fuiſſe ex arcano, quod tot futura adhibuerit ſacra Scriptura tunc, cùm de hiſtoriis præteritis videbatur loqui. atque de Pſalmo 67. vbi ſimiliter futura duodecim aut plus congeruntur,idem prorſus affirmo.

Chriſtiana myſteria ad literam tractant ſæpe Prophetæ.

Meum autem de hoc Cantico intellectum egregiè firmat Prophetarum mos.Solent enim Eccleſiæ Chriſtianæ myſteria perſæpe tractare literaliter. Nam qui hoc reputet nouum, & inauditum, is non ad Theologorum Chriſtianorum, ſed ad Rabbinorum caſtra pertinebit. Quod cùm certiſſimum ſit,rogo deinceps,vt ſignificaret Deus,inſtauraturum ſe quæ patrarat olim admiranda facinora, illud ſpiritualiter implendo, quod in typis hiſtoriarum antiqui populi liberationem cõmemorantium, adumbrare voluerat: vt, inquam, hoc ſignificaret, ecquãnam loquendi ratione agi potuit maiori ſiue proprietate, ſiue energia, quam per futurum priſca miracula, quæ Deus in ſuo populo liberando edidit, repræſentando? Qui cenſet,huiuſmodi interpretationem, dimiſſa literali vi, indagare allegorias; is nonne videtur ſupponere, poſſibile non eſſe,vt de Chriſtiana Eccleſia loquantur literaliter Prophetæ? Nonne videtur is locutiones violentas, vt ne videatur fateri literalem eſſe de Eccleſia Chriſtiana ſermonem,confingere? Ac demum nonne mihi illud ſaltem concedat quiuis euidens eſſe, ſi voluiſſet Propheta priſcorum admirabilium ſpiritualẽ impletionem ſignificare; tunc fore illius vaticinium longè & elegantius & ſublimius? Cuius igitur mentis & animi erit, hanc literæ propheticæ denegare elegantiam & ſublimitatem, ſiquidem tam nobili cogitationi ſeries capitis locum det? ſed dicat fortè Gueuara, haud poſſe literæ hunc, quem conamur ſenſum,adaptari.

Senſus auctoris quàm ad textum.

Ego verò contrà certus aſſeuero,ſuauius accommodari literæ multis partibus meum,quàm illius intellectum. Ac primò,quoniam quæ futura ſunt, non pro præteritis, ſed pro futuris ſumo.Deinde, quia præterita, quæ futuris interſeruntur,habent in mea explicatione admirabilem energiam: & propter cauſam, quam ſuperiùs expoſui,ob quam rerum futurarum prædictionibus præterita admiſceant Prophetæ:atque etiam, quoniam ſi ſenſus eſt,inſtauraturum Deum antiqua facta; tunc quidem quadrant in textum adamuſſim præterita ſignificantia veterem hiſtoriam, inter futura, quæ renouationem antiquorum miraculorum à Deo faciendam repræſentant.

Probatur ex perturbato apud Prophetam hiſtoriæ ordine.

Præterea, quamquam ſit verum, in Canticis laudatius ordinem hiſtoriæ inter res, quæ celebrantur,non requiri; adhuc tamen multo videtur

con

Digitized by Google

conformius exactæ ſacræ Scripturæ diligentiæ, vt cum is ordo mutatur, ratio congrua de omiſſa ſerie narrationis exhiberi queat. Atque optabile præcipue videbatur in hoc Cantico Habacuc illis ſatisfacere, qui rogant, cur in eo tam mirè ordo perturbatus ſit: vt cùm antiqua Dei facinora à præbita in Sinai monte Moyſi lege incipiantur; mox continuò de Madianitarum cæde (quam narrat caput 7. Iudicum) agatur, priùs ſcil. quàm de rubri maris & Iordanis diuiſione. Reditus deinde fit ad librum Ioſue, vbi miraculum eſt ſubſiſtentis Solis. Vnde reditur etiam ad exitum Iudæorum ex Ægypto, ad ſtragem quam Ægyptij ſuſtinuerunt ad traiectum à Deo populum per mare rubrum. Huic autem quod reſpondeat tam notabili perturbationi rerum, nihil habet Gueuara. Aſt vbi ponatur, tangi dumtaxat à Propheta veteres hiſtorias, adeóque non ab eo ſuſcipi, vt referat, ſed vt aſſerat ſolum illas Deum renouaturum; fit ſtatim euidentiſſimum, non alium eſſe debuiſſe earum tangendarum ordinem ab eo, quo fuerant ſpiritualiter implendæ. Quòd ſi referuntur eodem modo, quo erant inſtaurandæ; is profectò ordo proprius eſt, quem vates ſeruaturus erat.

Cur verſus aliqui huius Cantici violenter explicentur.

Denique eſt contra intellectum Gueuaræ, quod ille, dum nititur applicare omnia veteribus hiſtoriis, afferat verſibus nonnullis magnam violentiam. Quòd ſi vates futura ſpectabat præcipuè, non eſt cur requiratur ſtricte, vt omnia, quæ dicuntur, in narrationes veterum miraculorum conueniant omnino. Etenim in iis, quæ futuræ prædicuntur, ritè aliis adiiciatur quidquam, quæ iam præterierunt. Sic nimirum in Pſalmo 71. (vbi tacito Salomonis regno reſpectus dirigitur ad Chriſtum) aſſeruntur de Chriſto nonnulla, quæ dicta de Salomone omnino conſtare non poſſunt.

Renouatio veterum geſtarũ celebris in ſacra Scriptura.

Iam verò hæc cogitatio, cui in mea interpretatione inſiſto, quod ſpiritualiter in Chriſtiano populo renouaturus eſſet quæ olim facta admirabilia molitus eſt Deus, ea eſt profectò, quam celebrant paſſim ſacræ literæ: etenim omnia in figura contingebant illis. Expendendum illud Eccleſiaſtici 36. 6. *Innoua ſigna, & immuta mirabilia.* vbi oratur Deus, vt quæ olim admiranda fecit, ſic inſtanret, vt in alia commutet, in quibus eadem antiqua verè, ſed ſublimiori ratione reparentur. Quid ergo mirum quod ſacra Scriptura ſibi conſonans antiqua miracula renouanda eſſe prophetet.

Explicatur Eccleſ.

Qui faciant ſenſum literalem vnicũ, hiſtoria & prophetia.

Dictis adiungo, atque affirmo Gueuaræ explicationem mea coërceri, addi præterea illi (vnico dumtaxat ſenſu literali permanente) quod is allegoricè ſolum allatum exiſtimabat. Enimuero qui afferat rem illã mirabiliter tunc factã, cum Deus Ægyptiacæ ſeruituti exemit ſuos, cum renouaturum; in hac planè ſententia & priſtinum miraculum, quæ hiſtoria eſt, & nouum, quæ eſt prophetia, comprehendit. Quis igitur non videat, longe eſſe optabilius, vt vates in id quod vaticinium eſt, cùm illud patitur contextus, præcipuè intentus ſit.

An Canticũ hoc liberatione Babylonica terminetur?

Sed reſiſtat fortè Gueuara ex huius Cantici fine, qui perhibet manifeſtè, Iſraëliticũ populũ Babylone eductum iri à Deo, & ad Palæſtinæ montes perductum: totam proinde illius ſeriem in hunc finem dirigi oportere: atque adeò ſubuehi nos plus nimio, cùm ad reparationem priſtinorum mirabilium ſubuehimur; ſiquidem in liberatione populi è captiuitate Babylonica, vt exigit literalis

A vis, ſubſtituti ſimus. Etenim nimia planè fuiſſet ſuperſtitio, aſſeuerare, inſtaurata in ea liberatione fuiſſe antiqua miracula, ac præcipuè Sinaicam Dei manifeſtationem, populi per rubrum mare traiectionem, detentum Solis ac lunę curſum, terribilem illam Ægyptiorum, Chananæorum & Madianitarum internecionem. Reſpondeo, ſi huius Cantici finem ad egreſſionem dumtaxat è Babylonica captiuitate ſpectare literaliter compertum eſſet; robuſtum planè contra noſtram explicationem tunc fore hoc argumentum. Verùm tamen hoc compertum non eſt, vt oppoſitum potiùs ſit omnino exploratum.

Haudquaquam.

B Aio propterea, quàm certiſſimum mihi eſſe, tractare in fine huius Cantici ſenſu omnino literali Habacucum rationem, quam tenuit Deus in ſeruandis aſſerendiſque Chriſtianis primitiuis, iiſque ad terram promiſſionis ſpiritualem pertrahendis ita, vt neque paupertas neque mors ipſa impedire, aut certe minuere poſſent veram illorum felicitatem. Paupertate quin potiùs ac morte perinde quaſi appoſitis inſtrumentis vſus Deum, vt liberatio ſaluatioque Chriſtianorum *redemptio* adeò *copioſa* extitiſſet.

Sed Chriſtianorum primitiuorum redemptione.

Prima huius perſuaſionis probatio ea eſt, quæ ſtabilita ſuperiùs manet, futura ſcil. huius Cantici pro præteritis neutiquam accipienda. Secunda, quoniam, ſi de exitu tantùm è captiuitate Babylonica hic ſermo ſit, certè verborum illorum: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum*, applicatio eſſet violentiſſima. Etenim qui erant Babylone captiui, cur expeterent oppetere mortem? vt irent videlicet ad terram promiſſionis. nonne hoc abſurdum eſt? Atqui hoc conſtat mirifice de primigeniis Chriſtianis intellectum: qui quidem exoptabant magnopere, mors vti & infernus in ipſos deſæuirent, (vt in Apocalypſ. aperto ſigillo quarto repræſentatur) quo ſic in patriam verè viuentium aduolarent.

Probatur 1. 2. ex verſu 16.

C

Tertiam probationem exhibet nomen *Ieſu*, quod v. 18. vſurpauit Vulgatus reddens, *& exultabo in Deo Ieſu meo.* Enimuero eo me ducit hæc tranſlatio, vt exiſtimem, illam fuiſſe ex diuino inſtinctu, quo adduceremur ſic, ad exiſtimandum, de ſaluatione, quam per Ieſum Chriſtum Chriſtianus populus conſecutus eſt, ad litteram hic eſſe ſermonem. Atque equidem ſentio, tantum idcirco Prophetam volatum ſuſtuliſſe, quantum promiſſio inſtaurationis veterum miraculorum præfert; vt poſtea, cùm de egreſſione è captiuitate Babylonica, & ad terram Palæſtinam regreſſione loqui videbatur ſolùm; tunc vtique animaduerteremus, illũ ſtylum mentémque ad magnam illã libertatem, quam per Ieſum Chriſtum adepturus erat populus Chriſtianus, attollere. Ad eum planè modum, quo cum Iſaias, & Ieremias de Babylonis excidio videntur agere; in eam præcipuè admirabilem vltionem attenti erant haud dubiè, quam Deus de ſecunda altera Babylone, de Roma nimirum, ob eas crudelitates, quas exercitura fuiſſet cum populo Chriſtiano, ſumpturus erat. Nam hic omnino eſt eorum vaticiniorum, vt vidimus in Apoc. literalis ſenſus. Quo tamen illud minimè aufertur, vt non attingant vel Iſaias, vel Ieremias typum antiquam, ſcil. Babylonem, vel Habacucus Iſraëlitarum in Palæſtinam reuerſionem, attingunt id enimuero. verùm Prophetis familiare eſt, Iudaica tangere & Chriſtiana reſpicere.

3. ex nomine Ieſu a vulg. expreſſo.

D

Senſus propheticus vbi agitur de Babylone euertenda.

E

His iam Cantici argumento cùm, vt exiſtimo, fuerit

Digitized by Google

fuerit ſatisfactum, ad verba illius ſigillatim expendenda, deueniendum.

Cantici enarratio.

Quomodo accipiatur hic oratio.

Huius initium eſt: *Oratio Habacuc Prophetæ.* quia videlicet hoc Canticum excellentiſſima eſt prophetia. Et nomen quidem *Oratio* extendendum eſt, vt ſolet, ad propriam illius notionem, vt ſignificet nimirum quem vocamus diſcurſum *vn razonamiento.* Nam de oratione, vt ſumitur pro precatione ad Deum facta, nihil eſſe videtur aliud in toto Cantico, quam illud verſus 2. *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.* B quod fortaſſe ad prophetiam pertinet, non ad petitionem. Et neque ſermonem totis verſibus 3. 4. 5. 6. 7. dirigit Propheta ad Deum. octo verò ſequentibns loquitur quidem cum Deo; ſed cum nihil otet à verſu deinde 16. vſque ad finem cum Deo Propheta non agit.

Ignorantia pro rebus ignoratis.

Pro ignorantiis. Hebr. *Super ignorantiis.* Porrò vox *ſuper* materiem, de qua agitur, ſolet denotare. Nomen autem *ignorantia* capiendum, meo iudicio, pro rebus ignoratis, & abſconditis. Cœleſti verò ſaluationi, & ſolatio Eccleſiæ primigeniæ, de quibus tractatur in hoc Cantico, C appoſitiſſimè conuenit nomen ignotantiæ pro arcanis rebus, & abditis acceptum. Quòd ſi Habacuc noſtri equi ab iis, de quibus Apocal. 6. diuerſi non ſunt; iis ignorantiis reſpondent in Apocalypſi ſigilla. Et equos quidem tantiſper Ioannes non vidit, dum ſigilla libri aperta ſunt. Notat autem Gueuara delectationes item ſignificari Hebræa voce. ſed fortaſſe, id eſt ad occultas delectationes referendum. Talis enim ea eſt voluptas, quam indicat is locus, quem allegat Gueuara, vbi eadem dictio reperitur, nimirum Prouerbior. 5. 19. ibi: *In amore eius delectare iugiter.* Aſſero igitur hanc etiam Hebraicæ vocis acceptionem habere locum in noſtra explicatione.

Timor hic quantum pateat.

2. *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* D Timoris nomen referri debet cùm ad proprium timorem, vt inferiùs, tum ad admirationem, & ſtuporem, quod notabimus ad verſ. 16. *Audiui, & conturbatus eſt venter meus.* Eſt ergo ſenſus. Nuncium mihi à te miſſum, vt reuelatione accepi, timore certè, ſtupore quin ètiam perculſus fui. Intellexi nimirum egeſtatem, & mortem in eos, qui tibi maximè amicitia ſunt coniuncti, graſſaturas.

Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. In medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, miſericordia recordaberis. Equidem pro imperatiuis futura non capio; ſed pro futuro potiùs imperatiuum: ſic, vt quod petitionis ſpeciem præ ſe fert, ſit hîc, quod habent in Pſalmis alia id genus, prophetia. Neque tamen, ſiue petitio ſit, E ſiue prophetia, magni refert. Poſſit ergo dici, timuiſſe Prophetam, ac propterea ſupplicaſſe Deo, & ſupplicando prædixiſſe. Hæc porrò ſic intelligit Gueuara, orari à Propheta Deum, vt in mediis indignationis ſuæ documentis, quæ in Chaldæos exhibiturus eſt; tunc verò dandi erga ſuos Iſraëlitas ſpeciminis miſericordiæ, memor ſit. Mihi tamen ſuccurrit, longè eſſe planiùs, vt quod demonſtrationem iræ ſubſequatur miſericordiæ demonſtratio, Vates dicat. Atque ita τὸ *cùm iratus fueris,* ſignificet: Poſtquam te iratum præbueris, tunc miſericordiæ recordaberis. Hoc autem ideò

Cum, id eſt, poſtquam iratus fueris.

A ſic intelligo, quoniam in ea explicatione de ira ac miſericordia eodem tempore exhibita, ſint multa neceſſariò ſubaudienda: vt nimirum quòd ira intelligenda ſit contra Chaldæos, & erga Iſraëlitas miſericordia: ſimpliciùs verò ſit, tam iram, quàm miſericordiam erga eoſdem intelligere, hanc ſcilicet poſt illam.

Neque ira diuturnior quam miſericordia.

Porro ſenſus eius particulæ, *In medio annorum,* eſt, partiendum fore tempus, neque plures annos iræ, quam miſericordiæ obuenturos. Hoc autem vt adſtruā, pono, fuiſſe oſtenſum Prophetæ, Chriſtianos primitiuos perſecutiones & cruciatus, vt ipſe verſ. 16. inferiùs declarat, multifariam ſubituros: cenſendum propterea Deum, quoad incumberet illa procella, acerbè ſe cum Chriſtianis gerere, quos plecteret egeſtate, ipſa quinetiam morte.

Sed viget vtraque per per vices.

Ait ergo Propheta: *Domine opus tuum,* eruere videlicet ac ſaluare, *viuifica,* pro tu viuificabis *illud.* Tuum illud opus, nimirum tuis ſalutē & proſperitatem afferre, proferes tu quidem in lucem. haud enim exhibebis te ſemper rigidum, neque itē huius externæ ſeueritatis annis annos manifeſti fauoris duratione ſuperabunt. Propterea opus tuum, ſaluationem nimitum dabis tu quidem in omnium conſpectum, & *notum facies* ſaluādi opus eſſe admirabile illud, quod rigoris & afflictionis ſpeciem præferebat. Hoc autem ſupponit, cū Eccleſia & cum amicis ſe gerere Deum in hac vita, documenta ipſis nunc rigoris, nunc beneuolentiæ (*del pan y del palo* Hiſpani dicunt) exhibendo: atque ita ſua prouidentia diſpenſari tempus, vt laborioſi anni proſperos (quod viri ſpirituales probe norunt) non excedant. Adiungo, mihi non diſplicere, ſi in hac explicatione quis dicat: In ipſa iræ oſtenſione, miſericordiæ recordaberis, id eſt, miſericordiam exerces. Etenim ipſemet rigor, & aſperitas, quam oſtendit Deus erga ſuos, ingens profectò miſericordia eſt. ſed quod priùs dixi arridet magis, ad illudque reuertor.

Ita ſe gerit cū ſuis Deus.

Et verò haudquaquam eſt beneficium minus, ſed interdum maius rigoris demonſtratio; minimè tamen conuenit, vt hæc perpetuo duret. Pulchrè Chryſoſt. Matth. 2. (cuius verba vſurpat Eccleſia in SS. Innocentium octaua.) Hoc certè Deus (inquit) in omnibus ſanctis facit, quos neq; tribulationes, neque iucunditates ſinit habere cōtinuas: ſed tum de aduerſis, tum ex proſperis iuſtorū vitam admirabili varietate contexit. Hęc ergo ſucceſſio rerum & euentorum vices, quæ iuſti vitam diſtinguunt, fore vt in Eccleſia ſuo modo reperirentur, certum eſt. Propterea Vates, inquit, Deū apud ſe reputatam habere ſummam annorum tū rigidæ laborum tempeſtatis, tum auræ ſuæ beneuolentię lenis, efficeréque, vt medio temporis fluxu, quo vtraque eſt duratura, ceſſet acerbitas, & beneuolentia ſubeat: ſicque illum viuificare ſuum opus, atque etiam notificare. nam id eſt, *Notum facies.* Tunc enim fit propalā, illud quod apparebat rigor admirabilem eſſe ſaluationem. Vbi recolendus præfixus huic Cantico titulus ille: *ſuper ignorantiis,* id eſt, ſuper abſcondita ſaluatione & felicitate ſeruorum Chriſti, & quidem ponere in propatulo id quod deliteſcebat, eſt notum facere, neque dubium, quin in tempore pacis & proſperitatis Eccleſiæ innotuerit omnibus, quam ingens beneficium in eos, qui dira paſſi ſunt tempore perſecutionis, Deus contuliſſet.

Partitur labores & fauores.

Sic viuificat ſuum opus, idque notum facit opportunè.

Collu

Anni tres & dimidiũ Apocalypſeos vt veniant ad hoc medium annorum.

Colludit mirè quidem, vt ego puto, cum hac explicatione, quod ſemel & iterum teſtatur Apocalypſis, Eccleſiæ nimirum perſecutiones ſupra tres annos, & dimidium hebdomadæ ex annis ſeptem conſtantis non permanſuras. Quia in medio annorum viuificat Deus, & notum facit opus ſuum; & poſtquam ſatis iam dedit iræ ſuæ (planè ſalutaris) ſigna, tunc ſuæ miſericordiæ recordatur: nimirum vt per totidem annos, atque adeò æquale tempus exhibeat fauoris, & clementiæ ſignificationem.

Sed hi anni non ſunt ſoli mathematicè.

Illud nihilominus eſſe debet perſpicuum, hanc annorum diuiſionem, vt tot fauoris ſint, quot rigoris, non eſſe ad mathematices normam exigendam, ſed ad ſapientem Dei calculum. B Nouit ſcil. Deus æquare lances, & quod huic vel alteri annorum ſummè de dierum vel menſium numero deficit, id quidem intenſione ſiue fauoris, ſiue rigoris ſupplere.

Sed hic tandem loquendi modus in ſacræ Scripturæ phraſi, quod oſtendimus apertè in Apocal. ſignificat durare quidem perſecutionum ærumnas tres hebdomadæ annos & dimidium; totidem autem illis ſuccedere tranquillæ ſerenitatis. Idem igitur deſignat haud dubiè in medio annorum viuificare opus ſuum, & poſtquam documenta iræ data fuerunt, tunc demum miſericordiæ recordati.

C 3. *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* Sententia eſt, renouandum à Deo vetus miraculum præbitæ ab ipſo legis ſuo populo. Etenim cùm Deus olim exhibuit legem, Moyſi & populo apparuit perinde quaſi Sol, ex montibus Seir & Pharan ad Sinai montem aduentans. Nam Dominus, dicitur Deuteron. 33. 2. *de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum* (Angelorum ſcil.) *millia. In manu eius ignea lex.*

Ab Auſtro ſeu de Theman, idem eſt.

Quod verò dicit Moyſes, *de Seir*, de monte nimirum Idumææ, hoc idem affirmat Habacuc, inquiens: *Ab Auſtro*, Hebraicè, *de theman*. nam vt ait Hieronymus, Themã eſt regio principum Edom. Et quoniam Auſtralis eſt ea regio reſpectu Sinai, D ideò dicitur *ab Auſtro*, præterquam quòd Themã vocatur Hebræis, vt docet Hieronymus, omnis regio Auſtralis.

Et verò Deum, cùm venit præbiturus legem, ab Auſtro ſeſe conſpiciendum exhibuiſſe, hoc vtique ſignificauit: poſt illum populum atque poſt eas vmbras aduentare veritatem, ac verum Dei ſplendorem, in Eccleſia ſcil. Chriſtiana, quæ poſtea ſequebatur. Hinc igitur auſpicatur Propheta veterum mirabilium inſtaurationem.

Veterum miraculorũ inſtauratio cœpta ab aduẽtu Spiritus S.

hæc enim inſtauratio, extractio nimirum veri Iſraëlis à proprij amoris, reliquorúmque immanium tyrannorum ſeruitute ab Spiritus S. aduentu inchoata fuit: vnde nimirum incepta Euangelij prædicatio, quam ſubſecuta eſt Eccleſiæ perſecutio: ea videlicet tempeſtas, in qua ſe Deus aſperum, vt quidem videbatur, cum intimis admodum amicis E geſſit, quæ res ea eſt, quam exponendam ſibi propoſuit Vates. atque hic eſt præſentis verſus cum præcedente nexus. Propheta verò dixit: *Sanctus de monte Pharan*, quoniam ſanctitatem impertiuit Spiritus S. ſua lege.

& animarũ ſanctificatio.

Hæc magnificẽtia de aduentu Spiritus S. & ſubſecuta prædicatione.

Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra. Recolenda ingens illa maieſtatis cœleſtis demonſtratio, quæ in aduentu S. Spiritus extitit, in delapſis supernè linguis igneis, in flatu vehementi, & quæ reliqua habet ea narratio. Tunc quidem ſuprema magnificentia cœlos, qui Apo- A ſtoli sũt, & alij Diſcipuli, mirificè repleuit. Egreſſique ſtatim ſunt ad euulgandam Chriſti doctrinam. Vnde conſecutum, quod adiungit Vates: *Laudis eius plena eſt terra.* Nam & laus & confeſſio Dei appellatur in ſacra Scriptura prædicatio Euãgelij: & in omnem terram exiuit ſonus eorum, propter quod dicit, plena eſt terra.

Differentia Euangelicæ lucis ab antiqua.

4. *Splendor eius vt lux erit.* Ea claritas notitiæ diuinæ, quæ ante Spiritus ſancti aduentum hominibus communicabatur, erat illa quidem inſtar fulgetræ nocturnæ: ſancto verò Spiritu adueniente, fuit quaſi diurna lux, quaſi præfulgens dies, immo verò quaſi meridianus Sol. vide illud Apocalypſ. 1. 16. *Facies eius ſicut Sol lucet in virtute* B *ſua.*

Cornua pro ingenti ſplendore.

Cornua in manibus eius. Pro ingenti quodam ſplendore cornua accipio. Et quidem Pagn. Vatab. & Arias tranſtulerunt: *Splendores de manu eius* (notum verò eſt, cur facies Moyſis in ſacra Scriptura appelletur cornuta.) Fit autem alluſio ad illud Deuteronom. 33. 2. *In dextera eius ignea lex*, propter ſplendorem ſcil. eximium, quem legis tabulæ, quas manu portabat Deus, emittebant. Cùm igitur compertum omnino ſit, vt ſuperiùs diximus, vetus miraculum traditæ à Deo legis in præſens tangi à Propheta; videtur itidem habendum pro comperto, fore prorſus idem: *Cornua in manibus eius*, atque *in dextera eius ignea lex.* C ſed enim ſi legis tabulæ fulgebant valde, id habebant idcirco, quoniam eius legis, quam in Pentecoſtes die cordibus inſcripturus erat Deus, figura & vmbra erant, atque in ea ingenti luce latebat Dei fortitudo. Etenim ideo legem in cordibus ſcripſit, quia illuſtrauit mentes. Atque hæc figura eſt, cui in Apocal. c. 6 reſpondent eæ ſagittæ arcus, quas eques albo equo inſidens gerebat: illa etiam fortitudinis demonſtratio, quæ apparet in primo ſigillo.

Dein pro lege Spiritus S.

Arcaniſſima illa quidem.

Iuuant mirificè quæ ſequuntur: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius*, pro quibus habent Septuag. *Et poſuit dilectam potentiam virtutis eius*, indicantes nimirum exeruiſſe Deum in eo facinore D ſuum robur, ſed robur excellentis amoris ac charitatis, chariſſimi nimirum Spiritus ſui. Sed Hebræa redduntur ad verbum: *ibi* (erat ſcil. vel reuelabatur Moyſi) *ſecretum conſilium fortitudinis, & omnipotentiæ diuinæ.* vbi typi illius myſterium manifeſtè proponitur. Et notandum Hebræa voce, חביון pro qua noſter *abſcondita eſt*, ſignificari abſconditum, arcanum, myſterium. Concinit porrò his cap. 24. Iſaias, vbi inquit: *ſecretum meum mihi.*

5. *Ante faciem eius ibit mors. Et egredietur diabolus ante pedes eius.* Vbi cecinit Vates, renouandum miraculum in exhibita veteri lege ſpectatum, tranſit ad Palæſtinæ expugnationem: in qua ferre videbatur Deus mortem, & infernum ſibi præituros, ſtragem in illis nationibus maximam E edentes. Porrò, vbi Deus ſuum Apoſtolis in Pentecoſtes die Spiritum impartitus eſt; cœpta fuit ſtatim cordium expugnatio. Et verò tot erant homines, quos Apoſtoli feliciter proſternebant, vt in eo pulcherrimo facinore præire Deo Mors, & Infernus mira cum emphaſi dicantur. Mors videlicet myſtica, quæ veterem Adamum gladio verbi diuini iugulat: altera verò perſona eſt infernus, qui illos, quibus myſtica mors carnalem adimit vitam, ſpiritualiter ſepelit.

Sequitur myſtica cædes Apoſtolorum.

Quod igitur ponitur in hoc verſu nomen *Diabolus*

Digitized by Google

Mors & Diabolus tragica perſona.

bolus, mihi tragicam etiam, quemadmodum Mors perſonam deſignat, ſicut & Ariæ Montano, licèt huic Mors, & Diabolus pro ſynonymis ſint. Iam verò cùm quæ tangitur hiſtoria reſpicitur, apparet, quam cædem in Palæſtina Deus fecit, eius adminiſtros ipſi non fuiſſe cacodæmones. Perſpicuum item eſt, aptè concipi cogitatione Dei miniſtros, & quaſi anteambulones fuiſſe Mortem & Infernum. Non hîc depinguntur equis vecti, quoniam repræſentatio non eſt eiuſmodi, vt effectus eſſet ſaluare, ſed interimere potiùs ac ſepelire eos, de quorum caſu complacebat Deo. Verumtamen manifeſtum eſt, hanc reuera internecionem & humationem ipſiſſimam eorum, qui ita morti & ſepulturę tradebantur, ſaluationem eſſe.

Partitio terrarum inter Apoſtolos & alios Epiſcopos.

6. *Stetit, & menſus eſt terram.* Senſus eſt, quemadmodum diuiſa olim fuit in decem tribus terra promiſſionis, ita in hoc longè ſacratiore bello animas identidem expugnatas, quæ nimirum ſunt poſſeſſio ac hæreditas verorum Patriarcharum, inter duodecim Apoſtolos fuiſſe diſpertitas, (quod Apocalyp. 7. tractatur.) Adhæc prouinciæ, ac regiones pro eorum, qui veræ fidei myſteria recipiebant numero, fuerunt in ſuas diœceſes diſtributæ. *Aſpexit & diſſoluit Gentes.* In expugnatione promiſſæ olim terræ (quæ poſt diſtributionem factam Ioſuë manu continuata fuit) tantum videbatur terroris incutere hoſtibus iratus Dei vultus, vt animis ad ſe tuendos planè deſponderent. At enim in hac altera ſpirituali expugnatione, quã Deus moliebatur Apoſtolorum interuẽtu, ardens Chriſti contra flagitia hominũ indignatio (quam Apocalypſis in igne per Chriſti oculos erumpente repræſentat) eorum animos deprimebat tantopere, prorſus vt efficeret eos à reſiſtendo deſiſtere, & Euangelio cedere.

Quid deiecerit ſuperbiã Gentium.

Et contriti ſunt montes ſæculi. Incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius. Mótium ac collium terræ promiſſionis faſtigia; quæ ſitu ſuo aſpetrimo ineluctabilia videbantur, haud potuerunt demum, quin æterni Dei omnipotentiæ & diſpenſationi ſe ſummitterent, ac ſuperata greſſus liberos & imperium Iſraëlitici populi victoris admitterent. Id eſt, quod in his Propheta canit, *Contriti ſunt & incuruati ſunt, domiti, ſuperati, obriti.* Horum applicatio ad ſpiritualem huius facinoris renouationem cum ſit cuilibet facillima, cur prematur.

Earum faſtus Euangelio depreſſus.

7. *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.* Tangi vult Arias hoc verſu duplicem hiſtoriã, Othonielis & Gedeonis. Sed commodiùs exiſtimo, vt tangatur ſolùm Gedeonis hiſtoria. Illa porrò verba, *pro iniquitate,* Gueuarę ſenſum ſatis prouehebant. Interpretatur enim ita ſe Deum cum eo populo geſſiſſe, vt poſt irrogatas ipſi grauiſſimas iniurias, Deus contra vice ſupplicij, *pro iniquitate* commeriti eum maximis beneficiis affecerit, qualis fuit liberatio à Madianitis. ſed tamen violentum eſt, *τὸ pro iniquitate* ſupplere velle in antecedentibus, & ſubſequentibus, vt ſupplet in ſuo contextu Gueuara. Præterquam quòd haud puto id quadrare poſſe ſignificationis in hanc particulam *pro iniquitate.* Etenim ſermo fit ad literam de Eccleſiæ primigeniæ facinoribus præclaris. atqui hæc non extiterunt, poſtquam Eccleſia Chriſtiana flagitiis grauibus Deum irritauiſſet.

Improbatio nupera explicationis.

Is ergo ſenſus eſt, meo iudicio, verus: ſicut Madianitæ, qui erant Palæſtinis externi, contra Iſraë-

Vera proponitur.

A litas conſpirarunt; ſed quod peſſimè illis ceſſit, quippe qui attonſi & acciſi redierunt: ita quidem præter id bellum quod Palæſtini, id eſt, Iudæi cũ Eccleſia primitiua (quam Deus ex primæuo conſilio in eam Iudææ regionem dominari volebat) geſſerunt; additos ſimiliter fuiſſe Gentiles, exteros videlicet homines, cum eodem vero Dei populo belligeraturos: ſed illis demum quod Madianitis, in quibus tantam cædem exercuit Gedeon, eueniſſe. Porrò, quæ omnia habet ea ſacra narratio de confractis hydriis, ac pulſatis tubis, veniunt illa quidem ex amuſſim ad noſtri Vatis inſtitutum, nimirum euenturum Chriſtianæ Eccleſiæ cum Gentilibus, quod olim populo Iſraë-
B litico cum Madianitis. Quod autem dicit *pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ,* hoc vtique ſignificat viſos à ſe nouos Madianitas Æthiopes, qui, vt præſtarent ſe fideles prauitatis, & idololatriæ adminiſtros, gnauiter pro illa depugnantes, concurrerunt, vt myſtico Iſraëli bellum irrogarent.

Ethnici cum Eccleſia quod cum Iſraele Madianitæ.

8. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?* Hæc ita capio: Anne fluuiis aliquando ô Domine, ac mari ſuccenſuiſti? Hæc ne ſecuiſti media, quo minus tuo populo tranſire paranti retardarent greſſum? At vero hæc eadem facinora patrare nunc ſpiritualiter, tibi opus. Et enim in Gentilita-
C tis conuerſione (quam verſo, inquit Propheta, ſub typo cædis in Madianitis à te editæ) circumuenient primitiuam Eccleſiam perſecutionum horrenda flumina, maria proceloſiſſima, quorum obiectu abſterrere illam ab incepto, Gentilitas connitetur. Verum enimuerò aperies tu haudubiè tuo populo per rapidiſſima fluenta & medios vortices viam. Legenda quæ dixi Apocalypſ. 16. plaga ſexta.

Per flumina & mare deſignata perſecutiones.

Qui aſcendes ſuper equos tuos: & quadriga tua ſaluatio. Optarem equidem legere: quia aſcendes, vt ſonant Hebræa; verum hoc non eſt momenti magni diſcrimen. Huius porrò partis cum ſuperiore nexus hic eſt, vt Deus ſaluos & incolu-
D mes ſuos conſtituat amicos, neceſſe eſſe, ipſe vti per media flumina & mare viam aperiat, ſuoſque adeo equos & quadrigas alacer conſcendat. Quo fiat, vt ipſum bellatoris & indignabundi habitu contuentes perſecutionum vndæ de ira cedant, locum Omnipotenti, eiuſque exercitui, populo videlicet Eccleſiæ primitiuæ concedentes. quandoquidem Deus fauerit in hunc modum egredienti olim ex Ægypto Iſraëlitico populo.

Nexus cum ſuperioribus.

Iuxta ſenſum quem Gueuara perſequitur, ipſe perſuadet ſibi, Dei equos de quibus hic agit Vates, ventos eſſe, & quadrigam nubem quamdam, in qua vehi concipitur Deus: conuenienter nimirum verſui 3. Pſalm. 103. *Qui ponis nubem aſcenſum tuum* (Hebraicè quadrigam tuam) *Qui ambulas ſuper pennas ventorum.* Et quod at-
E tinet ad hos equos Exod. 14. 21. haberi, *Abſtulit Dominus mare flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum: diuiſáque eſt aqua.* Neque ſolum extitit vehemens ventus, ſed nubes, & tempeſtas, qualis Pſalm. 76. 17. deſcribitur: *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.* Lege reliqua quæ continent egreſſus Iſraëlis ex Ægypto, & tranſitus per mare rubrum deſcriptionem manifeſtam. Porrò, in Iordanis traiectu arcam teſtamenti geſſiſſe quadrigæ Dei vices, aſſerit Gueuara

Equi ne pro ventis, & pro nube quadriga?

Digitized by Google

uara: qui adiungit, nomine quadrigarum & equorum ſignificari omnigena ac fortiſſima pugnæ inſtrumenta, quibus Deus validiſſimè decertabat.

Venire Deum ad ſaluandū, eſt eum equis & quadrigis vti.

At verò prædicta ad ventos & nubem alluſio, quæ fuerunt Deo pro equis ac quadriga, videtur eſſe manifeſta. Cæterùm in principe intellectu, aduentare ad ſuos ſaluandos Deum, hi enim verò equi illius ſunt, & hæc quadriga; neque aliis ſiue equis, ſiue quadrigis opus. hoc adſtruximus ſatis Apocalypſ. 6. Atque id præterea euincitur, quoniam eo etiam articulo, quo Iordanis traiectus eſt. concipit Habacuc Deum equis & curribus ſubuectum; atqui ſciſſas tunc fuiſſe aquas, non effectus fuit venti prævalidi, ſed Sacerdotum & Arcæ in flumen ingreſſionis. Vt propterea ex arca teſtamenti conſtruxerit ea occaſione Gueuara quadrigam Dei.

Frequentem Dei comitatum indicat Vates.

Quod autem ad Grammaticam ſpectat, haud videtur ferri dumtaxat Habacuci cogitatio ad vnum aliquem equorum quatuor, quo veheretur Deus, currum; ſed ad copioſiſſimum potiùs equorum, & quadrigarum exercitum, quibus Angeli, qui comitabantur Deum, inequitarent. Hoc probat, cùm nomen quadrigarum, maioris videlicet etiam Hebraicè numeri; tum etiam quoniam exiſtimandum eſt, & eumdem Deum, & comitatum illius eumdem ad Iordanis tranſitum adfuiſſe, qui prius cùm in Sinai exhibita fuit lex, apparuit. Deum autem, cùm propter legem deſcendit, cum innumeris Angelorum copiis apparuiſſe, Moyſes confirmat: *Et cum eo*, inquit Deuteronom. 33. 2. *Sanctorum millia.* de quo item Propheta, Pſalm. 67. 18. Et facit quod ad ſaluandum Eliſæum non vnica adfuerit ſolùm quadriga, equorum quin imò, & curruum, ac igneorum quidem exercitus: ſed mentio præcipuè fuit quadrigæ Dei, quippe cui comitarentur cæteræ & obſequerentur.

9. *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum; iuramenta tribubus quæ locutus es: Fluuios ſcindes terræ.* Huius verſus intellectus eſt: depugnaturum pro ſuo populo Deum, vt is, Chriſtiani ſcil. primitiui victoriam obtinerent. Porrò belligerari Deum ſuo arcu eſt, multos ad ſe conuertere ſuorum inimicorum, iuxta illud Pſ. 44. 6. *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum regis.* vide Apocalypſ. 6. in primo ſigillo. Quod verò additur: *Iuramenta tribubus quæ locutus es*, ſignificat, Deum, pugnando pro ſuo populo ſtare promiſſis quæ fecerat, & in Exod. 14. 14. in illis, *Dominus pugnabit pro vobis*, & in Deuteronom. variis locis cap. 1. 30. cap. 3. 22. & cap. 23. 10. Addit textus: *Fluuios ſcindes terræ*, q. d. Hoſtes quidem ſagittis petes; at amicis mare & flumina aperies, vt ſuum iter ſine difficultate perficiant. vide Apocalypſ. 16. in plaga ſexta. Ea demum phraſis: *Suſcitabis arcum* eſt, inſtaurabis admiranda facinora, quæ pro tuo populo pugnans perpetrabas. vide Exod. 14. 25. *Dominus pugnat pro eis.* & Ioſue 10. 42. *Deus Iſraël pugnauit pro eo.*

Qualis Deus in hoſtes, qualis in amicos.

10 *Viderunt te, & doluerunt montes: gurges* (Hebraicè, *inundatio*) *aquarum tranſiit. Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.* Oratoria penè dicendi vi perſuadere nititur Gueuara, poëticam in his deſcriptionem eius exhiberi facti, quod Deus in Iordanis fluentis deſignauit: cùm ita diuiſæ ſunt vndæ mirabiliter, vt hinc fluctus alij concernati aliis montis præferrent

An hæc ſit deſcriptio diuiſi Iordanis.

A ſpeciem; illinc decurrebant celeriter. ac ſic, gurges aquarum celerrimè tranſiit verſus mare mortuum. Interim autem tam ingentem ſtrepitum auditum fuiſſe, vt vociferari videretur abyſſus; tunc item cernere fuiſſe conflictum inter fluctus aquæ conglobatæ: viſas demum vndas ipſas in ea pugna tendere in cœlum ſupplices manus.

Vel ethnica Roma ſæuiens in noſtr.

Verùm enim liberiora ſunt hæc in textum aliquanto; ſatiùs mihi multo eſt, vt deſcribi cogeretur in his verbis inſanam Romanorum Imperatorum contra Eccleſiam tempeſtatem, quod cernerent adiungi ad vexilla Chriſti complures. vide Apocalypſ. 6. in plaga ſexta: vbi poſtquam B exaruit flumen, & Reges Orientis tranſgreſſi Babylonem inierunt; alia deſcribitur horribilis procella ea occaſione contra Chriſtianam Eccleſiam ſtatim commota. Ad hunc igitur ſenſum multo profectò commodiùs aptatur noſter textus. Expendat prudens: *Viderunt te, & doluerunt montes.* montes ſcilicet Romæ, & imperij illius principes contuiti depugnare pro ſuis, vt videbatur, Chriſtum: quos vehementiſſimè id, quod videbant fieri, afficiebat, fremebant ſcilicet præ indignatione, donec tandem, crumpentibus immani impetu fluctibus repreſſæ iræ, Eccleſiam ſubmergere, ac obruere conati ſunt: gurges vel inundatio aquarum tranſiit, perinde quaſi quis rumpat eos aquarum obices, quos appellant *dicos.* Huc pertinet Apocal. 12. vbi draco C miſit ex ore ſuo poſt mulierem aquam tamquam flumen.

Poſt deſcriptā in eſ. tempeſtatem, quid ſit. Mirabilis in altis Dominus.

In illis quæ ſequuntur; *Dedit abyſſus vocem ſuam,* Inſanire videlicet flumina ac mare ipſum viſa sūt. ad formidandos maris fremitus, qui in magnis tēpeſtatibus audiuntur, alluſio fit. Cuius eſt omnino ſignificationis quod canitur Pſalm. 92. *Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerut flumina vocē ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris.* ſed adiungit Propheta tam ſæuæ maris vehementiæ præeſſe Deum potentiſſimum moderatorem: *Mirabilis in altis Dominus,* quod Hiſpanicè dicimus, *Pero Dios ſobre todo.*

Romam quomodo Vates Hebraicè indicet.

D Poſtrema demum verſus particula: *Altitudo manus ſuas leuauit,* væſaniam maris ipſa ferè ſidera fluctibus velut manibus quibuſdam contingentis validè repræſentat, quę quidem elegans ſignificatio eſt perſecutionis vehementiſſimæ, quam Roma, aduersùs Eccleſiam concitauit. Vbi notandum, arcanè prorſus in Hebræo pro τῷ *Altitudo* poſitam dictionem רום *rom*, qua voce quaſi intento digito indicauit, meo iudicio, Propheta, Romam videlicet potenti manu, & viribus immenſis horrendam perſecutionis procellam contra Chriſtianam Eccleſiam commoturam.

Miraculi iuſſu ſiſtentiū Solis, & Lunæ renouatio.

11. *Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* Romanum imperium tota opum ſuarum vi connitebatur delere Eccleſiam Chriſti: at Eccleſia innixa Dei ope ſe euaſuram victricem confidebat. Rarum erat profectò hoc prælium, cui ſpectando, E repræſentat Vates, fore vt Sol, & Luna ſubſiſterent, cupidi nimirum videndi exitum acerrimi conflictus. ſignificat porrò hæc elegantiſſima hypotypoſis, illud Dei facinus ſæculis omnibus ſumma admiratione proſequendum, quod hiſtoria Ioſue cap. 10. v. 13. ita commemorat: *Steteruntque Sol & Luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis,* quondam in noſtra nimirum Eccleſia inſtauratum iri.

Porrò

Digitized by Google

Quam hæc extollat Eccleſia cum Ethnicis pugnam.

Porrò quædam hîc ſunt digna maximè conſideratione. Primum, poëticè, & quàm eleganter à Propheta repræſentari, eius magnificentiæ illud extitiſſe ſpectaculum, quod prælium inter Eccleſiam & imperium Romanum exhibuit; vt locum habeat ea conſideratio, quòd in eo renouatum fuerit miraculum illud ſtupendum Solis & Lunæ ſuum tenentium curſum, quoad cernerent tam inauditi ſpectaculi euentum.

& gloriam inde à Deo reportatam.

Significatur deinde, tam fuiſſe Eccleſiæ victoriam glorioſam Deo, vt is dies, in quo illud facinus fuerit molitus (ad eum vtique modum quo alter, cùm olim Sol & Luna ſteterunt) optimo merito appelletur magnus ille Dei dies. Vide Apocalypſ. 16. 14. vbi agitur etiam de poſtremo populi Romani cum Eccleſia prælio, poſtquam flumine exareſcente reges Orientis Babylonem ſunt ingreſſi, atque ex ea occaſione increuit perſecutorum furor. Eius porrò prælij dies in Apocalypſ. dies Dei magnus nominatur. *Congregare illos* (ita ibi) *in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.*

Chriſtus & mater quomodo afficiantur hominum conuerſione, & quid faciant.

Percipio denique cogitatione, diuinitatem aptè deſignari Sole, Luna verò & humanitatem Chriſti, & eius quoque Virginem matrem, iuxta ea, quæ Apocalypſ. 12. diſſerui. Dici ergo luminaria iſthæc diuina, vt fauerent Chriſtianis conſtitiſſe, planè repræſentat tum eam voluptatem, qua Chriſtus eiúſque parens ex hoc miro ſpectaculo affecti ſunt: tum fauorem & auxilium manifeſtum quo ſuppetiati ſunt Eccleſiæ: ac denique, quod abſque tam eximia fauoris cœleſtis demonſtratione omnino fuiſſet impoſſibile, ſumptam fuiſſe ab Eccleſia de ſuis hoſtibus tam glorioſam vindictam, Romani ſcilicet imperij ab idololatria ad veram fidem conuerſionem. Huc faciunt quæ dicentur ſequente commentario.

Suppoſitum verbi ibunt ſunt fideles.

In luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Illud eſt, vt ego exiſtimo, euidens, ſuppoſitum verbi huius, *ibunt* non eſſe Solem & Lunam huius facinoris ſpectatores. Neque item, verbi eiuſdem ſuppoſitum eſſe hoſtes Eccleſiæ, videtur habendum pro comperto; ſed enim ſuppoſitum eſt ea gens, cuius cauſæ Sol & Luna bene cupiunt, ac fauent. Nam ſicut Pſalm. 83. 8. dicitur: *Benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem*, illi nimirum quibus legiſlator benedicit: ita capiendum ſimiliter: *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt*, ij videlicet, quibus fauent, & Sol & Luna, & lux ſagittarum tuarum. Præterea τὸ ire ſignificat, vt videtur, ingredi, & aggredi: ire etiam in luce, honeſtum quid eſt, & ſtudioſum, iuxta illud Chriſti: *Ambulate dum lucem habetis*. ſermo igitur eſt de actione fidelium Chriſti in eo bello, de quo proximè agebatur.

Quomodo Sol & Luna ſteterint in Eccleſiæ bello?

Verùm hîc notandum, re quidem vera eueniſſe, vt Sol & Luna Ioſue cauſa ſiſterent curſum; at in huius miraculi renouatione non legimus hæc luminaria (etiamſi de myſticis Sole & Luna ſermo ſit) idem feciſſe; ſed verè duntaxat queat affirmari, Solem & Lunam conſtitiſſe, dictum, ſiue propter admirandam rei magnitudinem, ſiue propter captam à Deo patre & Chriſto homine ex eo ſpectaculo voluptatem. Huic obiectioni quàm eleganter à Propheta ſatiſfiat, res eſt digniſſima animaduerſione, ait enim, tametſi Sol & Luna, quos intuemur, ſuum curſum, vt factum eſt olim, non detinuerint; ſed tamen effectum in hoc poſteriore euentu, vlciſci ſcilicet fideles perfectè de ſuis hoſtibus, præſtantiorem planè extitiſſe, quam ſi Sol & Luna ſubſtitiſſent. Etenim huic victoriæ lux materialis Solis aut Lunæ, non id erat, quod conducebat, ſed verò cœleſtis beneuolentiæ & auxilij lux. Atqui in media perſecutionis caligine tantus ac tam præfulgens erat armorum, quibus pro ſuis Deus pugnabat, ſplendor; vt eo melius quàm luce meridiana fideles illuſtrati ſufficientiſſimam haberent claritatem ad ingrediendum ſuum iter, aggrediendos hoſtes, ad habendáſque cum illis dimicationes admirabiles. ídque eo tutius ſibi, quo eorum armorum diuiníque fauoris lux eos illuminabat, hoſtes verò non item, quo ad manus dabant ſupplices, amicíque fiebant ex inimicis. nunc quæſo lectorem candidum, verùm dici potuerit quidquam elegantius?

Effectus lucis ſagittarum Dei.

Porrò id eſt quod ſignificat: lux ſagittarum Dei, igne videlicet cœleſti ſuccenſa eſſe ea iacula, vel eſſe vi prædita illuſtrandi. Etenim cui Deus aliqua ſuarum ſagittarum transfigit cor, huius mentem illuſtratam manere, perſpicuum eſt. Huius porrò lucis participes ſunt illi omnes, quos gaudio complet peccatoris conuerſio.

Minæ Dei quale ſint bonorũ incitamentum.

Splendor verò haſtæ fulgurantis deſignat fortaſſe minas & ſupplicia, quæ Deus aduerſùs obduratos & rebelles intentat. Hoc autem ſic concipio, vt effulgere ſolet terſus ac politus enſis, fore quidem vt haſta, quam Deus contra ſceleratos vibraturus erat, eum emitteret fulgorem, quo poſſent fideles & perſequi ſuum iter, & hoſtes ſuos adoriri. Nimirum aperta notitia, qua veritas minarum Dei cognoſcitur, ſic mentes illuſtrabat fidelium, vt inde animos ad præliandum viriliter haurirent, acti ſcilicet zelo maximo proximorum ſuorum à minis tam grauibus liberandorum.

Grando non appellatur ſagitta & haſta.

Illud denique noto, in ſenſu, quem Gueuara ſequitur, neceſſe eſſe, horum verborum applicationem violentam eſſe. Etenim arma, quæ vibrauit Deus illo die, quo Sol & Luna ſteterunt, ſi hiſtoriam conſulimus, grandinem ſeu lapidem terribilem fuiſſe reperiemus. Grandinem verò appellari fulgentes ſagitas, haudubiè eſt duriuſculum; ſed durum planè, eamdem grandinem haſtam fulgurantem nominari. Præterquam, filij Iſraël ad Solis ſplendorem, quem habebant, dirigerent greſſus, non ad grandinis lucem. Si quis videat, quomodo adaptet hæc Gueuara, reperiet, niſi ego fallor, applicationem illius violentiſſimam eſſe.

Duplex horũ intellectus.

12. *In fremitu conculcabis terram: in furore obſtupefacies Gentes.* Fremant quamlibet vehementiſſimè. Romani enim verò tuos calces & imperium tuum ſuſtinebunt tandem. Quantumlibet illi furentes & inſani bellum ſuſcipiant; perficies tu quidem ea facinora, quibus præ admiratione tuæ potentiæ prorſus obſtupeſcant. Hæc veriſſima eſſe, cui vel ex Pſalmo: *Quare fremuerunt Gentes*, ignotum? Poſſunt hæc etiam ita ordinari: Impinges illis hominibus aduerſariis tuis calces, atque id quidem fremendo præ ira vehementi, nimirum tonando, & fulminando: cuiuſmodi iræ tuæ demonſtratione illos proſtratos & attonitos relinques. Verùm enim verò myſtica eſt, vt ſæpè ſibi, iſthæc Dei ira. neque

Referẽda hæc ad iram myſticam.

Digitized by Google

aliud deſignat tonitrus Dei, quàm verbi illius potentem vim.

13. *Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo.* Ac quemadmodum populum Iſraëliticum cùm extraxit ex Ægypto Moyſes, eius ſalutis procurator præcipuus tu quidem eras; ita etiam populum Chriſtianum miris procellis iactatum conſtitues ſaluum: vbi eſt animaduertendum, ideo Vatem ad egreſſionem ex Ægypto redire, quoniam ibi illuſtre facinus educendæ ex Gentilitate Eccleſiæ figuratum fuit: quod à veteri quodam presbytero ſe didiciſſe, tradidit Irenæus, cuius in lib. 4. cap. 50. hæc ſunt: *Omnis illa profectio quæ fiebat populi, typus & imago fuit profectionis Eccleſiæ ex gentibus.* Cùm ergo in his de Gentilitatis conuerſione ſit ſermo, aptiſſimè ad egreſſum populi ex Ægypto reditur. vide Apocal. 15. & 16.

Cur redeat Propheta ad egreſſum populi ex Ægypto

Percuſſiſti caput de domo impij. Quemadmodum in omnibus Ægyptiorum domibus omnes eorum filios primogenitos interemiſti; ita planè in Romano imperio vicorum capita & ciues principes acutiſſimo verbi tui enſe percuties, ac fidei ſacra ſubiicies. Atque ita dicitur Apocal. 17. cornua, id eſt, ſenatores Deo vſui & inſtrumento fuiſſe ad conuerſionem Romæ.

Senatores Romani intelliguntur.

Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum. Porrò capitibus populi ad fidem pertractis, corpus vniuſcuiuſque familiæ, domus, aut vici, dum capitis exemplum ſecutum non fuerit, opprobrationi & pudori expoſitum remanebit. Hoc ſignificat hæc particula. nam corpus eſt veluti fundamentum, cui innititur caput: cùm verò dicitur, corpus denudatum. vſque ad collum, omnimoda ſignificatur denudatio, ab imo ad ſummum, à pedibus ad ſuperiora. quod autem nuditas probrum & pudorem deſignet, planum eſt.

Quomodo traducitur populus?

14. *Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius.* Imprecatio hæc imperatores & præfectos, qui Chriſtum tantopere oppugnabant, concernit. Et quæ ſubduntur: *Venientibus vt turbo ad diſpergendum me,* perſpicua ſunt, habéntque ad Pharaonis exercitum erumpentem in populum Iſraëliticum alluſionem.

Alluſio ad Pharaonem.

Exultatio eorum ſicut eius, qui deuorat pauperem in abſcondito. Iudicabant Romani Imperatores poſtrema ſe perſecutione omnino populū Chriſtianum extincturos. Quod idem antea iudicium fuit Pharaonis Iſraëlitas ad maris rubei littus circumuentos, ſummiſque in anguſtiis poſitos habentis. Etenim Hebræi vaſta hinc ſolitudine, illinc maris profunditate tenebantur: inſtabant à tergo armis & multitudine potentes Ægyptij ſic, vt de præda iam iámque inuadenda, nihil dubitarent; non ſecus ac ſæui graſſatores qui viatorem miſerum in loco, vbi nemo illi ferre queat ſuppetias, intercipiunt. Ita prorſus Ethnici Romani, qui fortitudinem Chriſtianorum debilitare, eóſque ad inanium Deorum cultum qua ſuaſionibus & promiſſis, qua minis tormentorum atrocium perducere conabantur, eo perſecutionis immanitatem prouexerunt, vt rem iam pro ſua libidine confectam prorſus exiſtimarent. Etenim Chriſtianos vndique circumcluſos tenere ſibi videbantur: marinis hinc vorticibus, furente ſcilicet illa perſecutionis rabie, illinc triſtiſſima locorum ab hominibus deſertorum habitatione. Neque ſibi perſuadebant vt vel oppreſſi Chriſtiani eremum & exilium ab humana con-

Ad quas anguſtias redegerint ethnici Chriſtianos.

A ſortione eligerent; vel iis pollerent animis, vt ſeſe in vndas proriperent. Ethnici propterea exultabant, quaſi actum iam eſſet de Chriſtiana religione ſic, vt de re ab omnibus conclamata. Verùm in tantis anguſtiis

15. *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Peropportunè Deus aperuit mare, ac per illud equis ſuis & curru ingreſſus Chriſtianis ſubdidit animos, vt ne timerent perſecutionis vndas. quo facto eos incolumes & victores tranſmiſit in vlteriorem ripam: nec enim vel vndis ſubmerſi ſunt, vel adhæſerunt luto; ſed pericula omnia euaſerunt glorioſè, & in Domino confidens populus ſaluatus eſt. vide Apocalypſ. 15. & 16. & animaduerte, mare rubrum cogitari in Apocalypſi, perB eleganter quidem non ſciſſum, ſed ea ſoliditate concretum, vt tranſeuntes Chriſtianos ſuſtinere potuerit, *ſuper ignem & aquam, & eduxiſti ſunt in refrigerium.* Re ipſa vtrumque recidit eodem, niſi quod maioris ſignificationis cauſa aliquid de allegoria mutauit glorioſus Ioannes.

Quam in loco illis ſuccurrerit Deus.

16. *Audiui, & conturbatus eſt venter meus: à voce contremuerunt labia mea.* Huc vſque populus Dei, vt patet ex illis verbis: *Venientibus vt turbo ad diſpergendum me,* locutus eſt. Hæc autem verba Prophetæ ſunt, quibus quem adhibet Gueuara ſenſum, violentum puto. Nam licet verum ſit, aliC quos præ lætitia ad mortis articulum perueniſſe; ſed tamen, cùm is effectus habuit cauſam lætitiam nimiam, nunquam ſolet commemorari effectus, morbus nimirum, aut mors, non commemorata ſimul eius cauſa, ſubita ſcilicet & immoderata maximè lætitia. Cùm autem non exprimitur in narratione aliud, quàm nuncium ab aliquo acceptum, ex eóque tantopere fuiſſe commotum, vt ne verbum quidem proferre, animi perturbatione licuerit; imaginari tunc & ſtatuere, accepto nuncio lætitiam apportatam fuiſſe, certè nimia eſt ſubtilitas. Simpliciùs profectò, vt ego cenſeo, & multò aptiùs cogitetur, ex adD miratione rei auditæ vehementem hanc Prophetæ perturbationem extitiſſe. Id quod maximè ita quis iudicet, ad rem conſiderandam propius accedens. Etenim res erat, quam inaudiuit Propheta admiratione, ſtupore quin etiam quam digniſſima; nempe quo inſtrumento vſurus erat Deus ad ſalutem afferendam Chriſtiano populo, id quidem fore, vt mors & infernus ſæuam in Chriſtianis ſuis carnificinam exercerent.

Ita Vatem præ lætitia affectum, improbatur.

Sed ex admiratione ac velut ecſtaſi.

Addendum inſuper, quanti facerent Iudæi temporariam hanc vſuram lucis, & quantopere exoptarent ad terram promiſſionis viui reuertere: ex quibus erit exiſtimandum, ſit ne veroſimile, Prophetam audiris à ſe vehementer commoueri. quæ verò audiuit, hæc ſunt quæ ſeE quuntur.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis: vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ac quis obſecro non diſpiciat hæc verba, ſi nec torqueantur, aut ex proprietate diſtrahantur, ſed ſimpliciter ſumantur & ſincere, illud ſtatim offerre, quod re vera in ea primitiuæ Eccleſiæ tempeſtate fiebat, in admirationem ſummam, ac ſtuporem rapiens Prophetam noſtrum? nimirum tam expromptè, támque auidè ſeſe morti ac corruptioni offerre Chriſtianos illos primigenios, hancque ipſis viam & rationem eſſe ad exeundum è capti-

Quanti facerent veri æſtimatores beatam requiem.

uitate

Digitized by Google

uitate, & terra promiſſionis perfruendum. Porrò *Requieſcere in die tribulationis* ſic expono: Eo tunc maiore gaudio afficiar, maioríque requiete fruar, quo maioribus & acerbioribus tormentis preſſus fuero: quoniam hæc rectiſſima via eſt: *Vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum*, id eſt, vt ad immergendum me gaudio, quod eſt in terra uiuentium, proficiſcar. Et eſt quidem in his alluſio ad deſiderium, quo filij Iſraël in captiuitate exiſtentes tenebantur è captiuitate Babylonica exeundi, in ſuámque Palæſtinam, quæſitum habebat ſublimem, reuertendi. Illi tamen hoc exoptabant, vt in ea regione quiete viuerent; aliud autem eſt, quod audiuit Habacuc, mortem ſcilicet expetere Chriſtianum populum, quo ſic è captiuitate euaderent, & ſcanderent ad viuentium regionem. Hoc igitur cum ſit, quod auribus accepit Propheta, quod textus exprimit diſerte; quis iam non videat, illum ſummo iure obſtupuiſſe intuentem vtrique & eiuſmodi ad oppetendam mortem Chriſtianorum alacritatem, & initum à Deo tam peregrinum conſilium ad afferendam ſuo populo ſaluationem perfectiſſimam.

Alluſio ad terram promiſſam.

Ad populum accinctum noſtrum. Haud mihi dubium eſt, ad terram promiſſionis alludere Prophetam, vbi omnes fideles mortui iacebant ſepulti. Vnde exoptabant ſummopere, maximíque ducebant eorum filij & nepotes illud terere ſolum, in eóque inhumari, vbi conditi erant progenitores. Hoc fusè & aptè exponit Gueuara, qui propterea, vbi Vulgatus habet *accinctum*, legere vellet conuenienter, vt contendit, vocis Hebraicæ proprietati *collectum*. Sed affirmo nihilominus, noſtram editionem, quoniam intellectus, qui in totam huius cantici ſeriem propriè cadit, de tractu Palæſtinæ materiali non eſt, ſed verò de cœleſti patria, noſtram, inquam, editionem optimè & ſapientiſſimè habere. *Ad populum accinctum noſtrum*, vt indicaret nimirum Angelorum beatiſſimum cœtum, qui in adiutorium noſtrum continuo ſunt accincti.

Senſus de patria cœleſti.

Angeli cur accincti?

Malæ quorundam de ſenſu litterali exiſtimatio.

Videbitur, ſat ſcio, iis, qui litterariæ ſe intelligentiæ ſectatores ad faſtidium vſque profitentur, noſtra hæc expoſitio parum literalis; ſed neſcio equidem cuius pietatis, cuius immo verò prudentiæ ac ſapientiæ ſit, in eo peregrinari tantopere, quòd veritates puræ putæque Chriſtianæ religionis ſenſu omnino litterali tractetur in Scriptura. Si quis mihi efficeret argumentis, quem ego ſenſum adhibeo huic cantico, illum textui leniter non adaptari, is planè me ſigalione taciturniorem concinnaret. Sed nimirum reputare illum ideo literalem non eſſe, quòd maximè Chriſtianus ſit; hoc peſſimè, iudice Chriſtiano homine cogitetur, nedum aſſeueretur.

17. *Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum. Abſcinditur de ouili pecus: & non erit armentum in præſepibus.*

18. *Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Ieſu meo.* Hos verſus interpretatur Gueuara de Iſraëlitarum Babylone commorantium lætitia, in agrorum Chaldaicorum facta per Cyri milites euerſione; quòd ea media Hebræorum captiuitatem terminatum iri, Deus Prophetæ reuelauerit. Verùm enim ſatis iam ſuperiùs effeci, Propheta obtutum longè ſublimiorem eſſe. Nunc adiicio; Gueuaræ interpretationem ne verbis quidem præſentium carminum aptè recipi. Etenim *Mentietur opus oliuæ*, certè eſt fraudari oleis: idque non ideo

Mentiri opus oliuæ eſt oleo fraudari.

quòd arua fuerint ab hominibus deueſtata, ſed quia enati recens fructus vel in eruptione ipſa (*en campanilla* dicimus Hiſpani) reſtiterunt, vel poſt à ſubſolanis exuſti ſunt.

Quod ſi reſiſtat quis, nec in noſtrum etiam intellectum hæc verba commodè venire. Quorſum enim dicerent, qui ſe martyrio faciendo exponebant: *Mentietur opus oliuæ*, &c. *Ego autem in Domino gaudebo*, &c. Reſpondeo, hanc enim verò illorum, qui ad necem pro Chriſto ſubeundam aduolabant, ſingularem eſſe felicitatem, ne flocci quidem ea omnia, quæ anxios præſentis vitæ excruciant amatores æſtimare: deſiderium ſc. vel copioſiſſimæ meſſis, vel prouentuū vini & olei vberrimorum, vel gregum & armentorum nunc fœtura, nunc ſuſtentationis & incolumitatis, quæ omnia mille ſunt ſiniſtris euentibus obnoxia. Qui verò generoſa quadam deſpicientia rerum iſtarum cupiditatem radicitus euellens oculos in æternam ſalutem ac requiem defigit, eáque ſuam felicitatem definit, adeóque expetit ardentiſſimè pro Chriſto, quo ſic detur ſibi aditus ad eius viſionem ac fruitionem, mortem oppetere; is planè alacriter ac fidenter pronunciat: *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis*, &c. *Ego autem in Domino gaudebo; & exultabo in Deo Ieſu meo.* & illa coniunctione *enim* appoſitè hæc omnia connectuntur. Porrò nomen *Ieſu*, quod in hoc loco Vulgatus interpres, qui S. Hieronymus eſt, diſertè reliquit, fecit id quidem, vt ſuperiùs dicebam, cœleſti inſtinctu; vt eo nomine in loco maximè adſpecto, intelligentiam, quæ veram concernit ſaluationem, eam ſcilicet quam Chriſtus nobis communicat, tenaciter apprehenderemus.

Quæ res deſpicienda, quæ æſtimanda.

Cur relictum in noſtra editione nomen Ieſu.

19. *Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quaſi ceruorum.* Qui mihi ſolus contra aduerſa omnia ſufficit, Deus eſt. Enimuero dabit me is liberum ab immani hoſtium meorum oppugnatione, qui perinde me quaſi canes rabioſi ceruum inſequuntur, & exagitant. ſed afferet, & ſaluum in veræ Palæſtinæ montibus conſtituet.

Chriſtianorū ſanè oppugnatorū fiducia.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem. Atque ita montium mihi optatiſſimorum, faſtigium conſcendam triumphans, meíque amantiſſimi encomia ſaluatoris ſuauiſſimè deprædicans.

In Prophetam Zachariam.

De ſecundo Zachariæ vaticinio, quod à verſu 7. capitis primi inchoatum ad finem vſque capitis 6. perducitur.

POllicitus eſt Author hanc operam ad caput 6. Apocalypſeos, quippe equorum & equitum, quos ibi Ioannes intuitus eſt, tractationi perfectæ neceſſariam. vbi etiam exhibuit quædam de equorum coloribus præcipuè ad hunc commentarium pertinentia. Vnde quæ acceſſere neceſſarium fuerit, fiet, ſed paucis, & neceſſariis dumtaxat verbis.

Series & explicatio vaticinij totius.

Quæ intuitum ſe memorat Zacharias ab ea viſione equitis ſuper equum rufum aſcendentis,

Omnia hæc accepit Vates continuata viſione.

quæ primo capite verſ. 7. incipitur, hæc inquam ad finem vſque capitis 6. putat Arias Montanus meritò, omnia eandem & vnicam eſſe viſionem. Deſignat enim Vates principio diem, horam quin etiam, in qua primam equorum turmam conſpexit. Continuatam verò fuiſſe vſque ad finem 6. capitis eam viſionem, apparet perſpicuè; quoniam ſeruata in omnibus his capitibus continuationis ratio, hæc eſt: *& leuaui oculos meos, & vidi. Et conuerſus ſum & vidi*, aut conſimilis. Id quod ſeruat Propheta, donec initio capitis 7. ad aliam tranſit viſionem, quam habuit poſt duos annos.

Quorum eſt etiã ſenſus cõtinuatus.

Quod ſi hæc omnia viſione eadem continuata reuelata ſunt, eorum quoque ſenſus videtur eſſe debere continuatus; quin rerum, quas Propheta conſpexit, bene magna diuerſitas obſtet. Ergo auſpicatur hanc viſionem ab equorum cœtu. Ad cornua quatuor vnicornis aut Badæ verſu 18. eiuſdem primi capitis tranſit ad fabros totidem verſu 20. Mox cap. 2. ad magnitudinem & felicitatem, in quam erat euaſura Ieroſolyma. In cap. 3. ad veſtes prius deſpicabiles, glorioſas deinde Pontificis Ieſu, ibidem verſu 9. videt ſeptem oculos ſuper lapidem vnum. Candelabrum deinde ſeptem lucernarum, & duas oliuas in capite 4. In 5. ingentem membranam infauſtis Dei imprecationibus contra fures & periuros exaratam. Poſt à verſu 6. amphoram, in quam includebatur mulier; cumque amphoræ os plumbi maſſa ingente obſtrueretur, arripitur ſtatim, & per aëra delata in Senaar collocatur. Prophetæ denique in capite 6. obiiciuntur quatuor equorum quadrigæ, in quo à verſ. 10. agitur de duabus coronis Pontificis Ieſu. Hæc omnia oblata ſunt Zachariæ in hac viſione; ea quidem adeò obuelata inuolucris, vt cùm ex antiquis Prophetis maximè ſymbolicus Zacharias planè ſit, maior ſymbolorum illius pars in hac viſione claudatur. Vt autem percipiatur rectè, eam velut ænigma conſiderare ac diſcutere neceſſe eſt: ænigmatis porrò pars nulla ſingillatim declarata ſatisfacit, niſi appoſitè totum applicetur.

Ipſa hæc omnia recenſentur.

Prophetarum mos.

Ad declarationem præmittendum, quod ſapienter de Iacob prophetia (ſerm. 14. de ſanctis) ſanctus Auguſtinus, Præſentes, inquit, tangens, futura præſpiciens, conſtare quidem eodem modo de antiquis ferè omnibus Prophetis verè dictum. nam omnes ferè præſentia tangunt, & futura proſpiciunt; id autem de hoc ſpeciatim Zachariæ vaticinio veriſſimum eſſe, perquam liquidò apparebit.

Vrbis & tẽpli reſtaurationem tãgit Zacharias.

Aſſero igitur, quod tangit in hac viſione noſter Zacharias, eſſe haud dubiè facinus inſigne, quod Zorobabel dux & Ieſus Pontifex in extructione vrbis Ieroſolymæ & Templi ſunt fortiter aggreſſi quo ei pacto fautures eſſet Deus, peruenturáque adeò ab humilibus initiis ad excellentem maieſtatem ac gloriam. Ponebantur eius ædificij fundamenta mox à Babylonis captiuitate relicta: eius proinde initia exilia fuere & humilia, vicinorum præterea & contemptione & contradictione. Hæc tamen perficere minimè potuerunt, quominus ad eximiam tandem vrbs & Templum inſtaurata æſtimationem & maieſtatem accederent. Tunc finitimi omnes, qui prius tantopere aduerſabantur, manus & colla Ieroſolymæ dederunt, auguſti illius templi religionem venerantes.

At enim hæc vetus ſtructura typus fuit & vm-

A bra duntaxat eius, quod præcipuè verſabat animo Propheta noſter. id certè fuit principia & progreſſus Chriſtianæ Eccleſiæ arcaniſſimè deſcribere, qua ratione, quo conſilio, poſtquam redemiſſet Deus genus humanum, illúdque à myſtica illa captiuitate vindicaſſet, Babylonica auſpicãda foret ſubſtructio ſpiritualis Ieroſolymæ, viuíque templi, quæ Dei ſedes eſt, ſua videlicet Eccleſiæ: quod hoc ædificium mundo obſiſtente vniuerſo, magnáque contemptus & humilitatis ſpecie eſſet inchoandum. Sed demum militantem Eccleſiam de ſuis hoſtibus glorioſè triumphaturam.

Serio prædicit Eccleſiæ ædificationem.

Sub allegoria duplici duplex ſeruata ab Eccleſia bellãdi ratio.

Porro allegorica loquendi ratio, quam perſequitur Zacharias, cùm ad militiam, tum ad ædificium tota reuocatur. qua duplici figura de Chri-
B ſtiana Eccleſia in Scriptura frequentiùs agitur. Ponitur autem, in militiæ allegoria belligerandi artem & rationem duplicem eſſe; alteram, cùm palàm proponitur contrario bellum, vt manus cum manu conſeratur, potentiáque potentiam experiatur: alteram, per ſimulationem, ac quaſi per cuniculos, cuiuſmodi eſt inſidiatum ſtrategema. Quia verò Eccleſia ſuum bellum exorſa eſt tectè admodum, poſtmodum autem aucta iam viribus bellum ſuis aduerſariis idololatriæ, mundanæ ſuperbiæ, & cacodæmoni propalam indixit; idcirco in hac viſione Zachariæ exordium ſumitur ab equis poſitis in ſubſeſſis, per noctem ſcilicet in repoſita valle inter dumeta abſconſis. Id verò negotij confici repræſentatur cap. 6. aperto Marte, &
C vtrinque omni opum vi, hæc enim in bellicis quadrigis repræſentatio eſt.

Qui vehitur equo rufo, Chriſtus eſt.

Eques inſidens rufo equo planè Chriſtus eſt in ſenſu principe; in figura verò Zorobabel. Ac quemadmodum Zorobabel, aut Sacerdos Ieſus in illo ſuo molimine clam bellum idololatris confinibus ciebat, eo ſcilicet conſilio vt eos ſenſim obtineret, atque ita veri Dei cultui ſubiiceret; ita prorſus dux ſapientiſſimus Chriſtus D. eiúſque diſciplinæ manus digniſſima Apoſtoli admirabili ſua doctrina & prædicatione idololatriæ mouebant bellum. Hoc autem principio tectum erat, à quo proinde ſicut nec à ducibus & militibus illius, Apoſtolis videlicet, Martyribus, & reliquis ex quibus exercitus ille conflabatur, parum ſibi
D cauebant Gentiles; illos potiùs vt ſtultos ac bardos, & vt homines ad interitum ſuum properantes reputabant, & vt amentes plectebant. Illi tamen mirabili ac ſapientiſſimo vtebantur ſtrategemate, quo facinus opportunè pulcherrimum perpetrarent, Martyria videlicet fortiter faciendo, viuendo in Angelorum modum, cœleſtia prædicando. Sanctus Ambroſius, rufum equorum colorem Martyribus, Virginibus album, varium Doctoribus accommodat. Id quod typo etiam, Iudæis ſcilicet, conuenit ſuo modo, quippe quibus tolerantia, vitæ innocentia, & cœleſtis doctrina pro inſidiis & ſtrategemate erunt. Sed de colorum ſignificationibus accurate diſſerui Apocal. 6. notat. 5. vbi probaui in colore albo immaculatam
E ſanctimoniam, in rufo ardentem zelum, ſapientiam in vario, in nigro modeſtiam indicari. de quibus aliquid mox adiungetur.

Apoſtolica militia ars.

Cornuum ſignificatio.

Cornua quattuor ventilantia, quæ in viſione ſequuntur, oppugnationem repræſentabant, quæ ab omnibus circumquaque partibus, ortu & occaſu, Auſtro & Septemtrione vrbis Ieroſolymæ ædificio facienda erat. Et vero Chriſtianæ Eccleſiæ extructio ab orbe vniuerſo Principum & Imperatorum opibus quatienda erat.

Quar

Digitized by Google

& fabrorum. Quattuor deinde fabros Vates intuetur. hi ex illis ſunt cogitandi ad contextum, qui ex cornibus atramentaria, vaſáque alia vſibus accomoda, & flores etiam (nam cornua in flores diſcindi, tam eſt antiquum, vt eius artificij mentio ſit in Plinio) elaborant. Id quod ſignificat eleganter, monderaturam ita Dei prouidentiam res, vt ea tempeſtas in Eccleſiæ commodum & gloriam emergeret; quoniam illis tradenda eſſent cornua, qui ea ad miniſteria reipublicæ adaptarent.

In Eccleſia gloriam. His ita adminiſtratis, ſpes de Ieroſolymæ proſperitate adoleſcit, eam nimirum & in gentem & in gloriam promotum iri; ſed Chriſtianam Eccleſiam multo maximè.

& Sacerdotis ſummi. Atque adeò Pontificis Ieſu ſordidam & humilem veſtem cum ornatiſſimo paludamento commutandam.

Ex magnifica ſtructura Templi. Quoniam ex lapidibus & cæmentitia materia ad ædificium coacta templum admirabilis ſculpturæ & maieſtatis foret conſtruendum: talis ſcilicet extructio, qualem neceſſe erat eam exiſtere, in quam intentiſſimi incumbebant ſeptem diuinæ prouidentiæ ſpiritus, & in quam Deus collocare volebat ſuæ potentiæ, ſapientiæ, ac bonitatis ſummam.

Candelabri & ſeptem lucernarum ſignificatus. Ingens porrò decor ac gloria, quam vſus & exercitium catholicæ religionis attulit, in candelabri ſplendore pulcherrimè repræſentatur; lumine vero ſeptem lucernarum gloria & ſplendor ſeptem Dei ſpirituum, quorum in Eccleſia ſparſa per totum orbem tanta eſt claritas.

Duarum oliuarum. In oliuis duabus, inſpecto prius typo, alluditur ad Zorobabelem & Ieſum: his enim, quod ardeat & ſplendeat candelabrum, laus & honor attribuitur; quemadmodum ſplendor & lumen lampadis oliuæ referri debet acceptum. Adumbrat autem hæc figura, Doctrinæ & Exemplo, quæ duæ ſunt Apocalypſeos oliuæ, honorem & gloriam Eccleſiæ Ieſu Chriſti deberi.

Firmato verò iam ac conſtituto publico religionis catholicæ exercitio, eo loci res adductæ fuerunt, & eiuſmodi habuerunt ſtatum vt iam totum Martis negotium à fidelibus ſteterit. Tunc hoſtes vix, aut ne vix quidem illis bellum audebāt denunciare. Propterea, quòd inferebant damnum, non id palàm & æquo marte inferebant, ſed enim latronum & periurorum ritu. Expono quid ſentiam. Qui retinent hactenus aduerſariorum nomen, noſtrique detrimentum, quoad poſſint, præ ſe ferunt, id tamen non æqualitate virium & po-

Fures & periuri de votiuis, qui. tentiæ; hi quidem nominantur appoſitè fures, latrunculi, piratæ: & quod faceſſunt negotij, iure vocatur latronum bellum. Qui verò, tametſi geſtāt inimicos, animos id profiteri non audent; ſed tentant potius amicitiæ ſpecie circumuenire ac decipere, qualis eſt omnium hæreticorum furfur, iſti profectò ſunt falſi fratres, & in eos periurorum nomenclatio belle quadrat. Verùm enim Dei eſt, nunquam non rationibus Eccleſiæ ſuæ proſpicere, propterea dirarum & anathematum edictum aduerſus latrunculos & periuros euulgat.

Vt autem ſupplicium de iſtis ſumendum repræſentetur, impietas Eccleſiæ aduerſaria inſidens amphoræ, (idem eſt amphora & ἀμφορεὺς, quod Hebræum ephi, maior ſcilicet mēſura, noſtratibus

Amphora & plumbi ſignificatio. *media banega*) deſcribitur. Hæc autem vt puniatur, in illam amphoram intruditur, & ebibere cogitur plumbi eliquati talentum. Et quidem hoſtes Eccleſiæ (tam fures prædicti, quam periuri) perſuaſi ſunt, à ſe facere ius & æquum. Vt autem repræ-

A ſentaretur, quàm illi huic ſuæ perſuaſioni affixi ſint; quid quæſo excogitari potuit aptius, quam mēſuræ, quæ iuris & æqui ſymbolum eſt, inſidentem, impietatem deſcribi? Eam deinde intrudi in iſtam menſuram, videtur eſſe profectò, ſic miſeram circumcludi, conuinci, ac deuinciri, vt ne ſui quidem mouendæ, nedum elabēndi, facultas omnino denegetur. Atque ita inde ſibi pudorem ap-

Sui ſimet monimentis opprimuntur improbi. portet, & opprobrium, vnde antea petebat ornamentum, idque ſibi ſit carceri & vinculis, qui male priùs per hominum ora volitabat. atque vnde fulcrum iactabat & vires, inde prorſus frangatur, ac debilitetur. In os porrò liquatum plumbum infundi, non id eſt ſolùm, quòd *omnis iniquitas oppi-*

B *labit os ſuum*; ſed demonſtrat præterea inſignem vltionem, quam exiget ab ipſa iuſtiſſimus Deus. Nam quod ei plumbum in magna copia, ſed verò intra iuſtitiæ præſcriptum (hoc affert deſignatum talenti vnius pondus) infundatur, planè denotat, ſupplicium quidem grauiſſimum, ſed verò iuſtiſſimum fore. quo de plura in Apocal.

Quæ ſint fœmina portantes impietatē. At verò, licèt impietas & improbitas Eccleſiæ aduerſariæ (idololatria nimirum, hæreſis, falſitas, & quæ ſunt huius moleſtrinæ) euictæ, ac reuinctæ, publicè traductæ, adeóque pudefactæ, probè demum malcatæ remanebunt; non deerit nihilominus, qui hanc animatum peſtem ſuſpiciat & adoret. Id ſignificant viſæ à Propheta duæ fœminæ,

C quæ alis præditæ miluinis impietatem per æra ſublata ad cāpum Senaar detulerunt, collocaturæ nimirum perinde quaſi ſtatuam ſuper baſim, vt pro numine habita adoraretur. Fœminæ iſtæ mihi eſſe videntur duplex ea proles ante memorata & latronum, & periurorum. Hi quidem in ſublime elatam, q.d. artibus & fraude mali dæmonis pertinaciáque indefeſſa portabunt, honorémque & adorationem impietatis in ſe recipient. Idque facient ſpecie & obtentu religionis & pietatis, propterea illis attribuūtur alæ ciconiæ. nam Hebræa

Hi ſumunt quidam alam ciconiæ, cur. voce חסידה, quam noſter hîc & alibi vertit miluum, ſignificari ciconiam, multi putant. Etenim hæc colluuies hominum, vt ſe gratos & pios ſuis

D progenitoribus exhibeant, (pietatis enim & religionis nomine, vt ſcil. auitam adorationem tuerentur, impietatis patrocinium ſuſcipiebant. *Habentes ſpeciem quidem pietatis.* Paulus 2. ad Timoth. 3.5. inquit, *virtutem autem eius abnegantes.*) intuiti nullum ſuæ impietati in Chriſtiana religione relinqui locum, in humeros ſublatam transferunt Babylonē, quæ ſcil. ciuitas eſt Eccleſiæ inimica, vt collocatam ibi cultu diabolico proſequantur. Verùm vt paſcitur ciconiæ pietas anguibus & colubris, talis erat pietas idololatrarum, eo ſcil. paſtu ali, quem illis falſæ religionis doctrina peſtilens ſubminiſtrabat.

E Sed tamen vt Vulgata verſio, quæ alas milui prætulit, potior eſt, ita ſenſum habet commodiſſimum. Nam vel ſignificat, ignorantiam, & puſilla-

Sed quid denotent alæ miluinæ. nimitatem, quas duas duæ illæ fœminæ repræſentant, verè eſſe, quæ Deo ſubtrahunt honorem, & exhibent impietati. nam miluus, vt notum, ex volucribus eſt rapacibus. Vel melius, vt puto, illis ideò dantur miluinæ alæ, quia hæ, quippè nigræ, & talis volucris aptæ ſunt ad infelicitatem & miſeriam denotandam, quæ cultores impietatis neceſſariò perſequitur.

Notata alluſio in his duabus figuris ad duos Cherubinos. In alatis his figuris duabus alluſio eſt, vt ego ſentio, ad Cherubinos duos, qui Dei portabant thronum, illícque ſedem & honorem exhibebant. Quòd ſi hi Cherubini duo, maſculi quippè ambo.

bo, diuinitus & illuſtratam mentem, & inflammatum affectum appoſitè repræſentabant; pennatæ hæ duæ fœminæ aptæ erunt repræſentandis ignorantiæ & puſillanimitati: nam vtraque fœmina eſt, & quæ impietatem, id eſt, idololatriam, improbitatem, harúmque dignas aſſeclas honorificè collocat, & veneratur.

Eccleſia denique victoria & triumphus.

Sed enim Eccleſia demum de impietate in orbe vniuerſo glorioſiſſimè eſt triumphatura. Propterea quatuor quadrigæ ſtatim conſequuntur, quæ & bellum acerrimum, & publicam triumphi pompam repræſentant. De coloribus equorum, quæ huc faciunt, pauca ſuperiùs, & locum Apocalypſ. vbi de illis exactè diſputatum, notaui.

& inde Chriſto diademata.

Ex his geſtis præclariſſimis inſigne ac rarum prorſus gloriæ diadema Chriſtus Ieſus nanciſcetur. Quòd autem non vnum, ſed duo ſint diademata, aureum alterum, alterum argenteum; factum id quidem propter duplicem fidelium gloriam adumbrandam, cùm illuſtris doctrinæ, tum vitæ ad omnem virtutis elegantiam compoſitæ. Nam argentum ſymbolum eſt in ſacra Scriptura perfectiſſimæ doctrinæ. *Argentum igne examinatum, purgatum ſepties.* Iam aurum ſymbolum eſſe charitatis nemo neſcit.

Animaduerſa quædam ad textum literarium.

An equorum & equitum in ſignificatione diſtinctio ſit.

Haud eſſe opus inter quos & equites anxiè diſtinctionem in ſignificatione inquiri, & notant plerique interpretũ ad c.1. Zachar. & à me ad c.6. Apocal. probatum. Niſi forte ea cuiquam arrideat cogitatio, vt viri probi ac iuſti ſint currus, & equi, Deus autem, qui inibi vehatur. nam equus pro Dei ad bellum inſtrumento, aptè accipitur.

Quadriga pro exercitu quadrigarũ.

Quòd in cap. 6. dicantur quadrigæ ſex eſſe, fortaſsè non eſt ita ſtrictè intelligendum, vt plures eſſe nequeant, & non potiùs quadrigarum exercitus. Etenim Hebræo nomine, quod vertit Vulgatus currum, collectionem afferri, periti notant. Videri poteſt theſaurus in dictione רכב.

Cur ea dicantur eſſe venti.

Sed dubites, cur aſſeratur in cap. 6. quatuor eas quadrigas eſſe quatuor ventos? Reſpondeo, varias afferri poſſe eius dicti cauſas. Prima eſt, ita ſignificatam earum eximiam velocitatem. Secunda, indicatum eas tendere ad omnes quatuor mundi plagas, vnamquamque ad propriam. Tertia, oſtenſum ea locutione, illas deſeruire Deo, ad ſaluationis ſuorum effectum. Sicut olim fuit ventus ille, qui per medium mare rubrum aperuit viam. atque ea propter venti vt Dei currus Pſalm. 103. 3. inducuntur. Et putat etiam Gueuara in Habac. equorum, qui ſunt cap. 3. eius prophetæ ſignificationem eamdem eſſe. De quorum tamen legitimo intellectu ibi ſatis diſputatum.

Lapis ſuper quem ſeptem oculi, de pretioſo quodam ſtellulis ſeptẽ variegato.

Illos ſeptem oculos, qui ſuper lapidem, de oculis ſeptem expoſui, qui à Propheta viſi fuerunt in lapides coniecti, qui ad Templi ædificationem cogebantur. atque ea videtur ſimplicior, adeóque aptior acceptio. Auctores tamen non deſunt, qui lapidem, de quo ſingulariter Zacharias, pretioſum quemdam interpretentur, quem Ieſus, aut Zorobabel ſtellulis ſeptem diſtinctum geſtaret; ad eum vtique modum, quo ſtellas áureas ſapphiro tribuit Plinius. Certè Nazianzenus referẽs hunc locum, *Sepẽt*, inquit, *oculis Zorobabelis lapis ornatur.* Porrò oculorum nomenclatio in ſtellas minimè adaptatur violentè. Sic enim appellat Plinius ſtellas: & ſic etiam vocat idem notas eas rotundas, quæ in

A pantheris ſunt, & in caudis pauonum. Adiungo à Niceta in illam Nazianzeni 44. orationem dici, Zorobabelem in certo pretioſo lapide, quem in ſuperhumerali poſuit, ſex foramina feciſſe, & gẽmas totidem (vellem dixiſſet ſeptem) inſeruiſſe. Ad hæc tamen obſeruo, ſi de pretioſo lapide agat noſter Zacharias, hunc minimè Zorobabeli, ſed Pontifici Ieſu tribuendum, cum dicat: *Lapis quem dedi coram Ieſu.* Porrò geſtari annulum à Pontifice, (ac præcipuè cuius gemma ſapphirus eſſet) decorum eſt, adeóque apparet veroſimile. Cohæret præterea cum illis capitis 3. 5. *Ponite cidarim mundam ſuper caput eius.* nam capite cidari aut mitra ornato, aptè in digitum cadit annulus cum lapide ſapphiro. Atque id tunc

Quem lapidem in annulo geſtaret Pontifex.

B erit: *Lapis quem dedi coram Ieſu,* lapis nimirum ille pretioſus, quem, quia Pontifex eſt, (nam eſt certè Pontifex auctoritate mea) præ oculis gerit. Præterea veſti pretioſæ ſolet annulus aſſociari. ſic filio prodigo apud Lucam 15. poſt ſtolam primam datur annulus in manum eius. Huc facit illud Iacobi 2. 2. *Si introierit vir aureum annulum habens in veſte candida,* vbi Græcè pro annulo aureo eſt χρυσοδακτύλιος, id eſt, annulum aureum geſtans digito.

De aureo apud Iacobum annulo obiter.

Verum eſt tamen Græco nomine δακτύλιος non ſignificari modo digitum, & in digito annulum, ſed fibulam etiam & quamcumque rem ſimilem. Cardinalis Baronius tom. 1. fol. 170. legendus, vbi affert ex Ioſepho, fibulam auream in veſte geſtare conſueuiſſe affines regis, ſiue eos, quibus ex maC gna gratia rex conceſſiſſet. Miſit ei (dicit Ioſephus 13. antiq. c. 8.) fibulam auream: quod geſtamen ſolis cognatis regis concedebatur. Vnde inquit Baronius decipi eos, qui Iacobi locum de digiti annulo intelligunt.

Ex pretioſa fibula (brocha) qua in cappa de choro, vnde initium habeat.

Forſitan ergo in noſtro Zacharia de gemma in fibula aurea ſenſus ſit, aut capiendus forte Propheta de monili, quod Pontifici penderet ad pectus. Et certè de fibula aurea Ionathæ ab Alexandro conceſſa, mentio eſt 1. Machab. 10. 89. & c. 11. 58. de altera conceſſa eidem ab Antiocho iuniore. ſicut & de conceſſa Simoni à Demetrio c. 14. 44. Et potuit hinc quidem vſus extitiſſe eius fibulæ (*brocha* eſt noſtratibus) pretioſo lapide tectæ, qua ampla Eccleſiæ pallia (*cappas de choro* vocant) exorD nantur. Atque ornatus iſtius vſum ſuſpicor antiquum eſſe; quoniam ea Saluatoris imago, quæ apparuit Romano populo, veſtem noſtris cappis de choro adſimilem geſtat, cámque einſmodi fibula exornatam, vt ex pictura apparet eius temporis antiquiſſima.

Eſſe coram aliquo, id eſt, in manibus.

Qui tamen exiſtimauerint de annulo Prophetam loqui, dicent iidem hoc eſſe, *Quem dedi coram Ieſu.* nam quod in manibus geſtes, id dicare iure præ oculis geſtare. atque idem eſt prorſus, ponere ob oculos, & in manibus ponere. ſic dicitur Iob. 37. 7. *Qui in manu omnium hominũ ſignat,* id eſt, ob oculos ponit. Et Iſaiæ 49. 16. *Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.* idẽ vtroque hemiſtichio affertur: atque ideò eſſe in maniE bus, & coram oculis, idem eſt. Vnde vulgaris eſt locutio, cũ petimus, aliquid dari nobis cernẽdum, dicimus, Rem quæſo oſtende, id eſt, da in manus.

Singularis explicatus ſeptem oculorum ſuper lapidem.

Dicat alius fortaſsè, anguſto illo Ieſu Pontificis tempore, propter inopiam grandis ex auro candelabri, exiguum aliquod adhibitum lapideo fulcro ſublatum: atque id eſſe ſeptem oculos ſuper lapidem, id eſt, ſeptem candelabri lucernas: quoniam ſequenti capite ſeptem lucernis candelabri det textus oculorum nomen. Per lapidem

Digitized by Google

dem verò ſuſtentantem Eccleſiam repræſentari. A

Annulus excogitandus ſculptus. Sed verò, ſi per lapidem hunc ſignificaretur annulus in digito, illum diceremus iuxta antiquam conſuetudinem inſculptum. Porrò de lapide pretioſo, qui Chriſtus eſt, affirmat Deus, illum à ſemet ſculptum iri. quod de paſſionis eius acerbiſſimæ vulneribus explicat S. Hieron. Atque ad hunc intellectum: quod ait Zacharias c.3.v.9. *In die vna*, Hieronymo deſignat ſanctam illam diem, in qua Chriſtus D. mortuus eſt: & abſtulit iniquitatem terræ illius, ſicut adiungit Propheta. Vbi notandum *τò illius* fœmininum eſſe. q.d. ipſiuſmet terræ, in qua talia pertulit. quod emphaticum eſt.



Porrò in pretioſo lapide ſtellulas & ſculpturam coniungi, ad modum in margine deſcriptum, perfacilè eſt. Neque verò non eſſet aptum vt ſtellulis ſeptem, quæ in hoc ſunt annulo Ieſu, ſeptem ſpiritus Chriſti deſignarentur. Præterea, ſuo loco ſatis adſtruxi, ex gemmis Apocalypſeos ſapphirum eſſe, qui ſecundo ſymboli articulo, nimirum: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, correſpondet.

Quæ veſtis in mutatorijs deſignetur. Veſtimentum Pontificis Ieſu pretioſum Hebraicè vocatur מַחֲלָצוֹת quæ vox habetur Iſaiæ 3. 22. & ſignificare dicitur noua, pretioſa ac feſtiua veſtimenta. Græcè legitur poderis, id eſt, talaris veſtis. Certè vel ei tribuuntur ſacerdotalia indumenta, de quibus videnda quæ dixi Apocal. 1. ad illa, *veſtitus podere*; aut paludamentum fortè deſignatur, & veſtis quę noſtratibus dicitur *roçagante*, Vulgata lectio habet *mutatoria*, & mutatoria etiam legimus Geneſ. 42. 22. vbi tamen eſt שמלות vnde fuit vulgare nomen *chamelote*. C

An iidē ſint equi varij & fortes. Quartæ capitis 6. quadrigæ adhibentur *equi varij & fortes*, vt habet Vulg. ſed in Ariæ tranſlatione ſunt: Grandinati fortes, vbi illi deſignantur forte, qui noſtratibus dicuntur *rucios rodados*, equi habiti omnium robuſtiſſimi. At enim haud eſſe videntur iidem qui varij, & qui fortes appellantur. atque ita certè in commentario Arias confitetur. Etenim ſic habet textus: *Varij egreſſi ſunt ad terram Auſtri*. Fortes autem dicuntur ſtatim *ire, & diſcurrere per omnem terram*. Eadem porrò diſtinctio in Hebræo eſt: ſignat enim equos quadrigæ quartæ his nominibus ברדים אמצים. Et ſubdit: Berrudin egreſſi ſunt in terram Auſtri: Amuſſim verè exierunt, vt ambularent terram. Græca etiam ſimilem habent diſtinctionem, vbi quartæ huius quadrigæ equi vocantur *ποικίλοι ψαροί*. & ſubiicitur: *ποικίλοι* egreſſi ſunt in terram Auſtri, *ψαροὶ* verò exierunt in omnem terram. Forſitan ergo ſignificatio eſt, duos ex quatuor equis quartæ quadrigæ, ex iis eſſe, qui vocantur *ποικίλοι*, ſeu *berud-*

Non, ſed diuerſi. *dim*, & Latinè varij, & Hiſpanicè *remendados*, aut *hoveros*: duos verò alteros ex aliis, qui propriè appellantur amuſſim, & Græcè *ψαροὶ*, atque illi videntur eſſe, quos *rucios*, aut *tordillos* vocamus Hiſpani. Nam *ψαρὸς* denotat auem ſturnum; huius autem color idem ferè cum eo eſt, quem in equis *tordillo* nominamus, & aues etiam ſturni ſunt eius coloris qui rucio dicitur.

Notandum item eſt circa hos equos, licèt in Vulg. ſit tam c. 1. quam 6. equi varij, in Hebræo tamen non vnam dictionem eidem Latinæ *varij* reſpondere. nam cùm in 6. reſpondeat, vt vidimus

Diuerſitas equorum in primo c. à 6. ברדים in primo eſt alia, nimirum שרקים. Hac porrò *ſerukim* Ariæ ſignificantur equi nigri. ſed tamen cum Vulgato ſunt Septuaginta, in quibus pro *ſerukim* ſunt *ποικίλοι*, id eſt, varij. Ad hæc, in primo capite ter tantùm ponuntur equorum differentiæ, cùm ſint ſolum rufi, varij & albi: in ſexto autem numerantur rufi, nigri, albi, & varij fortes; varij autem, vt antè dicebam, videntur eſſe à fortibus diuerſi. Dici verò poſſit non ineptè, tametſi fuiſſent iidem equi, quos vidit vtrobique Zacharias; accidere potuiſſe, vt illos melius in ſecundo loco diſpiceret: quod, cùm viſio narrata in primo capite de nocte facta ſit, adeóque obſcurè repræſentata; mirum propterea non fuerit, equos nigros ab ſturninis diſtinctos viſu non eſſe.

In cap. 6. quatuor quadrigæ ventis quatuor *Quam ſit difficilis hæc quadrigarum cum ventis comparatio.* conferuntur: hoc tamen noua in primis ratione. Venti enim quatuor ad quatuor mundi plagas ituri videbantur. At in applicatione, quadriga prima, quæ ruforum eſt (*alazanes* ſunt Hiſpanicè) B omittitur, vt ex textu patet, & S. Hieron. Remig. Lyra, & Arias confitentur. Albi autem & nigri in terram Aquilonarem pergere videntur vtrique. Textus enim inquit: *Equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis, & albi egreſſi ſunt poſt eos.* nimirum eamdem plagam verſus, vt videtur. De quarta demum quadriga pronunciatur: *Varij egreſſi ſunt in terram Auſtri.* Fortes autem *quærebant diſcurrere per omnem terram.* Quid ergo rei iſtud eſt? ecquænam hæc ventorum ratio? vt duo vnus poſt alterum ire pergant ad Aquilonem? Ex pari verò altero, vnus videatur conſiſtere quietus, alter in bigas duas diuidatur, quarum hæc ad Auſtrum, illa tendat in omnem terram? Certè hoc arcaniſſimum eſt; myſterium in ſequentibus notationibus ſcrutabimur pro virili.

Vbi quadrigæ quatuor cum ventis quatuor *Diuerſitas textuum.* comparantur, ſic habet noſtra editio: *Iſti ſunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt ſtent coram dominatore omnis terræ.* Textus autem Hebræus non id videtur præferre, vt veniant venti, quo adſint coram Domino; ſed vt egrediantur potius ab aſſiſtendo coram ipſo. Sic enim reddit Arias: *Egredientes à conſiſtendo.* Pagninus item ſic, *Egrediuntur à loco vbi ſtabant coram dominatore*, &c. Verùm obſcuritas Hebrææ phraſis *egredi ab ſtando*, cauſa fuit verſionis variæ, ſenſum tamen omnium tranſlationum eumdem exiſtimo, de quo in ſequentibus notationibus.

D *Ad viſionis myſterium animaduerſiones.*

In conſtituenda equitum & quadrigarum arcana *Varius quadrigarum ſignificatus.* ſignificatione, multa eſt interpretum varietas. Nam licèt dicat Stunica in cap 6. per quadrigas ex ſententia Hieronymi, & omnium ferè Latinorum deſignari quatuor monarchias; Rupertus tamen aliud quid eius & ingenio & pietate dignum excogitauit, vt quadriga prima Apoſtolorum ſit, ſecunda Pœnitentium, Virginum tertia, ac quarta demum Doctorum & Paſtorum. Et hoc quidem ei ſignificationi congruenter, quam equis & equitibus Sanctus Ambroſius, cuius ſuperiùs meminimus, aſſignauit. Atque ab hac orbita parum deflexit Burgenſis, cui quadrigæ qua- E tuor ſunt quatuor Euangelia. Subdit deinde rufos, eſſe Martyres: albos, virgines: nigros, profundè doctos: varios denique, virtutum varietate diſtinctos.

Iam in equorum & equitum myſterio. putat *& equorum atque equitū.* Lyra, per equum rufum vindictam diuinam de aduerſariis Iudæorum ſumptam deſignari. Sed addit mox, per equos rufos, varios & albos indicari Perſas, Græcos, & Romanos, qui populum Iudæorum afflixerunt. ac ſubdit, per equos

populos

populos ipſos repræſentari, per aſcenſores verò A eorum Angelos. Cæterùm apud Lyram R. Salomon Angelos diuerſorum ordinem paratos ad Dei voluntatem exequendam exiſtimat in hac viſione adumbratos. Eodem pertinet Stunica, cùm inquit idem per hos equos afferri, quod 4. Reg. 6. per illa: *Ecce mons plenus equorum & curruum.*

Auctoris mês. Mihi tamen longè videtur optabilius, ſenſum eumdem in vtroque capite continuatum inuenire, agi propterea cenſeo vtrobique de iiſdem equis & equitibus: ſed priùs, vt dixi, collecti ſunt in inſidiis; poſt verò diſponuntur aperto ac decretorio marte pugnaturi; vnde triumphus extitit glorioſiſſimus. quem ſenſum explico iam.

Hoc vt efficiam, dico priùs, mihi non placere B Stunicam & Riberam, dum per myrtos capite 1. viros iuſtos intelligunt, per equites verò Angelos pro hominibus iuſtis pugnaturos. Sentio enim, licèt ſeorſum vir iuſtus per myrtum, per equites verò Angeli aptè repræſentarentur; cæterùm haud coagmentari concinnè has duas tranſlationes. Etenim ad gerendam myrtorum curam, minimè apti ſunt equites diſcurrentes hac illac, ſed qui hortos colunt, aut agros. Ea propter

Equites & equi inter myrteta inſidias parant. aſſirmo, illud mihi eſſe maximè veroſimile, quod hæc equorum turma, ſeu equitum cohors latitans inter myrteta, quæ erāt in profundo, appoſitiſſima ſit ſtrategmatis inſidiarum repræſentatio. Nam vt eiuſmodi equi ſeu equites latitarēt inſidiis ſtruen- C dis, nullus excogitari poſſe videtur locus aptior, quam repoſita ſecus fluuium vallis dumis grandioribus implexa. Et dumi quidem vocantur propriè lentiſci, ſyluestres ſalices, aut myrti, & eiuſmodi ſylua aptior eſt vt te abſcondas, quam arbores maiores. Scitè Virgil. in 6.

Myrtea circum ſylua tegit.

Ad opprimēdos hoſtes populi Dei imparatos. Horum porrò ea eſt ſignificatio, nimirum, tametſi populi Iſraëlitici hoſtes cogitarent, nihil eſſe, cur ab eo ſibi cauerent; diuinam verò prouidentiam paratum ipſis habere ſubſeſſarum ſtrategema, quo eos ſic oppugnaret vehementer, vt & in ipſos vlciſceretur abundè, & ſui populi rationibus cumulatiſſimè prouideret. Illud verò D quod dicitur cap. 1. verſ. 10. *Iſti ſunt, quos miſit Dominus, vt perambularent terram.* Ac mox: *& ecce omnis terra habitatur & quieſcit*, accipiendum videtur ad eum modum, quaſi manus illa, qua hoſtes eſſent inuadendi, ex hominibus foret regionis inimicæ peritiſſimis, immò & in ea functis ſpeculatorum munere, quam & perluſtrauerint oculis, & hoſtes negligenter ac ſocorditer agere conſiderauerint. Prætetea, totius primi capitis ſeries manifeſtè demonſtrat, eum, de quo agitur, exercitum, inſtructum fuiſſe, ad inſignem quamdam impreſſionem faciendam, de repentè irrumpendo in hoſtes populi Iſraëlitici, huicque inſigniter opitulando. Nam quid aliud ea præferunt verſ. 15. *Ira magna* E *ego iraſcor ſuper gentes opulentas.* & ſtatim verſ. 16. *Reuertar ad Ieruſalem in miſericordiis, & domus mea ædificabitur*, &c.

Equitum vera & Chriſtiana ſignificatio. Ad eum verò intellectum, quem ego ſequor, haud erat ea cogitatio inconcinna, quæ placet, vt ante memoraui, quibuſdam interpretibus, vt hæc eſſet quædam repræſentatio cœleſtis militiæ, Angelorum, ſcilicet per equites, & Michaëlis per equitum ducem. Arridet nihilominus, quod dixi, magis, quippè quod aptius mihi videatur, vt per militiæ huius Imperatorem intelligatur Chriſtus Dominus, & per equites alios, Apoſtoli, Apoſtolici viri, ſiue miniſtri Ieſu Chriſti, eius Euangelij buccinatores, ſicut Apocalypſ. 20. philoſophatus ſum.

An ſit proprium ſignificatum ſingulis coloribus. Quod autem ad colorum ſignificationē ſpectat, vt ad eorum vnumquemque ſigillatim deſcendatur, Stunicæ non placet, ſed vt per colores diuerſos diuerſa miniſteria repræſententur. Cæterùm Ribera cum cæteris putat ad ſingulorum colorum ſignificationem deſcendere, opus eſſe. Ego item dicerem, propriam ſingulis ſignificationem competere; illorum tamen non ideò factam fuiſſe diſtributionem, quod vni equo conueniat vnus color, alter alteri, ſed propter picturæ commoditatem; cum tamen conueniat vnicuique, quod indicant colores omnes. Ad eam, ſcilicet rationem qua paſſionis Chriſti D. ſtemmata & inſignia in varios Angelos ſolent diſtribui, appingendo huic coronam ſpineam, illi flagellum cruentatum, aliis alia, non vtique quod omnia non ſuſpiciant omnes.

Ille verò quinam. Aſſero igitur colorem album ſymbolum eſſe candidæ ac innocentis vitæ; zeli diuinæ gloriæ, rufum; varium, multiformis ſapientiæ; ac nigrum denique ſymbolum eſſe modeſtiæ. Cauſas harum ſignificationum & probationes hîc non exhibeo, ne actum agam, quoniā id ſeriò feci notat. illa 5. ad caput 6. Apocal. Vbi etiam expendi, cur noſter Zacharias colorem nigrum intulit in 6. cap. quem omiſit in primo. Et quidem, quas adapto coloribus ſignificationes, cadere in eum exercitum appoſitiſſimè, quo Deus eſt vſus, ad inferendum mundo, carni, & diabolo bellum facilè quicumque exiſtimabit. Ecquæ enim aptiora huic eſſe, ctui arma quam vitæ integritas, zelus gloriæ diuinæ, ſapientia multiplex, ac modeſtia humilis?

Diuerſa nec inepta cogitatio. Et aliquis fortaſsè cogitaret, colore nigro inimicis denunciari funeſtum interitum; huncque ideo omiſſum in 1. cap. quia eadem ferè illius & rufi ſignificatio eſt: vtrumque autem expreſſum in ſexto, ad denotandum planè Babylonis omnimodum excidium. Poſſet item quis dicere, colore albo Chriſti militibus felicitatem ac triumphum portendi. Superior autem horum colorum ſignificatio eſt, quam germanam cenſeo. propterea quæ attuli citato Apocalypſeos loco. vbi colore vario ſapientiam multiformem (quod magis apparebat difficile) ſignificari, ſatis adſtruxi. vbi item ex adhibita colorum ſignificatione rationem reddidi, cur Imperator idem Chriſtus Dominus apud Ioannem Apocal. 19. 11. albo equo, apud Zachariam vero rufo (alazan) inſideat.

Equitum & equorum ſignificatio. Ad hæc autem aduerto, quamquam neceſſe non ſit, equum ab equite in ſignificatione ſecernere, poſſe nihilominus conſiderari, equites eſſe Chriſtum & ipſius miniſtros; (hi ſunt videlicet, qui virtute immenſa conflixerunt cum aduerſariis copiis, quas tres illi duces famoſiſſimi diabolus, mundus, caro moderabantur) equos autem facta illorum admiranda, & argumenta præcellentis virtutis, quemadmodum in Apocalypſi latiùs explicaui. Huc ſpectat illud Habac. 3. *Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.* Vbi notandum, vt Imperatorem atque equitem induci ab Habacuc Deum. Vt enim eius facinoris, ſcil. humanæ ſaluationis diuina prouidentia eſt princeps cauſa, cuius inſtrumenta ſunt humanitas Chriſti D. aliique Dei famuli, optimè vtrumque cohæret, per equites nimirū deſignari & prouidentiam diuinam, vt cauſam principalem, & Chriſtum hominem, eiuſque in hoc opere adminiſtros, vt inſtrumenta ipſius Dei. Notandum item

Digitized by Google

item ex prædictis verbis Habacuc, eo ſpectare Dei bellig[e]rationem, vt de hominibus bellè mereatur: propterea hæc illius percuſſio & occiſio, ſanatio eſt ac viuificatio peccatorum. de myſticis enim bello & vindicta ſermo eſt.

Difficultas ex diuerſa explicatione colorum hic & in Apoc.

Sed ex dictis difficultas exiſtit, quòd aſſignata horum equorū coloribus ſignificatio ab ea diſcrepet, quam iiſdem Apoc. 6. attribuebamus. Per colores enim in Apoc. intelleximus exteriorem ſpeciē, qua dotes præclariſſimi principis, nimirum Virtus, Beneficentia, Æquitas, Sapientia obuelantur. Propterea diximus ſignificari colore albo ſalutarem intellectus captiuitatē, ruſo arduo, mentis ſpiritus, nigro humilitatem paupertatis, ac demum pallido contemptū mortis. In Zacharia verò licèt non diſcrepemus in colore ruſo: in albo aurē & nigro diſcrepamus: nam pro pallido Ioannis ille varium adhibuit, vbi ratio diuerſitatis quærenda eſt.

Expeditio illius.

Verùm hæc, quę prima frōte videntur diſſentire, ſi aſpiciantur penitus, apparebit cohętere illa optimè, eumdémque finē reſpicere. Etenim in Zacharia nō eo habetur præcipue in equorum coloribus reſpectus, vt diuerſa ſpecies ac imago, qua Deus vtitur in ſuorū operum molitione, repræſentetur; ſed vt ſignificetur facinus ipſum, & rei ſubſtantia. Hoc verò vt ſub figura militantium ſeruorū Chriſti adūbraretur, quod conuenientiſſimū fuit, colores equorū accipere declarata ratione, quippe quæ in eā figuram concinne, niſi fallor, adaptetur. At in Apoc. hæc cogitatio & figura ſermonis attollitur multo magis, & facti ſpecies ac imago eſt, quæ pręcipuè attēditur. Hac de cauſa arcanis quattuor animalibus equi quattuor aſſociātur: Leoni, qui Virtutis eſt ſymbolum, is equus, in quo minus eſſe cogitatur virtutis ac roboris, albus ſcilicet boui, ſymbolo beneficentiæ equus ruſus, qui minus habet mititatis, ſed eſt potius rigoris & crudelitatis imago: homini, qui æquitatem repræſentat, equus niger aſſociatur, qui magis videbatur alienus ab eo homini affectus: poſtremo Aquilę, quæ ſapientiam figurat, eius coloris equus, qui deſpicabilior eſt, pallidus nimirum.

Facit Zacharias.

Cur equum varium Zacharia mutat in pallidum Ioannes.

Vnde conſtitit ſatis iam, cur varium colorem in pallidum commutarit Apocalypſis; varius enim ad deſignandam ſagacitatem & prudentiā aptus erat; at ibi ſpecies nō dabatur huius effectus, ſed potiùs inſipientię & tarditatis. Alios verò colores tres cōmutari neceſſe non fuit, ſed vnumquemque ordinatè collocari. id enim requirebatur tantum ad concinnam proportionem. Etenim in Zacharia ad minitandum hoſtibus, concipiendamque de victoria, atque adeò de felicitate ſpem, apti fuerūt equi ruſus, niger, & albus. Iidem etiam ad Apocalypſeos inſtitutum appoſitè venerunt, vbi rigor & aſperitas equi ruſi bene diſſimulat beneficentiam; nigri obſcuritas æquitatem: albi demum remiſſio virtutem ſummam.

Quadriga ſymbolum triumphi.

Supereſt demum, vt ad quadrigas cap. 6. Zachariæ tranſeamus. At circa eam repræſentationem præmittendum, quod eſt antiquariis notiſſimum, quadrigam ſymbolum eſſe triumphi. Propterea, vbi in vetuſtis numiſmatis ſculpta eſt quadriga, ibi certus eſt ſignificatus triumphi. Quis igitur non videat eadem in Propheta noſtro vti potuiſſe Spiritum S. ſignificatione? cùm præcipuè celeber fuerit in bellis quadrigarum vſus, quod vel ex noſtro Zacharia cap. 9. & Nahum 3. conſpicuum eſt: & triumphus diuinæ prouidentiæ peragatur poſt bellum myſticum.

Aſſero igitur conſtanter conuenientiſſimū fuiſſe, vt poſt repręſentatum in cap. 1. quem Deus con-

A tectū dumis, ad belligerandum cum ſuis hoſtibus, apparatu habebat; poſtmodū in 6. capite, ad repræſentandam victoriam ac triumphum diuinę prouidentiæ, iidē primi capitis equi depingerentur, ſed tamen facti iam curruum & quadrigarum iugales. Quòd autem quadrigæ ſignate nominentur quattuor; id verò eſt concinne accommodati vaticiniū figuræ, hoſtium nimirum olim Dei populum vndequaque infeſtantium, ab Auſtro, ab Aquilone, ab occaſu, ab ortu. Vt igitur victoriæ ac triumphi, quem de hoſtibus cunctis ſui populi reuexit Deus, fieret repræſentatio, quid quæſo adhiberi potuit aptius, atque quadrigas quattuor, quattuor iridem cardinalibus ventis correſpondentes? Iā vero, qui neſciat Ieroſolymā ab hoſtibus ſuis quadruplici ex

Eccleſiæ perſecutiones & victoria gra-phicè adumbrata.

B latere oppugnatā, expreſſum eſſe typū Eccleſiæ ab orbe vniuerſo ſæpiſſimè exagitatæ, & concitatū in ipſam vndique procellarum, ecquis nā eſſe queat.

Prædicatio Euangelij cur ventis quattuor cōparata.

Quod autē de quattuor his quadrigis ita loquatur Propheta: *Hi ſunt quattuor venti cæli*, planè denotat, quemadmodum venti, vbi Dei iuſſus adeſt, commouent tempeſtatē, qua labefactant ac diruūt quidquid illis obuium eſt; ita prorſus omnipotentem Deum in omnibus quattuor mundi plagis euerſurum atque extincturum idololatriam, ac de ſuis hoſtibus quamlibet obnitentibus media prædicatione Euangelij glorioſiſſimè triumphaturum. vbi ad illud Pſalmi: *Qui facis Angelos tuos Spiritus*, alluſio eſt.

Quid ſuppetiat vires Euangelij prædicationi.

Illud verò quod textus habet in noſtra editione, vētos egredi: *vt ſtent corā Dominatore omnis terræ*, ac-
C cipiendum in eū ſenſum (quod vidimus in ſuperioribus notis) vt exeāt ab ſtando ſeu ab aſſiſtendo coram Deo, huius eſt ſignificationis, nimirum, totum hoc bellū potentiſſimi Dei virtute geri; ſed tamen Chriſti D. ſeruorúmque ipſius fuſa ad Deum precatione interueniente. Propterea hoc fuit inuentum admirabile, vt quadrigæ dicerentur aſſiſtere coram Deo, atque inde egredi ad aggrediendos & proterendos Altiſſimi aduerſarios.

Pręterea animaduertendū, licet olim Ieroſolyma vndique paſſa fuiſſet ab hoſtibus ſuis obſidionem; meam tamen poſt captiuitatem ab Aquilone & ab Auſtro oppugnationis cauſa exercitus conductos fuiſſe, à regibus nimirum Syriæ & Ægypti, vt ex cap. 11. Danielis manifeſtū eſt: ſed bellum grauius
D ei vtbi illatum fuiſſe ab Aquilone. Hoc igitur reſpiciens bellum, quod perſecutionum, quas in gentes ſuſtinuit Eccleſia, typus expreſſus fuit, eique locutionem accommodans Propheta inquit: *I qui nigri egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt eos.* vt ſignificaret videlicet, equorū nigrorum quadrigam, qui modeſtia ac demiſſione animi præcellentes funeſtū interitum inimicis minitabātur, & albōrū quoque, qui immaculatæ vitæ candore felicitatē victoriæ populo Dei pollicebātur, reportaturā hauddubiè quadrigam vtramque de perſecutionibus Eccleſiæ nobiliſſimum triumphū. Et conuenit quidem ex amuſſim cum his Za-

Cur nigri & albi equi tendant ad Aquilonem.

E chariæ myſticum Romæ excidium, quod tantopere extollit Apocalypſis.

Romani per Aquilonares indicati.

Adiungit deinde Propheta: *Ecce, qui egrediūtur ad terrā Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.* q. d. afficiendū magna conſolatione Deum ex ea victoria: quia ſcil. eius victoriæ futurus erat exitus, vt Deus ſuum illis impartiretur ſpiritum, qui Aquilonarium typo continebantur, Romani videlicet, & eiuſmodi vehementes perſecutores Eccleſiæ. Atque hoc idem eſt, quod innuunt arcane illa verba: *Requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.*

Viſio

Digitized by Google

Cur non viſa quadriga petentes ortũ & occaſum.

Victoriam de aduerſariis vniuerſis, qui vndequaque populum Dei obſidebant, partam denotabant quattuor illæ quadrigę. Veruntamen vbi Vates ad exponendum acceſſit, quid perfecerit totus ille apparatus, neceſſe non fuit, legare quadrigam vnam ad Aquilonem, alteram ad Auſtrum, tertiam ad Orientem, & quartam ad Occaſum. nam vt debellarentur aduerſarij omnes, de præcipuis eorum triũphare, ſatis fuit. Capitibus enim debellatis iã, conſecutum eſt, vt reliqui omnes manſiſſent ſuperati In figura igitur, quæ hoſtes Ieroſolymæ concernit, pro comperto relinquitur, bellum Aquiloni & Auſtro directe inferri. Atque hæc cauſa eſt, ob quam non meminerit Vates paris alterius quadrigarum, huius quæ ortum verſus, & huius quæ occaſum contendat.

Cur omiſſum quadriga quarta iter.

Porro de ruforum quadriga, quorſum illa tetenderit, ne verbũ quidem intulit Propheta. Reddunt communiter interpretes cauſam, quoniam illa ſignificabat Chaldæorum imperium, quod iam tunc euerſum erat. Sed equidem in noſtra explicatione hanc inuenio rationem. Hæc ruforum quadriga illa eſt, quæ ferebat Imperatorem: id patet ex c.1.8. *Ecce vir aſcendens ſuper equum rufum*, Imperator autem, vt vidimus, Chriſtus eſt. Atque idem plane eſt Chriſtus, qui in triumphis ſuorũ famulorũ omnibus per ſui virtutẽ ſanguinis glorioſiſſimè triumphat. Atque ita quoquo nigrorum quadriga & alborum contendunt; eodem omnino, imo & præeuntem contendere quadrigam ruforum, pro explorato relinquitur Legendum ad rem id cap. 20. Apocal. vbi omnes qui occumbunt, occumbere dicuntur Imperatoris enſe iugulati.

Triumphant Chriſtus in omnibus ſuorum triumphis.

Equo ruſo hic inſidet Chriſtus, albo in Apocal. cur id.

Cur autẽ vectus albo equo apparuerit Chriſtus Apoc.20. rufo verò in præſenti, diximus ad illum locum. Ea ratio pro Zacharia placeat cuipiam fortaſſe, quod rufo congruat ſignificatio roboris, idcirco hic Chriſtum rufum conſcendiſſe, vt oſtenderet, ſcilicet ſui ſanguinis immenſam virtutem eſſe, quæ perfectam daret tam admirabilem victoriam. Sed quod dixi in Apocal. arridet magis.

Vt Deus capit ſapientes.

Quòd equorum variorum quadriga in Ægyptũ miſſa fuerit, in ea quidẽ legatione videtur ſupponi, habitos pro ſapientibus Ægyptios. Et quoniam aſtu agendũ cum aſtutis, ideo varij cum Ægyptiis congrediuntur. nam is color, vt probauimus, indicat Dei ſapientiam multiformem, quem nominant quidam ex noſtris aſtutiam. apte hoc nimirum ad illã Dei apud Iob 5.13. quam refert 1. ad Corinth. 3.19 Paulus gloriationem: *Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.* In quo prodit Deus ſuam in nos charitatem. nam habet & charitas ſuas aſtutias. Ad hoc tamen obtinendum quadriga tota neceſſaria non eſt neque enim neceſſe habet Deus ad ſuperandam hominum aſtutiam, totam aſtutiæ vel ſapientiæ ſupellectilem, qua ſua prouidentia vtitur, conferre: exigua quidem illius ac minima pars ſatis eſt ſuperque. Maior autem vis ac maior aſtutiæ diuinæ potentia ad triumphandum de orbe terrarum vniuerſo, atque id media quidem perſecutione ac tempeſtate, quàm orbis ipſe multiplicem contra Eccleſiã concitaturus erat, reſeruatur. Atq; hunc equidem ſenſum ſeu myſterium eius eſſe, exiſtimo, quod, vt ſuperius notabamus, in quadriga quarta textus deſcribit: cuius equi, ac minus quidem fortes mittuntur in Ægyptum, fortiores verò in omnem terram.

Mitti eques quadriga quarta ad varia loca, quid clamdat.

Duo montes ærei Iudæi & Gentiles.

Illud demum expendendum eſt, quid deſignent duo montes ærei, vnde quattuor has quadrigas exire, aſſerit Propheta. Et probabile quidem eſt, his montibus Iudaiſmum & Gentiliſmum deſignari. Hi enim vtrique immane bellum inferebant Eccleſiæ, connixi vehementer pertinacia ac ſuperbia obſcurare illam ac penitus obruere. Sed enim ipſa de medio horum montium æreorũ egreſſa eſt, de medio quippe illorum Euangelij buccinatores exierunt, euaſerúntque victores, ea montium molle obnitente quantumlibet ac repugnante.

Id adſtruitur.

Nonnulla ſunt quæ fauent huic explicationi. Primum, ſuperbos frequentiſſimè intelligi in Scriptura per montes, vt notatum habent apud Lauretum in Sylua Origenes, Hilarius, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus. Apud eundem per montem illum Daniel.2. vnde præciſus eſt lapis, Origenes, Hieronym. Aug. & Greg. intelligunt regnum vel populum Iudæorum. Eodem facit, quod per montes, vt auctor idem ex multis Patribus probat, potentia ſæculi & regna mundi deſignantur. Quare per hos duos montes æreos indicari poſſe ſuperbiam ac potentiam mundi, Lyranus & Rupertus teſtantur, quos citat idem Lauretus verbo *Æs* in margine, & ſimiliter verbo *Mons* in fine. Non abit hinc Arias, cui duo montes ærei ſunt duo fundamenta imperiorum, conſilium, ſcilicet & virtus. Iuuat etiam, quod montes ærei ex proprietate vocis *nehoſſeth*, vt aduertit Arias, propriè ſunt chalybei. Et verò chalybs confert apprime ad duritiam & obſtinationem repræſentandam.

Æs quid repræſentet.

Hi demum montes duo, iactantiæ nimirum Iudaicæ, & arrogantiæ ethnicæ contra Euangelium obarmati appoſitè concipi videntur ærei. Æs enim allegoricè deſignat bellica inſtrumenta, vt confirmant allegoriarum tractatores. Quod item cùm ob ſuam eximiam duritiem, tum ob ſplendorem quem habet eiuſmodi, vt aurum ſoleat ære adulterari, natum eſt ſymbolum & eorum, qui in malitia obdurauerunt, & ſpeciem item repræſentat veritatis adulterinam, propriam vtique Iudæorum & Gentilium, qui Eccleſiam perſecuti ſunt. Vbi illud Pauli recolendum. *Nos prædicamus Ieſum Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.* Ergo hi duo montes & tenebras offundere Euangelicæ prædicationis radiis, & eam omnino opprimere contendebant.

Porrò circa figuram horum montium, qui Euãgelij luminibus obſtruere conabantur, Syriam videlicet & Ægyptum, aduertendum, fuiſſe hæc duo regna, quæ Ieroſolymæ exacta captiuitate Babylonica, vnum hinc, inde alterum, vehementer obſtiterunt. Quibus bellè conuenit, montes æreos appellari, quippe quæ Græci imperij regna ambo ſint. Imperium autem Græcorum per æs fuiſſe deſignatum in ſtatua celebri Dan. 2. Hieronymus & Ricardus voluerunt. vide Syluam allegor.

Diuerſa montium expoſitio.

Ego tamen nihilominus neſcio an alius ſit mõtium iſtorum aptior intellectus. Certè per illos, vnde equi & equites quaſi ex aſylo prodeunt, haud intelligerem inimicas huic exercitui gentes; ſed præſtare puto, vt montes hi cum equis & equitibus conſpirent contra hoſtes Eccleſiæ. Quid verò tum montes ſignificent, facile erit doctis exiſtimare. Ruperto quidem, Lyræ, ac Burgenſi duo hi montes ſunt duo teſtamenta. Vnde ſumpſit hæc in Sylua verbo *Montes* Lauretus; Montes ærei, duo teſtamenta, vnde prodeunt prædicatores. & poſuit in margine, vtrumque teſtamentum.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Locorum Scripturæ ſanctæ, qui connexi cum præſentibus explicationem acceperunt.

Ex Geneſi.

Cap. 20. v. 16. *HOC erit tibi in velamen oculorum.* 205.1.*b*

Ex Exodo.

28.33. *Deorſum verò ad pedes tunicæ,* &c. *quaſi mala punica facies.* 185.2.*e*

Ex Leuitico.

23.40. *Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ.* 247.2.*b.& ſeqq.*

Ex II. lib. Regum.

13.18. *Induta erat talari tunica.* 230.2.*b*

Ex II. lib. Eſdræ.

8.15. *Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi.* 247.2.*e.& ſeqq.*

Ex lib. Iob.

3.8. *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* 29.3.*a.& ſeqq.*

11.17. *Orieris vt Lucifer.* 101.2.*c*

40.18. *Ecce, abſorbebit fluuium, & non mirabitur.* 230.1.*d*

Ex Pſalmis.

1.1. *Beatus vir qui non abijt,* &c. 123.1.*b*

15.10. *Notas mihi feciſti,* &c. *Delectationes in dextera tua.* 230.1.*a*

18.8. *Conuertens animas.* 236.1.*c*

19.6. *In nomine Dei noſtri magnificabimur.* 191.2.*e*

21.22. *Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.* 26.1.*d*

28.6 *Comminuet eas tamquam vitulum,* &c. 17.1.*a*

33.11. *Diuites eguerunt.* 268.2.*b*

38.5. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum,* &c. 127.1.*e*

57. *Titulus: ſecunda Sabbathi.* 63.1.*a,b*

11. *Secundùm nomen tuum Deus,*&c. 52.1.*a*

61.5. *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti,* &c. 132.1.*e*

65.3. *Mentientur tibi inimici tui.* 133.2.*b*

67.18. *Millia lætantium.* 266.1.*d.*281.2.*c*

34. *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.* 48.2.*a*

71.6. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus,* &c. 134.1.*a.& ſeqq.*

15. *Adorabunt de ipſo ſemper.* *ibid.*2.*a*

16. *Florebunt de ciuitate.* *ibid.*

20. *Defecerunt laudes,* &c. *ibid.b*

72.5. *Cum hominibus non flagellabuntur.* 22.2.*a*

73.14. *Tu confregiſti capita draconis.* 32.2.*e*

77.69. *Ædificauit ſicut vnicornium,*&c. 17.2.*a.b*

79.17. *Incenſa igni & ſuffoſſa,* &c. 135.2.*d*

80.10. *Inimici Domini mentiti ſunt,* &c. *ibid.e*

83.6.7.& 8. *Beatus vir, cuius eſt auxilium,* &c. 136.1.*b*

84.14. *Iuſtitia ponet in via greſſus ſuos.* *ibidem d*

89.1. *Oratio Moyſi hominis Dei.* *ibid.*2.*b.& ſeqq.*

4. *Quoniam mille anni,* &c. *ibid.d.& ſeqq.*

10. *Dies annorum noſtrorum,* &c. 137.1.*b.& ſeqq.*

15. *Lætati ſumus,* &c. *ibid.e.& ſeqq.*

92. *Vitulus in die ante Sabbathum.* 63.1.*b*

4. *Mirabilis in altis Dominus.* 302.2.*c*

124.5. *Declinantes in obligationes.* 142.1.*d*

126.1. *Canticum graduum.* *ibid.*2.*b*

127.3. *Vxor tua ſicut vitis.* *ibid.e*

149. *Summatim expoſitus.* 282.*b*

Ex Prouerb.

3.8. *Sanitas erit vmbilico tuo.* 23.1.*b.*229.2.*e*

16. *Longitudo dierum in dextera eius.* 193.1.*e.*230.1.*b*

8.22. *In initio viarum ſuarum.* 25.2.*d*

20.10. *Pondus & pondus, menſura & menſura*

Digitized by Google

uara: qui adiungit, nomine quadrigarum & equorum ſignificari omnigena ac fortiſſima pugnæ inſtrumenta, quibus Deus validiſſimè decertabat.

At verò prædicta ad ventos & nubem alluſio, quæ fuerunt Deo pro equis ac quadriga, videtur eſſe manifeſta. Cæterùm in principe intellectu, aduentare ad ſuos ſaluandos Deum, hi enim verò equi illius ſunt, & hæc quadriga; neque aliis ſiue equis, ſiue quadrigis opus, hoc adſtruximus ſatis Apocalypſ. 6. Atque id prætereà euincitur, quoniam eo etiam articulo, quo Iordanis traiectus eſt. concipit Habacuc Deum equis & curribus ſubuectum: atqui ſciſſas tunc fuiſſe aquas, non effectus fuit venti præualidi, ſed Sacerdotum & Arcæ in flumen ingreſſionis. Vt proptereà ex arca teſtamenti conſtruxerit ea occaſione Gueuara quadrigam Dei.

Venire Deum ad ſaluandũ, eſt eum equis & quadrigis uti.

Quod autem ad Grammaticam ſpectat, haud videtur ferri dumtaxat Habacuci cogitatio ad vnum aliquem equorum quatuor, quo veheretur Deus, currum; ſed ad copioſiſſimum potiùs equorum, & quadrigarum exercitum, quibus Angeli, qui comitabantur Deum, inequitarent. Hoc probat, cùm nomen quadrigarum, maioris videlicet etiam Hebraicè numeri; tum etiam quoniam exiſtimandum eſt, & eumdem Deum, & comitatum illius eumdem ad Iordanis tranſitum adfuiſſe, qui prius cùm in Sinai exhibita fuit lex, apparuit. Deum autem, cùm propter legem deſcendit, cum innumeris Angelorum copiis apparuiſſe, Moyſes confirmat: *Et cum eo*, inquit Deuteronom. 33. 2. *Sanctorum millia.* de quo item Propheta, Pſalm. 67. 18. Et facit quod ad ſaluandum Eliſæum non vnica adfuerit ſolùm quadriga, equorum quin imò, & curruum, ac igneorum quidem exercitus: ſed mentio præcipuè fuit quadrigæ Dei, quippe cui comitarentur cæteræ & obſequerentur.

Frequentem Dei comitatum indicat Vates.

9. *Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum; iuramenta tribubus quæ locutus es: Fluuios ſcindes terræ.* Huius verſus intellectus eſt: depugnaturum pro ſuo populo Deum, vt is, Chriſtiani ſcil. primitiui victoriam obtinerent. Portò belligerari Deum ſuo arcu eſt, multos ad ſe conuertere ſuorum inimicorum, iuxta illud Pſ. 44. 6. *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, in corda inimicorum regis.* vide Apocalypſ. 6. in primo ſigillo. Quod verò additur: *Iuramenta tribubus quæ locutus es*, ſignificat, Deum, pugnando pro ſuo populo ſtare promiſſis quæ fecerat, & in Exod. 14. 14. in illis, *Dominus pugnabit pro vobis*, & in Deuteronom. variis locis cap. 1. 30. cap. 3. 22. & cap. 23. 10. Addit textus: *Fluuios ſcindes terræ*, q. d. Hoſtes quidem ſagittis petes; at amicis mare & flumina aperies, vt ſuum iter ſine difficultate perficiant. vide Apocalypſ. 16. in plaga ſexta. Ea demum phraſis: *Suſcitabit arcum* eſt, inſtaurabis admiranda facinora, quæ pro tuo populo pugnans perpetrabas. vide Exod. 14. 25. *Dominus pugnat pro eis.* & Ioſue 10. 42. *Deus Iſraël pugnauit pro eo.*

Qualis Deus in hoſtes, qualis in amicos.

10 *Viderunt te, & doluerunt montes: gurges* (Hebraicè. *inundatio*) *aquarum tranſiit. Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas leuauit.* Oratoria penè dicendi vi perſuadere nititur Gueuara, poëticam in his deſcriptionem eius exhiberi facti, quod Deus in Iordanis fluentis deſignauit: cùm ita diuiſæ ſunt vndæ mirabiliter, vt hinc fluctus alij coaceruati aliis montis præferrent

An hæc ſit deſcriptio diuiſi Iordanis.

A ſpeciem; illinc decurrebant celeriter. ac ſic, gurges aquarum celerrimè tranſiit verſus mare mortuum. Interim autem tam ingentem ſtrepitum auditum fuiſſe, vt vociferari videretur abyſſus; tunc item cernere fuiſſe conflictum inter fluctus aquæ conglobatæ: viſas demum vndas ipſas in ea pugna tendere in cœlum ſupplices manus.

Verùm enim liberiora ſunt hæc in textum aliquanto; ſatiùs mihi multo eſt, vt deſcribi cogetur in his verbis inſanam Romanorum Imperatorum contra Eccleſiam tempeſtatem, quod cernerent adiungi ad vexilla Chriſti complures. vide Apocalypſ. 6. in plaga ſexta: vbi poſtquam B exaruit flumen, & Reges Orientis tranſgreſſi Babylonem inierunt; alia deſcribitur horribilis procella ea occaſione contra Chriſtianam Eccleſiam ſtatim commota. Ad hunc igitur ſenſum multo profectò commodiùs aptatur noſter textus. Expendat prudens: *Viderunt te, & doluerunt montes.* montes ſcilicet Romæ, & imperij illius principes conuiti depugnare pro ſuis, vt videbatur, Chriſtum: quos vehementiſſimè id, quod videbant fieri, afficiebat, fremebant ſcilicet præ indignatione, donec tandem, crumpentibus immani impetu fluctibus repreſſæ iræ, Eccleſiam ſubmergere, ac obruere conati ſunt: gurges vel inundatio aquarum tranſiit, perinde quaſi quis rumpat eos aquarum obices, quos ap- C pellant *dicos.* Huc pertinet Apocal. 12. vbi draco miſit ex ore ſuo poſt mulierem aquam tamquam flumen.

Vel ethnica Roma ſæuitia in noſtros.

In illis quæ ſequuntur; *Dedit abyſſus vocem ſuam*, Inſanire videlicet flumina ac mare ipſum viſa ſũt. ad formidandos maris fremitus, qui in magnis tẽpeſtatibus audiuntur, alluſio fit. Cuius eſt omnino ſignificationis quod canitur Pſalm. 92. *Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocẽ ſuam. Eleuauerunt flumina fluctus ſuos a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris.* ſed adiungit Propheta tam ſæuæ maris vehementiæ præeſſe Deum potentiſſimum moderatorem: *Mirabilis in altis Dominus*, quod Hiſpanicè dicimus, *Pero Dios ſobre todo.*

Poſt deſcriptã in iſ. tempeſtatem, quod ſit Mirabilis in altis Dominus.

D Poſtrema demum verſus particula: *Altitudo manus ſuas leuauit*, væſaniam maris ipſa ferè ſidera fluctibus velut manibus quibuſdam contingentis validè repræſentat, quę quidem elegans ſignificatio eſt perſecutionis vehementiſſimæ, quam Roma, aduersùs Eccleſiam concitauit. Vbi notandum, arcanè prorſus in Hebræo pro τῷ *Altitudo* poſitam dictionem רום *rom*, qua voce quaſi intento digito indicauit, meo iudicio, Propheta, Romam videlicet potenti manu, & viribus immenſis horrendam perſecutionis procellam contra Chriſtianam Eccleſiam commoturam.

Romam quomodo Vates Hebraicè indicet.

11. *Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo.* Romanum imperium tota opum ſuarum vi connitebatur delere Eccleſiam Chriſti: at Eccleſia innixa Dei ope ſe euaſuram victricem confidebat. Ratum erat profectò hoc prælium, cui ſpectando, E repræſentat Vates, fore vt Sol, & Luna ſubſiſterent, cupidi nimirum videndi exitum acerrimi conflictus. ſignificat portò hæc elegantiſſima hypotypoſis, illud Dei facinus ſæculis omnibus ſumma admiratione proſequendum, quod hiſtoria Ioſue cap. 10. v. 13. ita commemorat: *Steteruntque Sol & Luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis*, quondam in noſtra nimirum Eccleſia inſtauratum iri.

Miraculi ſubſiſtentiæ Solis, & Lunæ renouatio.

Portò

Digitized by Google

Quam hæc extollat Eccleſia cum Ethnicis pugnam.

Porrò quædam hîc ſunt digna maximè conſideratione. Primum, poëticè, & quàm eleganter à Propheta repræſentari, eius magnificentiæ illud extitiſſe ſpectaculum, quod prælium inter Eccleſiam & imperium Romanum exhibuit; vt locum habeat ea conſideratio, quòd in eo renouatum fuerit miraculum illud ſtupendum Solis & Lunæ ſuum tenentium curſum, quoad cernerent tam inauditi ſpectaculi euentum.

& gloriam inde à Deo reportatam.

Significatur deinde, tam fuiſſe Eccleſiæ victoriam glorioſam Deo, vt is dies, in quo illud facinus fuerit molitus (ad eum vtique modum quo alter, cùm olim Sol & Luna ſteterunt) optimo merito appelletur magnus ille Dei dies. Vide Apocalypſ. 16. 14. vbi agitur etiam de poſtremo populi Romani cum Eccleſia prælio, poſtquam flumine exareſcente reges Orientis Babylonem ſunt ingreſſi, atque ex ea occaſione increuit perſecutorum furor. Eius porrò prælij dies in Apocalypſ. dies Dei magnus nominatur. *Congregare illos* (ita ibi) *in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.*

Chriſtus & mater quomodo afficiantur hominum conuerſione, & quid faciant.

Percipio denique cogitatione, diuinitatem aptè deſignari Sole, Luna verò & humanitatem Chriſti, & eius quoque Virginem matrem, iuxta ea, quæ Apocalypſ. 12. diſſerui. Dici ergo luminaria iſthæc diuina, vt fauerent Chriſtianis conſtitiſſe, planè repræſentat tum eam voluptatem, qua Chriſtus eiúſque parens ex hoc miro ſpectaculo affecti ſunt: tum fauorem & auxilium manifeſtum quo ſuppetiati ſunt Eccleſiæ: ac denique, quod abſque tam eximia fauoris cœleſtis demonſtratione omnino fuiſſet impoſſibile, ſumptam fuiſſe ab Eccleſia de ſuis hoſtibus tam glorioſam vindictam, Romani ſcilicet imperij ab idololatria ad veram fidem conuerſionem. Huc faciunt quæ dicentur ſequente commentario.

Suppoſitum verbi ibunt ſunt fideles.

In luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Illud eſt, vt ego exiſtimo, euidens, ſuppoſitum verbi huius, *ibunt* non eſſe Solem & Lunam huius facinoris ſpectatores. Neque item, verbi eiuſdem ſuppoſitum eſſe hoſtes Eccleſiæ, videtur habendum pro comperto; ſed enim ſuppoſitum eſt ea gens, cuius cauſæ Sol & Luna bene cupiunt, ac fauent. Nam ſicut Pſalm. 83. 8. dicitur: *Benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem*, illi nimirum quibus legiſlator benedicit: ita capiendum ſimiliter: *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt*, ij videlicet, quibus fauent, & Sol & Luna, & lux ſagittarum tuarum. Præterea τὸ ire ſignificat, vt videtur, ingredi, & aggredi: ire etiam in luce, honeſtum quid eſt, & ſtudioſum, iuxta illud Chriſti: *Ambulate dum lucem habetis.* ſermo igitur eſt de actione fidelium Chriſti in eo bello, de quo proximè agebatur.

Verùm hîc notandum, re quidem vera eueniſſe, vt Sol & Luna Ioſue cauſa ſiſterent curſum; at in huius miraculi renouatione non legimus hæc luminaria (etiamſi de myſticis Sole & Luna ſermo ſit) idem feciſſe; ſed verè duntaxat queat affirmari, Solem & Lunam conſtitiſſe, dictum, ſiue propter admirandam rei magnitudinem, ſiue propter captam à Deo patre & Chriſto homine ex eo ſpectaculo voluptatem. Huic obiectioni quàm eleganter à Propheta ſatiſfiat, res eſt digniſſima animaduerſione, ait enim, tametſi Sol & Luna,

Quomodo Sol & Luna ſteterint in Eccleſiæ bello?

A quos intuemur, ſuum curſum, vt factum eſt olim, non detinuerint; ſed tamen effectum in hoc poſteriore euentu, vleiſci ſcilicet fideles perfectè de ſuis hoſtibus, præſtantiorem planè extitiſſe, quam ſi Sol & Luna ſubſtitiſſent. Etenim huic victoriæ lux materialis Solis aut Lunæ, non id erat, quod conducebat, ſed verò cœleſtis beneuolentiæ & auxilij lux. Atqui in media perſecutionis caligine tantus ac tam præfulgens erat armorum, quibus pro ſuis Deus pugnabat, ſplendor; vt eo melius quàm luce meridiana fideles illuſtrari ſufficientiſſimam haberent claritatem ad ingrediendum ſuum iter, aggrediendos hoſtes, ad habendáſque cum illis dimicationes admirabiles. idque eo tutius ſibi, quo eorum ar-
B morum diuiníque fauoris lux eos illuminabat, hoſtes verò non item, quo ad manus dabant ſupplices, amicíque fiebant ex inimicis. nunc quæſo lectorem candidum, vtrùm dici potuerit quidquam elegantius?

Effectus lucis ſagittarum Dei.

Porrò id eſt quod ſignificat: lux ſagittarum Dei, igne videlicet cœleſti ſuccenſa eſſe ea iacula, vel eſſe vi prædita illuſtrandi. Etenim cui Deus aliqua ſuarum ſagittarum transfigit cor, huius mentem illuſtratam manere, perſpicuum eſt. Huius porrò lucis participes ſunt illi omnes, quos gaudio complet peccatoris conuerſio.

Minæ Dei quale ſint bonorū incitamentum.

Splendor verò haſtæ fulgurantis deſignat fortaſſe minas & ſupplicia, quæ Deus aduersùs
C obduratos & rebelles intentat. Hoc autem ſic concipio, vt effulgere ſolet terſus ac politus enſis, fore quidem vt haſta, quam Deus contra ſceleratos vibraturus erat, cum emitteret fulgorem, quo poſſent fideles & perſequi ſuum iter, & hoſtes ſuos adoriri. Nimirum aperta notitia, qua veritas minarum Dei cognoſcitur, ſic mentes illuſtrabat fidelium, vt inde animos ad præliandum viriliter haurirent, acti ſcilicet zelo maximo proximorum ſuorum à minis tam grauibus liberandorum.

Grando non appellatur ſagitta & haſta.

Illud denique noto, in ſenſu, quem Gueuara ſequitur, neceſſe eſſe, horum verborum applicationem violentam eſſe. Etenim arma, quæ vibrauit Deus illo die, quo Sol & Luna ſteterunt, ſi
D hiſtoriam conſulimus, grandinem ſeu lapidem terribilem fuiſſe reperiemus. Grandinem verò appellari fulgentes ſagittas, haudubiè eſt duriuſculum; ſed durum planè, eandem grandinem haſtam fulgurantem nominari. Præterquam, filij Iſraël ad Solis ſplendorem, quem habebant, dirigerent greſſus, non ad grandinis lucem. Si quis videat, quomodo adaptet hæc Gueuara, reperiet, niſi ego fallor, applicationem illius violentiſſimam eſſe.

Duplex horū intellectus.

12. *In fremitu conculcabis terram: in furore obſtupefacies Gentes.* Fremant quamlibet vehementiſſimè. Romani enim verò tuos calces & imperium tuum ſuſtinebunt tandem. Quantumlibet illi furentes & inſani bellum ſuſcipiant; perfi-
E cies tu quidem ea facinora, quibus præ admiratione tuæ potentiæ prorſus obſtupeſcant. Hæc veriſſima eſſe, cui vel ex Pſalmo: *Quare fremuerunt Gentes*, ignotum? Poſſunt hæc etiam ita ordinari: Impinges illis hominibus aduerſariis tuis calces, atque id quidem fremendo præ ira vehementi, nimirum tonando, & fulminando: cuiuſmodi iræ tuæ demonſtratione illos proſtratos & attonitos relinques. Verùm enim verò myſtica eſt, vt ſæpe ſibi, iſthæc Dei ira, neque

Referēda hæc ad iram myſticam.

Digitized by Google

aliud deſignat tonitrus Dei, quàm verbi illius potentem vim.

13. *Egreſſus es in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Christo tuo.* Ac quemadmodum populum Iſraëliticum cùm extraxit ex Ægypto Moyſes, eius ſalutis procurator præcipuus tu quidem eras; ita etiam populum Chriſtianum miris procellis iactatum conſtitues ſaluum: vbi eſt animaduertendum, ideo Vatem ad egreſſionem ex Ægypto redire, quoniam ibi illuſtre facinus educendæ ex Gentilitate Eccleſiæ figuratum fuit: quod à veteri quodam presbytero ſe didiciſſe, tradidit Irenæus, cuius in lib.4. cap.50. hæc ſunt: *Omnis illa profectio quæ fiebat populi, typus & imago fuit profectionis Eccleſiæ ex gentibus.* Cùm ergo in his de Gentilitatis conuerſione ſit ſermo, aptiſſimè ad egreſſum populi ex Ægypto reditur. vide Apocal.15. & 16.

Cur redeat Propheta ad egreſſum populi ex Ægypto

Percuſſiſti caput de domo impij. Quemadmodum in omnibus Ægyptiorum domibus omnes eorum filios primogenitos interemiſti; ita planè in Romano imperio vicorum capita & ciues principes acutiſſimo verbi tui enſe percuties, ac fidei ſacra ſubiicies. Atque ita dicitur Apocal. 17. cornua, id eſt, ſenatores Deo vſui & inſtrumento fuiſſe ad conuerſionem Romæ.

Senatores Romani intelliguntur.

Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum. Porrò capitibus populi ad fidem pertractis, corpus vniuſcuiuſque familiæ, domus, aut vici, dum capitis exemplum ſecutum non fuerit, opprobrationi & pudori expoſitum remanebit. Hoc ſignificat hæc particula. nam corpus eſt veluti fundamentum, cui innititur caput: cùm verò dicitur, corpus denudatum. vſque ad collum, omnimoda ſignificatur denudatio, ab imo ad ſummum, à pedibus ad ſuperiora. quod autem nuditas probrum & pudorem deſignet, planum eſt.

Quomodo traducatur populus?

14. *Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius.* Imprecatio hæc imperatores & præfectos, qui Chriſtum totopere oppugnabant, concernit. Et quæ ſubduntur: *Venientibus vt turbo ad diſpergendum me*, perſpicua ſunt, habéntque ad Pharaonis exercitum erumpentem in populum Iſraëliticum alluſionem.

Alluſio ad Pharaonem.

Exultatio eorum ſicut eius, qui deuorat pauperem in abſcondito. Iudicabant Romani Imperatores poſtrema ſe perſecutione omnino populũ Chriſtianum extincturos. Quod idem antea iudicium fuit Pharaonis Iſraëlitas ad maris rubei littus circumuentos, ſummíſque in anguſtiis poſitos habentis. Etenim Hebræi vaſta hinc ſolitudine, illinc maris profunditate tenebantur: inſtabant à tergo armis & multitudine potentes Ægyptij ſic, vt de præda iam iámque inuadenda, nihil dubitarent; non ſecus ac ſæui graſſatores qui viatorem miſerum in loco, vbi nemo illi ferre queat ſuppetias, intercipiunt. Ita prorſus Ethnici Romani, qui fortitudinem Chriſtianorum debilitare, eóſque ad inanium Deorum cultum qua ſuaſionibus & promiſſis, qua minis tormentorum atrocium perducere conabantur, eo perſecutionis immanitatem prouexerunt, vt rem iam pro ſua libidine confectam prorſus exiſtimarent. Etenim Chriſtianos vndique circumcluſos tenere ſibi videbantur: marinis hinc vorticibus, furente ſcilicet illa perſecutionis rabie, illinc triſtiſſima locorum ab hominibus deſertorum habitatione. Neque ſibi perſuadebant vt vel oppreſſi Chriſtiani eremum & exilium ab humana conſortione eligerent; vel iis pollerent animis, vt ſeſe in vndas proriperent. Ethnici propterea exultabant, quaſi actum iam eſſet de Chriſtiana religione ſic, vt de re ab omnibus conclamata. Verùm in tantis anguſtiis

Ad quas anguſtias redegerint ethnici Chriſtianos.

15. *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Peropportunè Deus aperuit mare, ac per illud equis ſuis & curru ingreſſus Chriſtianis ſubdidit animos, vt ne timerent perſecutionis vndas. quo facto eos incolumes & victores tranſmiſit in vlteriorem ripam: nec enim vel vndis ſubmerſi ſunt, vel adhæſerunt luto; ſed pericula omnia euaſerunt glorioſè, & in Domino confidens populus ſaluatus eſt. vide Apocalypſ. 15. & 16. & animaduerte, mare rubrum cogitari in Apocalypſi, pereleganter quidem non ſciſſum, ſed ea ſoliditate concretum, vt tranſeuntes Chriſtianos ſuſtinere potuerit, *ſuper ignem & aquam, & educti ſunt in refrigerium.* Re ipſa vtrumque recidit eodem, niſi quod maioris ſignificationis cauſa aliquid de allegoria mutauit glorioſus Ioannes.

Quam in loco illis ſuccurrerit Deus.

16. *Audiui, & conturbatus eſt venter meus: à voce contremuerunt labia mea.* Huc vſque populus Dei, vt patet ex illis verbis: *Venientibus vt turbo ad diſpergendum me*, locutus eſt. Hæc autem verba Prophetæ ſunt, quibus quem adhibet Gueuara ſenſum, violentum puto. Nam licet verum ſit, aliquos præ lætitia ad mortis articulum perueniſſe; ſed tamen, cùm is effectus habuit cauſam lætitiam nimiam, nunquam ſolet commemorari effectus, morbus nimirum, aut mors, non commemorata ſimul eius cauſa, ſubita ſcilicet & immoderata maximè lætitia. Cùm autem non exprimitur in narratione aliud, quàm nuncium ab aliquo acceptum, ex eóque tantopere fuiſſe commotum, vt ne verbum quidem proferre, animi perturbatione licuerit; imaginari tunc & ſtatuere, accepto nuncio lætitiam apportatam fuiſſe, certè nimia eſt ſubtilitas. Simpliciùs profectò, vt ego cenſeo, & multò aptiùs cogitetur, ex admiratione rei auditæ vehementem hanc Prophetæ perturbationem extitiſſe. Id quod maximè ita quis iudicet, ad rem conſiderandam propius accedens. Etenim res erat, quam inaudiuit Propheta admiratione, ſtupore quin etiam quam digniſſima; nempe quo inſtrumento vſurus erat Deus ad ſalutem afferendam Chriſtiano populo, id quidem fore, vt mors & infernus ſæuam in Chriſtianis ſuis carnificinam exercerent.

Ita Vatem præ lætitia affectum, improbatur.

Sed ex admiratione ac velut ecſtaſi.

Addendum inſuper, quanti facerent Iudæi temporariam hanc vſuram lucis, & quantopere exoptarent ad terram promiſſionis viui reuertere: ex quibus erit exiſtimandum, ſit ne veroſimile, Prophetam auditis à ſe vehementer commoueri. quæ verò audiuit, hæc ſunt quæ ſequuntur.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis: vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ac quis obſecro non diſpiciat hæc verba, ſi nec torqueantur, aut ex proprietate diſtrahantur, ſed ſimpliciter ſumantur & ſincere, illud ſtatim offerre, quod re vera in ea primitiuæ Eccleſiæ tempeſtate fiebat, in admirationem ſummam, ac ſtuporem rapiens Prophetam noſtrum? nimirum tam expromptè, támque auidè ſeſe morti ac corruptioni offerre Chriſtianos illos primigenios, hácque ipſis viam & rationem eſſe ad exeundum è capti-

Quãti faciẽt veri æſtimatores beatam requiem.

uitate

Digitized by Google

uitate, & terra promiſſionis perfruendum. Porrò *Requieſcere in die tribulationis* ſic expono: Eo tunc maiore gaudio afficiar, maioríque requiete fruar, quo maioribus & acerbioribus tormentis preſſus fuero: quoniam hæc rectiſſima via eſt: *Vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum*, id eſt, vt ad immergendum me gaudio, quod eſt in terra viuentium, proficiſcar. Et eſt quidem in his alluſio ad deſiderium, quo filij Iſraël in captiuitate exiſtentes tenebantur è captiuitate Babylonica exeundi, in ſuámque Palæſtinam, quæſitum habebat ſublimem, reuertendi. Illi tamen hoc exoptabant, vt in ea regione quiete viuerent; aliud autem eſt, quod audiuit Habacuc, mortem ſcilicet expetere Chriſtianum populum, quo ſic è captiuitate euaderent, & ſcanderent ad viuentium regionem. Hoc igitur cum ſit, quod auribus accepit Propheta, quod textus exprimit diſerte; quis iam non videat, illum ſummo iure obſtupuiſſe intuentem vtique & eiuſmodi ad oppetendam mortem Chriſtianorum alacritatem, & initum à Deo tam peregrinum conſilium ad afferendam ſuo populo ſaluationem perfectiſſimam.

Alluſio ad terram promiſſam.

Ad populum accinctum noſtrum. Haud mihi dubium eſt, ad terram promiſſionis alludere Prophetam, vbi omnes fideles mortui iacebant ſepulti. Vnde exoptabant ſummopere, maximíque ducebant eorum filij & nepotes illud terere ſolum, in eóque inhumari, vbi conditi erant progenitores. Hoc fusè & aptè exponit Gueuara, qui propterea, vbi Vulgatus habet *accinctum*, legere vellet conuenienter, vt contendit, vocis Hebraicæ proprietati *collectum*. Sed affirmo nihilominus, noſtram editionem, quoniam intellectus, qui in totam huius cantici ſeriem propriè cadit, de tractu Palæſtinæ materiali non eſt, ſed verò de cœleſti patria, noſtram, inquam, editionem optimè & ſapientiſſimè habere. *Ad populum accinctum noſtrum*, vt indicaret nimirum Angelorum beatiſſimum cœtum, qui in adiutorium noſtrum continuo ſunt accincti.

Senſus de patria cæleſti.

Angeli cur accincti?

Videbitur, ſat ſcio, iis, qui litterariæ ſe intelligentiæ ſectatores ad faſtidium vſque profitentur, noſtra hæc expoſitio parum literalis; ſed neſcio equidem cuius pietatis, cuius immo verò prudentiæ ac ſapientiæ ſit, in eo peregrinari tantopere, quòd veritates puræ putæque Chriſtianæ religionis ſenſu omnino litterali tractetur in Scriptura. Si quis mihi efficeret argumentis, quem ego ſenſum adhibeo huic cantico, illum textui leniter non adaptari, is planè me ſigalione tacitutniorem concinnaret. Sed nimirum reputare illum ideo literalem non eſſe, quòd maximè Chriſtianus ſit; hoc peſſimè, iudice Chriſtiano homine cogitetur, nedum aſſeueretur.

Mala quorundam de ſenſu litterali exiſtimatio.

17. *Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum. Abſcinditur de ouili pecus: & non erit armentum in præſepibus.*

18. *Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Ieſu meo.* Hos verſus interpretatur Gueuara de Iſraëlitarum Babylone commorantium lætitia, in agrorum Chaldaicorum facta per Cyri milites euerſione; quòd ea media Hebræorum captiuitatem terminatum iri, Deus Prophetæ reuelauerit. Verùm enim ſatis iam ſuperiùs effeci, Propheta obtutum longè ſublimiorem eſſe. Nunc adiicio; Gueuaræ interpretationem ne verbis quidem præſentium carminum aptè recipi. Etenim *Mentietur opus oliuæ*, certè eſt fraudari oleis: idque non ideo

Mentiri opus oliuæ eſt oleis fraudari.

A quòd arua fuerint ab hominibus deuaſtata, ſed quia enati recens fructus vel in eruptione ipſa (*en campanilla* dicimus Hiſpani) reſtiterunt, vel poſt à ſubſolanis exuſti ſunt.

Quod ſi reſiſtat quis, nec in noſtrum etiam intellectum hæc verba commodè venire. Quorſum enim dicerent, qui ſe martyrio faciendo exponebant: *Mentietur opus oliua*, &c. *Ego autem in Domino gaudebo*, &c. Reſpondeo, hanc enim verò illorum, qui ad necem pro Chriſto ſubeundam aduolabant, ſingularem eſſe felicitatem, ne flocci quidem ea omnia, quæ anxios præſentis vitæ excruciant amatores æſtimare: deſiderium ſc. vel copioſiſſimæ meſſis, vel prouentuũ vini & olei vberrimorum, vel gregum & armentorum nunc fœtu-
B ra, nunc ſuſtentationis & incolumitatis. quæ omnia mille ſunt ſiniſtris euentibus obnoxia. Qui verò generoſa quadam deſpicientia rerum iſtarum cupiditatem radicitus euellens oculos in æternam ſalutem ac requiem defigit, eáque ſuam felicitatem definit, adeóque expetit ardentiſſimè pro Chriſto, quo ſic detur ſibi aditus ad eius viſionem ac fruitionem, mortem oppetere; is planè alacriter ac fidenter pronunciat: *Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis*, &c. *Ego autem in Domino gaudebo; & exultabo in Deo Ieſu meo.* & illa coniunctione *enim* appoſitè hæc omnia connectuntur. Porrò nomen *Ieſu*, quod in hoc loco Vulgatus interpres, qui S. Hieronymus eſt, diſertè reliquit, fecit id quidem, vt ſuperiùs dicebam, cœleſti in-
C ſtinctu; vt eo nomine in loco maximè adſpecto, intelligentiam, quæ veram concernit ſaluationem, eam ſcilicet quam Chriſtus nobis communicat, tenaciter apprehenderemus.

Quæ res deſpiciẽda, quæ æſtimanda.

Cur relictum in noſtra editione nomen Ieſu.

19. *Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quaſi ceruorum.* Qui mihi ſolus contra aduerſa omnia ſufficit, Deus eſt. Enimuero dabit me is liberum ab immani hoſtium meorum oppugnatione, qui perinde me quaſi canes rabioſi ceruum inſequuntur, & exagitant. ſed aſſeret, & ſaluum in veræ Palæſtinæ montibus conſtituet.

Chriſtianorũ ſtatuẽ oppugnatorũ fiducia.

Et ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem. Atque ita montium mihi optatiſſimorum, faſtigium conſcendam triumphans, meíque amantiſſimi encomia ſaluatoris ſuauiſſimè
D deprædicans.

In Prophetam Zachariam.

De ſecundo Zachariæ vaticinio, quod à verſu 7. capitis primi inchoatum ad finem vſque capitis 6. perducitur.

POllicitus eſt Author hanc operam ad caput 6. Apocalypſeos, quippe equorum & equitum, quos ibi Ioannes intuitus eſt, tractationi perfectæ
E neceſſariam. vbi etiam exhibuit quædam de equorum coloribus præcipuè ad hunc commentarium pertinentia. Vnde quæ acceſſere neceſſarium fuerit, fiet, ſed paucis, & neceſſariis dumtaxat verbis.

Series & explicatio vaticinij totius.

Quæ intuitum ſe memorat Zacharias ab ea viſione equitis ſuper equum rufum aſcendentis, quæ

Digitized by Google

Omnia hæc accepit Vates continuata viſione.

quæ primo capite verſ. 7. incipitur, hæc inquam A ad finem vſque capitis 6. purat Arias Montanus meritò, omnia eandem & vnicam eſſe viſionem. Deſignat enim Vates principio diem, horam quintam, in qua primam equorum turmam conſpexit. Continuatam verò fuiſſe vſque ad finem 6. capitis eam viſionem, apparet perſpicuè; quoniam ſeruata in omnibus his capitibus continuationis ratio, hæc eſt: *& leuaui oculos meos, & vidi. Et conuerſus ſum & vidi*, aut conſimilis. Id quod ſeruat Propheta, donec initio capitis 7. ad aliam tranſit viſionem, quam habuit poſt duos annos.

Quorum eſt vnē ſen. us cōtinuatus.

Quod ſi hæc omnia viſione eadem continuata reuelata ſunt, eorum quoque ſenſus videtur eſſe debere continuatus; quin rerum, quas Propheta conſpexit, bene magna diuerſitas obſtet. B Ergo auſpicatur hanc viſionem ab equorum cœtu. Ad cornua quatuor vnicornis aut Badæ verſu 18. eiuſdem primi capitis tranſit ad fabros totidem verſu 20. Mox cap. 2. ad magnitudinem

Viſa hæc omnia recenſentur.

& felicitatem, in quam erat euaſura Ieroſolyma. In cap. 3. ad veſtes prius deſpicabiles, glorioſas deinde Pontificis Ieſu, ibidem verſu 9. videt ſeptem oculos ſuper lapidem vnum. Candelabrum deinde ſeptem lucernarum, & duas oliuas in capite 4. In 5. ingentem membranam infauſtis Dei imprecationibus contra fures & periuros exaratam. Poſt à verſu 6. amphoram', in quam includebatur mulier; cúmque amphoræ os plumbi maſſa ingente obſtrueretur, arripitur ſtatim, & per aëra delata in Senaar collocatur. C Prophetæ denique in capite 6. obiiciuntur quatuor equorum quadrigæ. in quo à verſ. 10. agitur de duabus coronis Pontificis Ieſu. Hæc omnia oblata ſunt Zachariæ in hac viſione; ea quidem adeò obuelata inuolucris, vt cùm ex antiquis Prophetis maximè ſymbolicus Zacharias planè ſit, maior ſymbolorum illius pars in hac viſione claudatur. Vt autem percipiatur rectè, eam velut ænigma conſiderare ac diſcutere neceſſe eſt: ænigmatis porrò pars nulla ſingillatim declarata ſatisfaciet, niſi appoſitè totum applicetur.

Prophetarum mos.

Ad declarationem præmittendum, quod ſapienter de Iacob propheta (ſerm. 14. de ſanctis) ſanctus Auguſtinus, Præſentes, inquit, tangens, D futura præſpiciens, conſtare quidem eodem modo de antiquis ferè omnibus Prophetis verè dictum. nam omnes ferè præſentia tangunt, & futura proſpiciunt; id autem de hoc ſpeciatim Zachariæ vaticinio veriſſimum eſſe, perquam liquidò apparebit.

Vrbis & tēpli reſtaurationem tāgit Zacharias.

Aſſero igitur, quod tangit in hac viſione noſter Zacharias, eſſe haud dubiè facinus inſigne, quod Zorobabel dux & Ieſus Pontifex in extructione vrbis Ieroſolymæ & Templi ſunt fortiter aggreſſi quo ei pacto fauturus eſſet Deus, perueniréque adeò ab humilibus initiis ad excellentem maieſtatem ac gloriam. Ponebantur eius ædificij fundamenta mox à Babylonis captiuitate relicta: eius proinde initia exilia fuere & humilia, vicinorum præterea & contemptione & E contradictione. Hæc tamen perficere minimè potuerunt, quominus ad eximiam tandem vrbs & Templum inſtaurata æſtimationem & maieſtatem accederent. Tunc finitimi omnes, qui prius tantopere aduerſabantur, manus & colla Ieroſolymæ dederunt, auguſti illius templi religionem venerantes.

At enim hæc vetus ſtructura typus fuit & vmbra duntaxat eius, quod præcipuè verſabat animo Propheta noſter. id certè fuit principia & progreſſus Chriſtianæ Eccleſiæ arcaniſſimè deſcribere, qua ratione, quo conſilio, poſtquam redemiſſet Deus genus humanum, illúdque à myſtica illa captiuitate vindicaſſet, Babylonica auſpicāda foret ſubſtructio ſpiritualis Ieroſolymæ, viuíque templi, quæ Dei ſedes eſt, ſua videlicet Eccleſias quod hoc ædificium mundo obſiſtente vniuerſo, magnáque contemptus & humilitatis ſpecie eſſet inchoandum. Sed demum militantem Eccleſiam de ſuis hoſtibus glorioſè triumphaturam.

Serio prædicit Eccleſiæ ædificationem.

Sub allegoria duplici duplex ſeruata ab Eccleſia bellādi ratio.

Porro allegorica loquendi ratio, quam perſequitur Zacharias, cùm ad militiam, tum ad ædificium tota reuocatur. qua duplici figura de Chriſtiana Eccleſia in Scriptura frequentiùs agitur. Ponitur autem, in militiæ allegoria belligerandi artem & rationem duplicem eſſe; alteram, cùm palàm proponitur contrario bellum, vt manus cum manu conſeratur, potentiáque potentiam experiatur: alteram, per ſimulationem, ac quaſi per cuniculos, cuiuſmodi eſt inſidiarum ſtrategema. Quia verò Eccleſia ſuum bellum exorſa eſt rectè admodum, poſtmodum autem aucta iam viribus bellum ſuis aduerſariis idololatriæ, mundanæ ſuperbiæ, & cacodæmoni propalam indixit; idcirco in hac viſione Zachariæ exordium ſumitur ab equis poſitis in ſubſeſſis, per noctem ſcilicet in repoſita valle inter dumeta abſconſis. Id verò negotij confici repræſentatur cap. 6. aperto Marte, & vtrinque omni opum vi, hæc enim in *bellicis* quadrigis repræſentatio eſt.

Qui vehitur equo rufo, Chriſtum eſt.

Eques inſidens rufo equo planè Chriſtus eſt in ſenſu principe; in figura verò Zorobabel. Ac quemadmodum Zorobabel, aut Sacerdos Ieſus in illo ſuo molimine clam bellum idololatris confinibus ciebat, eo ſcilicet conſilio vt eos ſenſim obtineret, atque ita veri Dei cultui ſubiiceret; ita prorſus dux ſapientiſſimus Chriſtus D. eiúſque diſciplinæ manus digniſſima Apoſtoli admirabili ſua doctrina & prædicatione idololatriæ mouebant bellum. Hoc autem principio tectum erat, à quo proinde ſicut nec à ducibus & militibus illius, Apoſtolis videlicet, Martyribus, & reliquis ex quibus exercitus ille conflabatur, parum ſibi cauebant Gentiles; illos potiùs vt ſtultos ac bardos, & vt homines ad interitum ſuum properantes reputabant, & vt amentes plectebant. Illi tamen mirabili ac ſapientiſſimo vtebantur ſtrategemate, quo facinus opportunè pulcherrimum perpetrarent, Martyria videlicet fortiter faciendo, viuendo in Angelorum modum, cœleſtia prædicando. Sanctus Ambroſius, rufum equorum colorem Martyribus, Virginibus album, varium Doctoribus accommodat. Id quod typo etiam, Iudæis ſcilicet, conuenit ſuo modo, quippe quibus tolerantia, vitæ innocentia, & cœleſtis doctrina pro inſidiis & ſtrategemate erunt. Sed de colorum ſignificationibus accuratè diſſerui Apocal. 6. notat. 5. vbi probaui in colore albo immaculatam ſanctimoniam, in rufo ardentem zelum, ſapientiam in vario, in nigro modeſtiam indicari. de quibus aliquid mox adiungetur.

Apoſtolica militia an.

Cornuum ſignificatio.

Cornua quattuor ventilantia, quæ in viſione ſequuntur, oppugnationem repræſentabant, quæ ab omnibus circumquaque partibus, ortu & occaſu, Auſtro & Septemtrione vrbis Ieroſolymæ ædificio facienda erat. Et vero Chriſtianæ Eccleſiæ extructio ab orbe vniuerſo Principum & Imperatorum opibus quatienda erat.

Quia

Digitized by Google

& fabrorum. Quattuor deinde fabros Vates intuetur. hi ex illis ſunt cogitandi ad contextum,qui ex cornibus atramentaria , vaſaque alia vſibus accomoda, & flores etiam(nam cornua in flores diſcindi,tam eſt antiquum,vt eius artificij mentio ſit in Plinio)elaborant. Id quod ſignificat eleganter,monderaturam ira Dei prouidentiam res , vt ea tempeſtas in Eccleſiæ commodum & gloriam emergeret ; quoniam illis tradenda eſſent cornua, qui ea ad miniſteria reipublicæ adaptarent.

In Eccleſiæ gloriam. His ita adminiſtratis , ſpes de Ieroſolymæ proſperitate adoleſcit , eam nimirum & in gentem & in gloriam promotum iri;ſed Chriſtianam Eccleſiam multo maximè.

& Sacerdotis ſummi. Atque adeò Pontificis Ieſu ſordidam & humilem veſtem cum ornatiſſimo paludamento commutandam.

Ex magnifica ſtructura Templi. Quoniam ex lapidibus & cæmentitia materia ad ædificium coacta templum admirabilis ſculpturæ & maieſtatis foret conſtruendum:talis ſcilicet extructio, qualem neceſſe erat eam exiſtere, in quam intentiſſimi incumbebant ſeptem diuinæ prouidentiæ ſpiritus , & in quam Deus collocare volebat ſuæ potentiæ, ſapientiæ , ac bonitatis ſummam.

Candelabri & ſeptem lucernarum ſignificatus. Ingens porrò decor ac gloria,quam vſus & exercitium catholicæ religionis attulit, in candelabri ſplendore pulcherrimè repræſentatur;lumine vero ſeptem lucernarum gloria & ſplendor ſeptem Dei ſpirituum , quorum in Eccleſia ſparſa per totum orbem tanta eſt claritas.

Duarum oliuarum. In oliuis duabus, inſpecto prius typo,alluditur ad Zorobabelem & Ieſum:his enim , quod ardeat & ſplendeat candelabrum,laus & honor attribuitur ; quemadmodum ſplendor & lumen lampadis oliuæ referri debet acceptum. Adumbrat autem hæc figura , Doctrinæ & Exemplo , quæ duæ ſunt Apocalypſeos oliuæ, honorem & gloriam Eccleſiæ Ieſu Chriſti deberi.

Firmato verò iam ac conſtituto publico religionis catholicæ exercitio , eo loci res adductæ fuerunt,& eiuſmodi habuerunt ſtatum vt iam totum Martis negotium à fidelibus ſteterit. Tunc hoſtes vix,aut ne vix quidem illis bellum audebāt denunciare.Propterea,quòd inferebant damnum, non id palàm & æquo marte inferebant,ſed enim latronum & periurorum ritu. Expono quid ſentiam. Qui retinent hactenus aduerſariorum nomen, noſtrique detrimentum, quoad poſſint,præ ſe ferunt , id tamen non æqualitate virium & potentiæ ; hi quidem nominantur appoſitè fures,latrunculi , piratæ : & quod faceſſunt negotij , iure vocatur latronum bellum. Qui verò , tametſi geſtār inimicos, animos id profiteri non audent;ſed tentant potius amicitiæ ſpecie circumuenire ac decipere,qualis eſt omnium hæreticorum furfur, iſti profectò ſunt falſi fratres , & in eos periurorum nomenclatio belle quadrat. Verùm enim Dei eſt,nunquam non rationibus Eccleſiæ ſuæ proſpicere , propterea dirarum & anathematum edictum aduerſus latrunculos & periuros euulgat.

Fures & periuri de votis diris , qui.

Vt autem ſupplicium de iſtis ſumendum repræſentetur,impietas Eccleſiæ aduerſaria inſidens amphoræ , (idem eſt amphora & ἀμφορεὺς , quod Hebræum ephi,maior ſcilicet mēſura,noſtratibus *media banega*)deſcribitur. Hæc autem vt puniatur, in illam amphoram intruditur, & ebibere cogitur plumbi eliquati talentum. Et quidem hoſtes Eccleſiæ (tam fures prædicti, quam periuri) perſuaſi ſunt, à ſe facere ius & æquum. Vt autem repræ-

Amphora & plumbi ſignificatio.

A ſentaretur , quàm illi huic ſuæ perſuaſioni affixi ſint ; quid quæſo excogitari potuit aptius , quam mēſuræ, quæ iuris & æqui ſymbolum eſt,inſidentem,impietatem deſcribi? Eam deinde intrudi in iſtam menſuram , videtur eſſe profectò,ſic miſeram circumcludi,conuinci, ac deuinciri,vt ne ſui quidem mouendæ, nedum elabēdi,facultas omnino denegetur. Atque ita inde ſibi pudorem apportet, & opprobrium , vnde antea petebat ornamentum.idque ſibi ſit carceri & vinculis,qui malè priùs per hominum ora volitabat. atque vnde fulcrum iactabat & vires,inde prorſus frangatur, ac debilitetur.In os porrò liquatum plumbum infundi,non id eſt ſolùm, quòd *omnis iniquitas oppilabit os ſuum* ; ſed demonſtrat præterea inſignem

Suiſmet monimentis opprimuntur improbi.

B vltionem , quam exiget ab ipſa iuſtiſſimus Deus. Nam quod ei plumbum in magna copia, ſed verò intra iuſtitiæ præſcriptum(hoc affert deſignatum talenti vnius pondus) infundatur, planè denotat, ſupplicium quidem grauiſſimum,ſed verò iuſtiſſimum fore. quo de plura in Apocal.

Quæ ſint fœminæ portantes impietatē. At verò,licèt impietas & improbitas Eccleſiæ aduerſariæ,(idololatria nimirum,hæreſis,falſitas, & quæ ſunt huius moletrinæ)euictæ,ac reuinctæ, publicè traductæ , adeòque pudefactæ, probè demum mulcatæ remanebunt;non deerit nihilominus, qui hanc animarum peſtem ſuſpiciat & adoret. Id ſignificant viſæ à Propheta duæ fœminæ,

C quæ alis præditæ miluinis impietatem per æra ſublata ad cāpum Senaar detulerunt,collocaturæ nimirum perinde quaſi ſtatuam ſuper baſim , vt pro numine habita adoraretur.Fœminæ iſtæ mihi eſſe videntur duplex ea proles ante memorata & latronum , & periurorum. Hi quidem in ſublime elatam,q.d.artibus & fraude mali dæmonis pertinaciáque indefeſſa portabunt , honoremque & adorationem impietatis in ſe recipient.Idque facient ſpecie & obtentu religionis & pietatis,propterea illis attribuūtur alæ ciconiæ.nam Hebræa voce חסידה , quam noſter hîc & alibi vertit miluum , ſignificari ciconiam, multi putant. Etenim hæc colluuies hominum, vt ſe gratos & pios ſuis

Hic ponunt quidam alam ciconiæ,cur?

D progenitoribus exhibeant, (pietatis enim & religionis nomine, vt ſcil. auitam adorationem tuerentur,impietatis patrocinium ſuſcipiebant. *Habentes ſpeciem quidem pietatis,* Paulus 2.ad Timoth. 3.5.inquit, *virtutem autem eius abnegantes.*) intuiti nullum ſuæ impietati in Chriſtiana religione relinqui locum , in humeros ſublatam transferunt Babylonē,quæ ſcil.ciuitas eſt Eccleſiæ inimica,vt collocatam ibi cultu diabolico proſequantur.Verùm vt paſcitur ciconiæ pietas anguibus & colubris, talis erat pietas idololatrarum, eo ſcil.paſtu ali , quem illis falſæ religionis doctrina peſtilens ſubminiſtrabat.

Sed tamen vt Vulgata verſio , quæ alas milui

E prætulit,potior eſt,ita ſenſum habet commodiſſimum. Nam vel ſignificat,ignorantiam,& puſillanimitatem,quas duas duæ illæ fœminæ repræſentant, verè eſſe, quæ Deo ſubtrahunt honorem,& exhibent impietati. nam miluus,vt notum,ex volucribus eſt rapacibus. Vel melius , vt puto , illis ideò dantur miluinæ alæ, quia hæ,quippè nigræ, & talis volucris aptæ ſunt ad infelicitatem & miſeriam denotandam , quæ cultores impietatis neceſſariò perſequitur.

Sed quid denotent alæ miluinæ.

In alatis his figuris duabus alluſio eſt , vt ego ſentio , ad Cherubinos duos , qui Dei portabant thronum,illicque ſedem & honorem exhibebant. Quòd ſi hi Cherubini duo , maſculi quippè am-

Notata alluſio in his duobus figuris ad duos Cherubinos.

Digitized by Google

bo, diuinitus & illuſtratam mentem, & inflammatum affectum appoſitè repræſentabant; pennatæ hæ duæ fœminæ aptæ erunt repræſentandis ignorantiæ & puſillanimitati: nam vtraque fœmina eſt, & quæ impietatem, id eſt, idololatriam, improbitatem, harúmque dignas aſſeclas honorificè colloeat, & veneratur.

Eccleſia denique victoria & triumphus.

Sed enim Eccleſia demum de impietate in orbe vniuerſo glorioſiſſimè eſt triumphatura. Propterea quatuor quadrigæ ſtatim conſequuntur, quæ & bellum acerrimum, & publicam triumphi pompam repræſentant. De coloribus equorum, quæ huc faciunt, pauca ſuperiùs, & locum Apocalypſ. vbi de illis exactè diſputatum, notaui.

& inde Chriſto diademata.

Ex his geſtis præclariſſimis inſigne ac ratum prorſus gloriæ diadema Chriſtus Ieſus nanciſcetur. Quòd autem non vnum, ſed duo ſint diademata, aureum alterum, alterum argenteum; factum id quidem propter duplicem fidelium gloriam adumbrandam, cùm illuſtris doctrinæ, tum vitæ ad omnem virtutis elegantiam compoſitæ. Nam argentum ſymbolum eſt in ſacra Scriptura perfectiſſimæ doctrinæ. *Argentum igne examinatum, purgatum ſepties.* Iam aurum ſymbolum eſſe charitatis nemo neſcit.

Animaduerſa quædam ad textum literarium.

An equorum & equitum in ſignificatione diſtinctio ſit.

Haud eſſe opus inter equos & equites anxiè diſtinctionem in ſignificatione inquiri, & notant plerique interpretũ ad c.1. Zachar. & à me ad c.6. Apocal. probatum. Niſi fortè ea cuiquam arrideat cogitatio, vt viri probi ac iuſti ſint currus, & equi, Deus autem, qui inibi vehatur. nam equus pro Dei ad bellum inſtrumento, aptè accipitur.

Quadriga pro exercitu quadrigarũ.

Quòd in cap. 6. dicantur quadrigæ ſex eſſe, fortaſsè non eſt ita ſtrictè intelligendum, vt plures eſſe nequeant, & non potiùs quadrigarum exercitus. Etenim Hebræo nomine, quod vertit Vulgatus currum, collectionem afferri, periti notant. Videri poteſt theſaurus in dictione רכב.

Cur ea dicãtur eſſe vẽti.

Sed dubites, cur aſſeratur in cap. 6. quatuor eas quadrigas eſſe quatuor ventos: Reſpondeo, varias afferri poſſe eius dicti cauſas. Prima eſt, ita ſignificatam earum eximiam velocitatem. Secunda, indicatum eas tendere ad omnes quatuor mundi plagas, vnamquamque ad propriam. Tertia, oſtenſum ea locutione, illas deſeruire Deo, ad ſalutationis ſuorum effectum. Sicut olim fuit ventus ille, qui per medium mare rubrum aperuit viam, atque ea propter venti vt Dei currus Pſalm. 103.3. inducuntur. Et putat etiam Gueuara in Habac. equorum, qui ſunt cap. 3. eius prophetæ ſignificationem eandem eſſe. De quorum tamen legitimo intellectu ibi fortis diſputatum.

Lapis ſuper quem ſeptem oculi, de pretioſo quodam ſtellulis ſeptẽ variegato.

Illos ſeptem oculos, qui ſuper lapidem, de oculis ſeptem expoſui, qui à Propheta viſi fuerunt in lapides coniecti, qui ad Templi ædificationem cogebantur. atque ea videtur ſimplicior, adeóque aptior acceptio. Auctores tamen non deſunt, qui lapidem, de quo ſingulariter Zacharias, pretioſum quemdam interpretentur, quem Ieſus, aut Zorobabel ſtellulis ſeptem diſtinctum geſtaret; ad eum vtique modum, quo ſtellas aureas ſapphiro tribuit Plinius. Certè Nazianzenus referẽs hunc locum, *Sepẽt, inquit, oculis Zorobabelis lapis ornatur.* Porrò oculorum nomenclatio in ſtellas minimè adaptatur violentè. Sic enim appellat Plinius ſtellas: & ſic etiam vocat idem notas eas rotundas, quæ in

A pantheris ſunt, & in caudis pauonum. Adiungo à Niceta in illam Nazianzeni 44. orationem dici, Zorobabelem in certo pretioſo lapide, quem in ſuperhumerali poſuit, ſex foramina feciſſe, & gemmas totidem (vellem dixiſſet ſeptem) inſeruiſſe. Ad hæc tamen obſeruo, ſi de pretioſo lapide agat noſter Zacharias, hunc minimè Zorobabeli, ſed Pontifici Ieſu tribuendum, cum dicat: *Lapis quem dedi coram Ieſu.* Porrò geſtari annulum à Pontifice, (ac præcipuè cuius gemma ſapphirus eſſet) decorum eſt, adeóque apparet veroſimile. Cohæret præterea cum illis capitis 3.5. *Ponite cidarim mundam ſuper caput eius.* nam capite cidari aut mitra ornato, aptè in digitum cadit annulus cum lapide ſapphiro. Atque id tunc

Quem lapidem in annulo geſtaret Pontifex.

B erit: *Lapis quem dedi coram Ieſu,* lapis nimirum ille pretioſus, quem, quia Pontifex eſt, (nam eſt certè Pontifex auctoritate mea) præ oculis gerit. Præterea veſti pretioſæ ſolet annulus aſſociari. ſic filio prodigo apud Lucam 15. poſt ſtolam primam datur annulus in manum eius Huc facit illud Iacobi 2.2. *Si introierit vir aureum annulum habens in veſte candida,* vbi Græcè pro annulo aureo eſt χρυσοδακτύλιος, id eſt, annulum aureũm geſtans digito.

De aureo apud Iacobum annulo obiter.

Verum eſt tamen Græco nomine δακτύλιος non ſignificari modo digitum, & in digito annulum, ſed fibulam etiam & quamcumque rem ſimilem. Cardinalis Baronius tom. 1. fol. 170. legendus, vbi affert ex Ioſepho, fibulam auream in veſte geſtare

C conſueuiſſe affines regis, ſiue eos, quibus ex magna gratia rex conceſſiſſet. Miſit ei (dicit Ioſephus 13. antiq. c. 8.) fibulam auream: quod geſtamen ſolis cognatis regis concedebatur. Vnde inquit Baronius decipi eos, qui Iacobi locum de digiti annulo intelligunt.

Ex pretioſa fibula (brocha) qua in cappis de choro, vnde initium habeat.

Forſitan ergo in noſtro Zacharia de gemma in fibula aurea ſenſus ſit, aut capiendus fortè Propheta de monili, quod Pontifici penderet ad pectus. Et certè de fibula aurea Ionathæ ab Alexandro conceſſa, mentio eſt 1. Machab. 10.89. & c. 11. 58. de altera conceſſa eidem ab Antiocho iuniore. ſicut & de conceſſa Simoni à Demetrio c. 14.44. Et potuit hinc quidem vſus extitiſſe eius fibulæ (*brocha* eſt noſtratibus) pretioſo lapide tectæ, qua ampla Eccleſiæ pallia (*cappas de choro* vocant) exor-

D nantur. Atque ornatus iſtius vſum ſuſpicor antiquum eſſe; quoniam ea Saluatoris imago, quæ apparuit Romano populo, veſtem noſtris cappis de choro aſſimilem geſtat, eámque eiuſmodi fibula exornatam, vt ex pictura apparet eius temporis antiquiſſima.

Eſſe coram aliquo, id eſt, in manibus.

Qui tamen exiſtimauerint de annulo Prophetam loqui, dicent iidem hoc eſſe, *Quem dedi coram Ieſu.* nam quod in manibus geſtes, id dicare iure præ oculis geſtare. atque idem eſt prorſus, ponere ob oculos, & in manibus ponere. ſic dicitur Iob. 37.7. *Qui in manu omnium hominũ ſignat,* id eſt, ob oculos ponit. Et Iſaiæ 49.16. *Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.* Idẽ vtro-

E que hemiſtichio affertur: atque ideò eſſe in manibus, & coram oculis, idem eſt. Vnde vulgaris eſt locutio, cũ petimus, aliquid dari nobis cernẽdum, dicimus, Rem quæſo oſtende, id eſt, da in manus.

Singularis explicatio ſeptem oculorum ſuper lapidem.

Dicat alius fortaſsè, anguſto illo Ieſu Pontificis tempore, propter inopiam grandis ex auro candelabri, exiguum aliquod adhibitum lapideo fulcro ſublatum: atque id eſſe ſeptem oculos ſuper lapidem, id eſt, ſeptem candelabri lucernas: quoniam ſequenti capite ſeptem lucernis candelabri det textus oculorum nomen. Per lapidem

Digitized by Google

dem verò ſuſtentantem Eccleſiam repræſentari. A

Annulus excogitandus ſculptus. Sed verò, ſi per lapidem hunc ſignificaretur annulus in digito, illum diceremus iuxta antiquam conſuetudinem inſculptum. Porrò de lapide pretioſo, qui Chriſtus eſt, affirmat Deus, illum à ſemet ſculptum iri. quod de paſſionis eius acerbiſſimæ vulneribus explicat S. Hieron. Atque ad hunc intellectum: quod ait Zacharias c. 3. v. 9. *In die vna,* Hieronymo deſignat ſanctam illam diem, in qua Chriſtus D. mortuus eſt: & abſtulit iniquitatem terræ illius, ſicut adiungit Propheta. Vbi notandum *τὸ illius* fœmininum eſſe. q. d. ipſiuſmet terræ, in qua talia pertulit. quod emphaticum eſt.



Porrò in pretioſo lapide ſtellulas & ſculpturam coniungi, ad modum in margine deſcriptum, perfacilè eſt. Neque verò non eſſet aptum vt ſtellulis ſeptem, quæ in hoc ſunt annulo Ieſu, ſeptem ſpiritus Chriſti deſignarentur. Præterea, ſuo loco ſatis adſtruxi, ex gemmis Apocalypſeos ſapphirum eſſe, qui ſecundo ſymboli articulo, nimirum: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum, correſpondet. B

Quæ veſtis in mutatorijs deſignetur. Veſtimentum Pontificis Ieſu pretioſum Hebraicè vocatur מַחֲלָצוֹת quæ vox habetur Iſaiæ 3. 22. & ſignificare dicitur noua, pretioſa ac feſtiua veſtimenta. Græcè legitur poderis, id eſt, talaris veſtis. Certè vel ei tribuuntur ſacerdotalia indumenta, de quibus videnda quæ dixi Apocal. 1. ad illa, *veſtitus podere*; aut paludamentum fortè deſignatur, & veſtis quę noſtratibus dicitur *roçagante*, Vulgata lectio habet *mutatoria*, & mutatoria etiam legimus Geneſ. 42. 22. vbi tamen eſt שמלות vnde fuit vulgare nomen *chamelote*. C

An iidē ſint equi varij & fortes. Quartæ capitis 6. quadrigæ adhibentur *equi varij & fortes*, vt habet Vulg. ſed in Ariæ tranſlatione ſunt: Grandinati fortes, vbi illi deſignantur forte, qui noſtratibus dicuntur *rucios rodados*, equi habiti omnium robuſtiſſimi. At enim haud eſſe videntur iidem qui varij, & qui fortes appellantur. atque ita certè in commentario Arias confitetur. Etenim ſic habet textus: *Varij egreſſi ſunt ad terram Auſtri.* Fortes autem dicuntur ſtatim *ire, & diſcurrere per omnem terram.* Eadem porrò diſtinctio in Hebræo eſt: ſignat enim equos quadrigæ quartæ his nominibus ברדים אמצים. Et ſubdit: Berrudin egreſſi ſunt in terram Auſtri: Amuſſim D verè exierunt, vt ambularent terram. Græca etiam ſimilem habent diſtinctionem, vbi quartæ huius quadrigæ equi vocantur *ποικίλοι ψαροί.* & ſubiicitur: *ποικίλοι* egreſſi ſunt in terram Auſtri, *ψαροὶ* verò exierunt in omnem terram. Forſitan ergo ſignificatio eſt, duos ex quatuor equis quartæ quadrigæ, ex iis eſſe, qui vocantur *ποικίλοι*, ſeu *berudim*, & Latinè varij, & Hiſpanicè *remendados*, aut *hoveros*: *Non. ſed diuerſi.* duos verò alteros ex aliis, qui propriè appellantur amuſſim, & Græcè *ψαροὶ*, atque illi videntur eſſe, quos *rucios*, aut *tordillos* vocamus Hiſpani. Nam *ψαρὸς* denotat auem ſturnum; huius autem color idem ferè cum eo eſt, quem in equis *tordillo* nominamus, & aues etiam ſturni ſunt eius coloris qui rucio dicitur. E

Notandum item eſt circa hos equos, licèt in Vulg. ſit tam c. 1. quam 6. equi varij, in Hebræo tamen non vnam dictionem eidem Latinæ *varij* reſpondere. nam cùm in 6. reſpondeat, vt vidimus *Diuerſitas equorum in primo c. à 6.* ברדים in primo eſt alia, nimirum שרקים. Hac porrò *ſerukim* Ariæ ſignificantur equi nigri. ſed tamen cum Vulgato ſunt Septuaginta, in quibus pro *ſerukim* ſunt *ποικίλοι*, id eſt, varij. Ad hæc, in primo capite tres tantùm ponuntur equorum differentiæ, cùm ſint ſolum rufi, varij & albi: in ſexto autem numerantur rufi, nigri, albi, & varij fortes; varij autem, vt antè dicebam, videntur eſſe à fortibus diuerſi. Dici verò poſſit non ineptè, tametſi fuiſſent iidem equi, quos vidit vtrobique Zacharias; accidere potuiſſe, vt illos melius in ſecundo loco diſpiceret: quod, cùm viſio narrata in primo capite de nocte facta ſit, adeóque obſcurè repræſentata; mirum propterea non fuerit, equos nigros ab ſturninis diſtinctos viſu non eſſe.

Quam ſit difficilis hac quadrigarum cum ventis comparatio. In cap. 6. quatuor quadrigæ ventis quatuor conferuntur: hoc tamen noua in primis ratione. Venti enim quatuor ad quatuor mundi plagas ituri videbantur. At in applicatione, quadriga prima, quæ ruforum eſt (*alazanes* ſunt Hiſpanicè) omittitur, vt ex textu patet, & S. Hieron. Remig. Lyra, & Arias confitentur. Albi autem & nigri in terram Aquilonarem pergere videntur vtrique. Textus enim inquit: *Equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis, & albi egreſſi ſunt poſt eos.* nimirum eamdem plagam verſus, vt videtur. De quarta demum quadriga pronunciatur: *Varij egreſſi ſunt in terram Auſtri.* Fortes autem *quærebant diſcurrere per omnem terram.* Quid ergo rei iſtud eſt? ecquænam hæc ventorum ratio? vt duo vnus poſt alterum ire pergant ad Aquilonem? Ex pari verò altero, vnus videatur conſiſtere quietus, alter in bigas duas diuidatur, quarum hæc ad Auſtrum, illa tendat in omnem terram? Certè hoc arcaniſſimum eſt; myſterium in ſequentibus notationibus ſcrutabimur pro virili.

Diuerſitas textuum. Vbi quadrigæ quatuor cum ventis quatuor comparantur, ſic habet noſtra editio: *Iſti ſunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt ſtent coram dominatore omnis terræ.* Textus autem Hebræus non id videtur præferre, vt veniant venti, quo adſint coram Domino; ſed vt egrediantur potius ab aſſiſtendo coram ipſo. Sic enim reddit Arias: *Egredientes à conſiſtendo.* Pagninus item ſic, *Egrediuntur à loco vbi ſtabant coram dominatore,* &c. Verùm obſcuritas Hebrææ phraſis *egredi ab ſtando*, cauſa fuit verſionis variæ, ſenſum tamen omnium tranſlationum eumdem exiſtimo, de quo in ſequentibus notationibus.

Ad viſionis myſterium animaduerſiones.

Varius quadrigarum ſignificatus. In conſtituenda equitum & quadrigarum arcana ſignificatione, multa eſt interpretum varietas. Nam licèt dicat Stunica in cap 6. per quadrigas ex ſententia Hieronymi, & omnium ferè Latinorum deſignari quatuor monarchias; Rupertus tamen aliud quid eius & ingenio & pietate dignum excogitauit, vt quadriga prima Apoſtolorum ſit, ſecunda Pœnitentium, Virginum tertia, ac quarta demum Doctorum & Paſtorum. Et hoc quidem ei ſignificationi congruenter, quam equis & equitibus Sanctus Ambroſius, cuius ſuperiùs meminimus, aſſignauit. Atque ab hac orbita parum deflexit Burgenſis, cui quadrigæ quatuor ſunt quatuor Euangelia. Subdit deinde rufos, eſſe Martyres: albos, virgines: nigros, profundè doctos: varios denique, virtutum varietate diſtinctos.

& equorum atque equitū. Iam in equorum & equitum myſterio. putat Lyra, per equum rufum vindictam diuinam de aduerſariis Iudæorum ſumptam deſignari. Sed addit mox, per equos rufos, varios & albos indicari Perſas, Græcos, & Romanos, qui populum Iudæorum afflixerunt. ac ſubdit, per equos populos

Digitized by Google

populos ipſos repræſentari, per aſcenſores verò eorum Angelos. Cæterùm apud Lyram R. Salomon Angelos diuerſorum ordinem paratos ad Dei voluntatem exequendam exiſtimat in hac viſione adumbratos. Eodem pertinet Stunica, cùm inquit idem per hos equos afferri, quod 4.Reg.6. per illa: *Ecce mons plenus equorum & curruum.*

Auctoris mēs. Mihi tamen longè videtur optabilius, ſenſum eumdem in vtroque capite continuatum inuenire, agi propterea cenſeo vtrobique de iiſdem equis & equitibus: ſed priùs, vt dixi, collecti ſunt in inſidiis; poſt verò diſponuntur aperto ac decretorio marte pugnaturi; vnde triumphus extitit glorioſiſſimus, quem ſenſum explico iam.

Hoc vt efficiam, dico priùs, mihi non placere Stunicam & Riberam, dum per myrtos capite 1. viros iuſtos intelligunt, per equites verò Angelos pro hominibus iuſtis pugnaturos. Sentio enim, licèt ſeorſum vir iuſtus per myrtum, per equites verò Angeli aptè repræſentarentur; cæterùm haud coagmentari concinnè has duas tranſlationes. Etenim ad gerendam myrtorum curam, minimè apti ſunt equites diſcurrentes hac illac, ſed qui hortos colunt, aut agros. Ea propter affirmo, illud mihi eſſe maximè veroſimile, quod hæc equorum turma, ſeu equitum cohors latitans inter myrteta, quæ erãt in profundo, appoſitiſſima ſit ſtrategmatis inſidiarum repræſentatio. Nam vt eiuſmodi equi ſeu equites latitarẽt inſidiis ſtruendis, nullus excogitari poſſe videtur locus aptior, quam repoſita ſecus fluuium vallis dumis grandioribus implexa. Et dumi quidem vocantur propriè lentiſci, ſylueſtres ſalices, aut myrti, & eiuſmodi ſylua aptior eſt vt te abſcondas, quam arbores maiores. Scitè Virgil. in 6.

Equites & equi inter myrteta inſidias parant.

Myrtea circum ſylua tegit.

Ad opprimẽdos hoſtes populi Dei imparatos. Horum porrò ea eſt ſignificatio, nimirum, tametſi populi Iſraëlitici hoſtes cogitarent, nihil eſſe, cur ab eo ſibi cauerent; diuinam verò prouidentiam paratum ipſis habere ſubſellarum ſtrategema, quo eos ſic oppugnaret vehementer, vt & in ipſos vlciſceretur abundè, & ſui populi rationibus cumulatiſſimè prouideret. Illud verò quod dicitur cap. 1. verſ. 10. *Iſti ſunt, quos miſit Dominus, vt perambularent terram.* Ac mox: *& ecce omnis terra habitatur & quieſcit*, accipiendum videtur ad eum modum, quaſi manus illa, qua hoſtes eſſent inuadendi, ex hominibus foret regionis inimicæ peritiſſimis, immò & in ea functis ſpeculatorum munere, quam & perluſtrauerint oculis, & hoſtes negligenter ac ſocorditer agere conſiderauerint. Præterea, totius primi capitis ſeries manifeſtè demonſtrat, eum, de quo agitur, exercitum, inſtructum fuiſſe, ad inſignem quamdam impreſſionem faciendam, de repentè irrumpendo in hoſtes populi Iſraëlitici, huicque inſigniter opitulando. Nam quid aliud ea præferunt verſ. 15. *Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas.* & ſtatim verſ. 16. *Reuertar ad Ieruſalem in miſericordijs, & domus mea ædificabitur*, &c.

Equitum vera & Chriſtiana ſignificatio. Ad eum verò intellectum, quem ego ſequor, haud erat ea cogitatio inconcinna, quæ placet, vt ante memorani, quibuſdam interpretibus, vt hæc eſſet quædam repræſentatio cœleſtis militiæ, Angelorum, ſcilicet per equites, & Michaëlis per equitum ducem. Arridet nihilominus, quod dixi, magis, quippè quod aptius mihi videatur, vt per militiæ huius Imperatorem intelligatur Chriſtus Dominus, & per equites alios, Apoſtoli, Apoſtolici viri, ſiue miniſtri Ieſu Chriſti,

A eius Euangelij buccinatores, ſicut Apocalypſ. 20. philoſophatus ſum.

An ſit proprius ſignificatus ſingulis coloribus. Quod autem ad colorum ſignificationẽ ſpectat, vt ad eorum vnumquemque ſigillatim deſcendatur, Stunicæ non placet, ſed vt per colores diuerſos diuerſa miniſteria repræſententur. Cæterùm Ribera cum cæteris putat ad ſingulorum colorum ſignificationem deſcendere, opus eſſe. Ego item dicerem, propriam ſingulis ſignificationem competere; illorum tamen non ideò factam fuiſſe diſtributionem, quod vni equo conueniat vnus color, alter alteri, ſed propter picturæ commoditatem; cum tamen conueniat vnicuique, quod indicant colores omnes. Ad eam, ſcilicet rationem qua

B paſſionis Chriſti D. ſtemmata & inſignia in varios Angelos ſolent diſtribui, appingendo huic coronam ſpineam, illi flagellum cruentatum, aliis alia, non vtique quod omnia non ſuſpiciant omnes.

Ille verò quinam. Aſſero igitur colorem album ſymbolum eſſe candidæ ac innocentis vitæ; zeli diuinæ gloriæ, rufum; varium, multiformis ſapientiæ; ac nigrum denique ſymbolum eſſe modeſtiæ. Cauſas harum ſignificationum & probationes hîc non exhibeo, ne actum agam, quoniã id ſeriò feci notat. illa 5. ad caput 6. Apocal. Vbi etiam expendi, cur noſter Zacharias colorem nigrum intulit in 6. cap. quem omiſit in primo. Et quidem, quas adapto coloribus ſignificationes, cadere in eum exercitum ap-

C poſitiſſimè, quo Deus eſt vſus, ad inferendum mundo, carni, & diabolo bellum facilè quicumque exiſtimabit. Etqua enim aptiora huic effectui arma quam vitæ integritas, zelus gloriæ diuinæ, ſapientia multiplex, ac modeſtia humilis? Et aliquis fortaſsè cogitaret, colore nigro inimicis denunciari funeſtum interitum; huncque ideo omiſſum in 1. cap. quia eadem ferè illius & rufi ſignificatio eſt: vtrumque autem expreſſum in ſexto, ad denotandum planè Babylonis omnimodum excidium. Poſſet item quis dicere, colore albo Chriſti militibus felicitatem ac triumphum portendi. Superior autem horum colorum ſignificatio eſt, quam germanam cenſeo.

Diuerſa nec inepta cogitatio.

D propterea quæ attuli citato Apocalypſeos loco. vbi colore vario ſapientiam multiformem (quod magis apparebat difficile) ſignificari, ſatis adſtruxi. vbi item ex adhibita colorum ſignificatione rationem reddidi, cur Imperator idem Chriſtus Dominus apud Ioannem Apocal. 19. 11. albo equo, apud Zachariam vero rufo (alazan) inſideat.

Equitum & equorum ſignificatio. Ad hæc autem aduerto, quamquam neceſſe non ſit, equum ab equite in ſignificatione ſecernere, poſſe nihilominus conſiderari, equites eſſe Chriſtum & ipſius miniſtros; (hi ſunt videlicet, qui virtute immenſa conflixerunt cum aduerſariis copiis, quas tres illi duces famoſiſſi-

E mi diabolus, mundus, caro moderabantur) equos autem facta illorum admiranda, & argumenta præcellentis virtutis, quemadmodum in Apocalypſi latiùs explicaui. Huc ſpectat illud Habac. 3. *Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio.* Vbi notandum, vt Imperatorem atque equitem induci ab Habacuc Deum. Vt enim eius facinoris, ſcil. humanæ ſaluationis diuina prouidentia eſt princeps cauſa, cuius inſtrumenta ſunt humanitas Chriſti D. aliique Dei famuli, optimè vtrumque cohæret, per equites nimirũ deſignari & prouidentiam diuinam, vt cauſam principalem, & Chriſtum hominem, eiuſque in hoc opere adminiſtros, vt inſtrumenta ipſius Dei. Notandum item

Digitized by Google

item ex prædictis verbis Habacuc,eo ſpectare Dei bellgerationem,vt de hominibus bellè mereatur: propterea hæc illius percuſſio & occiſio, ſanatio eſt ac viuificatio peccatorum. de myſticis enim bello & vindicta ſermo eſt.

Difficultas ex diuerſa explicatione colorum hic & in Apoc.

Sed ex dictis difficultas exiſtit, quòd aſſignata horum equorū coloribus ſignificatio ab ea diſcrepet,quam iiſdem Apoc.6.attribuebamus Per colores enim in Apoc.intelleximus exteriorem ſpeciē, qua dotes pręclariſſimi principis,nimirum Virtus, Beneficentia,Æquitas,Sapientia obuelantur. Propterea diximus ſignificari colore albo ſalutatem intellectus captiuitatē,rufo arduo,mentis ſpiritus, nigro humilitatem paupertatis, ac demum pallido contemptū mortis.In Zacharia verò licèt non diſcrepemus in colore rufo:in albo autē & nigro diſcrepamus: nam pro pallido Ioannis ille varium adhibuit,vbi ratio diuerſitatis quærenda eſt.

Expeditio illius.

Verùm hæc,quę prima frōte videntur diſſentire, ſi aſpiciantur penitus,apparebit cohęrere illa optimè,eumdémque finē reſpicere. Etenim in Zacharia nō eo habetur præcipue in equorum coloribus reſpectus, vt diuerſa ſpecies ac imago, qua Deus vtitur in ſuorū operum molitione, repræſentetur; ſed vt ſignificetur facinus ipſum, & rei ſubſtantia. Hoc verò vt ſub figura militantium ſeruorū Chriſti adūbraretur,quod conuenientiſſimū fuit, colores equorū accipere declarata ratione,quippe quæ in eā figuram concinne,niſi fallor,adaptetur.At in Apoc.hæc cogitatio & figura ſermonis attollitur multo magis,& facti ſpecies ac imago eſt,quæ pręcipuè attēditur.Hac de cauſa arcanis quattuor animalibus equi quattuor aſſociātur: Leoni,qui Virtutis eſt ſymbolum,is equus,in quo minus eſſe cogitatur virtutis ac roboris,albus ſcilicet boui,ſymbolo beneficentiæ equus rufus, qui minus habet mititatis,ſed eſt potius rigoris & crudelitatis imago:homini, qui æquitatem repræſentat, equus niger aſſociatur, qui magis videbatur alienus ab eo homini affectus:poſtremo Aquilę,quæ ſapientiam figurat,eius coloris equus, qui deſpicabilior eſt, pallidus nimirum.

Facit Zacharias.

Cur equum varium Zacharia mutat in pallidum Ioannes.

Vnde conſtitit ſatis iam,cur varium colorem in pallidum commutarit Apocalypſis;varius enim ad deſignandam ſagacitatem & prudentiā aptus erat; at ibi ſpecies nō dabatur huius effectus,ſed potiùs inſipientię& tarditatis.Alios verò colores tres cōmutari neceſſe non fuit, ſed vnumquemque ordinatè collocari. id enim requirebatur tantum ad concinnam proportionem.Etenim in Zacharia ad minitandum hoſtibus,concipiendamque de victoria,atque adeò de felicitate ſpem, apti fuerūt equi rufus,niger,& albus.Iidem etiam ad Apocalypſeos inſtitutum appoſitè venerunt, vbi rigor & aſperitas equi rufi bene diſſimulat beneficentiam; nigri obſcuritas æquitatem: albi demum remiſſio virtutem ſummam.

Quadriga ſymbolum triumphi.

Supereſt demum, vt ad quadrigas cap.6.Zachariæ tranſeamus. At circa eam repræſentationem præmittendum, quod eſt antiquariis notiſſimum, quadrigam ſymbolum eſſe triumphi. Propterea, vbi in vetuſtis numiſmatis ſculpta eſt quadriga,ibi certus eſt ſignificatus triumphi. Quis igitur non videat eadem in Propheta noſtro vti potuiſſe Spiritum S.ſignificatione? cùm præcipuè celeber fuerit in bellis quadrigarum vſus,quod vel ex noſtro Zacharia cap. 9. & Nahum 3. conſpicuum eſt: & triumphus diuinæ prouidentiæ peragatur poſt bellum myſticum.

Aſſero igitur conſtanter conuenientiſſimū fuiſſe,vt poſt repręſentatum in cap.1.quem Deus con-

A tectū dumis, ad belligerandum cum ſuis hoſtibus, apparatu habebat;poſtmodū in 6.capite,ad repræſentandam victoriam ac triumphum diuinę prouidentiæ,iidē primi capitis equi depingerentur, ſed tamen facti iam curruum & quadrigarum iugales. Quòd autem quadrigæ ſignate nominentur quattuor;id verò eſt concinne accommodari vaticiniū figuræ,hoſtium nimirum olim Dei populum vndequaque infeſtantium,ab Auſtro,ab Aquilone,ab occaſu, ab ortu. Vt igitur victoriæ ac triumphi, quem de hoſtibus cunctis ſui populi reuexit Deus, fieret repræſentatio, quid quæſo adhiberi potuit aptius,atque quadrigas quattuor,quattuor itidem cardinalibus ventis correſpondentes? Iā vero, qui neſciat Ieroſolymā ab hoſtibus ſuis quadruplici ex

Eccleſia perſecutiones & victoria graphicè adumbrata.

B latere oppugnatā, expreſſum eſſe typū Eccleſiæ ab orbe vniuerſo ſæpiſſimè exagitatæ,& concitarū in ipſam vndique procellarum, ecquis nā eſſe queat.

Quod autē de quattuor his quadrigis ita loquatur Propheta: *Hi ſunt quattuor venti cæli*,planè denotat,quemadmodum venti, vbi Dei iuſſus adeſt, commouent tempeſtatē,qua labefactant ac diruūt quidquid illis obuium eſt; ita prorſus omnipotentem Deum in omnibus quattuor mundi plagis euerſurum atque extincturum idololatriam, ac de ſuis hoſtibus quamlibet obnitentibus media prædicatione Euangelij glorioſiſſimè triumphaturum. vbi ad illud Pſalmi: *Qui facis Angelos tuos Spiritus*, alluſio eſt.

Prædicatio Euangelij cur ventis quattuor cōparata.

Illud verò quod textus habet in noſtra editione,

C vētos egredi:*vt ſtent corā Dominatore omnis terræ*,accipiendum in eū ſenſum(quod vidimus in ſuperioribus notis)vt exeāt ab ſtando ſeu ab aſſiſtendo coram Deo,huius eſt ſignificationis,nimirum,totum hoc bellū potentiſſimi Dei virtute geri; ſed tamen Chriſti D.ſeruorúmque ipſius fuſa ad Deum precatione interueniente. Propterea hoc fuit inuentum admirabile, vt quadrigæ dicerentur aſſiſtere coram Deo,atque inde egredi ad aggrediendos & proterendos Altiſſimi aduerſarios.

Quid ſuppetat vires Euangely prædicatteni.

Pręterea animaduertendū,licet olim Ieroſolyma vndique paſſa fuiſſet ab hoſtibus ſuis obſidionem; meam tamen poſt captiuitatem ab Aquilone & ab Auſtro oppugnationis cauſa exercitus conductos fuiſſe,à regibus nimirum Syriæ & Ægypti, vt ex cap.11. Danielis manifeſtū eſt: ſed bellum grauius

D ei vtbi illatum fuiſſe ab Aquilone. Hoc igitur reſpiciens bellum, quod perſecutionum, quas in gentes ſuſtinuit Eccleſia, typus expreſſus fuit, eique locutionem accommodans Propheta inquit: *Equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt eos.* vt ſignificaret videlicet, equorū nigrorum quadrigam, qui modeſtia ac demiſſione animi præcellentes funeſtū interitum inimicis minitabātur,& albōrū quoque,qui immaculatæ vitæ candore felicitatē victoriæ populo Dei pollicebātur,reportaturā haùddubiè quadrigam vtramque de perſecutionibus Eccleſiæ nobiliſſimum triumphū.Et conuenit quidem ex amuſſim cum his Za-

Cur nigri & albi equi tendant ad Aquilonem.

E chariæ myſticum Romæ excidium,quod tantopere extollit Apocalypſis.

Adiungit deinde Propheta:*Ecce,qui egrediūtur ad terrā Aquilonis,requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis*.q.d.afficiendū magna conſolatione Deum ex ea victoria: quia ſcil.eius victoriæ futurus erat exitus, vt Deus ſuum illis impartiretur ſpiritum, qui Aquilonarium typo continebantur, Romani videlicet, & eiuſmodi vehementes perſecutores Eccleſiæ. Atque hoc idem eſt, quod innuunt arcane illa verba: *Requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.*

Romani per Aquilonares indicati.

Victo

Digitized by Google

INDEX

Locorum Scripturæ ſanctæ, qui connexi cum præſentibus explicationem acceperunt.

Ex Geneſi.

CAP. 20. v. 16. HOC erit tibi in velamen oculorum. 205.1.b

Ex Exodo.

28.33. *Deorſum verò ad pedes tunicæ*, &c. *quaſi mala punica facies.* 185.2.e

Ex Leuitico.

23.40. *Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ.* 247.2.b. & ſeqq.

Ex II. lib. Regum.

13.18. *Induta erat talari tunica.* 230.2.b

Ex II. lib. Eſdræ.

8.15. *Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi.* 247.2.e.& ſeqq.

Ex lib. Iob.

3.8. *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* 29.3.a.& ſeqq.
11.17. *Orieris vt Lucifer.* 101.2.c
40.18. *Ecce, abſorbebit fluuium, & non mirabitur.* 230.1.d

Ex Pſalmis.

1.1. *Beatus vir qui non abijt*, &c. 123.1.b
15.10. *Notas mihi feciſti*, &c. *Delectationes in dextera tua.* 230.1.a
18.8. *Conuertens animas.* 236.1.c
19.6. *In nomine Dei noſtri magnificabimur.* 191.2.e
21.22. *Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.* 26.1.d
28.6 *Comminuet eas tamquam vitulum*, &c. 17.1.a
33.11. *Diuites eguerunt.* 268.2.b
38.5. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum*, &c. 127.1.e
57. *Titulus: ſecunda Sabbathi.* 63.1.a,b
11. *Secundùm nomen tuum Deus*, &c. 52.1.a
61.5. *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti*, &c. 132.1.e
65.3. *Mentientur tibi inimici tui.* 133.2.b
67.18. *Millia lætantium.* 266.1.d.281.2.c
34. *Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.* 48.2.a
71.6. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus*, &c. 134.1.a.& ſeqq.
15. *Adorabunt de ipſo ſemper.* ibid.2.a
16. *Florebunt de ciuitate.* ibid.
20. *Defecerunt laudes*, &c. ibid.b
72.5. *Cum hominibus non flagellabuntur.* 22.2.a
73.14. *Tu confregiſti capita draconis.* 32.2.e
77.69. *Ædificauit ſicut vnicornium*, &c. 17.2.a.b
79.17. *Incenſa igni & ſuffoſſa*, &c. 135.2.d
80.10. *Inimici Domini mentiti ſunt*, &c. ibid.e
83.6.7.& 8. *Beatus vir, cuius eſt auxilium*, &c. 136.1.b
84.14. *Iuſtitia ponet in via greſſus ſuos.* ibidem d
89.1. *Oratio Moyſi hominis Dei.* ibid.2.b.& ſeqq.
4. *Quoniam mille anni*, &c. ibid.d.& ſeqq.
10. *Dies annorum noſtrorum*, &c. 137.1.b. & ſeqq.
15. *Lætati ſumus*, &c. ibid.e.& ſeqq.
92. *Vitulus in die ante Sabbathum.* 63.1.b
4. *Mirabilis in altis Dominus.* 302.2.c
124.5. *Declinantes in obligationes.* 142.1.d
126.1. *Canticum graduum.* ibid.2.b
127.3. *Vxor tua ſicut vitis.* ibid.c
149. *Summatim expoſitus.* 282.b

Ex Prouerb.

3.8. *Sanitas erit vmbilico tuo.* 23.1.b.229.2.e
16. *Longitudo dierum in dextera eius.* 193.1.e.230.1.b
8.22. *In initio viarum ſuarum.* 25.2.d
20.10. *Pondus & pondus, menſura & menſura*

Digitized by Google

ſura,&c.) *quæ verba repetuntur v.*23. *& cap.* 11.1.) 8.1.*d*

21.4. *Lucerna impiorum peccatum.* 30. 2.*d*

Ex Cant.

6.7. *Sexaginta ſunt reginæ*, &c. *Vna eſt columba*, &c. 66.2.*e*

7.2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis.* 23. 1.*b*

Ex Sapientia.

2.8. *Coronemus nos roſis.* 191.1.*e*

18.24. *In veſte poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum.* 186.2.*a*

Ex Eccleſiaſtico.

18.1.2.3.4. *Deus ſolus iuſtificabitur*, &c. 144.2.*c*

36.6. *Innoua ſigna*, *& immuta mirabilia.* 298.1.*d*

39.19. *Florete quaſi lilium.* 191.1.*b*

47.10. *Dilexit Dauid Deum, qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam.* 46.1.*a*

49.10. *Ezechiel vidit conſpectum gloriæ*, &c. 264.2.*d*

50.7. *Quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ.* 191.1.*b*

Ex Iſaia.

2.3. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* 50.1.*e*

8.8. *Et ibit per Iudam inundans & tranſiens, vſque ad collum veniet.* 31.1.*d*

19.18. *Ciuitas Solis vocabitur vna.* 251. 1.*a*

24.16. *Secretum meum mihi.* ibid.*d*

22. *Viſitabit Dominus ſuper militiam cœli in excelſo.* ibid.

27.1. *Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & occidet eum, qui in mari eſt.* 33.1.*b*

28.16. *Qui crediderit, non feſtinet.* 27.1.*d*. 230.1.*c*

34.7. *Deſcendent vnicornes cum eis.* 17.1. *b*.*c*

35.2. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron*, &c. 27.1.*b*

7. *Orietur viror calami & iunci.* ibid.

47.2. *Denuda turpitudinem tuam.* 204.2.*e*

49.16. *Ecce in manibus meis deſcripſi te.* 308. 2.*d*

58.8. *In momento indignationis. vſque ad: Innouabitur.* 60.2.*d*

61.10. *Quaſi ſponſum decoratum corona.* 202. 1.*b*

Ex Ieremia.

31.22. *Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circumdabit virum.* 167.1.*c*.169.1.*b*

Ex Ezechiele.

1.7. *Scintillæ quaſi ſpecies æris candentis.* 286. 1.*b*

36.20. *Ingreſſi ſunt ad gentes*, &c. *Et peperci nomini ſancto meo. Et ſanctificabo nomen meum*, &c. 92.2.*c*

Ex Oſee.

14.6. *Germinabit quaſi lilium.* 191.

Ex Amos.

6.1. *Ecce imber ſerotinus poſt tonſionem regis.* 134.1.*b*

9.11. *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo*, &c. 49.1.*c*

Ex Habacuc.

2.4. *Iuſtus in fide ſua viuet.* 35.1.*d*.230.1.*c*

3.5. *Ante faciem eius ibit mors.* 31.1.*e*

13. *Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* ibid.*d*

19. *In pſalmis canentem.* 71.1.*c*

Ex Zacharia.

6.11. *Sumes aurum & argentum, & facies coronas.* 179.2.*e*

Ex Matthæo.

5.5. *Beati qui lugent.* 179.1.*d*

6.9. *Sanctificetur nomen tuum.* 92.2.*c*

22. *Si oculus tuus ſimplex fuerit.* 182. 1.*d*

24.28. *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ* (*quod etiam eſt Lucæ* 17. 37.) 15.*d*

Ex Luca.

10.39. *Maria autem ſedens ſecus pedes*, &c. 191.2.*c*

Digitized by Google

11.34. *Si oculus tuus ſimplex fuerit.* 182.1.*d*
17.37. *Vbi fuerit corpus*, &c. 15.*d*

Ex Ioanne.

7.38. *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* 23.1.c.228.2.*c*
8.35. *Qui credit in me non ſitiet vnquam.* 230.1.*c*

Ex Actibus Apoſt.

15.15. *Huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & readificabo*, &c. 49.2.*b*

Ex epiſt. ad Romanos.

1.4. *Prædeſtinatus Filius Dei*, &c. 97.2.*e*
2.15. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus.* 35.2.*b*
3.23. *Egent gloria Dei.* 92.2.*b*
9.17. *Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtenderem in te virtutem meam.* 29.1.*e*

Ex epiſt. ad Galatas.

4.25. *Qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem.* 22.2.*a*
26. *Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem*, &c. 222.2.*e*

Ex epiſt. ad Epheſios.

4.8. *Aſcendens in altum*, &c. *Quod autem aſcendit*, &c. 80.2.*e*
15. *In aſtutia ad circumuentionem erroris, in charitate creſcamus*, &c. 227.2.*e*

Ex epiſt. I. ad Timoth.

4.8. *Pietas ad omnia vtilis eſt.* 205.2.*c*
6.6. *Eſt autem quæſtus magnus cum ſufficientia.* 230.1.*b*

Ex epiſt. ad Hebræos.

5.11. *Grandis ſermo & interpretabilis.* 103.2.*a*
22. *Receſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem*, &c. 50.2.e.80.2.*e*

Ex epiſt. B. Iacobi.

2.2. *Aureum annulum habemus.* 308.2.*b*

Ex epiſt. II. S. Petri.

1.19. *Donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur*, &c. 101.2.*d*
2.14. *Oculos plenos adulterij.* 182.2.*e*

Ex epiſt. I. S. Ioannis.

4.8. *Deus charitas eſt.* 217.1.*e*

Ex Apocalypſi.

8.8. *Mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare.* 32.2.*a*

Digitized by Google

INDEX

Notabiliorum tam rerum, quàm verborum, ſiue pro ſcholis, ſiue pro concionibus.

A

Aaron.

AARON figura ſanctitatis. 91.1.a

Aaronis tunica quot habuerit & mala punica & tintinnabula, & quo ordine. 185.2.c

Myſterium ſeptuaginta duo malorum punicorum. 186.1.c

Accipio.

Accipio quomodo vſurpetur in Scriptura. 81.1.d

Accipiter.

Accipitrem ſeſe ærumnis preſſus exhibiturus. 15.b c

Actiua vita.

Hæc iungenda cum contemplatiua. 179.1.b

Adiuratio.

Adiurationem trium Canticí Cant. arcanum. 165.2.c

Admiratio.

Admirationis & ſtuporis effectus vehementes. 304.2.d

Adoleſcentulæ.

Hæ deſignant ſponſas Chriſti infœcundas. 222.1.a

Adultus.

Adultorum qualis doctrina. 181.1.4

Aduerſitas.

Aduerſitatum irrueus mare cohibet Deus. 12.a

Aduerſitatum nocti ſuccedit lætitiæ dies. ibidem.

Comes proſperitati aduerſitas. 89.2.e

Aduerſa ipſa afferunt proſperitatem. 117.1.d

Aduerſitatum abyſſo adeſt cum amicis Deus. 13.a

Aduerſitates ſuorum diſpenſat Deus. ibid.

Quî verò diſpenſat. 299.1.a

Aduerſa animum patientem & alacrem requirunt. 13

Aduerſitatibus preſſi quales preces. ibid.

Aduerſorum in proſperitate memoria læta. 254.1.b

Vide *Ærumna. Afflictio. Anguſtia.*

Ædificia.

Ædificia ſuperba extruentes quî notantur. 130.1.a

Ægyptij, Ægyptus.

Pro ſapientibus ponuntur. 82.1.c.84.1.a

Ægyptius pro Iudæis. 295.2.c

Ænigma.

Ænigmatis interpretandi ratio. 164.1.b

Ærumna.

Ærumnæ pro Deo optabiles. 89.2.c

Eæ maximè placent Deo in amicis ſuis. 177.2.b

Vide *Aduerſitas.*

Æs.

Æs pro chalybe, aut metallo generatim, ſicut Hebræum & Græcum illi correſpondens. 285.2.c

Æris ſignificatio. 312.2.c

Æternitas.

Æternitas manè iucundiſſimum. 150.1.c

Æternitatis ſpes, vnicum afflicto pio ſolatium. 392.1.b

Æthiops.

Æthiopum & ſimilium barbarorum conuerſio vbi indicata. 58.1.c.59.2.c.65.1.b.84.1.a

Æthiopes pro Arabibus. 273.1.a

Æthiops Madianitæ quos deſignent. 301,1.a

Afflictio.

Afflictiones piis conuerti in eſcam animarum & ſaginam. 15

Afflictionibus vnde leuamen. 138.1.c

Afflictiones & caſtigationes piorum maximi faciunt Angeli: aduolant vt videant, & præſto ſint. 14

Afflictionis tempore qui deficiunt quales apud Deum. 142.1.c.& ſeqq.

Afflictio depreſſorum maximè leuatur exaltationis ſpe & conſideratione. 25.2.c

Afflictio laudem ſequitur, ne exaltetur iuſtorum cor. 26.1.a

Afflictio iuſtorum à Deo rhinocerotis & elephantis pugna adumbratur. ibid.& ſeq.

Afflictiones ſuorum quàm temperet Deus. 252.2.c

Opem fert citò. 292.2.c

Afflictiones mittit Deus, vt ad ſe trahat. 252.2.c

Tunc propius Dei auxilium. 118.1.d

Poſt afflictiones fauor Dei erga pœnitentes. ibid.& 253.2.c

Reſtituit tunc amiſſa omnia. 253.1.b,c

Afflicti multifariam pij ingens conſolatio. 7.& ſeqq.

Alas facit illis Deus vt aduerſa fugiant. 15

Afflictis vnde petendi alacres animi. ibid.

Aggæus.

Aggæus & Zacharias in Pſalmis arcanè poſiti. 107.2.c

Agricola.

Agricola ſtudioſus ſignificatus. 78.1.c

Allegoria.

Allegoriæ qui ſenſus attendendus præcipuè. 16

Allegoria

Digitized by Google

Index Rerum.

Allegoria Cantici Canticorum quas Eccleſiæ partes reſpiciat. 166.1.a

Alloquor.

Alloqui pro deſponſare. 243.1.c

Amator.

Amatoris veri imago. 201.1.1.c & ſeq.

Ambitio.

Ambitionis mala. 138.2.a

Amicus.

Amici Dei quàm extollantur. 109.2.b

Amicorum, & inimicorum Dei diſcrimen. 302.1.d

Aminadab.

Aminadab in Cant. appellatiuum eſt. 223.2.d

Amor.

Amoris perfectiſſimi erga Deum effectus. 169.2.a.& ſeq.

An afferat animæ morbum; & quem. ibidem c.

Interdum amor Christi deſiderium ardens illius complectendi. 192.2.b

Hic cur cor dat in ægritudinem. ibid.d

Amoris veri examen. 242.2.d.e

Vide *Charitas, Dilectio.*

Amor inordinatus ſui ipſius per Behemoth ſignificatur. 5

Amor externorum corporis bonorum per Leuiathan deſignatur. ibid.

Amphora.

Amphora menſura eſt quæ Hiſpanicè media hanega, illius ſignificatio apud Zachariam. 307.1.e

Anagogica.

Anagogica cur dicatur aliquando litteralis expoſitio. 294.2.b

Angelus.

Angeli aduolant ad afflictos pios. 15

Ex piorum conſtantia Deum prædicant. ibidem.

Intelliguntur animalium nomine. 75.1.d

Angelorum chori nouem Ezechieli obiecti. 268.1.c

Horum diſtributio à quo docta. ibid.

Singulis choris ſymbola aſſignantur ſingula. ibid.2.b

Symbola infimæ Angelorum Hierarchiæ. ibidem c

Angeli cuſtodes per rotas deſignati, aſcendentes perpetuo, ac deſcendentes. ibid.

Eorum celſitas. 266.2.a

Officium. 216.1.b

Humile obeunt munus, & cur? 266.1.b

Sine diminutione ſuæ gloriæ. ibid.

Qui edunt ſtrages. 288.1.a

Angelorum indefeſſum robur. ibid.c

Militant pro Eccleſia ſub Michaële Imperatore. 310.1.e

Eorum erga homines protectio ex diuina dulcedine. 75.1.d

Apportant ad nos nuncia bona, & celebrant. ibid.

Angeli, & qui in eis Principes, toti hominum. 76.2.d

Semper apportant bonum. 266.1.b

Promptiſſimi ad obſequendum Deo. ibid.

Attentiſſimi & oculatiſſimi erga alumnos. ibid.2.e

Quàm illis boni. 267.1.e

Cur vocentur populus accinctus. 305.1.c

Angelicum eſt, numquam interturbari. 287.2.b

Anguſtia.

Anguſtiæ piorum vehementiſſimæ, & auxilij cœleſtis perpulchra deſcriptio. 304.1.c

Ex anguſtiis grauioribus gloria Dei & ſuorum magnificentia exiſtens. 703.1.a,b

Anima.

Animæ vnde ſatisfiat. 124.2.d

Quæ cauſa tanti boni. 125.1.b

Anima pro perſona. 223.2.c

Animal.

Animal quandoque pro Angelo. 75.1.d

Annulus.

Annulus figura eſt operum perfectiſſimorum. 219.1.c

Annulus aureus proprius Pontificis. 308.2.b

& an de illo loquatur Zacharias. ibid.

Cuius lapis ſit ornatus ſculptura. 309.1.a

Annunciatio

Annunciationis B. Mariæ gloriam demonſtrat lilium. 189.1.b

Annus.

Anni quî ſumendi in viſione ænigmatica. 291.2.c.d.

Ante.

Ante Luciferum eſt præ Lucifero. 102.2.a

Ante colles edita ſapientia, quid ſit. ibid.c

Antichriſtus.

Antichriſti nomine quis ſæpe apud Patres. 290.1.b

Antilibanus.

Hic mons quî à Vulgat. indicatus. 57.1.a

Antiochus.

Hic typus fuit perſecutionis multiplicis. 285.2.b

Apadno.

Nomen eſt appellatiuum apud Danielem. 290.1.d

Apocalypſis.

Quàm ea coniuncta huic tomo, & cur ab eo diſiuncta. 3

Apocalypſeos & Pſalmorum egregia concordia. 40.d

Duobus muſicis inſtrumentis comparatur. ibid.

Septem illius tonitrua, & Alleluya quadruplex ad complures ex celebrioribus Pſalmis alluſionem habent. ibid.

Apocalypſeos ſymbola omnia ex inſignioribus veteris Teſtamenti locis deſumuntur. 44.2.d

Illius tonitruorum ad Pſalmum 28. reſpectus. ibid.

Caput illius 10. de vocatione eſt Gentium. 49.2.c

Totius libri argumentum euenta ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ. 47.2.e

Apocalyptica.

Exponitur hic titulus huius tomi. 3

Indicantur, quæ continet. Lux in hæc ab Apocalypſ. & in Apocalypſim ex iſtis. ibid.

Apologia.

Apologiam verborum Dei quis nactus? 115 2.c

Apologus.

Vt hic ſeruiat Scripturæ. 7

Apoſtolus, Apoſtolici.

Apoſtoli edocti à Chriſto D. 89.2.d

Digitized by Google

Eis aperta in Pentecoſte horrea doctrinę. ibid. e
Robur eorum admirabile. 91.2.b
Virtutes ac præmia eorum. 107.& ſeqq.
Apoſtoli, primi vinea Chriſti cultores. 144.2.d
Quam magno fructu. ibid.
Apoſtoli & eorum ſectatores cum mundi dynaſtis velut arietantes. 111.2.d
Eorum celeritas & efficacia. 139.2.b
Qualis cum Deo vnio quærenda illis. 176.1.b.c
Alieni ſunt ab elatione. ibid.2.b.& ſeq.
Sunt Deo pro equo, curru, & exercitu ad debellandum dæmonem. 177.1.c
Mirè obedientes imperio Dei. 178.2.d
Quatenus tradunt ſe contemplationi. 191.2.c
De eorum dotibus ac virtutibus latè. 216.2.a.& ſeqq.
Apoſtolici viri vocantur Angeli, & bonorum nunciorum baiuli. 76.2.a
De illorum nuncio. 85.& 86
Dicuntur reges. 77.1
Quis horum quàm ſuauiſſimus potus. 82.2
& cibus. 91.2.d
Nauant indefeſſam operam prædicationi. 85.2.d
Apoſtolicis imitandæ quæ virtutes maximè. 218.2.d
Horum deſcriptio graphica. 227.& ſeq.
Militia eorum ſpiritualis.
Pacificatio. ibid.2.c.& ſeq.
Prędicatio. Præparatio. Spiritus. 227.1.d.& ſeq.
Facilitas eundi quoquolibet. Artes in ſpirituali militia. 227.2.d
Quam expleant deſiderium & ſatient animam. 228.1.c.& ſeq.
Libertas ſpiritualis propria illorum. 231.1.d
& hæc vnde. ibid.2.c
Admirabilis ſerenitas inter quaſlibet procellas & tumultus. ibid.d.c
Prudentia ſua pro ſpecula ſunt Eccleſiæ. 231.1.c
Apoſtolici quanti faciant perſecutiones pro Chriſto. 245.2.c
Apoſtolorum facinora poſt acceptum Spiritum ſanctum. 300.2.c.& ſeq.
Difficultatum occurrentium victoriæ. 301.2.c.
Mira in eos diuina beneuolentia. 303.2.a
Pro iis pugnans Deus mirabiliter. ibid.
Eorum belligerandi ratio. 303.1.c.210.1.b.311.1.c
Duces ſunt Eccleſiæ ſub Chriſto Imperatore. 300.1.c
Apoſtoli per ſtellas deſignati. 632.c.652.c.83.1.b
Apoſtolici viri qua ratione animarum negotium tractaturi. 188.2.a.b
Effectus dignæ eorum opere. 288.2.c
Eorum admirabiles victoriæ, & vnde. 53.2.c.
Qui ſe magnificos præbeant. 55.2.d
Dicuntur eruditi corde. 137.1.d

Aqua.

Aquæ ſuper oculos, quid? 62.2.c
In aquis conſiſtere ſignificat rerum grauium paſſionem, & in eis perſeuerantiam. 291.1.d

Aquila.

Aquilarum conſideratio pios excitat, & ad deſpicienda terrena, & æterna accuratè deſpicienda. 15
Ad deuoranda aduerſa, & vtiliter digerenda, ibid.& ſeq.

Arca.

Arca Noë cuius typus. 60.1.a
Arca teſtamenti vocetur ne gloria Domini. 261.2.d
Viſa ne fuerit ab Ezechiele in curru. 262.1.c
Quanta pompa in Sionem deducta. 71.1.a
Eius inſeſſor an Pater, vel Deus. 81.1.b

Arcanum.

Arcanorum reuelatio vt iucunda. 299.1.b

Archangelus.

Archangelorum ſymbola ſunt animalia Ezechielis. 367.1.a
Cur. ibid. c
Hos quoque deſcendere ad nos interdum, ſignificatum. 266.2.c
Quid eorum quatuor facies ſignificent. 267.1.d

Arcus.

Arcu Deum vti, quid. 302.1.c
Arcum ſuſcitare, eſt renouare facinora edita pugnando. ibid.

Argentum.

Pro ſapientia. 179.2.d

Aries.

Arietum filij ſunt arietes. 51.1.d
Arietes pro Gentilibus. ibid.c

Aſaph.

Idem ac congregans ſeu concionator. 42.2.d

Aſcendo.

Aſcendere ex Hebr. refertur ad genus. 205.2.c

Aſcenſio.

Aſcenſio Chriſti Domini magnificè prædicta. 279.2.b
Fructus illius, extinctio idololatriæ, & ſanctificatio mundi. ibid.
De eiuſdem fructibus. 70.2.c.72.2.c.73.1.c

Aurum.

Ponitur pro charitate. 179.2.d
Aurea corona ponitur pro capite aureo. 217.1.d
Hoc autem deſignatur perfectum caput. ibidem.
Hoc rurſus amor capitis perfectus. ibid. & ſequenti.
Auri obryzi ſignificatio. 287.1.d

Auxilium.

Auxilium Dei quàm opportuniſſimum. 304.1.c.& ſeq.

B

Baldad.

Baldad Ioui amicus vetuſtatem ſolam ſignificat. 35.2.c.
Alia illius ad rem quoque interpretatio. 36 2.a

Barbarus.

Barbari pro rebellibus. 111.1.c

Baſan.

Baſan pro robuſtis. 82.1.c

Digitized by Google

Index Rerum.

Beatitudo.

Beatitudo quanti fiat à rectis æſtimatoribus. 304. 2. c

Pro ea patum habita tormenta omnia. ibid.

Quorum deſpicientia ſummè admirabilis,nec ſupplicioꝛum modo,ſed & omniumvitæ delectationum. 305.2.b

Beatitudo Soli comparata. 101.2.c

Behemoth.

Behemoth ſignificat amorem inordinatum ſui ipſius. 5.& 20.1. d

Behemothi interpretationem debere arcanam eſſe. 8.& 17.2.d

Et hæc eſt literalis. 8

Beſtia hæc ſeruit pro comparatione. ibid.

Ex acceptione ſuperficiaria & ex myſtica ſenſus coaleſcit. ibid.

per Behemoth ſuperficiaria deſignatur Elephantus. 17.1. d

Behemoth non omnino apte ſumitur pro Dæmone. ibid.c & ſeq.

Sed quatenus congruens ea interpretatio. 18. 1.a. & ſeqq.20.1.d.& ſeqq.

Behemoth ſeu Elephas Iobum, vt ſibiipſi Inimicum repræſentat. 22.a.& ſeq.

Et vt conſiliorum Dei principium. 25.2.d

Behemothi ſitis anhelum ſapientiæ Dei deſiderium figurat. 27.1.d

Behemoth manſuetudinem præfert. 26.2.c

Bellum.

Belli incommoda. 73.1.d.

Bellum quinam ſecuri ineunt. 80.2.b

Belligerandi ratio duplex per inſidias & aperte, vtraque in loco tenenda. 306. 2. b. 310. 1.b. 311.1.c

Beneficentia.

Beneficentiæ fructus. 108.1.c

Bonus.

Boni vndique oppugnati. 291.2.b

Sed firmi ſemper. ibid.

Citò ſuccurrit Deus. ibid.

Bonorum anguſtiæ quales. 292.2.c

Sed qualis in ipſis fiducia. 305.2.c.62.2.c

Bonorum preſſura euadens in magnam gloriam. 306.2.c

Bona terreſtria compedes ſunt & vincula. 13

Illis ſummopere impugnamur. 20.2.a

C

Cades.

CAdes pro quo ponatur. 58.1.d

Cædes.

Cædis deſcriptio. 82.2.a

Calamus.

Calamo metitur Ezechiel terram promiſſionis. 276.1.a

Calamus pro qua menſura. ibid.

Calceatus.

Calceatus pro præparatione. 187.1.d

Calix.

Calix ſalutaris, quid. 113.2.d

Calumnia.

Calumnias deprecanti quid ſpectandum. 119.1.d

Caluitium.

Symbolum eſt magnæ ærumnæ. 42.1.d

Candelabrum.

Candelabrum Templi liliis, & cytinis cur ornatum. 185.2.c.189.2.c

Candelabri Templi ſignificatio. 307.1.b

Candens.

Pro terſò, ac polito. 286.1.c

Canticum.

Canticum Cant.alluſionem habet ad nuptias Salomonis. 165.1.a

Ad veteres hiſtorias. ibid.b

Eius cum Apocalypſi conuenientia & differentia. ibid.

Diuerſas ſponſas innuit eum reſpectu ad plures vxores Salomonis. 165.2. b

Noſtra illius expoſitio vitat aliquorum commenta. 166.1.c

Reficit Catholicos,Hæreticos conficit. ibid.d

Eius delicias ſpirituales eſſe,vnde conſtet. 167. 1. c

Scopus illius. ibid.2.d

Sæpe in membris quæ laudat,eorum, non pulchritudinem, ſed officium ſpectat. 190.2.c

Cantica laudatiua ſeruéntne ordinem rerum. 297.2.c

Capillus.

Capilli denotant deuotionem. 205.2.b

& libros ſpirituales. ibid.d

Vide *Crinis.*

Caprea.

Caprearum & ceruarum cõſideratio pro afflictis. 13

Caprearum ceruorúmque venatio transfertur ad repræſentandam Chriſtianorum perſecutionem. 194.1.a.197.1.c.199.1.b

Horum animalium proprietates enumerantur ad rem eamdem. ibid.

Caprea pro fideli à malis exagitato. 198.2.b

Caprea pro re multum amabili. ibid.&231.1.b

Carmelus.

Carmelus pro ſerto ex gaza Carmelica,in ſymbolum Patriarcharum religioſorum cum alluſione ad Eliam,& Eliſæum. 231.1.c

Caro.

Repræſentatur vt ægrotus. 96.1.d

Eius medicina Euchariſtia. ibid.e

Carnalis coniunctio maximè aduerſa ſpirituali. 119.1.d. & ſeq.

Cauda.

Ponitur pro obiecto. 23.2.c

Cedrus.

Cedrus pro ſublimi. 23.2.d

Cedro deſignatur præſtans regnum.56.1.a & ſeq.

Cedrorum varia genera. 248.1.c

Torrens Cedron,id eſt,obſcurus. ibid.e

Cedrus nuſquam pro citrea. ibid.2. e

Cedrion pro ſpecie olei,aut reſinæ. ibid.

Cella,Cellarium.

Cellaria pro repoſitoriis vini. 173.2.a

Cella vinaria eſt conſideratio arcanorum Dei. 192.2.a

Ceremonia.

Ceremoniæ Eccleſiaſticæ ſignificatæ. 55.2.d

Commendantur. 68.2.b 208.1.b

Cerua, Ceruus.

Ceruæ pariántne, vel abortent propter tonitru? 58.2.a

Cerui vexati confugiunt ad homines. 59.1.c

Significant homines ad Chriſtum ſe recipientes. ibid.

Ceruorum venatio. vide *Caprea.*

Digitized by Google

Chaldæa paraphraſis.

Eius interpres Latinus non magni vbique faciendus. 248.2.a

Chalcolibanus.

Quid habeat myſterij. 288.2.c

Chalybs.

Quid ſignificet arcanè. 312.2.c

Charitas.

Charitatis feruida conſideratio. 187.1.a
Charitas denotata per rubinos. 201.2.a
Charitas Eccleſiæ Chriſti requies eſt. ibid. d
Charitatis aſtutiæ ſanctæ. 227.2.c
Charitatis lex quid faciat. 287.2.a
Vide *Amor*, *Dilectio*.

Cherub, Cherubini.

Cherub cur vitulus appelletur. 262.2.c
An ſignificet animal curule. 261.2.c
Cherubinorum throni Dei ſignificatio. 308.1.a
Cherubinorum Ezechielis deſcriptio. 258.1.a
Eorum locus. 260.2.d.
Facies. ibid.e
Pedes plantæ. 261.1.d
Manus. ibid.2.a & ſeq.
Scintillæ ex eis erumpentes. ibid.
Quomodo dicantur reuerti, & non reuerti. ibid. b

Chorus caſtrorum.

Chorea eſt, Hiſpanicè *danca, debatalla*. 226.2.b

Chriſtus.

Cum Eccleſia ſua adumbratus per Iobum. 25.2.c. 26.2.a
Chriſti typus elephas. ibid.b
Chriſti fides, initium felicitatis. 35.1.c
Chriſti reſurrectio per tabernaculi deſtructi reparationem figurari poteſt. 49.2.c
Chriſtus ibi cruci affixus, vbi Iſaac ſe immolandum præbuit. 50.1.a
Chriſtus pluuia ſaluberrima & benigniſſima. 75.1.b
Chriſtum qui colant vitæ odore bono. 66.1.c
Chriſtus verus ſol quando perfectè ſuum lumen explicauit. 79.2.b
Splendidior ſole. 101.1.c
Chriſtus inter tauros vnicornis. 95.2.a
Chriſti ignominiæ & dolores perquam graues. 89.2.a
Chriſti honor maximus. 98.1.c
Chriſti in corda dominatus. 99.1.d
Chriſti benignitas ac prudentia. 108.1.c
Chriſti fiducia in aduerſis. ibid.2.b
Chriſti præſentia quæ deſignet admiranda. 112.1.a
Chriſtus nobis apud Patrem fons vitæ. 127.1.a
Chriſti aduentus quàm frugifer. 134.1.c
Chriſti gubernatio admirabilis imitanda rectoribus. ibid.c
Chriſtus quàm charus ſuis. ibid.2.a
Quam bono id pretio. ibid.
Chriſti cum animalibus coniunctio, quanta: & quî maximè ſignificetur. 167.1.a & ſeq.
Chriſti præſentia vertit aſperrima quæque in delicias. 183.1.a
Chriſti ſuauitatem qui expetiantur. ibid.b
Chriſtus verus alexicacus & anexicacus. 185.1.d
Chriſti oratio ciet fructuoſas lachrymas. 189.2.c 190.2.c
Chriſti deliciæ ſunt noſtrum incrementum. 190.1.c
Chriſtus arbor vitæ. 191.2.c
Quanta ex eius vmbræ iucunditas. ibid.c
Chriſtus tentatis ſuis adeſt præſentiſſimus. 197.2.d.
Chriſtus rex animarum vbi ſignificatur. 201.1.a
Chriſti ardens in homines charitas deſignata. ibid.
Chriſti benedictione abſcedunt mala, accedunt bona. 211.1.c
Chriſtus quod præbet Eccleſia fidelibus conuiuium, ſibi factum reputat. ibid.2.c
& hauſtam ſibi ex eo voluptatem ſignificat. 212.1.c
Chriſtus vt peccato ſopitos pulſat. ibid.2.d
Chriſti in attrahendis ad ſe hominibus efficax contentio. 214.1.c
& huius cum noſtra libertate concordia. 215.1.b
Chriſti in Patrem ſuum amor & æſtimatio: & quid hoc doceat. 217.1.d
Chriſti attentio maxima ad ſponſam animam. 218.1.a
Eius munditie quantopere capiatur. ibid.& ſeq.
Chriſto fuit pro morte & inferno amor & zelus. 242.1.c
Ponderatur horum affectuum immenſa vis. ibid.2.c
Chriſtus vnicè pacificus. 244.2.b
Chriſti in patiendo dignatio commendata. 287.1.a
Chriſti paſſio. Vide *Paſſio*.
Chriſtus quàm miro modo perfecerit Dei conſilium. 288.1.d
Chriſti quam potens infirmitas. ibid.2.d.& ſeq.
Chriſti aſpectus efficacia. 301.1.c
Chriſtus quam gaudeat & faueat hominum conuerſioni. 303.1.b
Chriſtus coronatus doctrina, & exemplo fidelium. 308.1.b
Chriſtus in ſuis triumphantibus triumphat. 312.1.b
Chriſtus Imperator quos habeat duces? 310.1.c
Chriſti ſanguinis ſignificata virtus. 312.1.c
Chriſtianorum nomenclatio quam illuſtris. 109.1.c
Chriſtianorum copia ſignificata. 134.2.a
Chriſtiani perfecti deſcriptio. 216.2.d
Chriſtianorum diuerſa in periculis ſecuritas quàm aliorum. 292.2.c
Chriſtiana reſpubl. lilium, aliæ ſunt ſpinæ. 190.1.b

Chryſolithus.

Quinam ſit lapis. 219.1.b.285.1.a
Eius ſignificatio. 287.2.b
Chryſolithus rotatum quid. 266.1.c

Ciconia.

Eius auis ſignificatio. 307.2.c

Cingulum.

Factum ex auro textili. 284.2.c
Cingulo ſignificatur lex, & aureo diuina. 287.b
Vbi quid ſit eſſe cinctum.

Circumdo.

Quid ſignificet. 129.1.c.255.1.b.ibid.2.c

Clamor.

Clamor ad Deum quotuplex. 95.2.c

Claudus.

Claudi & cæci quid in Ieremia. 253.2.d

Cle

Digitized by Google

Clerus.

Clerus pro poſſeſſione. 77.2.b

Clerus & terminus, idem. ibid.c

Cœli.

Cœli dicuntur Chriſtiani probi. 109.1.e. 112.2.d

Cognitio.

Cognitio Dei etiam perfectiſſima quî differat ab amore. 169.2.a

Cognitione effici morbum amoris, non tamen hic eſt perfectiſſimus. 170.1.a

Cognitio propria commendata ſuperioribus præſertim. 206.2.d

Collum.

Colli erectio ſuperbiam ſignificat. 31.1.d

Collum durum pro contumacia, facile pro obedientia. 178.2.d

Collum ſicut turris eburnea generoſam libertatem filiorum Dei ſignificat. 118.1.e. 231.1.e

Colo.

Colendus quando præcipuè Deus. 119.1.a

Columba.

Columbæ pennæ pro fuga. 78.1.d

Columba patientiſſima eſt. 198.1.a

Columbæ oculi ſignificant caſtitatem fidei. 204.1.b

Alia notabilia in hac aui. 218.2.b

Columna.

Columnæ Templi trophæa victoriarum Dauidis, præcipuè Chriſti. 185.1.b

Cum alluſione ad Herculis columnas. ibid. & 189.2.e

Coma.

Comæ ſicut purpura regis, &c. pro cæſarie coccineâ in ſymbolum deuotionis Ieſu Chriſti ſanguine penitus imbutæ. 232.1.e.

Vide *Capilli, Crines.*

Communio.

Communio ſpiritualis quid ſit. 169.1.b

Per eam quî vniatur anima cum Chriſto. ibid.

Commuto.

Commutari in Pſalmis pro exaltari. 188.2.a

Comparatio.

Comparatio in ſacra Scriptura frequens. Per comparationem ſumpta multa in obſcuro ſermone ſenſum produnt arcaniorem. 87.1.b

Comparationes Canticorum quam ſimilitudinem perant. 205.2.d

Comparationi ſeruit vel apologus, vel vulgaris opinio. 8

Pro comparationibus Scripturæ notabile. 24.1.e

In comparationibus, illarum nota omitti ſolet. 47.1.b.

Compaſſio.

Compaſſio, & miſericordia proximorum per turtures monilia ſignificatæ. 179.1.d

Concilia.

Concilia Eccleſiæ Epiſcopi frequentia deſignantur.

Concionator.

Per nubem apprimè declaratur. 48.1.e

Huius quis potu delicioſus. 81.2.b

Concionatorum ratio qualis futura vt proficiant. 288.1.e

Vide *Prædicator.*

Concordia.

Concordia Deo gratiſſima. 26.2.c

Concubina.

Concubinarum nomine quę animæ intelligantur. 222.1.e

Congregatio.

Congregationes Piorum ſunt materia diuini laudis. 105.2.c

Coniunctio, &c.

Eius vis. 258.2.e

Conſcientia.

Conſcientiæ conflictus repræſentatus. 35.2.b

Eius bellum in amore quo ſe ipſum proſequitur homo, & in deſiderio conſeruandæ ſalutis nititur. ibid.d

Id bellum Iobi amici repræſentant. ibid.

Conſcientiæ probæ delitiæ. 229.1.d

Conſecratio.

Conſecrationis laus à modeſtia & perpetuitate. 218.1.a

Conſecranda Deo præſtantiſſima quæque vt victoriæ, & id genus. ibid.

Conſilium.

Conſilia Dei per nomen viæ ſignificantur. 25.2.d

Conſpicilia.

Vide *Perſpicilia.*

Conſtantia.

Conſtantia in aduerſis, à Deo. Inde ſumunt Angeli diuinæ prædicationis materiem. 10.

Fructus alij. 117.1.d

Conſtantiæ fontes. 142.1.a

Conſtantia quando infatigabilis. 219.2.b.c

Conſtantinus.

Conſtatini tempore triũphauit Eccleſia, is triumphus deſcriptus mirabiliter. 201.1.d

Conſuetudo.

Conſuetudinis prauorum damna. 118.2.b

Contemplatio.

Contemplatiuæ vitæ cum actuoſa coniunctio quàm placeat Deo. 179.1.b

Contemplationis quatenus ſe tradunt Apoſtolici viri. 193.2.e

Contemptus.

Contemptui habendus quis. 118.2.c

Contritio.

Contritionis effectus. 57.2.e

Ortus ipſius. 104.2.a

Conuerſio.

Conuerſio ad Deum voluntaria ſignificatur. 58.2.e

Ex ea quanta bonorum lætitia. 68.2.c

Conuerſio hominum vnde. 88.1.d 112.1.d

Conuiuium eſt Sanctorum. 91.2.e

Conuerſionis animarum quis adminiſter idoneus. 172.2.b

Conuerſio ex Hebræo pro voluntate, beneplacito. 236.2.e

Conuerſio peccatoris cœlo gratiſſima. 271.1.e

Conuerſio noſtra quàm ſit cordi Chriſto & eius Matri. 303.1.b

Conuerſionem hominum perficit Deus multifariam. ibid.2.b. & ſeq.

Conuerto.

Conuerto ex Hebræo quomodo capiatur. 81.1.e

Conuiuium.

Conuiuium ſapientiæ diuinæ quo modo ab amplexibus & oſculis Chriſti differat. 169.2.b

Conuiuio parantur odores. 180.1.e

A fœmi

A fœminis maximè. ibid.
Conuiuium pro illuſtratione mentis. 193.2.a
Conuiuium quo excipiuntur fideles, excipit & Chriſtum. 212.1.b

Cor.

Cor pro mentis ſede & pro cogitatione. 213.2.a
Cor, arcanè pro iis qui ſpiritualiter viuunt. 213.2.c
Cor diſtrahunt terrenæ delitiæ. 255.2.b

Coram.

Coram aliquo eſſe, id eſt, in manibus. 397.2.d

Core.

Core filij, quorum in Pſalmis mentio, non ſunt antiqui rebelles. 42.1.a 66.2.a
Myſterium huius tituli. 67.1.d
Magnam denotat afflictionem Core. 42.1.c
Grandinem & Caluitium ſignificat. ibid.

Cornu.

Cornu vndecimum apud Danielem ſignificat Iulium Cæſarem, & Romanum imperium. 278.1.c
Non autem Antichriſtum, ſaltem directè. 70.2.c
Adſtruitur. 280.2.e
Antichriſtus quomodo hic deſignetur. 281.1.b
Cornua in manibus Dei idem quod in dextera eius ignea lex. 300.2.b

Correptio.

Correptio Dei optanda. 125.1.d

Correctio.

Corrigendæ vitæ ratio. 116.2.a

Creatio.

Creationis rerum in ſuos dies diſtributæ conſideratio ſubtilis. 61.1.a

Crinis.

Crinis pro texto tenui. 209.2.a
Crines ſymbolum conſecrationis. 217.2.b
Crinium criſpandi vſus. ibid
Cur nigri commendati. 218.1.a
Vide *Capilli, Coma.*

Crudelitas.

Crudelitas potentium deſcriptæ. 304.1.d

Crus.

Crura marmorea pro conſtantia infatigabili. 219.2.b
Eorum vaſes aures pro conſtantiæ fundamento. ibid.

Crux, & Crucifixus.

Crux ſancta eſt arbor ſuauiſſima ad eius vmbram conceptus ſtatus religioſus. 241.2.d
Crucifixus ſemper in anima & actionibus. ibid.

Cum.

Cum, pro poſtquam. 299.2.e

Currus.

Currus Ezechielis cum aliis conueniens & differens. 257.2.b
Rotarum deſcriptio. 258.1.d & 266.1.e
Firmamenti. 258.2.a
Throni Principis, Iridis, & prunarij. 260.2.c
Venti & nubes: quæ illum comitantur actiones. 257.2.d 269.2.e 270.1.b

Cuſtos.

Cuſtodes ciuitatis ſunt Dei Miniſtri. 199.2.d 215.2.c
Diuerſi ſunt à cuſtodibus murorum. ibid.
Hi ſunt qui prædicant exemplo. ibid.

Cur ceciderunt ſponſæ. ibid.

Cyprus.

Cypri botrus eſt vna odoratiſſima. 181.1.c
Significat doctrinam grandiorum. ibid

D

Dæmon.

DÆmon pes ſuperbiæ. 127.1.d

Datiuus.

Datiui caſus ſignificatio ex Hebræo. 166.2.e

Dauid.

Dauidis victoriæ conuerſionem Gentium figurabant. 48.2.c
Dauidis victoriæ quæ & vnde. 53.1.c
Dauidici tabernaculi, & Salomonici templi diſcrimen. 48.2.e
Vtriuſque ad Eccleſiæ myſteria applicatio. ibid.
Dauidis pietas. 59.1.d.
Dauidis modeſtia ſingularis. ibid.
Dauidicæ turris vſus. 207.1.d
Cur turrim non ædificauerit Saul, ſed Dauid. ibid.

Debora.

Huius canticum reſpectum à Dauide. 73.2.e

Dedecus.

Dedecus impiorum. 81.2.d

Dedicatio.

Dedicatio templi Salomonici quot annos facta à dedicatione tabernaculi Moſaici. 283.2.a

Deliciæ.

Deliciæ ſanctæ reficiunt & roborant. 125.2.b
His ecquod tempus opportunum. 175.2.a
Earum fundamentum Chriſtus. 241.2.d

Denarius.

Hic numerus plenus eſt rerum ſimul exiſtentium. 52.2.c

Dentes.

Dentium ſymbolo ſignificati diuites Chriſtiani. 206.1.b,c

Deſertum.

Deſertum quid ſignificet in ſacra Scriptura; quid deſertum Cades. 58.1.c,d
Ponitur pro ſtatu religioſo. 241.2.c

Deſiderium.

Deſiderij ſpiritualis à terreno differentia. 117.1.e
Deſiderium vehemens per animi defectionem deſignatum. 218.1.b
Deſiderij ſumma expletio, vbi? 228.2.d

Detractio.

Hæc quantum metuatur. 30.1.d

Deuotio.

Deuotio ſeu pietas roborat. Proficit ad omnia. 205.2.c
Deuotio ſingularis quàm ſit cordi Chriſto. 234.2.a & ſeq.

Deus.

Deus conſulit amicorum honori. 19.1.e
Dei in amicos beneuolentia ſpecialis. 75.1.a
Totus ſuorum. 76.2.d
Deus deprimit, vt poſtea maiori cum gloria exaltet. 25.2.e
Deus ſe præbet & amabilem, & terribilem. 74.2.b

Digitized by Google

Index Rerum.

Deus, vbi non cognoſcitur, nec timetur. ibid.d
Dei magnificentia in Iob. 76.2.c
Dei prouidentia amœniſſimus paradiſus. 27.1.a
Dei benignitas, & miſericordia. 29.2.b
Dei cura erga ſuos oſtenditur, cum bonis terrenis ſpoliat. ibid.
Dei præſentia aptè per nubem indicatur. 46.1.e
Deus quàm glorioſè ſuos eximat è periculis. 77.1.e
Deus quam munificus hoſpes ſit. 80.2.d
Deus laudandus & ob beneficia, & ob ſupplicia. 85.1.b
Dei beneficentia. 86.1.c
Iuſtitia. ibid.
Robur. ibid.d
Deus cur Sanctus & terribilis. 106.2.e
Dei opera quis probè capiat. 105.2.d
Quam hæc laudanda & magnificanda. 106.1.b
Dei arcana conſilia. 110.1.b
Dei deliciæ recreant & roborant. 125.2.b
Dei perſecutio qualis. ibid.
Dei ſtudia quam oppoſita noſtris ſtudiis prauis. 126.2.c.
Dei benignitatis effectus. 137.1.d
Dei caſtra pauci ſequuntur. 138.1.d
Deus quàm præſtò ſuis. ibid.e
Deus amiſſus non quomodolibet quærendus. 199.2.d 21.51.d
Deus quantum extollat ſuos. 109.2.b
Ad hoc verò ſummum deprimit prius. 110.1.b
Deus qui ſe in puniendo gerat. 254.2.b
Punitio eius benigniſſima. 295.1.b
Deus ſuam gloriam elicit ex flagitiis hominum. 264.2.c 265.2 b
Deus quàm promptus vt faueat ſuis. 287.1.b
Quàm fauens ſuis. 69.1.e 80.1.b
Quid ei obiiciendum vt faueat. 220.1.c
Dei inſtitutio cur optanda. ibid.
Quanti facienda. ibid.
Deus quando præcipuè colendus. 119.1.a
Dei rectitudinis argumentum. ibid.e
Dei fauor cur petendus. ibid.2.c
Deus quàm memor ſuæ fidei. 136.2.d
Dei irati effectus. 137.1.a
Dei erga fideles beneuolentia maxima. 287.2.d
Dei via duplex. ibid.e
Dei potentia contra aduerſarios. 288.1.a
Deus in ſuis & pati dicitur, & vincere. 287.1.e
Dei admirabile vindictæ genus. 295.2.c
Dei benignitatis argumentum ſingulare. 120.1.b
Dei nuncius qualis futurus. 122.2.d
Deus vt proſpera & aduerſa diſpenſet. 299.2.a
Partitur vtraque. ibid.& ſeq.
Deus vnde ſe præcipuè oſtendat admirabilem. 84.1.d
Deus conſulit honori ſuo, exaltando peccatorem, qui ſeipſe humiliat. 92.2.b
Dei aduentus ad fauendum ſuis, qualis. 302.1.a
Deum homines vnde oblectent. 93.2.b
Deum iratum eius amici reprimunt. 94.2.d
Deus ſuccurrit egeno egeſtate ipſa. 97.1.e
Deus eum ſuis iuſtus peculiariter. 119.2.d
Deus quando propior. ibid.
Diuinitatis imitatio per ſapphirum ſignificata. 219.2.b
Diuinæ vocis ſubtilitas & efficacia. 62.2.b

Dexterum.

Dexteræ manus & læuæ diſtinctio, quo myſterio. 193.1.d 230.1.b
Dexteri, & ſiniſtri pedis ſignificatio. 292.2.c

Dies.

Dies apud Danielem, & apud Ioannem ſignificati, quid ſint. 293.1.a
De eorum diuerſitate. ibid.2.a

Dilectio.

Dilectionis in Deum gradus varij. 172.2.c
Ei poſtponenda alia omnia. 173.1.e 209.2.e
Dilectio conuenit omnibus. 173.2.c
Dilectio, quæ ardens eſt, deuorat aſperrima quæque. 175.1.c
Vide *Amor, Charitas.*

Dilectus.

Dilectus pro Dauide & pro Chriſto. 57.1.d
Dilectus quo item modo in ſacra Scriptura vſurpetur. 234.2.a

Diluuium.

Diluuium ærumnarum ſignificatum à Dauide. 59.2.c
Huic à Deo prouiſum remedium. ibid.& 60.2.c

Diſcerno.

Diſcernere non vnicè accipitur in Vulg. 78.2.e

Diſtillo.

Diſtillare cœlos de largitate beneficiorum Dei. 74.2.a

Diſtributio.

Diſtributio rei in plures, quæ conuenit ſingulis, familiaris ſacræ Scripturæ. 209.1.d

Diues.

Diuitum munus eſt, ſua in egentes hilariter diſtribuere. 206.1.b
Diuites Chriſtiani ſine damno aliorum. 206.2.b
Diuitum benignorum egregia laus. 221.1.d

Diuitiæ.

Diuitias ſpernere Dei opus. 28.2.b
Illis Deus homines priuat, vt cautiores & humiles reddantur. 19.2.e
Sunt inſtar tyranni. ibid.
Diuitiæ veræ. 128.2.a
Finis aliarum. 129.2.e
Diuitias cur Deus interdum ſuis amicis impertiat. 20.1.c
Diuitiæ, parui ſunt iis qui ſapiunt. 135.1.b
Diuitiarum, ſplendor, quàm homines delectet. 30.2 b
Diuitiarum & iuſtè acquiſitarum victoria, Euangelij facinus. 33.2.c
Diuitiæ maximè amabiles & æſtimabiles quæ. 217.1.d

Diuiſio.

Diuiſio quædam eſt optanda, & ob quam multa ſuſtinent boni. 199.1.b

Doctor.

Doctorum Eccleſiæ diuina inſtitutio. 139.2.d
Eorum ſapientia & vtilitas. ibid.
Doctores Eccleſiæ ſunt armati vigiles. 201.1.a
Doctores à quibus adumbrati. ibid.b
Doctoribus verbum Dei pro gladio, cui ſunt alligati, & quam in promptu ſint. ibid.

Dominus.

Dominus pro Chriſto. 104.1.b

Dona.

Dona Dei quo ſpectent. 92.1.d

Donec

Digitized by Google

Donec.

Donec & ſimilia aduerbia quem habeant in Scriptura vſum. 98.1.b

Dormire.

Dormire inter cleros fidentiæ eſt magnæ. 77.2.b

Dux.

Ducis magni creatione quàm faueat Reip. Deus. 78.2.e

E

Ebur.

Ebur cauum eſt vt fiſtula. 26.1.c & ſeq.
Ebur egregiam voluntatem, & intentionem deſignat. 27.2.b

Eccleſia.

Eccleſiæ exemplar Iob. 25.2.e.& ſeq.
Eccleſiæ inſtar Paradiſi deſcriptio ab Iſaia. 27.1.b
Eius irrigatio. 133.2.a
Eccleſiæ locus apud Iſaiam. 23.1.e
Dignitas. 84.1.c
& ſinus latiſſimus in ſeq.
Eccleſia Noe arcæ comparatur. 84.1.c
Eccleſiæ myſteria per Dauidicum tabernaculum, & Salomonicum templum figurantur. 50.2.b
Eccleſia vniuerſalis ſignificata. 49.2.b
Habitat pax vera. 60.2.c
Quæ in ea abundantia bonorum, vnde. 79.2.c
Eccleſiæ Miniſtri ſunt ſponſæ vbera. 199.2.b
Hos vacare contemplationi, omnium intereſt. ibid.
Hos quantopere peruertere conati infideles. ibid.
Quàm pulchrè illos denotet vox Sadain. 199.2.e
Eccleſia vocatur ob pœnitentiam columba. 198.1.a
Ea fuit in principiis deliteſcens. 198.1.e
Eccleſiæ Romanæ ſub Conſtantino triumphus depingitur. 201.1.d
Eccleſiæ primitiuæ ſuauiſſima cum Chriſto per aduentum Spiritus ſancti vnio. 203.1.e
Eccleſia poſtea per pœnitentiam reformata. ibid. 2.a
Eccleſiæ per orbem fundatæ trophæa ſunt obedientiæ. 207.1.e
Eccleſiæ ritus & ceremoniæ laudabiles. 208.1.b
Eccleſiæ virtus & ſapientia per hortum Cantici deſignata. 210.1.a
Eius ſapientiam ſigillat diuina authoritas. ibid.
Vocatur Paradiſus hic hortus cum alluſione ad primum. ibid.2.c
Eccleſiæ vnitas præclarè ſignificata. 221.2.c 222.2.a
Eccleſiæ vniuerſalis & ſpeciatim religioſæ obſequia. Qui offert Chriſto, rem offert gratiſſimam. 240.2.c
Eccleſia Chriſtiana vinea impensè fertilis. 244.2.a
Coluerunt priùs Apoſtoli magno fructu. Eorum Vicarij Religioſi. ibid.d
Eccleſię primigeniæ ingreſſus ad Gentes celebratus à Dauide. 110.2.d
Eccleſiæ imago pulchra. 174.2.c
Eccleſia & Vrbs, & ſponſa cur vocata. 253.1.c
Oppugnatur à multis, ſed fruſtrà. 301.2.a
Eccleſia per decem tribus intellecta. 253.2.c
Eadem per Iſraëlem & Ephraim. ibid.c
Significata per Rachel, & cur. ibid.
Eccleſiæ anguſtia vehemens. 290.1.e
Et auxilium. ibid.
Eccleſia quibus demereatur Deum. 254.1.c
Eccleſia per feminam in Ieremia indicata. 255.1.e
Eccleſia tota pulchra, quî vocetur etiam filia vaga. ibid.2.d
In Eccleſia nemo otioſus. 256.2.b
Eccleſia militans repræſentata Ezechieli, Ioanni triumphans. 277.2.
Eccleſiæ in Gentilitatem ducendæ quis præceſſerit typus. 304.1.a
Eccleſiæ perſecutiones & victoriæ 311.2.a

Elatæ palmarum.

Elatæ palmarum ſunt inuolucrum dactylorum lactentium. 217.1.d
Elatæ palmarum ſunt ſignum victoriæ, & excellentiæ. ibid.

Electio.

Electio recta, quæ? 173.2.e

Electrum.

Electrum in Ezechiele vnicum. 260.2.b
Huius myſterium. 265.1.a

Eleemoſyna.

Eleemoſyna diuitum Chriſtianorum per ſponſæ dentes pulchrè ſignificata. 206.1.c

Eliphaz.

Eliphaz Dei contemptus exponitur. 35.2.d

Eliu.

Eliu propoſitum. 36.1.c
Ipſius nominis ſignificatio. ibid.

Eloquentia.

Eloquentia vera, quæ. 206.2.b

Eman.

Eman idem ac contritio. 43.1.e

Equus, & Equa.

Equi conſideratio in conflictu grauiori faciens animos. 15.b
Equis & quadriga vehi Deum, eſt venire cum ad ſaluandos ſuos. 301.2.d
Equorum Zachariæ colores qui. 309.1.e
& quid ſignificent. 306.2.d 309.2.e 310.1.c
Equi & Equitis diſtinctio qualis quærenda. 308.1.c
Equi varij & fortes quínam & iidem. 309.1.c.d.e
Equorum cum ventis comparatio quam difficilis. ibid.2.a
Equi cur varij in Zacharia, & in Ioanne. 311.1.b
Equarum Pharaonis Canticum Cantic. non meminit. 177.1.b

Ethan.

Ethan fortitudinem ſignificat. 43.2.a
Ethan, & Eman germani ac ſapientiſſimi fuere. ibid.

Euangelium, & Euangelicus.

Euangelij prædicatio ſublimia complanans. 16.2.d
Euangelij prædicatio per orbem deſignata. 55.1.a
Eius virtus. ibid.
Prodigiorum effectrix. 111.2.a
Terræmotus eſt. ibid.d
Euangelij in Gentes promulgatio per tonitrum indicatur. 48.1.e
Euangelicæ prędicationis dilatatio. 57.2.c
Ea euulgatio ſub allegoria venationis. 59.1.a

Digitized by Google

Euangelij prædicatio efficit in anima cœleſte quoddam firmamentum. 62.1.d 139.2.b
Euangelica doctrina per adipem frumenti ſignificata. 111.2.c
Euangelij miniſterio arduo obeundo, vnde aduenit robur. 194.2.a 311.2.d
Eius prædicationis efficacia. ibid.
Euangelici ſunt ſępe ad literam prophetæ. 297.2.b
Euangelici miniſtri, vide *Apoſtolici viri.*

Euchariſtia.

Euchariſtia delicium animæ. 71.2.c
Per hanc, cùm ſit Deus noſter conciuis, quiduis concedit. 83.1.c
Euchariſtia ſanat appetitum. 96.1.e
Actio gratiarum poſt Euchariſtiam acceptam. 183.2.c
Euchariſtia conciliat animæ perfectiſſimam cum Chriſto vnionem. 168.2.c
in Euchariſtia conuiuium ſapientiæ tum oſcula Chriſti & amplexus. 169.2.b
in Euchariſtia declaratur Chriſtus amantiſſimus animarum rex. 201.2.d
Euchariſtiam minus reuerenter tractare, quam periculoſum. 221.1.c
Euchariſtiæ myſterium arcanè ſignificatum. 255.1.d
in Euchariſtia propriè Chriſtus circumdatus. ib.2.a
Euchariſtia creari, quî dicatur. ibid.
in Euchariſtia beneficentia Dei prodigioſa. ibid.
Euchariſtia ſalus vocata. 256.1.d
in Euchariſtia mira quædam eſt plantatio, ac fructus miri. ibid.
ex Euchariſtiæ ebrietate ſomnus dulcis in actione gratiarum, & vigor inde hauſtus. idid.d
Qualem ſe ibi Deus præbeat. 145.1.a

Exaltatio.

Exaltatur, qui à Deo ante deprimitur. 25.2.c
Exaltationis quæ vera cauſa. 183.1.e 191.1.c
Exaltationis ex humilitate glorioſæ ſymbolum eſt lilium. 188.1.b
Ea quàm pendeat ex diuina gratia. 188.2.e
Coniuncta eſt cum modeſtia. 189.1.a

Exemplum.

Exempli & doctrina effecta. 307.1.c
Quàm placeat Deo vtrumque. 181.2.c
Vtrumque debere iungi. 210.1.b
Ex vtroque conſtruuntur Chriſto præclara diademata. 308.1.b
Exemplum bonum inſtar fulguris. 63.1.d
Commendatur. 68.2.b
Quanta eius vis. 172.2.b 193.1.a
Exemplum bonum per virgulam fumantem ſignificatum. 200.2.d 212.1.c
Exempli efficacia. 216.1.b

Exitus.

Exitus ſermonis, quid in Daniele. 283.1.d

Ezrahites.

Hebraicè eſt manifeſtus, ſeu manifeſtans ſe, ſpargens, diffundens. 25.2.e

Ezechiel.

Ezechielis viſio, quo anno. 259.1.b
Vidit currum ſæpe. ibid. & ſeq.
In viſionibus narrandis non ſeruat temporis ordinem. ibid.e
Poſitus in terra viſionem habuit. ibid.2.c
Ea in quibus conueniat & differat ab Apocalyptica. 263.1.a
Diuerſum ab ea eſt quod vidit Iſaias, & quid in templo Salomonis repræſentabatur. ibid.2.c

F

Fames.

Fames pro ignorantia veræ doctrinæ. 89.1.c

Fauus.

Fauus & mel pro ſacramentis. 212.1.c & ſeq.

Femur.

Femorum puncturæ pro greſſibus. 164.2.a
Femur percutere, quid. 254.2.a
Femur pro facilitate ſui mouendi. 227.2.a
Femorum cum monili comparatio. ibid.

Ferculum.

Ferculum propoſitum eſt triumpho. 201.1.e

Fibula.

Fibula aurea in veſte, quorum propria. 308.2.c
Ea, qua Cappæ de choro ornantur quam antiqua: & an de ſimili Zacharias. ibid.

Ficus.

Ficus pro ſynagoga. 198.1.c

Fides.

Fides contentæ in idem melos ſi ſint; vna pulſa, altera etiam ſonat. 40.c

Fides diuina.

Fidei candor & integritas vnde. 181.2.b
Significatur per oculos columbarum. 204.1.b
Fidei viuæ effectus miri. 230.1.e
Fides præſtita Deo vnde ſtet inconcuſſa. 89.1.a

Fiducia.

Fiducia hominum vnde. 126.2.e
Fiduciæ in aduerſis argumentum. 12. & ſeqq. 77.1.b 108.2.b
Fiduciæ magnæ ſignum. 119.2.c
Fiducia piorum in acerbiſſimis. 305.2.c

Figura.

Figura & figuratum quo pacto inter ſe cohæreant. 47.1.b
Figuræ in viſione obiectæ debent aptè repræſentare perſonam miniſtri reuelationis. 286.2.a

Filius.

Filius hominis in Scriptura idem ac homo. 50.2.b
Filius in Hebræo gerit vicem articuli. 42.1.c

Finis.

Finis idem eſt ac victor, conſummator, qui inchoatæ rei apponit colophonem. 41.2
Finis & principium in Apocalypſi Dei ſunt tituli. ibid.

Firmamentum.

Firmamenti cœleſtis in anima productio. 61.2.69.1.a 139.2.b

Flos.

Flores ex cornibus elaborati iam olim. 306.2.e
Flores pro exemplo bono. 213.1.e

Flumen.

Flumen in Scriptura quandoque pro Dei ſapientia vſurpatur. 27.1.d
Quandoque pro ingenti voluptate atque lætitia. ibid.e

Fœmina.

Fœminæ pudicæ & velatæ laus. 205.1.a
Fœminæ etiam nauant operam conuerſioni animarum. 194.1.b

Fœnum.

Fœnum cum herba in Scriptura confunditur. 26.2.c

Fortitudo.

Fortitudo propria Regibus. 23.1.a
Decori adiuncta. 53.1.d 55.1.c & ſeqq.

Digitized by Google

Fortitudo Chriſtiana quî retineatur. 114.2.c & ſeq.

Fraudo.

Fraudari fructibus eſt eos mentiri. 305.1.e

Futurum.

Futuri prophetici cum præterito coagmentatio. 255.1.e

Futurum pro potentiali. ibid.2.e

Futurum tempus ponitur in Scriptura, pro præterito. 297.1.c 70.2.b 139.1.d

G

Gabriel.

GAbriel apparuit Danieli. 288.2.d

Gallus.

Gallus alacritatis ſymbolum. 15

Gallorum ingens virtus. 273.1.c

Gaudium.

Gaudia bonorum vnde?& quî celebrentur. 111.1.c 218.2.e

Gaudium internum vbi. 228.1.e

Quale id? 229.1.e & ſeq.

Gena.

Genæ pro buccis. 218.2.d

In his ſedes hilaritatis. ibid.

Geneſis.

Geneſis principium, ducit ad conſiderationem arcanam. 61.2.c

Genitiuus.

Genitiui pro adiectiuo acceptio. 30.1.a

Gentes, ſeu Gentiles.

Gentium vocatio ex Apocalypſis 10.3. 97.2.d

Gentium electio cum Iudæorum reprobatione in diuino decreto connexa eſt. 48.1.d

Dauidis victoriæ repræſentantur. ibid.2.c

Gentibus promulgatio Euangelij facta per tonitrua ſignificatur. 48.1.e

Gentilium, & primorum maximè conuerſio quam feſtiua Dei filiis. 51.2.b

Ea liberat diuinam fidem olim præſtitam. 106.2.a

Gentilium nationes erant in veſtibus Aaronis. Sed cur in limbo. 186.2.e

Gloria.

Gloriam Dei maiorem quærere, planè eſt Regium. 222.1.d

Gloriari in Deo, iuſtorum fortitudo. 34.2.a

Gog.

Gog nominis deriuatio. 274.2.d

Gog & Magog multifariam exponunt Scriptores. 272.1.a.

Reges Syriæ ſucceſſores Alexandri ſignificant in ſuperficie. ibid.2.a

& bella illata Machabæis. ibid.2.& ſeq.

Præcipuè perſecutionis Eccleſiæ, & Antichriſti potiſſimum. 273.2.e & ſeq.

Gomer.

Gomer Galatas ſignificat. 273.1.c

Grando.

Grando calamitatem in Scriptura indicat. 72.1.d

Gratia.

Gratia Dei in paradiſum conuertit aſperrima quæque. 295.2.b

Gratia ornatus eſt animæ. 214.1.e

Difficilis ad eam reditus eorum, qui ſemel depoſuerunt. ibid.

Gratiæ efficacis cum humana libertate concordia. 215.1.b

Gratia Dei quærenda diligenter. 199.2.e & ſeq.

Gratiarum actio.

Gratias agere, & queri amanter animi affectiones germanæ. 43.2.a

Gratitudo.

Gratitudo fidelium, ex infidelium miſeria. 122.2.e

Gratulatio.

Gratulationes piorum. 69.2.d

Groſſus.

Groſſus variè ſumitur in ſignificatione propria & arcana. 198.1.a

Gubernatio.

Gubernatio qualis ex Chriſti imitatione. 134.1.e

Gubernationis perfectiones. 144.2.b

Guttur.

Guttur pro muſica, in ſymbolum prædicationis. 236.1.a

H

Habacuc.

HAbacuc citatus ſæpe à Paulo cum arcana varietate. 35.1.e

Hæretici.

Quam malæ beſtiæ. 194.2.c

Proficiunt Eccleſiæ licèt inuiti. 241.2.b

Hæretici per periuros ſignati. 307.1.e

Horum punitio. ibid.& ſeq.

Harmonia.

Quanta eius vis. 40.e

Hebdomadæ.

Danielis, Lunares ne vel Solares annos indicent. 283.1.a & ſeq.

Illæ quando inchoatæ. ibid.d. Quando finitæ. ibid.2.a In Pentecoſte Sancti. 284.1.d

Hebræus.

Hebræa lingua reliquas in vocum energia longè ſuperat. 39.c

Hebræus, qui circumfertur textus, quandoque corruptus. 76.2.c

Sed ſanus in multis. 178.1.a

Hieroglyphica.

Qualis horum expoſitio futura. 6

Hieronymus.

S. Hieronymi auctoritatis, cùm transfert Biblia, & cùm enarrat, diſcrimen. 205.1.a

Hieronymiana Pſalmorum tranſlatio qualis. 56.1.c

Hilaritas.

Hilaritas iuſtorum, qualis. 218.1.a

Qualis ab ea ſermo. ibid.

Vide *Lætitia.*

Hinnio.

Transfertur ad alacritatem deſignandã. 253.2.e

Hiſpanus.

Hiſpani cur dicti Iberi. 272.2.e

Hiſpanis olim fœminis ornatus fuit ei ſimilis, quem ſignificat turtur. 178.1.d

Hiſtoria.

Hiſtoriæ cùm ſit corpus & anima, hæc attendenda præcipuè. 5

Hiſtoriç ſacrç antiquç quid proficiãt nobis. 106.1.e

Homo & humanus.

Hominum malitia ponderatur. 112.2.a

Humanæ fragilitatis deſignatus timor. 175.1.e

Hic qualiter abigendus. ibid.

Honor.

Honor ſignificatus aquæ poculo. 133.1.b

Ex honoris appetiti propinquitate maior anxietas. ibid.& ſeq.

Digitized by Google

Index Rerum.

Hortus.

Hortus Cant.figura eſt virtutum & doctrinæ Eccleſiæ.110.2.a Arbores propter virtutes. ibid.
Fons ſignificat ſapientiam. ibid.b
Sigillum eſt illius authoritas diuina. ibid.c

Hoſtis.

Hoſtes beſtiarum nomine in Scriptura ſignificantur. 28.1.b

Humilio, & Humilitas.

Humilio quid ſignificet. 280.1.a
Humiliat Deus interdum, vt ab elatione tueatur. 19.1.c
Humilitatis commendatio. 27.2.d
Humilium & abiectorum ſignificata exaltatio.67.1.d 109.b & ſeq.
Humilitas in cœlo, vel cœleſtis quæ. ibid.
& quæ humilitas in terra. ibid.
& quantum vtramque euehat Deus. ibid.
Humilitatis præmium. 142.1
Humilitas quàm neceſſaria præcipuè prædicatoribus.176.2.c Ei muneri apti humiles. 177.1.a
Humiliare ſe ac dimittere Deo, quam neceſſarium. 221.1.b,c

Hyacinthus.

Hyacinthus qui lapis. 219.1.b

I

Iah.

IAh eſt abbreuiatum Iehouah. 71.2.c

Idiota.

Idiotæ vicerunt mundi ſapientiam. 65.2.a

Idithum.

Significat *Lex eius.* 43.1.b

Idumæa.

Pro Gentilibus. 295.2.b & ſeq.

Iehouah.

Hoc nomen celebratur à Dauide.71.2.c 109.1.c

Ieſus.

Ieſus cur oleum effuſum. 172.1.c Vide *Chriſtus.*
Ieſu nomen cur intulerit Habacuc. 298.2.c 264.1.c

Ignis.

Ignis myſticus quiſnam. 278.2.d
Ignis quando cælitus datus Nehemiæ? & de illius myſterio. 284.1.b

Ignoratio.

Ignoratio ſui ipſius quando vtilis. 178.1.d
Ignorantiæ pro arcanis. 299.1.b

Illuſtratio.

Illuſtratio Dei cauſa eſt pacis ſuorum. 134.2.c

Imago.

Imaginis compoſitionis admirandæ ab Spiritu S. ſæpe obiectæ. 285.2.a

Imber.

Imber ſerotinus quis. 134.1.c

Imperatiuum.

Hoc tempus quandoque prædicit. 299.1.c

Imperator.

Imperatoris qualis modeſtia ac benignitas. 70.1.c
Imperatorum Romanorum conatus contra Eccleſiam irritus. 280.1.c

Impius.

Impiorum auſus contra Deum ſtulti. 280.1.c
Inanis conatus. 133.2.c 135.1.c

Improbus.

Improbi vitandi omnino. 123.1.c
Improborum animus & meditatio. 126.2.b
Improbi ſuiſmet oppreſſi munimentis. 307.2.a
Vide *Iniquitas.*

In.

In præpoſitionis in Scriptura vſus. 85.2.c

Incarnatio.

Incarnatio Verbi facta, cùm homines magis mali. 126.2.b
Incarnatio quî intelligatur per diem deſponſationis Chriſti. 202.1.c
Incarnatio Chriſti magnum incitamentum ad corrigendam vitam. 254.2.d

Inclinatio.

Inclinationis malæ remedium. 106.1.c

Incredulus.

Incredulos vinci, præclara victoria. 81.2.b

Inimicus.

Inimicorum amor, prudentia ſumma. 118.1.b
Inimicis qualiter iraſcendum. 119.2.a
Inimicorum conatus. 132.2.c

Iniquitas.

Iniquitati fautores non deſunt. Sed quod illis cedit peſſimè. 301.2.c 307.2.c

Innocentia.

Innocentiam propriam quando liceat memorare. 118.2.c 119.2.d

Inſtitutio.

Inſtitutio Dei quanti facienda. 118.2.c & ſeq.
Inſtitutio fidelium mel eſt & fauus Chriſto. 212.1.c
Inſtitutio Chriſtianis omnibus communis, paſſio Chriſti. 181.1.d 180.2.c

Intentio.

Intentio recta ſignificata per ventrem eburneum. 219.1.d
Interpres quinam collimarit in explicatione libri alicuius. 146.1.a

Interpres.

Interpres multa ſupellex nocet quandoque. 147.1

Inuoco.

Inuocare nomen Domini, quid. 81.1.d

Iob.

Iobi hiſtoria, vt quæuis, corpus habet & animã. 5.a
Anima illius diſputationes ſunt, præcipuè quas Deus habet.ib. b, Hæc anima ex Apocalypſeos intelligentia ſe prodit.ibid.c & ſeq. Quas inducit beſtias hæc hiſtoria, beſtiis Apocal. reſpondent, Leuiathan marinæ Apocal. terreſtri Behemothus: ſicut Satan in Iob, eſt in Apocal. Draco, cui beſtiæ militant. ibid.
Iobi poſtrema quattuor capita continent duas conciones Dei.ib.b Earũ diuiſio & argumenti ſumma.ibid.c Magnum ex noſtra explicatione ſolatium redundat in afflictos pios. ibid.c
Iob humiliatus ne ſuperbiret. 19.1.c
Iobi virtutes miræ. 32.1.b
Deſiderium beatitudinis. 27.1.b
Iob principium viarum Dei, & qua ratione. 26.2.a
Iob expertus miram Dei magnificentiam. ibid.c.
Deo in deliciis 27.1.a Quam largiter hauſerit diuinam ſapientiam. ibid.d
Iobi erga tenuiores manſuetudo. 26.2.c
Iobi in aduerſis firmitas ponderata. 29.1.d
Iobi amici internum conſcientiæ bellum figurant. 35.2.b
Probatur ex nominibus illorum. ibid.d
Expenſa quoque cognomina. 36.1

Iordanis.

Huius aquis vulgo attributa virtus. 27.2.a & ſeq.

Ioſaphat.

Vallis Ioſaphat quorſum à Ioële prolata. 295.1.b

Digitized by Google

Iſraël.

Pro Eccleſia Chriſtiana. 252.2.d

Iſraëlitarum profectio ex Ægypto typus Eccleſiæ ex Gentilitate educendæ. 304.1.a

Iudæus & Iudaicus.

Iudaici populi reprobationis cum Gentilici electione in eodem decreto coniunctio. 48.1.d

Iudæi vocati filij Cham. 90.1.e

Iudæorum vocatio postrema ſignificatur per Sulamitidem. 225.1.d

Iudicium.

Iudicium & iuſtitiam cuſtodire & facere dicuntur pœnitentes. 93.1.e

Iulius Cæſar.

Iulius Cæſar ſignificatus. 278.1.a

&, quos extinxit, deſignati. 280.1.a

Iuſtus.

Iuſtorum felicitas. 76.2.d

Iuſtos è periculis glorioſè liberat Deus. 77.1.e

Iuſtorum mira fidentia. ibid.2.b

Iuſtorum qualis delectatio. 85.1.e

Iuſti ſunt myſticæ palmæ ac cedri. ibid.2.d

Iuſti longæui. ibid.

Iuſtum afflictum quid cruciet. 120.1.b

Iuſti timor & lætitia, quales. ibid.

Iuſtus cur maximè grates agit Deo. ibid.

Iuſti pax. ibid.e

Iuſtus vt ſentit carere ſpiritualibus bonis. 129.2.d

Iuſto apparet Deus amicus, in iuſtô non item. 259.1.d 260.1.a

Vide *Bonus, Pius, Sanctus.*

L

Labor.

Laborum tolerantia docetur. 29.1.d

Laboris pro Deo ſuſcepti fructus. 85.2.b

Lac.

Lac paruulorum alimentum myrrham paſſionis Chriſti oleat. 181.1.a

Lacryma.

Lacrymæ vbi locandæ. 119.1.e

Lacrymarũ ſemẽtis quàm fructuoſa. 190.2.a & ſeq.

Lætitia.

Lætitia comes diuinæ prædicationis. 87.2.a

Lætitia magna per primam auroræ lucem indicatur. 30.2.e

Lapis.

Lapis ſuper quem ſeptem oculi, quid. 308.1.e

Lauo.

Lauatio manuũ in ſanguine, quî capienda. 132.1.a

Laus.

Laudatur iuſtus à Deo, poſtquam deprimitur, ne exaltet ſe. 26.1.a

Laudatio Dei vera, vnde compleatur. 97.2.e

Laus Dei, quæ plena. 120.2.d

Laudatur quî ritè à nobis Deus. 127.2.e

Laudum quis finis. 134.2.b

Leo.

Leones ſymbolum idololatrarum. 208.2.a

Leones pro mercatoribus opimis. 273.2.a

Leuiathan.

Leuiathan ſignificat amorem externorum corporis bonorum. 20.1.d & ſeq. Cur hoc. 18 1.b

Leuiathan arcanè capiendum. 9 & 17.2.d

Huius arcana interpretatio literalis eſt. 9

Beſtia hæc in comparationem allata. ibid.

Ex ſuperficiaria eius ſignificatione, & ex arcana coagmentandus intellectus. ibid.e

Per Leuiathan notatur ad ſuperficiem balæna. 17.1.d

Leuiathani acceptio pro dæmone non apta prorſus. 18.1.b & ſeq.

Sed quatenus idonea ea expoſitio. 20.1.d & ſeq.

Leuiathan tyrannus maris. 28.1.e

Leuiathanum proſternere, Dei opus. ibid.2.a

Huius rei grauitas oſtenditur. ibid.d

Leuiathani impotentiã cur Deus permittat. 29.1.d

Leuiathan pro bonis externis, quia ſignificat additamentum. 28.1.e

Leuiathani variæ ſignificationes apud Iſaiã. 33.1.b

Leuiathanus in Iſaia duplex. ibid.e

Leuiathan in ſacris accipitur pro Tyranno. 34.1.b

Sub eo Pharao adumbratur. ibid.d

Lex.

Lex Dei quod habeat illicium, vt ſeruetur. 119.2.a

Quid in ea notandum primò. ibid.e

Affectus in eam Patrum veterum ex ſpe in Chriſtum. 120.1.e

Eius cuſtodia vnde. ib.2.a Obſeruantia & intelligentia. ibid. Amor in eam. ibid.

Quis prædicet eam ritè, & loquatur. ibid.b

Legis ſuæ cuſtodia petenda à Deo pro obſequio præſtito. 185.2.e

Lex Dei vbique perquirenda. 115.2.b

De ea loqui magni refert. 116.1.a

Legis ſeruandæ propoſitum firmum, vnde. ibid.e

Legis ſacræ obſeruãtia petẽda à Deo præcipuè ib. 2.d Præ ea nihili habenda alia. ibid.e

In eius meditatione vita. 117.1.d

Quam differat ab aliis, ib.2.b Latum petit cor. 118.1.a Vnde meditatio illius aſſidua. ibid.

Hortus ſit amœniſſimis. ibid.d

Cur ſeruanda. ibid.2.a

Libanus.

Libanus & eius cedri quid denotẽt. 57.1.a 208.1.e

Libertas.

Libertas prædicationis. 128.1.b

Libertas ſpiritualis propria Apoſtolorum. 231.1.d

Hæc vnde naſcatur. ibid.2.e

Lilium.

Liliorum in Scriptura ſignificatio eſt commutatio læta. 67.1.d & ſeqq.

Lilium, non roſam ſignificat Hebræa vox ſoſanah. 183.2.d

Lilij quoties in Scriptura mentio. 184.1.b

Cũ lilio qui alij flores in Candelabro. ib.& ſeq.

Lilium exaltationis Eccleſiæ ſymbolum. 184 2.b

Eius propria ſignificatio. 287.2.b 230.2.d

Lilium multicolor eſt. 187.2.e

Sed de albo in Cant. Cant. ibid.d

Lilium ſymbolum virginitatis. ibid.e

Lilij mira eſt celſitas. 188.1 b

Lilium ſymbolum ex glorioſa humiliatione exaltationis. ibid.1.a

Lilij etymon affert commutationem. ibid.

Lilij ſymbolum conuenit Annunciatæ Virgini. 189.1.b

Conuenit etiam Mariæ Magdalenæ. ibid.e

Lilium ex gummi ſeu lacryma naſcitur. ibid.

Quod ſymbolum eſt pretij admirabilis lacrymarum. ibid.2.b.

Liliorum in Pſalmorum titulis myſterium. 188.1.d 189.2.e

Linea veſtis.

Linea pro podêre. 284.2.e

Linea index religionis. 287.1.e

Quan

Index Rerum.

Quantum noſtra à Iudaica differat. ibid.

Lingua.

Linguarum improbatum calamitas quanta ſit, & quod aduerſus eam ſolatium. 141.2.a

Lithoſtroton.

Quid ſit. 201.2.b

Lucifer.

Lucifer, qui ſexies in Vulg. quomodo vertatur ab aliis. 101.1.b

Videri eſſe Veneris ſtellam. ibid.c

Sed ponitur pro Sole. ibid.2.b

Luna.

Luna ſymbolum B. Mariæ & Chriſti D. 63.2.d

Luna condita à Deo in cõiunctione Solis. 64.1.c

Luſitanus.

Luſitani regis pius mos. 264 2.b

Lux.

Luce pro ſuis pugnans Deus. 302.b

Lux diuinæ benignitatis ſigillum, quàm benignè à Deo impartiatur. 13

Lux ſymbolum regni Meſſiæ. 72.2.d

Per lucem aduerſarios noſtros fugat Deus. ibid.

Illuſtrat, & ornat ſuos. ibid. & 15

à Luce comparationes pulcherrimę petitæ. 223.1.d

M

Maeleth.

Maeleth infirmitatem ſonat. 43.1.d

Magnificentia.

Magnificentia Dei in Sol. 16.2.c

Magnificentia in ſplendore. 55 1.e

Magdalena.

Magdalenæ gloriam, & ex humiliatione exaltationem repræſentat graphicè lilium. 189.1.c

Magdalenæ crucem amplexantis pictura eleganter accommodatur. 233.2.a

Magog.

Magog eſt vrbs Hierapolis. 272.2.e

Malum punicum.

Mali punicæ flores in Cãt. Cant. celebrati. 184 1.b

Significant Eccleſias incipientes. ibid.2.b

Malum punicum ſymbolum pudoris. 187.2.d

Malorum punicorum cõmendatio. 223.1.d & ſeq.

Malum hoc Eccleſiam abſolutè repræſentat. ibid.

Huc faciunt malo granata ſuper duas templi columnas. 185.1.d

Mali huius apertio refertur ad doctrinam. ibid.

De repræſentatione Eccleſiarum incipientium. ibid.e

Mali huius florum, ideſt, cytinorum color rubeus martyrium denotat. ibid.2.a

His floribus prodeſt tempeſtas aſpera quo myſterio. ibid.b

Vtiles ſunt viſui, arcane. ibid.

Myſterium cytinorum, qui erant in veſte ſacerdotis, & colorum eorundem. ibid.e & ſeq.

Malum Medicum.

Malum medicum multifariam ab antiquis nominatum, & quot ſpecies coërceat. 245.2.e

Mala medica, aut citrea non niſi in Media & Perſide nata olim, probatur. 246.1.d

Opinioni contrariæ reſpondetur. ibid.2.e

Mala hæc quãdo tranferri cœpta in Italiã. 247.1.d

Quando in Græciam. ibid.c

Malum Citream vocatam in Leuitic. arborẽ pulcherrimam, & eius poma geſtari ſolita in feſto tabernaculorum, multi credunt. ibid.2.b

Sed id falſum euincitur. ibid.e

Mala Medica cur tranſlata in Europam poſt tot annos. 249.1.b

Mala Citrea noſtra & limonia intellecta ab antiquis ſub Malo medico. ibid.d

Malum Perſicum.

Malum hoc etiam pro Malo Medico. 245.2.d

Malum hoc etiam pro diuerſis aliis, & quod dicatum Iſidi. 248.2.c.d

Venenoſum quódnam ibid. & an id certum. ib.

Mandatum. Mando.

Mandatum, pro promiſſione, ſicut Mando, pro Promitto. 115.2.d

Mandragora.

Mandragoræ vel pro fructu deſpicabili in ſymbolum deſpicientiæ pro Chriſto rerũ viliũ. 237.2.c

Vel potiùs pro fructu pretioſo, ac tunc ſignificãt ſuauitates vel delicias omnes Chriſto reponendas. 238.1.b

Manſuetudo.

Manſuetudo Iobi in iuniores. 26.2.c

Manſuetudo quid ſignificet ex Hebræo. 137.1.b

Manus.

Manus vna ſublata quid? & quid vtraque. 293.1

Manus Piorum quales. 219.1.b

Mare.

Mare in Scriptura mundum exprimit. 28.1.c

Mare, & quæ in eo, imago mundanorum. 140.1.b

Maris ænei ſignificatio. 189.2.e

Cur haberet lilium in labro. 233.2.b

Maria Virgo.

Maria Virgo quàm faueat hominum conuerſioni. 303.2.c

Fauens ſpiritualis Romæ ædificatio per lunam deſignatur. 63.2.d

Annũciationis illius gloriã oſtẽdit liũ. 189.1.c

Intelligitur per Mariẽ coronãtẽ ſpõſum. 102.1.d

Martyr.

Martyrum conſtantia declarat Dei magnificentiam. 65.1.e

Singulorum enarranda gloria. 69.2.e

Martyrum triumphus pulcherrimè expoſitus. 78.2.c

Martyrum victoria glorioſiſſima. 104.2.e

Martyres quomodo eripiantur è morte. 81.2.c

Martyrũ ſãguis potus Chriſto ſuauiſſimus. 105.2.d

Conducẽs maximè ad eius gloriã & Eccleſię. ib.

Martyres ſignificati. 131.1.c

& Martyrium per flores mali punicæ. 185.2.a

Matrimonium.

Matrimonium in Cant. & publicum & ſecretum, & hoc cum diuerſitate. 202.2.e

Publicum deſignat, Romam ad Chriſtum publicè conuerſam. 303.1.b

Matrimonij publici ſolemnitates. ibid.

Matrimonium ſecretum multiplex. 203.1.e

Matrimonij allegoria decens eſt. 164.2.c

Et quæ ſummum exprimit amorem in nos Chriſti. 167.1.a

Stultè effugitur in Cant. ibid. & ſeq.

Matrimonij ſpiritualis filius. 168.1.a

Matrimonij ſpiritualis conſummatio ſignificatã. 200.1.a

Medicina.

Medicina aſpera petenda interdum. 115.2.d

Meditatio.

Meditationis piorum aſſignata à Chriſto capita. 242.1.b & ſeq. Ponderantur. ibid.2.b.c

Medium.

Medium annorum, quid apud Habac. 199.1.c

Digitized by Google

Index Rerum.

Mel.

Mel & fauus pro ſacramẽtis Eccleſię.212.1.c 2.d,e

Membrum.

Membra corporis in Canticis pro eorum muniis. 164.1.c

Mentior.

Mentior quid in Scriptura. 305.1.e

Mercator.

Mercatores vocati Leones. 273.1.a

Meſſis.

Meſſe ac vindemia conuerſio Gentium deſignata. 295.1.e

Metaphora.

Metaphoræ & allegoriæ decore vſurpãdæ.164.1.c

Michael.

Michael in Daniele non eſt ſolum Archangelus, ſed pręcipuè Chriſtus atque etiam Mathathias. 287.2.e

Michael imperator Eccleſiæ exercitus. 312.2.a

Miles, Militia.

Militibus quid proprium. 55.1.e & ſeq.

Militia ſpiritualis Religioſorum Chriſto gratiſſima. 226.2.e

Mille.

Mille quomodo accipiatur. 88.1.a

Millenarij ſignificatus. 244.2.c

Miluus.

Miluus habet infelicitatis ſignificationem. 703.2.c

Minæ Dei.

Minarum Dei effectus admirabiles. 303.2.c

Miſſa.

Miſſæ ſacrificium quàm gratum Deo. 131.1.b

Miſer, Miſericordia.

Miſericordia Dei pro eius gloria. 91.1.c

Miſerendo ſanctum ſe oſtendit Deus. ibid.

Atque etiam potentiſſimum. ibid.a

Miſero ſubuentum à Deo ipſa miſeria. 97.1.e

Miſſio.

Miſſiones virorum Apoſtolicorum valde commendatæ. 237.1.b

Miſſiones hæ cur optabiles multum. 239.1.c

In iis ſe Chriſtus perfectiſſimè communicat ſuis. ibid.2.e & ſeq.

Modeſtia.

Modeſtiæ ſeu compoſitionis externæ deſcriptio. 217.1.a

Ab hac pietatis initium. ibid.

Modeſtia vnde ſit extitura. ibid.

Monachus. Monialis.

Monachorum munus. 82.2.d

Monialium laudes pergratæ Deo. 76.2.b

Moniales Deum ob geſta illius laudaturæ. 82.d.2.

Monile.

Monile eſt torquis. 178.2.d

Monile denotat obedientiam. ibid.& ſeq.

Mons.

Montium dolor quid notet? 302.2.b

Montium ſignificatio. 312.1.e ibid.2.d

Mons pro re magna. 135.1.a

Mors.

Mors & Diabolus perſonæ tragicæ. 301.1.a

Mortificatio.

Mortificatio amor eſt laboris & humilitatis. 183.1.d

Mortificatio Chriſtum reperit. ibid.

Mortificatio cauſa eſt veræ exaltationis. ibid. & ſeq.

Moſoch.

Moſoch, populi Syriæ. 272.2.c

Moyſes.

Moyſes figura cœleſtis doctrinæ. 91.1.a

Munditiès.

Munditiès animæ exacta quî paretur. 114.1.e

Ea quam optanda. 130.2.e

Quàm placeat Chriſto. 218.1.e

Mundus.

Mundum expugnare, magnum Dei opus. 28.2.b 31.2.b

Cum eo pugna hominibus ardua. 29.2.e & ſeq.

Cum ſpiritualibus armis ſeu ratione vincere, quam ſit difficile. 30.2.a

Mundi gloria, quantum imbecilles homines pelliciat. ibid.

Mundi gloria pro externis bonis accipitur. ibid.

Quantum hominibus noceat. ibid.

Mundi ſermones fucati, fumus & flamma. 31.2.b

Quam durum bellum hoc. ibid.& ſeq.

Mundi amor rebus aliis præponderat. 32.1.d

Mundi beſtia nunquam pabulo contenta. ibid.2.c

Mundo ſubditi, ſuperbi omnes. ibid.

Mundus in ſuperbiam homines efferendo magnam affert ſtragem. 31.c

Mundi inordinatum amorem, qua ratione Deus in ſuis amicis remittat. ibid.2.c

Mundi beſtia, quam ſit vel fortiſſimis formidabilis. ibid.& ſeq.

Bellum illius formidandum. 96.2.e

Mundani homines, vt ſuas opiniones retineant, quàm firmiter inter ſe conſpirent. 30.2.a

Quantum mundi mancipio addicantur. 32.1.e

In ſuis thraſoniſmis clatio. ibid.2.d

Murenula.

Murenulæ ſunt torquis. 179.1.e

Murus.

Murus ſymbolum eſt perfectorum. 243.1.d 244.1.b

Mutatio. Mutatorius.

Mutare leges vt tempora, quid. 280.1.e

Mutationes perſonarum obuiæ, in Pſalmis præcipuè. 104.1.d

Mutatoriæ quæ ſint in Zacharia. 309.1.b

Myrrha.

Myrrha, & quæ herbæ myrrham olent, vtiles lacti nutricum. 181.1.a

Significatur inſtitutio puerorum. ibid.

Nimirum Chriſti paſſio, qua alendi omnes. ibid.& ſeq.212.1.a

Myrrha pro pœnitentia. 215.1.c

Myſterium.

Myſterium Dei quod nam ſit. 47.2.a

Pro electione Gentium, & Iudæorum reprobatione apud Paulum accipitur. ibid.& ſeq.

N

Nardus.

NArdini vnguenti præſtantia ſignificat exemplum bonum. 180.2.d

Naſus.

Naſus pro prudentia. 164.1.e

Naſus ſicut turris pro prudentia, quæ eſt inſtar ſpeculæ. 232.1.c

Naſus obeſus obtuſe odoratur, ſubtiliter verò ſubtilis. ibid.

Naza

Digitized by Google

Index Rerum.

Nazaræus.

Nazaræus eſt ſponſus Eccleſiæ. 217.2.b

Nazaræi crines pro re ſacra Dei cultui. ibid.

Negligentia.

Negligentiæ ſpiritualis vel initium quàm pericu-loſum. 213.2.d

Nemrod.

Nemrod typus tyrannorum. 198.2.b

Nero.

Nero antitypus Nemrodi. ibid.b

Nigredo.

Nigredo tracta ex perſecutione. 174.2.a

Nix.

Niues ſignificant abundantiam bonorum. 79.2.a

Nix Dei benignitatem ſignificat. 80.2.c

Nix fouet & calefacit terram. 122.1.c

Nomen.

Nomen Dei cur toties, in Pſalmis præſertim re-petatur? 52.1.a,b

Nubes.

Nubes concionatorum Euangelij ſymbolum, 48. 2.a.84.1.c

Nuptiæ.

Nuptiarum ritus. 202.2.c

O

Obedientia.

Obedientiæ exemplar ecquod? 128.1.a

Obedientia gloriari, ſignificat collum ſic vt monilia. 178.2.c

Obediens perfectus eſt velut torquis. ibid.

Obedientis perfecti præmium excellens. 179.2.c

Obedientiæ perfectio ſignificata. 198.2.c

Obedientiæ trophæa. 207.1.e

Ac trophæa ſuſpendere, proprium eſt obedien-tiæ. ibid.

Vbi de obedientia, quarto voto Societatis Ieſu.

Obſeruantia.

Obſeruantia exacta neminem confundit. 114.2.a

Obſeruantia huius propoſitum maximi haben-dum. ibid.

Obſeruantiæ in Deum defectus magnorum ma-lorum eſt origo. 221.4.c

Obligatio.

Obligationes pro laqueis. 142.1.e

Oculi, oculatus.

Oculi indices omnium ferè affectionum. 181.2.d

Oculi ſeruiunt pluribus allegoriis. 51.2.d

Oculi ſignificant vigilantes & Doctores. ibid.

Ac vigilantiam & ſapientiam. ibid.e

Oculus ſimplex ſeu columbinus pro perfecta diſ-cernendi vi. 182.2.b

Inde oculorum ſimplicitas. ibid.

Oculi deſignant perfectionem fidei. 204.1.b.209. 1.a

Oculi ſicut piſcinæ in Heſebon, ſymbolum ſere-næ animæ. 231.2.d

Oculi pro ſtellis & gemmis. 303.2.e

Oculi ſponſi & ſponſæ quî differant. 218.2.c

Oculatus lapis pro gemma notulis diſtincta. 308. 1.d

Odoramenta.

Significant delicias. 212.1.6

& bonum exemplum. ibid.

Oliua.

Oliua continetur ſub nomine pulcherrimæ ar-boris. 147.2.e

Onager.

Onagri conſideratio vtilis afflicto & commodis deſtituto. 14.e

Opera.

Opera iuſtorum directò cœlum tendentia ſignifi-cantur. 219.1.d

Oratio.

Oratio, comes bonæ voluntatis. 115.2.c

Oratio fructuoſa, quæ? ibid.

Oranda interdum medicina fortis. ibid.

Orandum à Deo quid præcipuè? 116.2.d

Oranda recta intelligentia, quî; & miſericordia Dei. bid.1.c,d

Orationi quid præſtet fiduciam? 117.2.c

Orandum enixè, quid. 119.2.b

Orandum pro fauore Dei, cur? ibid.

& pro proſperitate. ibid.

Orationi efficaci quid præceſſurum. 128.1.c

Oratio quomodo interdum ſumatur. 299.1.a

Oratio quàm neceſſaria concionatori ſacro. 311. 2.c

Ordino.

Quid propriè ſit ex Græciſmo. 192.1.b

Ordo religioſus.

Commendatus egregiè. 68.2.b

Ordinum religioſorum eſt celebrare Dei magna-lia. 82.2.d

Oſculari, oſculum.

Oſculetur me, &c. an de incarnatione? 167.2.d

Oſculum ſponſæ ſignificat intimam cum Chriſto vnionem. ibid.e

Oſcula & amplexus Chriſti quî differant à con-uiuio ſapientiæ. 169.1.e

Oſtium.

Oſtium ſymbolum eſt boni Chriſtiani. 243.1.e

Oues.

Ouium comparatio aptiſſima diuitibus Chriſtia-nis. 206.1.d

P

Palma.

Palma & elatæ quid ſignificent. 217.2.b.234. 2.b

Palma ſymbolum magnæ ſanctitatis, & ſcientiæ, cum vite coniuncta. 233.2.d

Palmam aſcendere, denotat ſpiritualis matrimo-nij conſummationem. 234.2.a

Panis.

Panis pro doctrina, & Euangelica ſignificata in pane electo. 121.2.e

Eo pertinent panes propoſitionis. ibid.

Panes facit Deus ex lapidibus. 122.1.e

Parabola.

Parabolarum intellectus. 8

Paradiſus.

Paradiſus Dei Eccleſia. 97.1.a.210.2.e

Pro fonte eſt doctrina Euangeliorum. ibid. & ſeq.

Paradiſus malorum punicorum. 223.1.d

Pardus.

Pardus ſymbolum idololatrarum. 208.2.a

Paruulus.

Paruulorum Chriſtianorū alimonia eſt lac olens myrrham, id eſt, mortificationem. 181.1.& ſeq.

Parturiens.

Parturientis metaphora declaratur. 58.1.e

Digitized by Google

Paſcor.

Paſci liliis, id eſt, recreari. 190.1.c

Paſſio.

Paſſio Chriſti Domini afflictis tanquam mirum alleuamentum verſanda. 15

Paſſionis Chriſti Domini die fundatum regnum nouum. 63.1.a

Paſſionis mira efficacia. 98.1.c

An ſignificata per torrentem? 105.1.a

Significata per myrrham. 181.1.a

Paſſionis doctrina omnibus adhibenda. ibid.

Conuenit paruulis & grandioribus. ibid. & 2.a

Quî dicatur dies deſponſationis Chriſti 201.1.d

Paſſio Chriſti Domini recolenda ſemper. 214.1.b

Sanguinis illius guttæ pe roris ſtillas ſignificatæ. ibid.

Paſſionis Chriſti ſanguis pro balneis eſt piis animabus. 233.1.c

Paſtor & Paſtoritius ſermo.

Paſtoritius ſermo cur in Canticis indutus? & quid deſignet? 175.1.d

Paſtoris veri delitiæ ſunt profectus ouiũ. 190.1.c

Patientia.

Patientia præclarum opus. 254.2.d

Magnâ opus piis. 117.2.b

Paulus.

Paulus Apoſtolus luna Eccleſiæ. 61.b 63.1.c

Paulus diſerte expreſſus. 117.2.a

Vide *Petrus.*

Pauper.

Pauperi aſylum Deus, & paupertas ipſa. 129.2.a

Pauperem deſertum à ſuis curat Deus per extraneum. ibid.b

Pauperes vocati lilia. 151.1.e

Pax.

Pax paſtorum admiranda. 61.1.e

Hæc eſt ex Dei illuſtratione. 134.1.e

Pacis veræ aſſequendæ ratio. 244.1.c

Pax multa parit quandoque remiſſionem. 199.2.c

Pacis concordiæ commoda. 73.1.d

Pacis ſummæ ſignificatio. 84.2.c

Boni quantopere illam colant. 141.2.c

Peccator, & Peccatum.

Peccati vincula qualia? 73.2.b

Fructus illius qualis? 88.1.e

Peccati reliquiæ. 130.2.c

Peccatum notum perfectè ſoli Deo. ibid.

Eius accuſandi ratio. ibid.

Peccatoris quam fallax gloriatio. 131.2.b

Peccatoris ſurditas, & punitio repentina. ibid.d

Peccator fidelis quî dormiat & vigilet. 213.1.e

Peccator pudefit obiecta vitæ bene anteactæ memoria. ibid.2.e

Peccator alienus à lætitia. 71.2.b

Seruit Dei gloriæ humiliando ſe. 92.2.e

Peccator inſignis quid pro venia alleget ad Deum. 131.1.a

Peccatoris reſtauratio per quos gradus fiat. 254.1.c 116.2.a

Peccatorum decus quo euadat? 139.1.c

Quàm breuis eorum felicitas. ibid.e

Peccare, vel non poſſe, quàm obſtandum. 118.2.d

Pectus.

Pectoris bonitas & intentionis per ventem eburneum deſignata. 219.1.d

Quæ diuinitatem imitentur. ibid.e

Pentecoſte.

Pentecoſtes dies per tabernaculi conſummationum & Dei in Dauidis domum ingreſſus figuratur. 49.2.e 51.1.a

Eius myſteria expreſſa à Dauide. 57.2

Pentecoſtes ſolemnibus aperta horrea cœleſtis ſapientiæ. 89.2.e

Hæc dies & virtutis & ſplendoris. 100.2.d

Coniunxit Apoſtolos cum Chriſto per intimam vnionem. 203.2.b

Perfectus.

Perfectorum à non perfectis, ex muro & porta diſcrimen. 243.1.e

Periculum.

Periculum euitatum grauiſſimum pulchrè ſignificatum. 78.2.a

Periculis liberari, quis iure petat? 120.2.c

Perſequutio.

Perſequutionibus attritus pius tunc magis placens Deo. 174.2.a

Perſequutionis in pios neruoſa deſcriptio. 302.1.e

Perſecutionis piorum effectus varij. 117.1.d

Perſecutiones quid ſubleuet? ibid.2.e

Perſequutionum fructus miri. 122.1.d 241.2.b

Perſequutio ſuauiſſima Dei. 125.2.b. 200.1.d & ſeqq.

Perſecutionem patitur Chriſtus in ſuis. 197.1.c

Perſequutionum fructus, exemplum vitæ admirabile. 200.2.b. & ſeq.

Perſequutionem patientibus qualis optima diſpoſitio. 231.1.b

Perſequutio loco eſt magnæ felicitatis perfectis viris. 245.2.c

Comparatur cum montibus aromaticis. ibid.

Perſpicilia.

Perſpicilia quæ ſenibus, quæ iuuenibus apta. 1.b

Vſus illorum an antiquus, vel ad poſteriora tempora reſeruatus? 2.a

Perſpiciliorum, ex quibus inſtrumentum, vulgo viſorium, conflatur; inuentum nuperum artificium & vſus. ibid.c

Horum elegans accommodatio ad ea, quæ Scriptura veteris ac noui teſtamenti præſtant. ibid.d.e

Pes.

Pedis dexteri ac ſiniſtri ſignificatio. 292.2.c

Petrus.

Petrus Apoſtolus ſol Eccleſiæ. 63.1.d

Petri & Pauli merita remunerat Deus victoria idololatriæ. 209.1.a

Vtriuſque inſignis mentio. ibid.

Sunt duo oculi Eccleſiæ, duæ cercuitines torquis eiuſdem ob fidem & obedientiam. ibid.

Philiſthæus.

Philiſthæi pro Gentibus. 73.1.d

Pietas.

Pietatis colendæ impedimenta, & ratio eorum vincendi. 115.1.a

Pigritia.

Pigritiæ remedium. ibid.d

Pius.

Piorum conflictus ab humanis caſibus vnde leuandi. 15

Piorum ſolamen. 116.1.c

& ſenſus de aliorum peccatis. ibid.

Plaga.

Plagæ Ægyptiacæ decem ad ſeptem à Dauide redactæ, cur? 90.2.c

&

Digitized by Google

& de earum ſignificatione. ibid.

Poderis.

Poderis pro veſte hyacinthina. 186.2.b

Pœnitens,& Pœnitentia.

Pœnitentia diſcipulorum Chriſti, per collapſi tabernaculi reparationē intelligi poteſt. 49.2.e
Pœnitentium verè felicitas eximia. 39.2.c & ſeq.
Pœnitentia & humiliatio deſignata per puluerem;& quam hæc grauis deſidioſis. 215.1.c
Pœnitentiæ animoſè initæ ſuauis fructus. ibid.

Poëſis.

Poëſeos prophanæ dotes. 37.a
An illæ in Scriptura. ibid.c
Ab Scriptura fabularum pigmentum longiſſimè abeſt. ibid.
A Latinis Pſalmis ſermo item comptus. ibid.

Pomum.

Poma pro orationibus, Sacramentis,& ſacrificiis. 193.1.a

Pondus.

Pondus & pondus apud Salomonem quid. 8.2.b

Pontifex.

Pontificis ſummi ſumma excellentia. 64.2.d
Qualis eius oratio. 186.2.d

Potens.

Potentes incidentes in potentiores. 17.1.& 2
Potentium deſcripta crudelitas. 304.1

Præcipio.

Præcipio & præceptum, quî vſurpentur ex Hebræo. 87.2.d

Prædicator,& Prædicatio.

Prædicatoris continuum ſtudium, diuina gloria. ibid.a
Qui Deo eſt coniunctus efficaciter loquitur. 172.1.b
Prædicatoribus,humilitas quàm neceſſaria;& elatio,quàm nocens. 176.2.c & ſeq.
Prædicatori, charitas & ſapientia neceſſariæ.180.1.a
Doctrina & exemplum. ibid.2.a & ſeq.
Labor vnde feſſus. ibid.
Prædicatoris oratio mouere debet pœnitentiæ lacrymas. 87.2.e 190.2.b
Prædicatorum magna debet eſſe inter ſe concordia. ibid.1.e 207.2.c
Qualis horum è ſuorum progreſſione voluptas. 190.2.a
Sunt cuſtodes ciuitatis. 197.2.d
Vtiliter illis obeditur. ibid.e
Prædicatores appellantur Mater Chriſti. 202.1.c
Significantur per ſymbolum vberum, maximè qui filios trahunt ad Eccleſiam. 207.2.b
Horum in perſecutionibus gaudium. ibid.
Alieni ſunt à propriis commodis. ibid.d
Semper aduerſi ſibi, & ad decem auidiſſimè conuerſi. ibid.e
Iungunt prolixam ad Deum orationem. 210.1.e
Eorum eſt vulnerare clamoribus ſopitos peccato. 213.1.b
Per cuſtodes deſignati. 215.2.d
Percutiunt animas & maximè exemplo ſuo. 216.1.a
Cuſtodiunt vt Angeli. ibid.c
Prædicatio excellens ſuauiſſima eſt & efficaciſſima muſica. 235.2.d
Prædicatores ſunt inſtar turrium. 244.1.c
Prędicator Euangelij venundatus dicitur,& mancipatus ſuo muneri. 253.1.d
Prædicator Euangelij, vt proficiat, aſſiſtat prius Deo. 311.2.b
Prædicator modeſtus ſit,& integer vitæ. ibid.

Præmium.

Præmij quod fundamentum. 201.2.c
Eius differentia graphicè propoſita per Cedrum & argentea propugnacula. ibid.& ſeq.

Præparo.

Præparare ceruos eſt iactui venatoris parare. 59.1.b

Præteritum.

Præteritum tempus cur ponat Scriptura pro futuro. 297.1.e

Preces.

Precum efficacitas. 69.2.b
Ea vnde. 116.1.e
Precandi in anguſtiis modus. 113.1.c
Precum effectus. 127.2.b
Quid præbet eis fiduciam. 116.1.c
Preces importunæ,gratæ Chriſto. 201.b

Pretium.

Pretium pro honore. 132.1.e

Princeps.

Princeps obediens Deo maximè faciendas. 304.
Pudefacit familiam, aut populum inobedientem. ibid.
Diris deuouetur,qui prauus eſt. ibid.b
Principe debellato, debellati intelliguntur illius ſubditi. 311.2.a

Principium.

Principium,etiamſi pro principali quandoque ſumatur,ſignificat etiam ſæpiſſimè initium rei. 26.1.a
Principium quomodo item accipiatur. 100.1.d

Probitas.

Probitas quandoque ignota. 119.2.a

Procella.

Procellarum Eccleſiæ tempore, qui Pſalmi admirabiles ſunt. 42.1.d
Decem illorum argumenta congeruntur ad idem inſtitutum. ibid.
Cur titulis horum, quibuſdam addatur *Intellectus*. ibid.c

Pronomen.

Pronomina *Ego, Tu*,quando redundant, quando non 167.1.d

Propheta.

Prophetæ quomodo olim geſta commemorent. 297.2.b
Prophetis mos Iudaica tangere, Chriſtiana reſpicere. 44.& 46.2.c
Prophetis mos veteres hiſtorias commemorare vt antiquas figuras iuxta ſpiritualem ſenſum, aut adimpletas eſſe aut fore adimplendas oſtendant. 49.2.a

Proſperitas.

Proſpera, & aduerſa quomodo Deus diſpenſet. 299.2.a
Proſperitas additur per aduerſa. 99.1.e 107.2.e 108.1.d

Protectio.

Protectio Dei ingens. 88.2.c 91.2.d
Ea quot bona afferat. 191.2.d

Prouerbia.

Prouerbia & ſimilem ſermonem explicandi ratio. 6

Digitized by Google

Prouidentia.

Prouidentiæ Dei erga ſuos argumentum. 15
Prouidentia Dei latens mortales. 260.1.e
Prouidentia ſingulari res ſuorum adminiſtrat Deus. 19.2.c
Prouidentia Dei quam ſuauiſſima iuſtis. 27.1.b

Prudentia.

Prudentiæ fructus. 108.1.e
Prudens quis. 115.2.b 118 1.e
Prudentis partes. 164.1.d

Pſalmus.

A Pſalmis Latinis ſermo comptus longiſſimè abeſt. 37.a
Eximium in quouis eorum artificium. 38.c
Prophanos Poëtas longè ſuperant. ibid.c
Quid illis pro figmentis poëticis. ibid.
Vulgatæ illorum lectionis ſimplicitas quanta ſit. 39.c
Quem modulum reſpuant. ibid.d
Pſalmorum anima & corpus. 40.b
Pſalmorum & Apocalypſeos concordia egregia. ibid.d
Quæ duobus muſicis inſtrumentis comparatur. ibid.& ſeq.
Pſalmorum tituli ſuſpiciendi. 41.1
Ad Canonicam pertinent Scripturam. ibid.
Pſalmis inſtrumenta muſica, aut cantores inſcribi, diminutum quid eſt. ibid.
Pſalmorum claues, tituli. ibid.
Pſalmi titulus, *In finem.* ideſt, in eum qui eſt finis. ibid.
Cur aliquibus addatur *Intellectus.* 42.1.e
Pſalmi, qui habent pro titulo: *Filii Core*, afflictos concernunt. 44.2.a
Qui *Aſaph* conciones ſunt. 42.9.d
Qui *Canticum graduum*, cordis aſcenſiones afferunt. 43.1.b
Qui *Pro Idithum* iuſtum à ſe ipſo circumſpici, & incuſari ſignificant. ibid.
Qui *Pro Maeleth*, verſantur in querelis. ibid.
Qui *Intellectus Eman Ezrahitæ*, de homine doloribus confracto agunt. ibid.e
Qui verò *Intellectus Ethan Ezrahitæ*, de gratiarum actione quæ iuſti eſt fortitudo. ibid.
Pſalmi 28. argumenti expoſitiones variæ. ibid.2.c
Hiſtoricus illius ſenſus. 44.1.a
Præcipuus illius finis & intentio. ibid.
Eorum, quæ continet, ſumma. ibid.2.a

Pudor.

Pudoris laus. 204.2.e
Eius ſymbolum eſt purpura mali granati. 206.2.c
Continet virtutes multas. ibid.
Pudor vbi bene locetur. ibid.e

Pugnantia.

Pugnantia quæ apparent in Scriptura myſterium velant. 72.1.d

Pulchritudo.

Pulchritudo viri qualis. 67.2.e
Pulchritudo cum fortitudine, pulchrè ſignificata. 223.1.a
Pulcherrima arbor, quænam appelletur in Leuitico. 247.2.e

Puluis.

Puluis & ſordes in malam partem: & in bonam pro pœnitentia & humiliatione. 214.2.c.& ſeq.
Hunc puluerem quam auerſentur pigri. ibidem.

Punio.

Punit Deus ſicut amantiſſima mater. 254.2.b

Purpura.

Purpuræ tinctus & perfectio. 233.1.

Q

Quadriga.

QVadrigæ pro exercitu quadrigarum. 305.1.e
Quadrigæ appellatæ venti, cur? ibid.
Quadrigarum Zachariæ ſignificatio. 309.2.d
Quadriga ſymbolum triumphi. 311.1.e

R

Rabbinus.

RAbbinorum tricæ. 77.2.e

Rachel.

Rachel deſignauit Eccleſiam ad literam. 254.1.a

Rectitudo.

Rectitudinis diuinæ argumentum. 119.2.e

Redimo, & Redemptio.

Redemptio Chriſti, quam ſecurum diuinarum promiſſionum pignus. 106.2.e
Redemptio hominum attulit Deo ſuæ magnificentiæ incrementum. 139.1.a
Redimo latæ ſignificationis eſt. 129.2.b

Regeneratio.

Regenerationis cum prima generatione collatio elegans. 228.2.e

Regnum, Rex & Regina.

Regno quis idoneus. 237.2.a
Reges ac dynaſtæ docentur innocentiam vitæ. 22.2.c
Regibus propria fortitudo. 23.1.a
Patientia & tolerantia. ibid.d
Egregia conſtitutio & pectoris bonitas. ibid.
Amor in abiectiſſimos quoſque. ibid.2.b
Caſtitas. 24.1.c
Conſtantia ac firmitas in bono. ibid.2.d
In abiectiores comitas. 26.2.c
Regis apti electio magnum Dei munus. 79.1.c.
Regi quid imitandum. 134.2.a
Reginæ vocantur communitates maiorem Dei gloriam quærentes. 221.1.c

Religio & Religioſus.

Religio noſtra cœlo gratiſſima. 287.1.d
Religioſorum ſacrificium deſignatum. 131.1.b
Eorum felicitas ex habita domi ſuæ ſacra Euchariſtia. 132.1.c
Religioſi ſunt volucres cœli. 139.2.d
Eorum aſylum. ibid.e
Excellentia ex perfecta deditione. 169.1.d
Eius perfectio. 193.1.c.& 216.2.d
Religioſæ Eccleſiæ vnio cum Chriſto ſignificata. 203.1.e& ſeq.
Apud Religioſos quærendus Chriſtus. 220.1.e
Religioſus ordo ornamentum areolæ. ibid.
Hanc coli Chriſtus, & eius progreſſu valdè ſe oblectat. ibid.2 a
Religioſus ſtatus ornat Eccleſiam & munit. 221.1.a
Eſt qui præcipuè defendit Romæ primatum. 139.2.e
Propter eum eximiè laudatur Eccleſia. 140.1.a
Religioſus ordo per ſponſam Sulamitem repræſentatus. 224.1.e

Digitized by Google

Is maximè qui dicatus eſt obedientiæ Pontificis Romani. 142.1.e
Religioſus ſtatus pacificus, ſpoliatus, captiuus. 225.1
Religioſæ vitæ laudes. 226.1.d
Eius malitia ſpiritualis gratiſſima Chriſto. ibid.1.e
Studet paci & bello. ibid.
Laudatur prædicatio illius. ibid.
Et ad illam præparatio omnimoda. 227.1.d
Spiritus principalis illius. ibid.e
Religioſorum facilitas ad eundum quoquo mittantur, pro Dei gloria. ibid.2.b
Conſilia ſtrategemata, & ſanctæ in Dei bello aſtutiæ. ibid.d
Huiuſmodi expletio deſideriorum, & refrigerium animæ. 228.1.e
Fructus ingens huius ſtatus cum magna Dei gloria ex multorum vitæ mutatione. 230.2.b
Vt imitetur Virginem Mariam? 231.1.a
Qualiter acerba ſuſtineat. ibid.b
Religioſorum ſpiritualis libertas. ibid.d
Huius munimen, nihil ſibi conſcium eſſe, & nihil timere. ibid.2.c
Eorum tranquillitas & quies animæ in mediis turbis. ibid.d
Sunt Eccleſiæ pro ſpecula propter ſpiritualem prudentiam. 232.1.c
Religioſorum Patriarchę & moderatores per Carmelum deſignati cum reſpectu ad Eliam & Eliſæum & præclaras illorum dotes. ibid.e & ſeqq.
Religioſorum deuotio. ibid.
Religioſi ſemper immerſi Chriſti ſanguine quaſi balneo. 233.1.c
Sunt Chriſto in deliciis. ibid.2.c
Religioſorum ſpiritualis ſcientia coniuncta cum ſanctitate præſtanti. ibid.d
Quàm proficiant eorum diſcipuli. 234.1.c
Religioſorum deuotio eximia, quam ſit cordi Chriſto. ibid.2.a
Eos ſibi vnit amantiſſimè. ibid.
Eam vnionem prodit oris halitus. ibid.e & ſeq.
Religioſorum prædicatio ſuauis & efficax, muſica, effectúſque illius admirabiles. 236.1.a
Perfecta illorũ deditio volũtati Chriſti. ib.2.b
Seceſſus ad miſſiones remotas. 237.2.b
Is, quàm è re Pontificis. ibid.
& ipſorummet. ibid.
Eorum erga recens initiatos, erga elementares pueros & reliquam inſtitutionem cura. ibid.
Miſſiones obeunt difficiles commoditatum omnium contemptores. ibid.2.c
Ibi gratiſſima obſequia Deo offerunt. 238.2.b
Se mactantes, & alios Deo deuouentes. ibid.b
Feruidi eas optant miſſiones, & cur? 239.1.c
Quas ibi delitias experiuntur. ibid.2.e 241.1.c
Quas offerunt Chriſto? 240.2.e
Religioſorum incrementa ex commoto in ipſos ab hæreticis bello. 241.2.b
Religioſorum ſtatus plenus deliciis, quippe incumbens Chriſto. ibid.c
Eius fundatio eſt crucis fructus, & ſub eius vmbra à Patriarchis. ibid.
Religioſi quàm debeant eſſe memores crucifixi. ibid.e
Religioſorum meditationis, & imitationis capita, amor Chriſti & zelus. 242.1.c
Eius amoris ponderatio relata ad religioſos. ibid.2.b
Religioſæ Eccleſiæ quænã cõcipiẽda ſoror. 243.1.b
Murus eſt religioſa Eccleſia propter perfectionem, quam profitetur. 244.1.b
Eius concionatores, turres. ibid.c
Ibi reperitur vera animæ pax. ibid.
Religioſi Apoſtolis in Eccleſiæ cultura ſuſpecti. ibid.2.e
Ab ipſomet Chriſto. 242.1.a
Religioſus ordo, hortus Chriſto gratiſſimus. 245.1.e
Pro Chriſto affligi in magna felicitate ponit. ibid.2.c

Renes.

Renibus affectus ſignificatur. 13

Renouatio.

Renouatio vitæ, eius conſeruatio. 116.1.b

Reſignatio.

Reſignationis plenæ deſcriptio. 237.2.a & ſeqq.

Reſurgo & reſurrectio.

Reſurgunt etiam nunc boni, & mali, ſeu per imitationem, ſeu per cultum vni; alteri per opprobrium. 290.2.c
Reſurrectio cur improbis quandoque in Scriptura negatur. ibid.

Rhinoceros.

Rhinocerotis conſideratio pro iis, quos impugnant humani caſus. 15.a
Rhinocerotem ab Vnicorni diſcriminant aliqui. ibid.
Rhinoceros eſt in Scriptura qui vocatur Vnicornis. ibid.
Is eſt qui vulgari lingua Bada nominatur. ibid.
Neque Vnicornis alius in Palæſtina aut Ægypto notus. ibid.
Rhinoceros arcane & bonam, & malam perſonam deſignat. 16.1.e
Rhinoceros pro Chriſto. ibid.2.c
Rhinoceros pro aduerſario potentiore. 17.2.a
Rhinoceros pro Dei fortitudine. ibid.b
Quod capiatur adoleſcentulæ ſinu, fabula eſt. ibid.
Rhinoceros, Vnicornis Monocerotis nomine vocatus. 26.1.b
Rhinocerotis & Elephantis pugnæ, quomodo Deus ſe cum ſuis gerat, repræſentat. ibid.

Robur.

Robur Romanorum per Baſan deſignatur. 10
Hoc victum. 81.2.e

Roma, & Romanus.

Romæ fundatio ſpiritualis deſignata, quamque bonis auſpiciis. 63.1.e
Romanorum dignitas. 64.2.e
Roma per Iudæam ſignificata, per Iſraëlem totum imperium. 69.1.c
Romana metropolis Eccleſiarum præciſè deſignata à Dauide ſicut à Salomone & Ioanne. 66.2.c.
Eius dignitas. 68.1.c
Eiuſdem exhortatio. ibid.
Roma conuerſa dedit Chriſto lætiſſimam diem. 202.1.d
Fuit ei locata in matrimonium celeberrimè. 203.1.a
Romæ Chriſtianæ victoriæ admirabiles ex obedientia præſtita Petro & ſucceſſoribus illius. 208.2.a
Idque ob Petrum & Paulum. 209.1.a
Romanæ Eccleſiæ ſtudium de omnium reformatione. 218.1.d
Adhortatio ea cauſa ad alias Eccleſias. ibid.2

Aliarum

Digitized by Google

Aliarum ſubiectio. 220.1.b
Romana Eccleſia per Pharaonis filiam Salomonis ſponſam deſignata. 222.2.a
Eius principatus. ibid.
Cur vna dicatur & electa. ibid.
Subſtituta eſt Sioni matri eius genitrici. ibid.
Romani Pontificis maieſtas, cura Eccleſiarum. 223.1.c,d
Romani idololatræ per leones & Pardos Libani deſignati. 208.1.d
Romanis vt dicatur ius, ſedent Deus & Apoſtoli. 278.2.b
Romani Senatores, dicti propter potentiam, Reges. 279.2.d
Romani ſignificati. 311.2.c
Per Cedros. 201.2.c
Romanæ Eccleſiæ amplitudo. 280.1.c
Ducta in vxorem à Chriſto, celebratur. 202.1.b
Roma indicata ab Habacuc. 302.2.d
Roma & eius Senatores. 57.1.b
Romani tauris comparati, Chriſtus Rhinoceroti. ibid.2.a 83.1.a
Victi glorioſè. 104.2.b
Romæ conuerſio, quàm magnificum ſpectaculum ſuperis præbuerit. 302.2 d
Ibi renouatum vetus prodigium Solis & Lunæ. ibid.

Ros.

Roris gutta pro ſanguine effuſo, à Chriſto Domino. 215.1

Roſa.

Roſæ qualis mentio in Scriptura. 193.2.b
An ea ſignificata in Cant. vbi Latinè flos, vel lilium. ibid.
Roſa apta oneri prophano. 191.2.d

Rota.

Rotarum chryſolithus quid. 266.1.c
Rota in medio rotæ quid. ibid.d
Rotarum facies in Ezechiele. ibid.

Rubinus.

Rubini denotant charitatem. 201.2.a

S

Sabbatum.

SAbbati primi quies, qualis. 65.1.b

Sacerdos & ſacerdotium.

Sacerdotum eſt Deo ſacrificiis gratulari. 51.1.c
Sacerdotium Chriſti concilians Eccleſiæ gratiam. 102.2.c
Sacerdotium Chriſti & Melchiſedech, ſimile. 101.1.b
Maximè in oblatione panis & vini. ibid.
Sacerdotum Euāgelij à veteribus diſtinctio. 277.2

Sacra Scriptura.

Scriptura inſtar habet perſpiciliorum ad diuina cernenda. 2.c,d
Compoſitum graphicè nouum inſtrumentum veteri conflat vitiorum admirabile. ibid.c
Cur eius interpres nouus, cernat quandoque plus veteri. 7.d
Concionum diuinarum quis interpres idoneus. 9.2.c
Eius ſenſus literalis quis habendus? 8.1.a
Expenditur eius definitio. ibid.
Sæpe talis eſt, qui pro myſtico habetur. ibid.
Quando id neceſſario exiſtimandum? 9.1.a
In prouerbiis & ænigmatis latet alius præter ſuperficiarium, etiam litteralis. 8.2.c
Pro comparatione ſæpe ſunt & applicatio ſubintelligitur. ibid.
Scripturæ exactio in loquendo notanda. 279.1.d
Quanta eius aliquando obſcuritas? ibid.
An dictio in ea ſit in vſu non communi? 101.1.d
Eſt pabulum animæ. 106.1.c
in Scripturæ ſenſu, quid conſiderandum? 292.2.a
In ea explicanda, attendenda primum argumenti dignitas. 163.2.c
& plenitudo, & conſequentia. ibid.
in Scripturæ cortice, quando non ſiſtendum? 24.1.a 107.1.d

Sacramentum.

Sacramentorum Eccleſiæ vtilitas. 139.2.d
Efficacia ad conſequutionem magnorum. 154.2.a
Significata per fauum & mel. 212.1.c
Per fluenta item aquarum, ad quæ inuitatur ſponſa. 218.2.c

Sacrificium.

Sacrificium Deo gratum, quod? 127.2.d,e

Sæculum.

Sæculi filiorum artes & doli, vnde? 182.1.e
Significantur per vulpes. 198.2.a

Sagitta.

Sagittæ Dei illuſtrant, & accedunt. 303.2.b

Salio.

Saliens aqua, id eſt ſcaturiens. 229.1.e

Salomon.

Salomonis quædam propter Chriſtum excellentiæ. 66.1.d
Salomon quo tempore duxerit vxores in ſanô numero. 221.2.a

Saluo, & ſalus.

Saluet Deus ſuos quo modo. 302.1.a
Salutem animarum quærentes, qui in Cant. vocentur? 222.1.c,d

Samaria.

Samariæ montes pro vberibus. 253.1.e

Sanctitas & ſanctus.

Sanctitatis odor ſignificatus. 55.2.d
Sanctitatis hoſtes, delicati & molles. 83.2.c
Horum conatus. ibid.e
Sanctitas præcedit doctrinam. 91.1.a
Sanctitatis perfectæ ſignificatio. 98.2.d
Sanctorum egregium in hac vita præmium; ſicut contra improborum ſupplicium eſt. 291.1.c & ſeq.
Sancta ſanctorum ſignificant magnam ſanctitatem. 201.1.a

Sapientia & ſapiens.

Sapientia Dei in Scriptura per flumen exprimitur. 27.1.d & ſeq.
Sapientes mundani ſignificati per Ægyptios. 82.1.c
Eorum victoria. ibid.a
Sapientiæ veræ nota. 96.1.a
Sapientia vel reuelata inferior eſt àmore cœleſti. 171.1.b
Sapientiæ celſitas non conuenit omnibus. 173.2.a
Sapientes vt capiat Deus. 3.2.1.c

Sapphirus.

Sapphirus pro diuinitatis imitatione. 219.2.b

Scabellum.

Scabellum eſſe pedum Chriſti, quam glorioſum. 99.1.a

Digitized by Google

Index Rerum.

Scio.

Scite Deum, quid ſit. 84.2.b

Securitas.

Securitas bonorum inter fluctus huius vitæ, 62.2

Hæc vnde. 125.1.c

Sedeo.

Sedere, regis eſt. 98.1.a

& iudicis. ibid.2.b

Selmon.

Montis huius etymon & myſterium. 79.2.b

Senſus litteralis.

Senſus literalis ratio, & qui inueſtigandus in ſermone præcipuè inuoluto, vide ſupra in *ſacra Scriptura.* Quis tandem ille ſit. 46.2.e

Literalem intelligentiam locutio myſtica ſeu figurata non tollit. ibid.

Senſus literalis multiplex quando indicetur. 272.1.e

Senſus litteralis in vaticiniis multiplex. 285.1.e, & ſeq.

Senſus literalis ex re præterita & futura, num coaleſcat? 298.1.d 87.1.b

Senſus litteralis iudices qui iniqui? 305.1.c

Septenarius.

Numerus pro perfecto; ſed rerum futurarum ſucceſſione fluentium. 52.1.d

Sermo.

Sermones hominum retardant interdum pios à virtute. 239.1.d

Seruio, & ſeruientes.

Seruire Deo, delectabile. 113.2.a

Seruitus diaboli qualis? 96.1.b

Sigillum.

Sigillum adiectum ſemper chariotibus. 242.1.a

Sigilli loco Cruci affixus Chriſtus futurus piis animis. ibid.

Siniſtrum.

Siniſtri & dexteri pedis ſignificatio. 292.2.e

Sion.

Sion mater, & Sion filia in Scriptura quid? 50.2.b

Siō pro Eccleſia primogenia. ibid.79.2. a 222.2.c

Sitis.

Sitis animæ eſt defectus gaudij. 229.1.c

Quid ei ſiti medeatur. ibid.

Societas.

Societas Ieſu vbi ſignificata. 75.2.d 82.2.e

Ratione peculiari per Sulamitem, vel Sunamitem. 224.2.b

Inſtitutum eius & aliorum ordinum, qui idem reſpi. ſunt, depictum graphicè. 226.2.d

Societas eſt ſpiritualis militia bello & paci ſtudens. ibid. e

Prædicatio illius, & quæ ad eam præparatio. 227.1.c

Societas ſpiritus principalis. ibid.e

Miſſionum ſpiritus proprius. ibid.

Satisfactio cordis ibi communicata. ibid.

Sol.

Sol diuinitatis ſymbolum, & Chriſti Domini. 63.2.c

Solis ſubſtantiæ à primo creationis die producta. 64.1.a

Perfecta in quarto. ibid.b

Sol intelligendus in Scriptura pro Lucifero. 101.2.c,d

Sol pro principe. ibid.

Soli ſe comparabat Auguſtus. ibid.

Solis & Lunæ retentus olim curſus quando renouatus? 302.2.e

Solatium.

Solatium afflicto iuſto ex æternæ vitæ ſpe. 292.1 b,c

Somnus.

Somnus in bonam partem pro contemplatione. 212.2.c

Sed & in malam pro deſidia. ibid.

Sophar

Amicus Iobi ſignificat diſſipationem ſpeculæ. 36.1.a

Spiritus, ſpiritualis.

Spiritus ſanctus in animam illapſus quàm non impediatur. 62.2.c

Spiritus ſancti aduentus & effectus à Dauide expreſſi. 37.2.c 68.2.b 99.1.c

Spiritus ſanctus eſt virga Chriſti. ibid.& ſeq.

Eius excellentia. 100.2.c

Quid ſecum afferat. ibid.& ſeq.

Spiritus ſancti aduentus inchoauit veterum Dei facinorum inſtaurationem. 300.1.d

Hic aduentus quam magnificus. ibid.

Inde Euangelij euulgatio per orbem totum. ibid.

& illuſtratio mundi. ibid.

Spiritus ſanctus lex ignea & robuſta. ibid.2.c

Impreſſa cordibus conuerſorum ad Deum. ibid.

Quæ vis ac dominatio Apoſtolis tunc conceſſa. ibid.

Spiritus ſanctus eſt oſculum oris Chriſti quod petit ſponſa. 168.1.c

Spiritus ſanctus gratiæ copioſæ effectus. 229.1.d & ſeq.

Spiritualibus bonis priuari eſt, quod ſentit iuſtus. 129.2.c

Spiritualis coniunctio qua ratione maximè explicetur. 167.1.b

Quam ea carnali aduerſaria. ibid.

Spiritualis ſcientia connexa cum ſanctitate vitæ. 233.2.c

Spirituales deliciæ vbi? & quod earum fundamentum. 241.2.c

Sponſus.

Sponſi dotes quàm quadrent in Chriſtum. 67.2.b

Sponſi & ſponſæ in diuerſam domum introductio, ex myſterio. 202.2.c

Ritus diei nuptiarum. ibid.

Sponſæ tres inducuntur in Cant. & qua ſignificatione. 224.1.a

Status.

Status Eccleſiæ duplex adumbratus. 67.1.c

Status tres hominum Deo ſeruientium deſignati. 222.1.d

Stella.

Stella matutina. 101.1.c ibid.2.c

Struthio.

Struthionis conſideratio pro iis quos humana vexant. 15.b

Stultus.

Stultorum nota. 85.1.d

Stulti in externa rerum ſpecie ſiſtunt. ibid.

Stultorum leuamen miſerum. 91.2.d

Sufficientia.

Sufficientia Pauli quid coërceat. 230.1.b

Sulamitis.

Digitized by Google

Sulamitis.
Sulamitis, vxor Salomonis Solymitana. 224.1.c
Hæc, figura ſtatus religioſi. ibid.2.b
Etymon illius ad rem appoſitum. ibid.
Hæc aliis eſt Sunamitis, atque id eſt etiam ad myſterium conueniens. 225.1.a,b
De Sulamite proferuntur ab ſponſo priores c.7. verſus nouem continenter. 226.2.a
Super.
Acceptio huius præpoſitionis. 299.1.a
Superbia, ſuperbus.
Superbi deiectio, facinus Dei. 17.2.d
Superbia quàm odioſa Deo. 20.1.a
Superbiæ periculo eximere ſuos, quanti faciat Deus. ibid.
Superbia, magna hominibus ſtrages. 31.1.c
Superbia per collum erectum ſignificata. ibid.
Superbiæ victoria à Deo ſolo. 32.2.c
Superbi ſignificati per os loquens ingentia. 578. 1.c
& ſuperbia per grandes ſermones. ibid.1.c
Superbia quî frangatur. 301.1.c
Superior.
Superiori quàm conueniat cognitio ſui. 206.2.e
Superiorum perfectio in quo ſita? 217.2.c
Superiorum exemplum quanti ſit. 253.2.a
Symbolum.
Symbolorum cum re ſignificata proportio declaratur. 18.2.e
Symbola quando præbeant argumentum efficax. 166.2.a
Symbolorum Cantici Cant. elegantia eximia. 177. 2.d
in Symbolis diſtinctio abſtractorum & concretorum non curanda. 249.1.d 255.1.e

T

Tabernaculum.
Tabernaculi antiqui conſummatio, & Dei in Dauidis domum ingreſſus ad diem Pentecoſtes relata. 50.1.b
Tabernaculi locus fuit domus in qua Apoſtoli Spiritum ſanctum accepere. ibid.
Talio.
Talionis pœnas dant improbi. 143.2.d
Tentatus.
Tentatis præſentiſſimus Chriſtus. 197.2.d
Templum.
Templi commendatio. 69.2.e
Templi antiqui quot gradus, & arcanum illorum. 120.2.e 141.1.e
Tepor.
Teporem animæ quid expellat, & currere faciat? 175.1.c,d
Terræmotus.
Terræmotus pro timore. 74.1.d
Terræmotus in Sinai an fuerit. 109.1.e
Terræmotus deſignat prædicationem Euangelij. ibid.
Teſtamentum vetus.
Teſtamenti veteris locus in Nouo adductus ſit ne ad litteram de myſterio cui applicatur, intelligendus. 46.2.e
Terrenus.
Terrenæ voluptates quàm diſtrahant cor. 255.2.b
Teſtimonium.
Hæc vox in Pſalmorum titulis appoſita denotat affirmationem. 41.2.e
Tharſis.
Tharſis eſt chryſolithus & hyacinthus. 219.1.b 285.1.b
Tharſis cur etiam vertatur viſio maris. ibid.d
Theman.
Theman pro regione auſtrali. 300.1.c
Thya.
Thya arbor ſpecies eſt cedri. 247.1.e
Thubal.
Thubal pro Iberia Aſiatica. 272.2.e
Timor.
Timor ſanctus affectu & opere Deum laudat. 107.1.b
Atque id ſtabiliter. ibid.c
Timorem facere, quid ſit? & quid conferat facientibus. ibid.
Timor Dei in Chriſto perfectiſſimus. 132.1.d
Timoris ſancti præmium magnificum? 108.1.b
Timoris ſancti fructus admirabilis. 228.2.e
Timor pro admiratione & ſtupore. 299.1.d
Tonitru.
Tonitruorum, ſeu vocum mentio in Pſal. 28. allegoria. 45.1.e
Eorum numerus, quis? 54.1.e
In ea allegoria ratio analogiæ ad tonitrua habenda. 45.2.a
Sub eadem allegoria velat Spiritus ſancti & Dauidis hiſtoriam & myſteria Eccleſiæ. id vero cur? 47.2.a
Deſignatur ſpecialiter Gentium vocatio. 48.2.a
Tonitru indicatur cœleſte auxilium. 55.1.a
& prædicatio Euangelica. ibid.
Tonitrui comitans fulgur appellatur magnificentia. ibid.e
Tonitrui attributi effectus venti impetuoſi. ibid. 2.e
Tonitru myſtici, id eſt, prædicationis conſideratio. 61.2.e
Torquis.
Torquis ſymbolum obedientis perfecti. 278 2.e
Torquis ſymbolum triumphi. 179.2.e 207.2.d 227.2.b
Torrens.
Torrens quomodo vſurpetur in Scriptura. 105. 1.a
Trado.
Tradere ſe perfectè Deo, paucorum eſt. 169.1.d
Id quàm excellens. ibid.
Triticum.
Triticum, fœcunditatis ſymbolum. 164.2.a
Triticum cur coniungatur cum liliis? 191.1.1.a 230.2.b
Triumphus.
Triumphi ſymbolum quadriga. 311.1.e
Triumphus fidelium triumphus eſt Chriſti. 312. 1.b
Vide *Torquis.*
Turtur.
Turtur pro ornatu maxillarum. 178.1.b
Eſt linea vnionum vſitata olim feminis Hiſpanis. ibid.d
Hic ornatus lacrymas denotat. ibid.
Cur Hebræa vox reſpondens turturi ad auem pareat, & ad hoc ornamentum? ibid.
Alluſum ad auem. ibid.e
Sed etiam ſignificat torquem. 179.1.e

Digitized by Google

Tyrannus.
Tyranni ſignificati per Nemrod. 198.2.b
Tyrus.
Tyrus, Sidon. Philiſthæi, quid in Ioële. 295.2.b

V

Vagor.
VAgari poſt greges,&c.quid? 176.2.a
Vaticinium.
Vaticinij interpres inſtruitur. 298.1.a
Vbera.
Vberum varia ex Hebræo acceptio. 170.1.d
Vbera ſponſæ pro miniſtris Eccleſiæ. 199.2.b 228.2.c
Vbera ſymbolum prædicatorum. 207.2.b
Vellus.
Pro diuitiis. 469.b
Venatio.
Venationis allegoriâ declaratur prædicatio Euangelij. 59.1.a
Venatio caprearum & ceruorum pro perſecutione fidelium. 194.1.a
Venationis allegoria ponitur pro amatoria ſollertia. 200.1.d
Venter.
Venter pro fœcunditate. 164.2.a 230.2.b
Venter pro viſceribus. 219.1.d
Inde pro bonitate pectoris. ibid.& 228.1.c
Verbum.
Verba ſignorum ſunt verba & prodigia. 90.2.a
Verbo Dei quî vtendum Doctoribus. 201.1.c
Veritas.
Veritatis auſterioris tradendæ ratio. 7.c
Veſtis.
Veſtis feminæ qualis olim ornatus. 230.2.b
Via.
Viæ Dei conſilia eius ſignificant. 25.2.d
Viciſſitudo.
Viciſſitudo rerum. 122.2.b
Victoria.
Victoria à Deo. 53.1.c
A Deo quidem recepto in aulam Imperatoris. ibid.2.b
Ipsúmque imperatorem neceſſariis inſtruente. ibid.c & ſeq.
Victoria tribuenda prorſus Deo. 74.1.c 80.1.d
Vindicta.
Vindicta myſtica admirabilis. 104.2.c
Vinea.
Vinea pro Gentilitate. 198.1.c 237.1.c
Vinea pro Chriſtiana Eccleſia. 244.2.a & ſeq.
Vinum.
Vinum pro ſapientia. 167.2.c
Pro ſapientia reuelata. 171.1.b 192.1.d
Vinum ſumitur quidem in malam partem alias, ſed in Cant.ſemper in bonam. 170.2.c
Vinum pro ſolida doctrina. 234.1.b ibid.2.c
Vinum excellens pro excellenti doctrina. 235.2.d
Effectus illius admirandi. ibid.
Vini cum tympanis apta coniunctio. 353.2.a
Vir.
Vir pro marito, Domino domus. 256.1.b
Virga.
Virga ex Sion emiſſa eſt virtus Spiritus ſancti. 99.1.b
Virga Moſis adumbratus Spiritus ſanctus qui eſt virga virtutis. ibid.
Virga eadem eſt Moſis,& quæ Aaroni attribuitur, & etiam Deo. ibid.2.c
Virgæ Moſis effecta numerantur. ibid.e
Ea myſticè reſtituta in conuerſione hominum. 100.1.c
Viſcera.
Viſcera pro renibus. 13
Viſito.
Viſitare in ſalutari, id eſt ſalubri ac placida viſitatione. 93.2.a
Vita.
Vita quis fruitur. 118.2.c
Vita æterna pro permanente iucunditate. 229.2.a
Vitulus.
Vituli multiplex ſignificatio arcana. 131.1.b
Vmbilicus.
Vmbilicus coërcet vitalia omnia. 23.1.b
Vmbilici cum cratere coniunctio ſignificat vitalium irrigationem. 228.1.d
In ſymbolum ſancti gaudij pleni & ſatisfactionis internæ. ibid.e
Vnctio.
Vnctio diuina quam tueatur homines. 88.2.e
Vnguentum.
Vnguenta Salomonis, quæ? & quod vocetur regale? 17 .2.b
Vnguentorum allegoria pro odore bonæ vitæ. 210.1.a
Vnicornis.
Vnicornem ferunt Indicum eſſe iumentum. 15.c
Sed in Scriptura vſurpatur pro rhinocerote. ibid.
Vnio.
Vnio animæ cum Chriſto poſtulata ab ſponſa oſculi & amplexus allegoria. 169.1.b
Vnionis huius filius eſt imago Chriſti. 168.2.a
Ea vnio fit per Euchariſtiam. ibid.c
& per communionem ſpiritualem. 169.1.b
Ea vnione remanet in homine bonus Chriſti odor. 171.2.b,c
Suauitas virtutum. ibid.
Illa efficit Chriſti imitationem. 173.1.b
& Chriſti imitatione ad eam itur. ibid.
Atque implendo voluntatem illius. 176.1.b
Vnio cum Deo qualis quærenda viris Apoſtolicis. ibid.
Vnionem cum Deo anhelans inquirit omnia quæ illam iuuant. 192.2.c
Ad ea proximè diſponit cognitio propria & ardens ipſius deſiderium. ibid.
Sed tamen robore gratiæ opus ad eam ſuſcipiendam. 193.1.c
Quomodo Chriſtus capacem reddat animam huius doni. ibid.
Ex hac vnione ſopor dulcis relictus. 193.2.b
Vnio multiplex ſignificata. 202.2.a & ſeq.
Vnionem hanc verba & reſpiratio declarant. 235.2.a
Vniuerſalis.
Vniuerſalis locutio propter plures. 213.2.a
Vocatio.
Vocationem efficacem quæ conſequantur. 215.1.d
Ex quibus verbis fiat. ibid.

Voluptas.

Digitized by Google

Voluptas.

Voluptas ingens comparatur flumini. 18.1.a

Vox.

Voces Dei ſeptem in Pſalm.28.ſunt tonitrua. 44.2.d.

Eam eſſe vocis ſignificationem in Scriptura, probatur,& obiectiones dimouentur. ibid.&ſeq.

Vulgata.

Vulgata tranſlatio prælata aliis. 241.b

Defenditur grauiter,& eius deſertores ſugillantur.30.1.b 56.1.d 76.2.e 77.2.e 78.2.d 80.1.b 87.2.c 231.2.e

Vulgus.

Vulgi fabulam eſſe, quantum metuatur. 30.1.d

Vulgi opinio homines tranſuertit. ibid.2.d

Vulpes.

Vulpes pro filiis huius ſæculi. 195.1.e

X

Xauerij ſancti admirabiles victoriæ,vnde.207.2.a

Eius vitæ inſtitutum, mores, & præclara geſta deſignata. à fol.226

Per aliquot deinde miſſiones illius. 257.1.b ibid.2.c & ſeq.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google